Summarium in d.l.ij. §. quod si in patris. ff. sol. matri.

1 *Actionem de dote profectitiam, esse communem patris & filiæ.*

Bar. in d.l.ij. §. quòd si in patris. ff. sol. matr.

1 BAR. in d.l. §. quòd si in patris, inquit, actionem† de dote profecticiam esse cõem pr̃is & filiæ.

Ampli-

Amplia iſtam regulam ſingulariter,ut procedat etiam ſi poſt dotem datam ex interuallo pater ſti
puletur,& ſtipulatio ſit ſimplex nulla perſona expreſſa;nam etiam iſto caſu præſumitur pater ſti-
pulari communiter ſibi & filię,& communis eſt actio utrique.caſus eſt in l.poſt dotem, ſecũdum
* tertiam lectu.gl.ibi,quæ * communiter approbatur,ut ibi per Bar.in 3.lectura, & Iaſ.col.50.infra
eod.tit.& dum Bar.ſubiungit,quæ ſit ratio quæ mouit legislatorem ad inducendam iſtam com-
munionem,uide omnino Dec.in conſ.35.

Summarium in d.l.ij. §. uoluntatem.ff.ſol.matr.

1 *Filiam ſanæ mentis dici uelle,& conſentire,quando eſt præſens,& non contradicit.*

Bar.in d.l.ij.§.uoluntatem.ff.ſol.matr.

1 Bar. in ead.l.§.voluntatem,ait,filiã † ſanæ mentis dici uelle & conſentire qñ eſt p̃ſens,& nõ ꝯdi
cit. Dicas tu conſenſum tacitũ nunq̃ ſufficere,qñ conſenſus requiritur pro forma uel ad perfectio
nem actus,ut ex multis probatur,quæ colligit Io.Campegius in tract.de dote,q.81.in 5.par. uide
aliquid per Pau.de Caſt.in conſ.76.Quid ſi tacẽs corã eo tacet,cui debetur reuerentia,utrum in
ſuum præiudicium conſentire uideatur?Feli.latè in c.cãm matrimonij,de offic.deleg.& an & qñ
taciturnitas cum præſentia præiudicet,uide Iaſ.latè in l.quæ dotis,infrà eod.tit.Feli.in c.cùm om
nes,nu.6.de conſt.& in c.nonne,de præſcrip.ubi ponit reg.cum fallen.Orian. in tract.de arbitris.
nu.42.in 1.par.& nu.13.in 5.par.Abb.in c.non iuſtè,de procur.& Damaſum im tract.de brocar
dis,nu.48.Item ſcias quando aliquis in ſpecie eſt uocatus ad hoc ut animum ſuum explicet, ſi ta-
cet,habetur pro conſentiente. ita Feli.poſt Innoc.in c.1.de maio.& obed.

Summarium in l.non ſolum.ff.ſol.matr.

1 *In filia requiri in actione dotis,ut habeat conſenſum patris.*

Bar.in l.non ſolùm.ff.ſol.matr.

1 Bart. in d.l.non ſolùm,col.2.inquit,in filia † requiri in actione dotis, ut habeat conſenſum
patris,in patre autem ſufficere ut filia non contradicat.vide Paul.de Caſtr.& Alex. in auth. quod
locum.C.de collat.

Summarium in l.de diuiſione.ff.ſol.matr.

1 *Quo fructus ultimi anni,quo matrimonium diſſoluitur,diuidañ inter uirum et uxorem, uel hæredes eorũ.*
2 *Fructus debentur marito ſuſtinenti onera matrimonij.*
3 *Actionem ex ſtipulatu,quæ non competit mulieri,eſſe ſtricti iuris.*
4 *Actione ex ſtipulatu tacitam hypothecam non continere.*

Bar.in l.de diuiſione.ff.ſol.matr.

1 Bart. in d.l.de diuiſione,tractat quomodo fructus † ultimi anni,quo matrimoniũ ſoluitur,
diuidantur inter uirum & uxorem,uel hęredes eorum. De materia huius.l.vide Anch.in conſ.94.
Bar.in ead.l.col.2.opponit contra gl.d.l.fi.§.fi.C.de iur.dot.Tu de iſto contrario uide Bar.in d.
l.fi.ubi poſui,& Alex.in conſ.74.& in conſ.147.in 5.volu. ubi ait,hoc gl.documentum,ut fructus
2 † debeatur marito ſuſtinenti onera matrimonij,eſſe* communiter approbatum.vide Bal.in conſ.
* 369.in 4.volum.
3 Bar.in ead.l.col.fi.uerſ.ad ſecundum,ait,actionem † ex ſtipulatu,quæ non competit mulieri,eſſe
ſtricti iuris.Idem ſequitur Iaſ.in §.fuerat,col.3.in 2.notab.verſ.dubium iſtud, inſt.de action. & de
hac re an actio ex ſtipulatu,quæ competit extraneo ex ſua ſtipulatione, ſit ſtricti iuris, uel bonæ
fidei? uide Iaſ.in d.§.fuerat,col.3.verſi.ſupraſcriptum,& melius quàm alibi in recollectis ſuis in l.
ſi conſtante,fol.17.in 6.quæſt.ſecundæ par.princ.Bartoli verſi.ultimò in quantum,infrà eod.titu.
ubi concludit,eam eſſe ſtricti iuris,tribus fundamentis,licèt Barto.ibi contrarium ſentiat.Ex hoc
4 infertur,ſtipulationem † hanc tacitam hypothecam non continere, & iſta eſt * comm. opinio. ut
* per Iaſ.in d.§.fuerat,col.9.quamuis ipſe contrarium teneat.ſed contra utrunque dictum inſurgo:
nam priuilegium bonæfidei & tacitæ hypothecæ conceditur doti,& actioni de dote, & per con
ſequens tranſit ad quemcunque,ad quem tranſit actio dotis,ut per Bar.in l.j.col.1.ſupra eod. igi-
tur etiam extraneo debet competere. Cogita ſi dici poſſet,dicta ibi per Bar. procedere in actio-
ne, quæ reſpectu ipſius mulieris priuilegium fuit adepta, ideo illud ſemper retinet,quamuis ad

alium

alium transeat. Hic uerò sumus in actione, quæ originem habuit in extraneo, & huiusmodi priuilegium nunquam fuit adepta. & propterea dici non potest, ut priuilegium aliquod retineatur, cum huic actioni nunquam fuerit annexum.

Summarium in l. fructus. ff. sol. matr.

1 *Fructus an intelligantur deductis expensis.*
2 *Fructuum appellatione, quodcunque interesse continetur.*
3 *Appellatione fructuum, partus ancillæ non continetur.*
4 *Quid appellatione fructuum contineatur.*
5 *Dictio post, & posteà, utrum necessariò temporis interuallum importet.*

Bar. in l. fructus. ff. sol. matr.

1 BART. in d. l. fructus, uers. pro declaratione, quærit, an fructus † intelligantur deductis expẽsis? vide Feli. in c. ad aures, col. 9. versi. duodecima conclusio, de rescrip. & in c. ad nostram. nu. 3. de iureiur. ubi infert ad pulchras quæst. Alex. in l. vbi purè. ff. ad Trebell. Abb. in c. pastoralis, col. 3. de decim. & Bald. nouell in tract. de dote, in 6. par. in 75. priuilegio, & latè Io. Campegium in tract. de dote in 12. q. 2. par. ubi etiam ipse distinguit, utrum hæc uox proferatur ab homine, an
2 à lege, & declarat & limitat, ut ibi per eum. Item fructuum † appellatione quodcunque interesse continetur. tex. est notatu dignus in l. loci corpus, & ibi Bal. ff. si seru. uendic. tradit Campegius in eod. tract. quæst. 33. secundæ part. Adde etiam fructum aliquando compensari cum alio fructu eiusdem anni: ita ut expensæ quæ ex uno detrahi non possunt, quia non sufficiunt, ex alio deducantur. tex. est sing. in l. si fundi. §. fi. infrà eod. tit. & quomodo intelligantur fructuum fructus, est gl. quæ dicitur singul. in l. sed & partis. ff. quod. met. caus. uide tex. expressum in l. Iulianus idem scribit si haberem. ff. de rei uend. uide Alex. & alios in l. cùm fundus. ff. si cert. pet. Attende, quia appel
3 latione † fructuum non continetur partus ancillæ, quia indignum uidebatur hominem in fructu esse, cùm homo sit finis omnium productorum. l. in pecudum. ff. de usur. sed appellatione redditus etiam ancillæ partus continetur, & ideo ista uox, redditus, est generalior uoce, fructus. Specu. in tit. de loca. & conduc. §. 5. versi. sed pone. Item fructuum appellatione non continentur pecu-
4 niæ. l. fundus qui. ff. loca. & habetur in l. vsura pecuniæ, eod. tit. Et quid appellatione † fructuum contineatur tradit idem Bar. in l. cùm in plures, in principio. ff. loca. Et fructuum appellatione uenit arundo. l. qui fundum. ff. de cõtr. empt. Item uenit fœnum & palea. l. si usufructuarius messem. ff. quib. mod. usufr. amit. Item & glans uenit sub nomine fructuum, quia id, quod nascitur, & renascitur, nuncupatur fructus, secundum gl. & Abb. in c. salubriter, in fi. de usur. sed glans est huiusmodi, igitur &c. facit quod habetur in l. sylua. §. glans. ff. de uerb. signif. Itẽ quercus dicitur arbor fructifera, & appellatione glandis omnis fructus comprehenditur. l. qui uenenum. §. glandis. ff. de uerb. signif. habetur in l. j. ff. de gland. legen.

5 Bar. in ead. l. in fi. versi. vltimò est, tractat de significatione † huius uocis, post, & postea, utrum necessariò temporis interuallum importet. vide tex. in l. iurisgentium. §. quinimmò, cum. §. seq. uersi. idem responsum. ff. de pact. & in c. non solùm, ubi Gemin. de appell. in 6. in 1. notab. & in §. 1. eod. cap. in princ. & Barb. in repet. c. cùm. M. col. 36. & seq. de const. & in c. si quis presbyterorum, in fi. de reb. eccl. non alien. & in c. 2. col. pen. de offic. deleg. & tex. in l. ij. ff. de cust. reor. & de uoce, post, uide quæ tradit Gemin. in c. 1. in princ. de rest. spoli. in 6. Barto. & Bald. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. inst. Et de uoce, postmodum, uide Barb. in c. postulasti, col. 1. de for. compet. De significatione uocis, postea, uide semper Antonium Corset. in suis singul. in hac uoce, postea, ubi ait importare temporis interuallum. l. pacta conuenta, & ibi gl. in uoce, postea. ff. de contrab. empt. Sed in materia fauorabili stare posse etiam incontinenti: vide omnino eum in fonte, quia multa ad rem facientia aggregauit. Et de significatione uocis, mox. de qua etiam hic agit Barto. vide Felin. in cap. præterea, de testi. cogen. & Barto. in l. tutor qui repertorium. ff. de adminis. & peric. tutor.

Summa-

Summarium in l.diuortio.ff.ſol.matr.

1 *Infra annum ſoluti matrimonij, vbi mulier debeat operari.*
2 *Vxor non habitans cum marito, an debeat ab eo alimentari.*

Bar. in l.diuortio.ff.ſolu.matr.

1 BAR. in d.l.diuortio, in princ.quærit, infra annum † vbi mulier debeat operari? deciditque eam operari debere vbi habet alimenta. vide Barb. in conſ.40.col.fi.in 1.uol.& in conſ.63.col. 10.& ſeq.in 2.vol.Capr.in conſi.72.col.5.& ſeq.& de hac re uidetur eſſe gl.in l.ſicut, de oper. libert.quam putat eſſe unicam & ſing.Salic.in l.vnic.§.exactio.C. de rei uxor.actio.vt latè habe tur per Ant.Corſet.in ſingularib.ſuis, in uoce, vxor, vbi multa ſcitu digna retulit, citatq; B.Tho mam,& philoſoph.vide omninò, & non prætermittas.et Alex.in conſi.131. Verè crudelis, in 4.vol.vbi declarat dicta hic per Bar.& in conſ.3.col.pe.eod.uol. & de iſtis alimentis uide Alex. in conſ.48.in 3.vol.& in conſi.72.col.pen. in 5.uol. & in conſi.78.eod. uolu. vbi agit de uxore
2 † non habitante cum marito,& latè in conſ.141.eo.uol. 5.& Card.in conſ.78.Aret.in conſ.98. Bal.in conſi.92.in 2.uol.Roma.in conſ.517. vbi tradit de uxore indotata quando habitat cum marito, et mulierem uiduam teneri opera præſtare hæredibus mariti, à quibus recipit alimenta, docuit Ang.in §.1.inſt.ad Tertull.

Summarium in d.l.diuortio.§.ex contrario.ff.ſol.matr.

1 *Quando maritus ex fundo fructus non percipit, mulier ei tenetur quò ad fructus percipiendos.*

Bar.in d.l.diuortio.§. ex contrario.ff.ſol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.ex contrario, verſ.Ad huius declarationem, ait quando maritus † ex fundo fructus non percipit, mulierem ei teneri quò ad fructus percipiendos. ſed quæro qua ratione hoc fiat cùm maritus lucretur fructus ultimi anni pro rata tantum, & iſte annus dicitur ſterilis,
* & immo culpa mariti, qui citius non locauit,& ideo ſibi eſt imputandum. Tamen retenta* com muni opinione, quæro quid pertinebit percipere ad maritum, an quinque an ſex aurei debean tur, ſicut matrimonium durauit quinque uel ſex menſibus.

Summarium in d.l.diuortio.§.ob donationes.ff.ſol.matr.

1 *An contra petitionem dotis obſtet compenſationis exceptio.*
2 *Repetitioni dotis an opponi poſſit compenſatio.*

Bar.in d.l.diuortio.§.ob donationes.ff. ſol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.ob donationes, tradit an contra petitionem † dotis obſtet compenſationis exceptio? et dum ibi propè fi.inquit, fructus perceptos ex pignore, ſi ſunt conſumpti, cum debito compenſari, alioqui uerò ſi non ſunt conſumpti. vide pulchrum dictum Bal.in rubri. C.de loca.col.15.& dum ibi ſubiungit Bar.eum, qui fructus ex re ſua licitè percipit, vt maritus, ut creditor, vel tutor & procurator, fructibus conſumptis non teneri ad fructus, ſed ad æſtimationem tm̃. Adde quando ēt teneretur ad fructus, eum tamen non teneri niſi uſque ad triennium, cum plus præſumptione iuris durare non præſumatur, vt colligitur ex traditis per Bart.in l.uinum, col.3.ff.ſi cert.pet. Poſtquam hic de quadam compenſatione agitur, quæro nunquid repetitio-
2 ni dotis† opponi poſsit compenſatio? Reſpon.eam opponi non poſſe.l.vnic.§. taceat.C.de rei uxor.acti.tradit Alex.in conſi.131.col.1.in 4.uolu. Rurſus quæro, an dos ab hæredibus mariti retineri poſsit, donec mulier reddat rationem adminiſtratę tutelę? Soc.tenuit eā retineri poſſe. qui reſpondit ad tex.in d.§.taceat. Sed Anto.de Fano contrarium docuit in tract.de pignorib. & hypoth.in primo membro quintæ par.nu.45.vbi hæc omnia inuenies.

Summarium in d.l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſol.matr.

1 *Illud, quod dicitur de uno anno, intelligendum eſſe de una cultura, ſiue ſit maioris tēporis, ſiue minoris.*

Bar.in d.l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſol. matr.

1 BAR. in ea.l.§.quod in anno, ait, illud, qđ dr̃ †de anno, intelligendum eſſe de una cultura ſiue ſit maioris temporis ſiue minoris. vide Alex.in conſ.107.col.3.& in conſi.105.col.2. in 3.uol.

Summarium in d.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſol.matri.

1 *An ille qui accepit fundum in emphyteuſim, poſſit incidere arbores fructiferas.*

Bar.in d.l.diuortio.§.si fundum.ff.sol.matr.

1 BART. in ead.l.§.si fundum,in fi.quærit an ille,qui accepit† fundum in emphyteosim,possit incidere arbores fructiferas.& decidit q̃ non.Pro declaratione huius rei uide omninò Alex. in cons.118.in 5.uol.sed quæro hic utrum quercus, quæ facit glandes,debeat inter arbores fructiferas annumerari? Respon.debere,per ea quæ dixi suprà in l.fructus.hoc eo.tit. Et an usufructuarius habeat arbores? vide Paul.de Monte pico latè distinguentem in repet.l.Titia cum testamento.§.Titia cum nuberet,nu.93.ff.de leg.2.vbi subiungit,usufructuarium, qui incidit arbores fructiferas,posse priuari usufructu.

Summarium in d.l.diuortio.§.si uir.ff.sol.matr.

1 *Si maritus notarius reliquit uxori usumfructum omnium bonorum,vtrum ei debeantur utilitates,quæ percipiuntur contemplatione scripturarum.*

Bar.in d.l.diuortio.§.si uir.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.si uir,in fi.quærit,si maritus† notarius reliquit uxori usufructum oĩum bonorum,vtrum ei debeantur utilitates,quæ percipiuntur contemplatione prothocollorum & scripturarum? & decidit q̃ non:quia fructus dñr illi,qui nascuntur,& renascuntur,sed isti non sunt eiusmodi,igitur &c.Vide quæ posui in.l.fructus,supra eo.tit.& Soc.in cons.100. in 1.uol.Alex. in l.quidam.§.nihil,infrà eo. Tamen contra istam conclusionem vĩ facere documentũ Oldr.in cons.24.vbi ait,usufructuario oĩum bonorum deberi laudemium,& tñ hoc non renascitur, sed tñ semel percipitur,igitur cõtra Bar.De hac materia usufructus relicti uide plenissimè Pau.de Monte pico in repet.l.Titia cum testõ.§. Titia cũ nuberet.ff.de leg.2.& semper ad eũ recurre.

Summarium in d.l.diuortio.§.interdum.ff.sol.matr.

1 *Immobilia statim restituuntur mulieri, mobilia uerò post tempus.*

Bar.in d.l.diuortio.§.interdum.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.interdum,uers. sed quæro,rationẽ quærit,quare immobilia† statim restituuntur mulieri,mobilia uerò post tempus? Adde tamen si mulier non habet unde se alat,hæredes mariti interim eam alere debere,vt per Ias.in §.fuerat,col.6.ver.restat,inst.de actio.vbi limitat hoc non procedere,quando hæredes mariti uellent dotem restituere.Item si mulier perseuerat in uiduitate.Et ibi Ias.col.7.quærit quid si post annum dos non sit restituta, an ẽt isto casu eam alere teneantur? & concludit,si mulier non fuit negligens in dote petenda,eam ali debere. Illud autem.s.mobilia non nisi elapso anno esse restituenda,limitat non procedere in hoïe,cui pecuniæ non desunt,ut in campsore.Ias.in d.§.fuerat,col.8.vbi ipse contrarium sentit.

Summarium in d.l.diuortio.§.impendia.ff.sol.matr.

1 *Impendia facta causa fructuum quærendorum, de fructibus esse deducenda.*

Bar.in d.l.diuortio.§.impendia.ff. sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.impendia,inquit,impendia † facta causa fructuum quærendorum,de fructibus esse deducenda. vide Pau.de Cast.in cons.326.vbi in specie loquitur de aliquibus casibus, et uide quæ posui in l.fructus, suprà eod.tit.

Summarium in l.si mora.ff.sol.matr. *(percepit.*

1 *Mora mulieris in non recipiendo fundũ dotalẽ,facit maritũ teneri de dolo duntaxàt,& de fructib.quos*
2 *Grauius est delictum in committendo,quàm in omittendo.*
3 *Aduocatum qui ex debito officij sui ita si negligentia, sicut si dolo amittit causam clientuli sui, teneri ad damnum resarciendum.*
4 *Exceptio debet esse de comprehensis sub regula.*
5 *Testis qui se ad dicendam ueritatem adstrinxit,ita ob ueritatem quam tacuit, sicut ob prolatum mendacium falsi criminis reus efficitur.*
6 *Medicus dicitur occidere infirmos, si eius negligentia moriuntur.*

Bar.in l.si mora.ff.sol.matr.

1 BART. in d.l.si mora,sic ait in summa. Mora mulieris † in non recipiendo fundum dotalem facit maritum teneri de dolo dũtaxàt, & de fructibus quos percepit. & dum ibi oppo.ex-

tra

tra gl.dicens,neminem teneri de negligentia. vide in ſimili caſu Alex.in cõſ.244.Super primo, col.4.verſ.& primò,in lib.primi & ſecundi uol. Attende etiam qm̃ ex iſto tex. cum gl.colligunt
2 doctores illam regulam.ſ.grauius eſſe delictum† in cõmittendo,quã in omittendo: & ideo culpa in faciendo maior eſt quã ſit culpa in non faciendo,ſcd̃m Bar.in hac l.in 2.col.in fi.vide Barba.in conſ.3.col.3.in 2.volu.Alex.in l.j.C.de repud.bon.poſ.immo culpa latiſsima in faciendo æquiparatur latæ culpæ in non faciendo,vt per Bar.in l.quod Nerua,col.antepe.ff. depoſ.uide Dec.in conſ.37. Iſta regula limitatur non hr̃e locum qñ aliquis à lege ſiue à pacto eſt obligatus ad non omittendum.Ang.in conſ.72.Item,in ijs,qui ex officio tenentur aliquid facere,quia negligentia eorum æquiparatur dolo:ita Pet.de Anch.in conſ.158.Ex narratis in facto,& Craue.
3 in conſ.132.nu.4.et ideo infertur,aduocatum† qui ex debito officij ſui,ita ſi negligentia, ſicut ſi dolo,amittit cauſam clientuli ſui,teneri ad damnum reſarciẽdum.Feli.in c.tua nos,de homic. ſic ẽt infertur ad prælatum,in quo peccatum negligentię grauiſsimum eſt.Meminimus.n.time re nos debere q; comminetur Deus negligentiæ ſacerdotum,ait Hilarius in c.nulli fas.25.q.1. iccirco delictum hoc non minori pœna dignum eſſe quàm ſi dolo perpetratum foret à legibus exiſtimatur,vt uidere eſt in c.dictum.81.diſt.vbi gl.id adnotandum eſſe perhibet,prælatum pariter pro negligentia,ſicut & pro dolo deponendum eſſe,& ad hoc multos canones hoc ipſum ſentientes adducit.Hoc idem & B.Hieronymi teſtimonio comprobatur, qui ad Heliodorum ſcribens ita locutus eſt: Infamatum ſal ad nihilum prodeſt,niſi ut proijciatur foras & conculcetur à porcis.quæ uerba nihil aliud indicant,quam prælatum negligẽtem dignitate ſpoliandum eſſe,teſte gl.in c.non omnes.2.q.7.Accedit gl.in c.ſæpe fit. 12.qu.2. idem colligitur ex ijs,quæ Deus negligenti ſpeculatori comminatur,Ezech.33.dicẽs, ſanguinem eius requiram de manu ſpeculatoris,qui non inſonuerit buccina,cum uideret gladium uenientem. & de hoc uide Feli. in c.1.col.3.de offi.deleg.& in rubr.& in c.1.de tregu.& pac.Et ex ijs confutatur illa exceptio, quam per iſtam gl.faciebat Dec.ad euitandũ tex. in c.ſi Papa.40.diſt.notoria.n.crimina in conciliabulo Mediolanenſi Iulio ij.Rom.Pontifici opponebant: & quia reſpondebatur de ijs contra Papam agi nõ poſſe,niſi ſit à fide deuius,dicebat Dec. tex.illum procedere ſolùm in delictis in omittendo,ex quib.non rectè infertur ad delicta in committendo,quę ſunt grauiora,per iſtã gl.nam hoc reſponſum Dec.falſum eſt,quia in prælato iſta crimina æquiparãtur,vt dixi.falſum eſt ẽt alia ratione: nam in d.c.ſi Papa,excipitur caſus hæreſis, qui utiq; in committendo conſiſtit,igit̃ in regula illius tex.continentur ẽt crimina,quæ in committendo conſiſtunt: quia excep-
4 tio† debet eſſe de comprehenſis ſub regula.l.fi.§.cui dulcia.ff.de uin.ole.trit leg.Bar.poſt glo. in l.j.ff.de reg.iur.Item limita p̃dictam regulam in eo non procedere,qui proferendæ ueritatis onus aſſumpſit:nam ita dr̃ proditor ueritatis eam tacendo, ac ſi mendaciũ loqueretur.c.nolite timere.11.q.3.idq; teſtatur B.Auguſtinus ad Caſulanum,dicens,vterq; reus eſt, & qui ueritatem occultat,& qui mendacium profert:nam ille prodeſſe non vult,& iſte nocere deſiderat. q̃
5 quidem paria ſunt,vt hr̃ in c.quiſquis metu,ead.cau.& quæſt.Hinc teſtis, † qui ſe ad dicendam ueritatem aſtrinxit,ita ob ueritatem quam tacuit, ſicut ob prolatum mendacium falſi criminis reus efficitur.c.1.de crim.falſ.item eum,qui uel pacto uel lege ad nõ negligendum onus,quod ſuſcepit,aſtrictus eſt,perinde ſi negligit,ac ſi committeret, peccare docuit Ange.in conſ.72.& in propoſita re non eſt prętermittendus tex.not.in l.ſi ſeruus.§.ſi fornicarius.ff.ad leg.Aquil.&
6 tex.cum gl.in c.inferiorum.86.diſt.Limita ẽt non procedere in medico† cuius negligentia moriuntur infirmi,quia perinde eſt ac ſi eos occidiſſet:& ideo nõ poteſt ad ſacros ordines promoueri.Abb.in c.ad aures,de ætat.& qualit.quamuis illa ſit lectura Ant.de But.& hæc omnia poſſunt contineri in prima limita.ſcilicet de illis,qui ratione officij tenentur facere.& dum Bar.in hac.l.ſi mora,in fi.princ.tractat qõnem,Quidam promiſit cuſtodire caſtrum uſq; ad annũ,finito anno caſtrum obtulit dño,&dñs eum non accepit;poſtea caſtrum perditur,vtrum is teneat? de qua re uide quę latè poſui ad Bar.in l.itẽ q̃rit̃.§.q impleto.ff.loca.& Soc.in cõſ.196.ĩ 1.uol.

Summarium in l. ſi ab hoſtibus. § ſi uir uxorem.ff. ſol.matr.

1 *Maritus uxorem interficiens, non debet aliquid lucrari ex dote.*

2 *Maritus qui uxorem trucidauit, dicitur parricida.*
3 *Quicquid fit lege permittente pœnam non meretur.*

Bar. in l.si ab hostibus.§.si uir uxorem.ff.sol.matr.

1 BAR. in d.l.§.si uir uxorem,ait,maritum, † qui uxorem interficit,non debere aliquid lucrari ex dote. et postea Bart. tradit etiam quid si eam non interficit,sed ei medicum non adhibet. vide Bal. in l.quod si nolit.§.pen.ff.de ædil.edict.& in cons.35.in 5.par.vbi loquitur in muliere excommunicata. & ad prædicta uide Paul.de Castr.in l.sorore. C. de his quæ in test.& in l.si ab hostibus.§.si uir,infrà eod.tit.vbi ait,idem si medicum uxori ægrotæ non adhibet, ac si eam interficeret,nisi morbo incurabili ægrotaret. Soc.in consi.105. col.fin.in 3.uolu. Et declara hoc
2 quod dicitur de medico,vt per Alex.in consi.123.in 7.vol.Circa prædicta scias maritum, † qui uxorem trucidauit,dici parricidam.l.j.ff.ad leg.Pompe.de parric.Soci.in cons.124. col.1.in 3. vol. Quid si maritus uxorem occidit, vtrum lucretur dotem ex forma statuti, & deinde fiscus tale lucrum ei auferat tanquam ab indigno,an uerò statim uenientibus ab intestato deferatur? & ista ultima est uerior. & quæ sit ratio uide plenè apud Io.Campegium in tract. de dote,in 2. q.quintæ par. Attende tamen hoc,quod de marito dicitur occidente uxorem, non habere locum quando eam iure potest interficere; vt si eam inueniret adulterantem cum uili persona, vt est tex,cum glo.in l.nec timere.ff.quod met.cau.uel si esset bannita, & statuto cautum esset,
3 bannitos posse offendi impune: nam quicquid lege fit permittente † pœnam non meretur.l. Gracchus.C.de adulte.Sed quid si maritus procurauit,vt uxor sua banniretur, quo postea possit eam impune occidere? Respon.maritum non excusari propter hoc: ita Dec. in consi.525. in fi. Ad quod facit commune illud documentũ,quod tradi solet,cùm sciʒicet, qui aliquid procurauit & affectauit,carere debere omni commodo rei affectatæ concesso,ut per Feli.in c.fin. de testi.Rom.in singul.591.Ang.in consi.245. col.5.tex. & ibi Bar. in l.scire oportet.ff.de tut. & cura.dat,ab his.& Thom.Ferrat.in caut.18.

Summarium in l. si alienam.ff. sol.matr.

1 *An & quando ille, qui habet causam à me, possit mihi referre quæstionem dominij.*
2 *Tertia persona an possit in iudicio comparere, & opponere dominij exceptionem.*
3 *Executor potest cognoscere de iure tertij, & non exequi.*

Bar.in l.si alienam.ff.solu.matr.

1 BAR. in d.l.si alienam,in principio, tradit an & quando ille, qui habet † causam à me,possit mihi referre quæstionem dominij? vide Alex.in consi.92.in 1.vol. & in cons.1.col.fi.in 4.uol.
2 Bar.in d.l.si alienam,in fi.quærit,an tertia† persona possit in iudicio comparere, & opponere dominij exceptionem,dicens ego sum dñs,non restituas huic agenti? Dicas tertiam personam posse comparere & impedire executionem latæ sniæ in fauorem alicuius.Feli.in c.veniẽs.2.de testi.vbi inter cætera duo habentur memoratu dignissima: unum q etiam in causa spoliationis poterit comparere & executionem sententiæ impedire,quæ lata sit ad fauorem spoliati. aliud est,quia quando tertia persona comparet,sufficit ei quodam colore ostendere suum interesse, ut puta si dicat,se electum,satis est ostendere electionem,quamuis non probetur,eam esse legi timè factam; neque exceptio nullitatis illi potest esse impedimento.vide eundẽ Feli.in c. cum super,de off.deleg.& oĩno in c.cùm super.nu.17.de re iud.ubi dicit unũ ualde adnotandũ. Di-
3 cas ẽt merum executorem † posse cognoscere de iure tertij,& non exequi. Alex. in cõs.101.in 5.vol.Ang.in l.si suspecta.ff.de inoff.testa.& Feli.in c.qualiter & quando, de accusat. item tertius potest comparere in quocunque termino causæ pendentis,Crauet.in cons.14.

Summarium in l.maritum.ff.sol.matr.

1 *Priuilegium, quod habet maritus, ne conueniatur nisi inquantum facere potest, ad hæredes non porrigitur. & nu.2.*
3 *Maritus conueniri non potest, nisi deducto ne egeat.*

Bar.in l.maritum.ff.sol.matr.

1 BAR. in d.l.maritum, tradit de priuilegio,quod habet maritus, † ut non conueniatur nisi in quantum

quantum facere poteſt: & huiuſmodi priuilegium ait non porrigi ad hæredes. An autẽ quando maritus conuenitur conſtante matrimonio propter inopiam poſsit iſtam opponere exceptionem? & an diſtinguatur utrum conuentus ſit actione reali an perſonali? vide Bar.in l.ſi conſtante,in princi.in 8.q.quartæ q.princip.infrà eod.tit.vbi latiſsimè Alex.& Iaſ.ex hoc,quòd maritus non condemnetur uſq; adeò ut egeat,& ſit pauper, conſiderãdi ſunt potiſsimum fructus, qui ex patrimonio redigi poſſunt,& redditus,non autem ualor,& quid ex uenditione rerũ percipi poſſet.tex.eſt mirabilis & ſing.ſecundum Bar.in l.qui bonis.ff. de ceſsi.bonor.id quod pu
2 to menti eſſe tenendum. Circa illud autem,ſcilicèt hoc priuilegium † ad hæredes non tranſmitti. contra hoc faciunt trad.per Aret.in rubri.ff.de acq.hære.col.fi.uerſ. Adde etiam. Item ſcias in re propoſita,maritum,qui negat matrimonium, hoc priuilegio gaudere non poſſe.Bar.in l. etiam.§.1.in fi.infrà eod.tit.vbi poſui. Item hoc priuilegio maritus perfrui non poteſt,quando ex induſtria poſſet uiuere: quia eo caſu non diceretur egeſtate laborare,vt uoluit gl.not. in l.ſi maritus,infrà eod.& Soc.in conſi.30. in 4.uol. Attende etiam quoniam iſta regula ſcilicèt ma-
3 ritum † conueniri non poſſe niſi deducto ne egeat, patitur xx. limitationes, vt videre eſt apud Io.Campegium in tract.de dote,q.238. tertiæ par. vbi etiam declaratur quomodo iſtud priuilegium ſit intelligendum.An ſcilicèt ſalua dignitate ipſius mariti,an non: vide ibi in quæſt.ſeq.

Summarium in l. quia tale.ff. ſol. matr.

1 *Beneficium perſonale, ad hæredes non tranſit.*
2 *Priuilegium conceſſum alicui cum ſua familia ob eius merita,an duret poſt mortẽ illius,cui fuit cõceſſum.*
3 *An & quando priuilegium cognoſcatur eſſe perſonale,uel reale.*
4 *Priuilegium perſonale amittitur propter unam tantùm contrauentionem,quæ ſponte fiat.*
5 *Priuilegium, quando tranſeat ad ſucceſſorem.*
6 *Quando conceſſum eſt priuilegium alicui, & poſteris eius,uel hæredibus,ad quos tranſeat.*

Bar.in l.quia tale.ff.ſolu.matr.

1 Bar. in d.l.quia tale,ſic ait in ſumma,beneficium † perſonale ad hæredes non tranſit. De hac re,quando priuilegium ad ſucceſſores tranſeat,vide Abb.in c.ſignificauit, in fi.de reſcri.& Feli.in c.mandata,de præſump. & Soc.in conſi.58. in 1.vol. & quæ dixi in l.maritus,ſuprà eod. tit. Et quamuis priuilegium perſonale perſonam priuilegiatam egredi non ſoleat, tamen hoc non habet locum quando is commodè priuilegio ſolus uti non poſſet.Feli.in c.quàm ſit,de iudæ. & ideo priuilegium alicui conceſſum porrigitur ad miniſtros, ſine quibus eſſe non poteſt. l.adminiſtrantes,in princip.& ibi Bar.ff.de excuſat.tut.Bal.in auth.habita.C.ne fili.pro patr.facit tex.in l.certum.ff.de uſu & habit. tradit Areti.in conſi.17. colu.11. An autem priuilegium
2 conceſſum alicui cum ſua familia ob eius merita duret poſt mortem illius cui fuit conceſſum? vide Soc.in conſi.84.in 3.uol.& priuilegium non egreditur perſonam quando perſona fuit immediata cauſa priuilegij. Soc.in conſi.115.col.5. in 1.volu. Quid ſit priuilegium perſonale, & quot modis dicatur perſonale,tradit Dyn.& Io.Andr.in c.priuilegium,de reg.iur.in 6.ubi etiã docuit quomodò fiat eius interpretatio,& quomodò dicatur cum perſona eſtingui. Quomo-
3 dò autem † & quando priuilegium cognoſcatur eſſe perſonale uel reale,vide Alex.in conſi.86. & in conſi.101.in 1.uol.& Feli.in d.c.mandata,de præſump.& quando exprimitur nomen proprium illius,cui conceditur priuilegium,tunc conijciendum eſſe, vt ſit perſonale,ait Soci.in d. conſi.58.in 1.uol. Ad quæ omnia uideas Bar.in l.apud Iulianum.§. ſi quis alicui.ff.de lega.1.& in l.j.ff.de conſt.princi.& Dyn.in c.quæ à iure,de reg.iur.in 6.Abb. in c.ſanè,de priuileg. Item
4 ſcias,priuilegium † perſonale amitti propter unam tantum contrauentionem, quæ ſponte fiat. c.pro illorum,de præben.quod intellige uerum eſſe, ſi ille actus ſortitus fuit effectũ, alioqui ſolus conatus non ſufficeret.Feli.in c.cùm acceſsiſſent.nu.32.in uerſ.ſextò limita dũmodò actus,
5 de conſtitu. Progreditur poſtea Bar.in d.l.quia tale,declarando quando priuilegium † tranſeat ad ſucceſſorem. et ait,ſi perſona non eſt cauſa proxima priuilegij, ſed læſio, vt in muliere,quæ iuuatur velleiano,& tunc tranſit ad ſucceſſores. ſed contra hoc dictum opponitur: nam læſio, fragilitas ſexus, & fauor liberorum dederũt cauſam proximã & immediatam priuilegijs dotis,

ut traditum est in l.j.suprà eo.tit.& tñ priuilegium p̃lationis non transferr̃,ut inquit Bar.in d.l.j-
6 col.1.& 2.Subiungit deinde Bar.in hac.l.qñ cõcessum† est priuilegiũ alicui & posteris eius,vel hr̃dib.ad quos transeat. vide Alex.in cõs.303.Viso themate,in lib.primi & secundi uol. & Feli. in d.c.mandata,de præsump.cum ibi additis ad Feli.et dum ibi in fi.q̃rit Bar.an in dubio priuile gium censeatur esse personale uel reale: vide Io.de Anan. in consi.20. Alex.in d.cons.86.& in d.consi.101.col.2.in 1.uolu. Soci.in d.consi.58.col. 2. in 1.uol. Bal.in consi.112.in 1.uol.& in consi.112.in 2.uol. Anchar.in cons.327.Aret.in l.idem Iulianus.§.si quis aliam,col.2.ff.de leg. 1.& Feli.in c.quoniam Abbas,de off.deleg.

Summarium in l.alia causa.§.eleganter.ff.sol.matr.

1 *Pactum ut maritus conueniatur ultra quàm facere potest, non ualet.*

Bar.in l.alia causa.§.eleganter.ff.solu.matr.

1 Bar. in d.§.eleganter,ait,pactum, † ut maritus conueniatur ultra quam facere potest, nõ ualere. Ex hoc infert Bart. etiam pactum non tenere, ut creditori liceat capere debitorem. De hoc uide Feli.in c.de cætero,col.5.& seq.de re iudic.& Bal.in auth.immo.C. de actio. & oblig. Et dum subiungit Bar.an pactum ualeat, ne liceat debitori cedere bonis? vide Feli.in c.si diligenti,col.1.uers.tertium,de for.comp.& in c.ex rescripto,nu.9.de iureiur.vbi refert opiniones esse pro utraque parte.& Ias.in §.fi.col.fi.vers.restat,inst.de action.

Summarium in l.rei iudicatæ.§.hæredi mariti.ff.sol.matr.

1 *Compensatio obijci potest mulieri dotem repetenti.*

Bar.in l.rei iudicatæ.§.hæredi mariti.ff.sol.matr.

1 Bar. in d.§.hæredi,tradit,compensationem † obijci posse mulieri dotem repetenti: contrarium ait Alex.in consi.131.col.1.in 4.uol.per tex.hic allatũ in l.vnic.§.taceat.C. de rei uxor. acti. ad quem tex.Bar.respondit,dicens,ibi esse prohibitam retentionem,non autem compensationem. Hoc tamen uidetur pati limitationem,quam tradit Socin.in consi.180.in 1.uol.vbi dixit, quando hypothecata est dos pro reddenda ratione administratæ tutelæ filiorum, tunc eam retineri posse donec reddatur. & in consi.126.& Bal.nouell. in tracta. de dote in 8.par.in principio. Sed contrarium docuit Anto.de Fano.in tract.de pignoribus & hypothec.in primo membro quintæ par.nu.45.vbi respondet adductis in contrarium: ideo uide omnino. Adde, si mulier est tutrix filiorum,& transit ad secunda uota,obligat etiam bona mariti.l.penult.C. in quib.cau.taci.pign.& Dec.in consi.591.

Summarium in d.l.rei iudicatæ.§.morum.ff.sol.matr.

1 *Mulier propter adulterium dote priuatur.*
2 *Si mulier decessit, an contra eius hæredes agi possit.*
3 *Si uxor commisit adulterium precibus mariti,hoc ei obijci non potest ab hæredibus mariti.*

Bar.in d.l.rei iudicatæ.§.morum.ff.sol.matr.

1 Bar. in ead.l.§.morum,inquit,mulierem † propter adulterium dote priuari. Quæro,an sicut adultera dotem amittit,ita etiam perdat bona paraphernalia? Rom.ait,ea pariter amitti,in sing.311.incipien.Propter adulterium.& ibi Io.Baptista Castil.qui in addit.citat Card.in cõsi. 111.& Feli.in c.pastoralis,col.3.vers.mulier impudica,de iudic. vbi uide omnino quæ ibi ponuntur in apostillis. quærit enim an hæc locum habeant etiam in uidua, quæ impudica est? Quid si hoc maritus uiuens sciuit,& uxori non obiecit? vide Alex.egregiè in consi.189.In causa & lite,in 6.vol.vbi decidit,non esse necessarium, vt maritus eam accuset: quia sufficit si mores uxoris improbauerit,ad hoc ut hæredes agere possint. idem etiam ait esse,qñ mores approbasset,sed ea post approbationem hanc rursus adulterium commisisset,neq; obstare si maritus ei benedictionem dedisset iussu sacerdotis. Et de hac re uide latè apud Io. Campegium in suo tract.de dote,q.22.28.& 29.tertiæ par. vbi tradit etiam, quid si maritus uolebat eam accusa-
2 re,sed morte præuentus non potuit?& quid si mulier † decesit,vtrum contra eius hæredes agi possit?& ibi in eod.loco q.226.tradit quid si maritus ignorauit.quo casu dici non põt, maritũ

iniuriam

iniuriam remisisse. et de hac re uide semper Dec.in l.semper in contractib.ff.de reg.iur.vbi distinguit.& ibi ad eum addita.et ad rem faciunt trad.per Matthæum de Afflic.in trac.prothomi seos.§.3.nu.6.vbi ait,cum,qui fuit iniuriam passus,& dum uiueret, non egit actione iniuriarũ,
3 censeri iniuriam remisisse, ita ut filius agere non possit. Quid si uxor † commisit adulteriũ precibus mariti? Dicas hoc ei obijci non posse ab hæredibus mariti,neque ab ipso marito: ita Barthol.Brixiensis.in trac.quæstionum dominicalium,q.32.ad quæ uide quę posui in l.cùm mulier, infrà eod.tit.Ad ea,quæ prædiximus, facit decisio quæ habetur in materia feudorum; si uasallus contra dominum felloniam commisit,ex qua iure feudo priuari poterat,& uiuens dominus eum non priuet, non potest illius domini successor talem felloniam amplius ei obijcere, quia censetur remissa; & perinde est ac si nihil commisisset cõtra dominum.arg.l.omnimodò, cum glo.C.de inoff.testa.idque tradit Albert. Brunus in consi.107.

Summarium in l.ex diuerso.§. si in iudicio.ff.solu.matr.

1 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam potest opponi post sententiam.*

Bar.in l.ex diuerso.§.si in iudicio.ff.sol.matr.

1 Bar. in d.§.si in iudicio,colligit ex tex.in summa, exceptionem, † quæ non impugnat sententiam,posse opponi post sententiam. Adde tu,exceptionem, quæ non infringit sententiam, sed eam moderat, obijci posse, post sententiam secundum Areti.in l.necessarijs, col.5.uers.sed redeundum.ff.de acquir.hæred. vbi loquitur in pulchro casu. et de hac re uide Iaſ.in l.j.colu.4. uers.succesiuè.C.de iur.& fac.igno.& dum ibi Bar.subiungit, exceptionem hæredi competentem ex confectione inuentarij,ne conueniatur ultra uires hæreditarias, posse opponi post sententiam,sequitur Iaſ.in l.j.colu.4.uers.tertio. C. de iur. & fact.ignor.& an & quando exceptio compensationis post latam sententiam obijci possit,vide Feli.in c.suborta,nu.2.de re iudic.

Summarium in l.etiam.§. licet.ff.solu.matr.

1 *Maritus,qui negat matrimonium,perdit beneficium,vt non conueniatur ultra quàm facere potest.*

Bar.in l.etiam.§.licet.ff.sol.matr.

1 Bar. in d.§.licet.vers.quæro quid,inquit,maritum,† qui negat matrimonium,perdere beneficium,vt non conueniatur ultra quàm facere potest. Adde Bart.in l.sed si dubitet, cum ibi trad. in addit.ff.de fideiuss.quem sequitur Iaſ.in l.quod te col. antepen. uers. eodem modo.ff.si cert.pet.& in l.quicunque.col.44.ff.de re iudic.& dum Bar. ibi in fi.infert,usurarium, qui omnia bona consumpsit,teneri ad restitutionem in foro conscientiæ, vide omninò Paul.de Castr. qui contrarium decidit in rubr.ff.de acq.poss.in fi.

Summarium in l.quamuis.ff.sol.matri.

1 *Mulieri solui potest ut redimat consanguineos suos ab hostibus, uel,ut eis egentibus præbeat alimenta.*

Bar.in l.quamuis.ff.solu.matr.

1 Bar. in d.l.quamuis.in 3.notab.ait, solui posse mulieri, † vt redimat consanguineos suos ab hostibus, uel ut eis egentibus præbeat alimenta; & pro illa summa cessat actio ad dotem. vide Rom.in consi.78. col.1.

Summarium in l.si cùm dotem.ff.sol.matr.

1 *Qui sibi prouidit in unum casum, alij renunciare uidetur.*

2 *Pater promittens dotem pro filia, non secuto matrimonio,an possit repetere.*

Bar.in l.si cùm dotem.ff.sol.matr.

1 Bar. in d.l.si cùm dotem, sic ait in summa. Qui sibi prouidit † in unum casum, alij renunciare uidetur. sed quomodò fieri debeat, vt in casu omisso filiæ uideatur esse consultum, uide Bar.in l. si constante.in 5.quæst. secundæ par.princip.infrà eod. vbi limitat procedere tantum quando filia est præsens,alioqui uerò si est absens.quamuis Iaſ.ibi.col.30.ver.in quinta quæst. contrarium sentiat, scilicèt.l.hanc procedere indistinctè siue sit absens,siue sit præsens. & quo
2 modò pater † promittens dotem pro filia nõ secuto matrimonio, possit repetere, an uerò filiæ dicatur donata,vide plenè apud Dec.in cons.35.Et dum Bar.in hac ead.l.in princi.col.fi. uers.

ad contraria,ait,quando dos datur mulieri, & sequitur matrimonium, lex multùm fauet mulieri,& præsumit donationem. Hoc limita respectu extranei,alioqui respectu patris, qui censetur donare etiam non secuto matrimonio. Vide Dec.in d.cons.35.Deinde Bar.in fi.princip.l.si cùm dotem, inquit committi stipulationem etiam si filia monasterium ingrediatur. Ad quod uide Alex.in cons.282. Viso themate,in lib.primi & secundi uol.

Summarium in d.l. si cum dotem.§.si post.ff.sol.matr.

1 *Per solutionem factam filiæ, patri actionem non tolli, nisi ex iustis causis filiæ sic facta solutio.*

2 *Si filia dotem consumpsit, an iterum pater eam dotare teneatur.*

Bar.in d.l.si cum dotem.§.si post.ff.sol.matr.

1 BART. in ead.l.§.si post solutum,inquit,per solutionem † factam filiæ,patri actionem non tolli nisi ex iustis causis filiæ sit facta solutio. vide aliqua per Alex.in l.huiusmodi.§. cùm pater, maximè in fi.ff.de leg.1.

2 Bar.in eod.§.quærit,si filia † dotem consumpsit,an iterum pater eam dotare teneatur? Distinguit,si eam consumpsit sine culpa & dolo, & pater eam iterum dotare compellitur; alioqui ue rò si sua culpa eam consumpsisset. Attende,quoniam ista distinctio est cõtra ea,quæ Bar.& alij docuerunt in l.si constante.in 4.q.2.q.princip.infrà eod. vbi habetur, quando maritus ad inopiam uergit constante matrimonio,si mulier non agit, potest pater solus agere ad repetitionẽ dotis. ea ratione,quia si dos amitteretur, periculum esset patris: quoniam iterum eam dotare teneretur. et tamen ibi clarè constat,mulieri imputari posse,ꝙ dotem perdidit, cum agere potuerit,& non egit. & ideo secundum hanc Bar.distinctionem pater non deberet amplius ad dotandi onus astringi. & ita contrarietatem hanc ibi Iaſ.considerauit, & insolutam reliquit.Et dũ Bar.in fi.huius.§.ait,sicut mulier,quæ dotem sua culpa amisit, non debet iterum à patre dotari, ita pater qui dedit legitimam filio pro soluenda condemnatione ex forma statuti, non tenetur amplius ei legare uel relinquere legitimam. vide multa similia per Feli.in c.quæ in ecclesiarũ, col.23.de const.& Paul.de Castr.in cons.13.cum seq.in antiquis.

Summarium in d.l. si cum dotem.§.si mulier.ff.sol.matr.

1 *Delegationem pauperis debitoris muliere ignorante, non perimere dotis actionem.*

Bar.in d.l.si cum dotem.§.si mulier.ff.sol.matri.

1 BART. in ead.l.§. si mulier, inquit, delegationem † pauperis debitoris muliere ignorante non perimere dotis actionem: & soluit contrarium.l.inter causas.§.abesse.ff.mand.quia ibi recepit scienter, hic ignoranter. vide Alex.in l.si ita stipulatus sum. §.fi.ff.de uerbo.obligat. & in cons.95.in 3.vol.

Summarium in d.l. si cum dotem.§. si pater.ff. sol.matr.

1 *Legatum relictum,in dubio censetur factum animo compensandi cum debito necessario.*

2 *Maritus non est debitor necessarius uxoris, sed spontaneus,& uoluntarius.*

Bar.in d.l.si cum dotem.§.si pater.ff.sol.matr.

1 BART. in ead.l.§.si pater,tradit,legatum † relictum simpliciter, in dubio censeri factum animo compensandi cum debito necessario. et pater dicitur debitor necessarius, quia tenetur dotare filiam. Ad hoc uide Doct.in l.huiusmodi.§.cùm pater.ff.de lega.1.& in auth.præterea, vbi latè Iaſ.C.und.uir & uxor. et memini me in re proposita pulcherrimam difficultatem iam antea in præcedentibus lucubrationibus excitasse,an scilicèt filij se immiscentes hæreditati paternæ,vel hæredes adeuntes hæreditatem illius,qui erat debitor necessarius,quando obligatio erat perfecta,dicantur etiam ipsi hæredes necessarij non obstante immixtione uel aditione. et tenui eos esse necessarios, & perseuerare in illa obligatione prout erat apud defunctum. vide

2 ibi quia non repeto,vt breuior fiam. Similiter in hoc eod.§. infert Bar. maritum non † esse debitorem necessarium uxoris,sed spontaneum ac uoluntarium, ideo legatum uxori factum non censeri factum animo compensandi cum dote,vt est dictum in patre.Adde Dec.in cons.45.et limita ut per Aret. in cons.92. quando maritus ad debitum aliquod in foro conscientiæ teneretur. et uide eundem in cons.93.et ad declarationem prædictorũ uide Alex.in d.l.huiusmodi.

§.cùm

§.cùm pater, & Fulg.in consi.81. Anch.in consi.26. in fi.cuius documentum sequitur Dec.in l.hæredem.ff.de regul.iur.& Crauet.omninò in cons.131.num.14.vide etiam Paul.de Cast.in consi.129.& in cons.64.& non prætermittas uidere consilia,quæ paulòante memoraui, quia decidunt illam quæstionem,cuius suprà mentionem feci. & sunt consilia præclara in hac materia. & quomodò onus dotandi,quod ad patrem pertinet,ad filios siue ad alios hæredes transeat,tradit Soc.in cons.57.in 4.vol.

Summarium in d.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.matr.

1 *Quomodo filiæ consulatur ut pater agat ad dotem.*
2 *Si statuto cautum est mulierem non posse contrahere,uel testari sine consensu consanguineorum, & consanguinei nolunt consentire,eo casu iudex examinare debet causam contradictionis.*
3 *Stante statuto,quòd mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum,& consanguinei essent absentes, quid agendum.*
4 *Mulier sine solennitate an possit contrahere cum patre.*

Bar.in d.l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.matr.

BART. in ead.l.§.eo autem tempore,uersi.Quæro qualiter filiæ consulitur,tradit quomo-
1 dò filiæ † consulatur,ut pater agat ad dotem. vide Bal.nouell.in tract.de dote,in 6.par.col.4.in 12.priuilegio & seq.
2 Bar.in eod.§.inquit, si statuto cautum est, mulierem † non posse contrahere uel testari sine consensu consanguineorum,& consanguinei uolunt consentire,eo casu iudicem examinare debere causam contradictionis: & si iusta non est,debere ex officio permittere mulieri,ut absque illorum consensu contrahat & testetur. Hanc decisionem sequitur Ias.in l.j.col.7. versi. confirmo.C.qui admit.& ad rem faciunt tradita per Odof.Ang.& Ludo.in l.bonorum.C.qui admit. & uide Rom.in consi.65.col.3.Feli.in c.cùm accessissent.col.9.de const. Abb.in c. quod Dei, in fi.de stat.monac.Ias.in d.l.j.col.9.& seq.Alex.in consi.199. colu.2. in libro primi & secundi vol.& Bal.nouel.in trac.de dote,in 6.par.in 19.priuilegio.Ex cuius dictis potest inferri, quid si
3 consanguinei † essent absentes?& Bal.in rubrica.C.de contr.emp.in 24.quæst.& in l.transactionem.C.de transact.& in consi.54.in 5.vol.ubi loquitur de eo,cuius consensus requiritur, quando est bannitus. Adde etiam mulierem posse contrahere sine illorum consensu, quando contrahit ad sui utilitatem. Dec.in consi.331.Feli.in c.cùm causam,col.pe.de iudic.& Ias.in l. Barbarius.col.2.ff.de off.prætor.similiter etiam sine illa solennitate alienare poterit in causam piã. Firma.in tract.de episcopo,in 4.quæst.quarti libri 31.ubi citat Bal.in l.illud.C.de sacrosc.eccl.&
4 alia multa,ut ibi uidere est. Item mulier † sine ista solennitate poterit contrahere cum patre. Dec.in consi.505.Sed alia suboritur difficultas in hac materia, nunquid eo casu mulier contrahere possit cum illis consanguineis,quorum consensus exigitur? id quod fieri posse dicendum uideretur,cùm solus consensus,non autem eorum authoritas requiratur, quo casu contrarium dici oporteret. ista distinctio est de mente Ang.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.& Alex.in consi.106.& in cons.49.in 1.vol.Soc.not.in consi.23.in 4.vol.& ad rem faciunt trad. per Soc. in cons.87.& in consi.92.in 1.vol. & in cons.80. in 4.vol. ubi ait, quemcunque posse in suam utilitatem consentire quando id facit palàm & bona fide. Tamen ista conclusio mihi non placet: quia ratio statuti requirẽtis hanc solennitatem est, ut succurratur indemnitati mulierum; id quod hoc modo non fiet. De hac re uide quæ posui in l.si consul.ff.de adopt.

Summarium in d.l.si cum dotem.§.si maritus.ff.sol.matr.

1 *Furiosus non potest coniugem repudiare.*

Bar.in d.l.si cùm dotem.§.si maritus.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.si maritus,ait,furiosum † non posse coniugem repudiare, neq; ipsum posse ex hac causa repudiari,nisi furor sit intollerabilis. Quo furor probet,uide Anch.in consi.5.col. 2.ubi tradit,an ille qui probatur aliquo tpe furiosus,censeatur semp furiosus,& an actus per eũ factus præsumatur factus tempore furoris? vide in re proposita Alex.in consi.147.in 7.vol. & omnino Dec.in l.furiosi.ff.de reg.iur.& quibus ex coniecturis aliquis furiosus existimetur, vide Bar.

de Bar.& ibi addita in l.his qui.§.Diuus.ff.de tut.& curat.dat.ab his.doct.in l.si furiosum.C.qui testa.fac.poss.Alex.in consi.10.in 6.vol.ubi optimè loquitur in materia.d.l.furiosum, & omninò vide Soc.in cõs.98.in 3.vol.vbi latissimè & elegãter loquitur de hac re,& Dec. in cõs.448.

Summarium in d.l.si cum dotem.§.sin autem in sæuissimo.ff.sol.matr.

1 *Maritus cogitur alere uxorem furiosam.*

Bar.in d.l.si cùm dotem.§.sin autem in sęuissimo ff.sol.matr.

1 BART. in ead.l.§.sin autem in sæuissimo,ait,maritum † cogi alere uxorem furiosam. vide Bal.in consi.53.in 5.vol.& dum Bar.subiungit utrum bona mariti sint obligata pro alimentis, vide Ias.in §.fuerat,col.11.uer.nunquid autem mulier habeat priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti,inst.de action.

Summarium in d.l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff.sol.matr.

1 *An & quando dos à marito,uel ab eius patre repetatur.*
2 *Cui incumbat onus probandi an creditori,quòd filius sit hæres,an ipsi filio quòd abstinuerit.*
3 *Pater an teneatur consentire filio obliganti se & bona sua pro restitutione dotis.*
4 *Simplicem consensum patris,eum obligare,quando tenetur consentire,& se obligare pro dote restituẽda.*
5 *Si ex forma statuti lucrum dotis debetur marito uxore prædecedente postquam est traducta,utrum debeatur quando uxor decedit in itinere,dum traducitur.*
6 *Lucrum dotis,an habeat locum in dote data,an uerò etiam in dote promissa.*
7 *Dos quam ab uxore sua accepit alter ex fratribus existentibus in communione an detrahi possit de bonis communionis tempore diuisionis.*
8 *Dotes an solui debeant de communi à fratribus simul commorantibus,quando filiæ alicuius eorum nuptui dantur.*

Bar.in d.l.si cùm dotem.§.transgrediamur.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.transgrediamur, agit an & quando dos † à marito uel ab eius patre repetatur.& dicit si solus pater suo nomine dotem recepit, eum solum teneri ad restitutionem, vide Raph.Cuma.in cons.401.in 2.dub.Curt.in cons.53.& Rom.in cons.462.

2 Bar.in eod.§.quærit,cui incumbat † onus probandi,an creditori,quòd filius sit hæres, an ipsi filio quòd abstinuerit. vide Ang.in cons.193.in fi.& omninò Dec.in cons.331. ex cuius dictis colligitur,filium perseuerare in hæreditate paterna,& ponit pulcherrimum casum.

3 Bar.in eod.§.uer.quæro an pater cogat, agit an pater † teneatur consentire filio obligãti se & bona sua pro restitutione dotis? vide Bal.nouel.in tracta.de dote, in 6.par.in 20.priuilegio.& Paul.de Cast.in cõs.14.& in cons.176.ubi loquitur etiam si pater sit mente captus.

4 Bar.in eod.§.prope finem,ait,simplicem consensum † patris eum obligare, quando tenetur consentire & se obligare pro dote restituenda. vide Aret.in cons.17.in fi.& seq. & in cons.92. in princ.& dum Bar.ibi in fi.subiungit,an dotem,quam unus ex fratribus lucratur, teneatur eã alijs fratribus communicare? vide Dec. in consi.66. & an teneatur communicare lucrum factum ex dote uxoris disponente statuto maritum lucrari debere dotem uxore sine filijs prædecedente,& uidetur quòd non,per tex.in l.si cum duobus.§.si inter.ff. pro soc. sed in contrarium videtur text.in c.unic. de feud.de duob.fratr. vide omninò Amanell. in suo sing.10. & Dec. in consi.67.& latius in cons.560.& Bal.nouell.in tract.de dote,in 17.priuilegio,ubi ait,huiusmodi lucrum neque esse cum fratribus communicandum,neque ad patrem tãquam profecticium
5 pertinere,sed proprium esse ipsius mariti. Quid si ex forma † statuti hoc lucrum debetur marito uxore prædecedente postquam est traducta, utrũ debeatur quando uxor decedit in itinere dum traducitur? Dec.in consi.577.ait,etiam in casu isto lucrum deberi. id quod adnotandum est. item istud lucrum competit soli marito,qui sustinet onera matrimonij, & non aliter. Alex. in consi.122.in 7.vol.& in consi.162.in 6.vol.& Dec.in consi.560.& huiusmodi lucrum non
6 dicitur merum lucrum. Aret.in consi.47.Sed quæro utrum istud lucrum † habeat locum dum taxàt in dote data,an uerò etiam in dote promissa tantùm? vide Io.Campegium,in tract.de dote quæst.75.in 5.par.& Mari.Soci.iuni.in consi.35.ipsi enim alios referunt. Attende etiam in

materia

materia huius lucri, quoniam maritus tenetur illud reseruare filijs primi matrimonij secundum ueriorem sententiam: ita inquit Dec. in l.j.nu.16.C.de secũd.nupt.quæro hic opportunè, quid
7 contra, an dos † quam ab uxore sua accepit alter ex fratribus existentibus in communione, de trahi possit de bonis communibus tempore diuisionis? Specul. ait quòd non, in tit. de iudic.§. sequitur.versi.quid si communione. Bal.in tract.de duobus fratribus,col.2.in fi. quod intellige uerum,nisi esset uersa in communem utilitatem, ut per Specul.in d.loco.& Bald. in l.si patruus. C.commu.utri.iudic.& Soc.in consi.213.col.pe.in 1.vol.& Dec.in consi.560.nu.5. An autem
8 dotes † solui debeant de communi à fratribus simul commorantibus, quando filiæ alicuius eorum nuptui dantur? vide Alex. in consi.297. in libro primi & secundi volu.in consi.103. in 3. vol.in consi.86.in 4.vol.& in consi.70.in 5.vol.Soc.in consi.46.col.fi.in 1.vol.& in cons.192. eod.vol.ubi egregiè loquitur.& in consi.4.in 4.vol.ubi.l.si socius.ff.pro soc. ubi de hac re agitur, aliter intelligit quàm alij faciant. & Dec.in authen.quod locum.C.de collat.& in cons.66. & in consi.68.

Summarium in d.l.si cum dotem.§.si mulier.2.ff.sol.matr.

1 *Si uendidi homini tuo duos boues, & mihi agenti ad pretium tu obijcis compensationem, sed ego peto saltem boues, utrum debeam exaudiri.*

Bar.in d.l.si cum dotem.§.si mulier.2.ff.solut.matr.

1 BART. in ead.l.§.si mulier.2.in fi.quærit, si uendidi † homini tuo duos boues,& mihi agenti ad pretium tu obijcis compensationem,sed ego peto saltem boues,utrum debeam exaudiri? vide Rom.in cons.40.in fi.

Summarium in l.si constante.ff.sol.matr.

1 *Si bona mariti non sufficiunt ad dotem constante matrimonio, dotis exactio competit mulieri.*
2 *An & in quibus casibus possit mulieri dos offerri à creditoribus mariti, qui uolunt eius bona cum oblatione dotis uendicare.*
3 *Remedium.l.in omnibus.ff.de iudic.locum habere non posse in muliere dotem repetente.*
4 *Quomodo probari possit, facultatis iuri ad dotem non sufficere.*
5 *Quomodo aliquis dicatur pauper, & quomodo paupertas probetur.*
6 *Quando res dicatur malè geri à marito.*
7 *Si maritus propter maleficium à sua ciuitate est bannitus, utrum mulier possit repetere dotem.*
8 *Si socer & maritus teneantur, & alter tantum ad inopiam uergit, utrum locum habeant hæc remedia.*
9 *An & quando lex porrigatur ad casum habentem similem rationem.*
10 *Filia potest agere, quando pater est absens.*
11 *Si mulier stipulata est sibi dotem reddi soluto matrimonio, utrum ante diem agere poterit.*
12 *An pater, qui stipulatus est sibi reddi dotem sol.matr.habeat hoc remedium.*
13 *Utrum in repetitione dotis debeat prius fieri excussio in bonis mariti antequam agatur contra tertium possessorem.*
14 *Hypotheca cadit etiam super feudis donec durat ius mariti.*
15 *Feudum an possit dari in dotem irrequisito domino, quando pater non habet unde filiam dotet aliunde.*
16 *An possit relinqui alimenta percipienda ex bonis feudalibus.*
17 *Mulier præsumitur dare omnia bona sua in dotem quando id, & dignitas, & mariti facultates exposcunt.*
18 *Fructus illius anni, quo dos repetitur, utrum sint diuidendi.*
19 *Quæ exceptiones admittere debeat iudex in hoc iudicio.*
20 *An mulier in casu huius legis adipiscatur dominium rerum, quæ ei pro dote assignantur.*
21 *An mulier sicut & alij creditores consequatur bona hypotecata, ut pignori incumbat.*
22 *Maritus an possit confiteri se ad inopiam uergere, & restituere dotem, ita, ut præiudicet creditoribus.*
23 *Confessio dotis receptæ factæ constante matrimonio, an ualeat.*

Bar.in l.si constante.ff.sol.matr.

1 BART. in d.l.si constante, sic ait in summa. si bona mariti † non sufficiunt ad dotem constante

ſtante matrimonio,dotis exactio competit mulieri. Ad materiam huius.l.vide Ancha.in conſi. 199.Et an dos,quæ exigi poteſt à marito uergente ad inopiam,cedi poſsit? vide apud Curt.in conſi. 57.& omninò in hac materia vide Soc.in conſi.111.in 3.vol.ubi not.ait,dotem uxori aſſignatam propter inopiam uiri,non eſſe ei liberè reſtitutam: & ideò creditores, qui poſteriorem habent hypothecam,offerendo ei dotem,bona illa auocare non poſſunt; quia cenſentur ei aſsignata cum iſta qualitate,ut ex eis ali debeant ipſa,& uir,& liberi,alioqui uerò ſi ſoluto ma
* trimonio uxor dotem exegiſſet. dicitque Soc.hanc opinionem * uotis eſſe frequentioribus ap
2 probatam,quamuis multi contrarium ſenſerint. quod obliuioni non tradas. An autem † & in quibus caſibus poſsit mulieri dos offerri à creditoribus mariti,qui uolunt eius bona cum oblatione dotis uendicare: vide Cæpoll.in caute.124. & omninò uide Antonium de Fano in trac. de pignor.& hypoth.in 1.memb.quintæ par.nu.4.ubi in terminis huius.l. concludit, communem eſſe opi.ut dos offerri non poſsit quando mulier non occupat bona mariti, ſed eligit fundum pro dote. vide etiam ad materiam huius.l.Alex.in conſ.78.in 5.vol.& in cõſ.26. in 6.vol. vbi agit an uxor,quæ ſine iuſta cauſa fuit expulſa à marito,poſsit repetere dotem. & an dicatur expulſa,ſi ſponte exiuit,& poſtea uolens redire præſtita ſibi cautione à marito de bene tractando eam,non fuit admiſſa à marito.& vtrum uxor poſsit petere fideiuſsionem à marito,quẽ habet ſuſpectum.

3 Bar.in ead.l.in quinta oppoſ.inquit,remedium, † l.in omnibus.ff.de iudic.locum habere non poſſe in muliere dotem repetente: quia illa.l.procedit in cautione cum fideiuſſore; ſed pro dote fideiuſſores non dantur. & ita contra Dyn.concludit. De hoc vide Alex.in l.ſi finita.§.diligenter,col.6.ff.de damn.infec.& quomodo uerum ſit,pro dote fideiuſſores dari non poſſe,declara & limita ut per Bal.nouell.in tract.de dote,in 21.priuelegio.

4 Bar.in ead.l.col.3.agit,quomodo probari † poteſt facultates uiri ad dotem non ſufficere. & inter cætera inquit,negatiuam probari nõ poſſe. De hac re uide Feli.in c.veniens,col.3.de teſt. & in literis,col.2.de præſcrip.uerſi.ſed ijs non obſtantibus. & aliquid per eundem Felin. in c. conſtitutus,col.2.eod.tit.de præſcrip.Abb.latè in c.cùm eccleſia,de cau.poſ.& propr. Iaco.de Are.in tract.poſitionum.§.4.nu.13.ubi ponit exemplum. Martin.de Fano in tract. de negatiua probanda,Iaſ.in conſi.34.in 1.vol.& Crauet.in multis conſilijs ſuis. & dum Bart. ſubiungit ſufficere,& aliquis aſſerit tot eſſe bona,qui uult dicere eſſe plura,probet. idem ait Alex.in cõſ. 68.Conſideratis his,col.fi.in 4.vol.& dum loquitur Bar.de euidentiſsima probatione,quid imporet,vide Feli.in c.licèt cauſam,col.8.in 11.not.de prob.in conſ.28.col.1.in 1.vol. & in cõſ. 38.col.1.in 2.vol.& in conſ.45.col.7.eod.vol.

5 Bar.in ead.l.col.4.in princ.tradit,quomodo † aliquis dicatur pauper, & quomodo probetur paupertas. Et dicit quandoq; in aliquibus caſibus legẽ limitare quomodo debeat intelligi pauper.vide Præpoſit.in c.quo iure,col.2.8.diſt.Feli.in c.ſi qui teſtium in fin. de teſti. & in c.1. de accuſ. Barb.in c.quæ in eccleſiarum,col.8.de conſtit.& dum Bart. ſubiungit, paupertatem eſſe iudicandam diuerſimodè ad arbitrium iudicis,vide Barb.in conſi.21.col.8.& ſeq.in 2.vol. ubi ponit multa ſimilia.& in conſi.80.col.fi.in 3.vol.Et quomodò paupertas probetur, vide Alex. in conſi.37.in 7.vol.Abb.in c.cùm cauſam,de teſti.Ang.in §.hinc nobis,in auth.de hære.& falcid.Soci.in conſi.30.in 4.volu. & Dec.in conſi.120. & dic paupertatem non præſumi etiam in eo,qui aliàs fuit pauper,niſi probetur. Felin.in c.ſcribam,de præſumpt.quamuis præſumatur, eum qui in præſentiarum eſt pauper, fuiſſe pauperem de præterito, ſecundum Alex.in conſi. 16.col.2.in 5.vol.Denique dicas hoc eſſe relinquendum arbitrio iudicantis ſecundum tradita per Alex.in conſ.124.in 4.vol.

6 Bar.in ead.l.& col.in 4.quæſt.tradit quando res † dicatur malè geri à marito. vide Alex.in l. ſi cum dotem.§.ſi maritum,in 1.not.ſuprà eod.tit.

7 Bar.in ead.col.in 5.quæſt.quærit,ſi maritus † propter maleficium à ſua ciuitate eſt bannitus, utrum mulier poſsit repetere dotem? & diſtinguit ut ibi per eum. & tandem concludit,locum eſſe repetitioni. vide Roma.in conſi.187.De materia autem bannitorũ,de qua hic tangit Bar.

vide

uide quæ plenè posui ad Bar.in l.si qua.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.

8 Bar.in ead.col.6.in 8.quæst. quærit, quid si socer † & maritus teneantur, & alter tantum ad inopiam uergit,utrum locum habeant hæc remedia? vide Roma.in cons.462.Et dum Bar.sub iungit,si isti duo sunt obligati tanquam duo rei,& eo casu locum esse repetitioni dotis, alioqui uerò si non sunt obligati ut duo rei. & assignat rationem diuersitatis,ut ibi habetur. De hac re vide Bal.nouell.in tract.de dote,in 6.par.in 21.priuilegio. Rom.in consi.462.& Soc.in consi. 200.in 1.vol.& Curt.in cons.53.

9 Bar.in ead.l.col.8.tradit,an & quando lex † porrigatur ad casum habentem similem rationē? in hac materia extensionis uide aliquid in tex.& ibi Abb.in c.canonica,de sent.excōmu. Alex. in l.si prius.ff.de oper.nou.nunc.& in consi.91.col.fi.in 4.vol.Feli.in c.translato. col.pen. & fi. de const.Cæpoll.in consi.33.col. 3.Barb.in consi.43.col.2.in 1.vol.& in consi.64.colu.2.eod. vol.Alex.in l.si filiusfamilias.§.diui,colu.4.ff.de leg.1.in l.j.§.si is qui hæres.ff.ad Trebel.& in l. Marcellus,col.3.eod.tit.Imol.in consi.64.Anch.in c.canonum statuta,colu.24.de const.Aret. in consi.64.col.4.& in consi.97.& Ias.in l.j.col.fi.C.qui admit. rursus Alex. in l.j.colu.fin.C.de testa.& in cons.692.in libro primi & secundi vol.col.3.& ad prædicta de simili, vide Feli. in c. capitulum,de rescri.& omnino Dec.in d.c.translato,de const.& Craue.in cons.92.in fi. & Dec. in cons.555.& in cons.697.

10 Bar.in ead.l.& col.in 3.quæst.secundæ par.principal.tradit, filiam † posse agere quando pater est absens,quamuis alioqui eius consensus exigeretur. idem tenet Ias.in auth. quod locum. C.de collat.col.antepenul.uersi.tertiò principaliter,ubi citat multos,qui ad hoc Bartoli documentum accesserunt.

11 Bar.in ead.l.colu.9. in 5.quæst. secundæ par.princip.quærit,quid si mulier † stipulata est sibi dotem reddi soluto matrimonio,utrum ante diem agere poterit? vide Ant.de Butr.in consi. 1. in 4.dub.& Imol.in consi.100.col.2.& dum Bar. subiungit, istam restitutionem non esse propriè restitutionem,sed esse casum omissum. vide Alex.in cons.142.col.4.in 5.vol.ubi ait,statutum disponens de restitutione dotis,non habere locum in huiusmodi restitutione. ad quod faciunt ea quæ posui suprà in princ.huius.l.

12 Bar.in ead.l.col.10.in 7.quæst.secundæ quæst.princip.agit,an pater, † qui stipulatus est sibi reddi dotem soluto matrimonio, habeat hoc remedium? vide Barb. in consi.40. colu.5.in 2. vol.& Imol.in consi.100.

13 Bar.in ead.l.col.12.in 2.quæst.tertiæ quæst.princip.quærit utrum † in repetitione dotis debeat prius fieri excussio in bonis mariti, antequam agatur contra tertium possessorem. vide Barb.in consi.28.col.8.in 1.vol.& omninò Bal.nouell.in tract.de dote,in 37. priuilegio 8.par.

14 Bar.in ead.col.in 3.quæst.tertiæ quæst.princ.inquit, hypothecam † cadere etiam super feudis donec durat ius mariti. sed Rom.cuius meminit Alex.hic in 5.col. videtur contrarium affirmare. & de hoc uidetur esse casus clarus,qui innuit,quod nō,in c.1.in princ.de prohib.feud. alien.per Feder.& ibi gl.& Bal.in l.lex uectigali.ff.de pignor.Bald.in l.ij. C.commun.de legat. & in c.1.col.fi.quib.mod.feud.amit.Io.Fab.& alij.in §.item Seruiana.inst.de action.Ias. in l. fin. col.27.& seq.C.de iur.emphyt.& breuiter doct.aiunt,Bartolum in hoc dicto errasse,ut inquit

15 Soc.in consi.19.col.4.in 1.vol.Sed an † feudum possit dari in dotem irrequisito domino,quando pater non habet unde filiam dotet aliunde; vide Soc.in d.consi.19.col.4.Alex.in consi.28. in 5.vol.Bal.in c.imperialem,col.3.uersi.an uasallus pro filia,de prohib.alien. feud. per Federi. & quoniam certo modo dari potest in dotem,uide Feli.in c.quæ in ecclesiarum.num.109. de constit.& uide consiliū.50.nu.24. inter consilia Curtij. An autem in bonis feudalibus relinqui posset usufructus uxori? & tenetur quòd non,tunc quæro an saltem debeatur æstimatio?

16 & an possint relinqui alimenta † percipienda ex bonis feudalibus? & isto casu tenetur, hoc fieri posse. & quæ sit ratio diuersitatis inter istum casum & præcedentem, uide hæc omnia apud Paulum de Monte pico in repet.l.Titia cùm testamento.§.Titia cùm nuberet.ff.de leg.2. & an & pro quibus debitis possit feudum occupari,vide apud Albert.Brun.in cōsi.18.In causa uer-

tente

tente inter ſpectabiles,in fi. Et dum Bar.ſubiungit quid de rebus habitis cauſa exèrcendæ mercaturæ,vide Iaſ.in d.§.item Seruiana, col.7.& ſeq.inſt.de acti.

17 Bar.in ead.l.col.13.ait,mulierem † præſumi dare omnia bona ſua in dotem, quando id & dignitas,& mariti facultates expoſcunt. idem tenet Alex.in conſi.144.in 5. vol. Contrarium tamen tenuit Dec.in conſi.521.& in auth.præterea. ubi etiam Iaſ.C.und.uir.& uxo. & iſtam eſſe communem opin.teſtatur Curt.iuni.in conſi.168.nu.4.quam ſequitur etiam Mari.Soc.iuni. in conſi.29.nu.16.dicens hoc eſſe uerum,niſi mulier antea nupſiſſet alteri uiro, cui omnia bona ſua dediſſet in dotem: nam eo caſu etiam ſecundo dare uideretur,alioqui non. & coniecturas,quibus mulier præſumitur bona ſua omnia dediſſe in dotem,vide apud Ange.in conſ.335.

18 Bar.in ead.col. verſi. quintò quæro, agit de fructibus † illius anni, quo dos repetitur, utrum ſint diuidendi,ſecundum formam.l.de diuiſione,ſuprà eod.tit.vide Anch.in conſi.94.De fructibus uerò rerum dotalium an ſoluto matrimonio ſint mariti uel eius hæredum, an uerò ſint reſtituendi,vide latè per Io.Campegium in 2.parte ubi loquitur de fructibus quarumcunque rerum & iuriſdictionum.

19 Bar.in ead.l.col.14.uerſi.ſeptimò quæro, tradit quas exceptiones † admittere debeat iudex in hoc iudicio. De qua re uide omnino Iaſ.in auth.quod locum.C.de dote caut.colu.7. ad Bar. autem in ead.l.col.15.in princ.ibi.iſta enim,uide Cor.in conſ.85.in 4.vol.

20 Bar.in ead.l.& col.ver.ſecundo quæro,tractat an mulier † in caſu huius.l.adipiſcatur dominiũ rerum,quæ ei pro dote aſsignantur.vide Soci.in conſ.60.in 1.vol. & quæ poſui ſuprà in princ. huius.l.& dum Bar.in ead.col.15.in fi.dicit,traditionem in dubio factam uideri cauſa cuſtodię. vide in ſimili caſu Alex.in conſ.84.col.2.in fi.in 1.uol.

21 Bar.in ead.l.col.antepe.quærit,an mulier † ſicut & alij creditores,conſequatur bona hypothecata ut pignori incumbat? circa hoc, mulierem ſcilicèt eſſe tantùm mittendam in poſſeſsionẽ bonorum ſufficientium pro cauſa dotis,tradit Iaſ.hic in 11.col. & vide Alex. in conſi.146.col. 3.in lib.primi & ſecundi vol.

22 Bar.in ead. col.quærit, an maritus † poſsit confiteri ſe ad inopiam uergere, & reſtitue re dotem,ita ut præiudicet creditoribus?& diſtinguit,ibi autem,ubi ait,maritum reuocare non poſſe res traditas niſi quatenus eſſent maioris pretij, ita ut ſaperent donationem. vide Alexan. in conſ.142.col.pe.in 5.vol.& dum Bar.ibi in uerſi.videndum eſt, ſubiungit, an contractus prædictus ſit licitus? Aduerte quoniam ubi de inopia non conſtaret, huiuſmodi reſtitutio dotis non liberat,niſi quatenus mulier effecta eſſet locupletior,ut per Bar.in l.ij.col.1.ſupra eod.

23 Bar.in ead.l.col.pen.tradit materiam confeſsionis † receptæ dotis factæ conſtante matrimonio,utrum ualeat, De qua re,quia plenè egi in lucubrationibus ad Bar. in rubr.ff.de donat. int. uir.& vx.ideo hic non repeto,ſed ibi uide omnino.

Summarium ind.l.ſi conſtante.§.ſi exhæredato.ff.ſol.matr.

1 *Actio de dote non naſcitur conſtante matrimonio.*

Bar.ind.l.ſi conſtante.§.ſi exhæredato.ff. ſol.matr.

1 Bar. in ead.l.ſi conſtante.§.ſi exhæredato,col.2.verſi.tertia opinio, inquit, actionem † de dote non naſci conſtante matrimonio. Adde iſtam eſſe * communem opinionem, ut ait Alex. in conſi.106.col.1.in 5.vol.

Summarium in d.l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.matr.

1 *Si per maritum non ſatiſdatur, cum poſſit, ſtatim in ſolidum condemnatur.*

2 *An & quando, & quomodo interuſuria licitè percipiantur.*

Bar.in d.l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.matr.

1 Bar. in ead.l §.quoties,ſic ait in ſumma. ſi per maritum † non ſatiſdetur,cum poſsit,ſtatim in ſolidum condemnatur; ſed ſi non poteſt, medij temporis interuſurium deduceretur. Circa materiam huius.§.attende,quia quamuis hic traditum ſit,interuſurium peti poſſe ab eo, qui eſt conſuetus,negotiari,ut in l.ij.§.fi.ff.de eo quod cert.loc.tamen hoc fallit in piſcatore, in uenatore, & aucupatore, quoniam reſpectu harum artium peti non poteſt intereſſe lucri ceſſantis,l. quem-

quemadmodum,uerſi.item Labeo. ff.ad leg. Aquil.tradit Rom.in ſing.731.incip.Tu habuiſti. Præterea,dum ibi paulòpoſt agit Bar.quomodo fideiuſſores dotium dentur. vide de hac re, & quomodo procedat & limitetur apud Bald.nouell.in tract.de dote, in 21.priuilegio. Et an
2 † & quando & quomodo interuſuria licitè percipiantur, vide Io.Campegium in tract.de dote, in 6.q.ſecũdæ par.quæro utrum interuſuria ſub eadem hypotheca debeantur, ſub qua ipſa dos debetur. vide Bal.nouel.in tract.de dote in 7.priuilegio.& Antoniũ de Fano latiſsimè in trac. de pignor.& hypothec.in 4.memb.2.par.nu.47.cum ſeq.& dum Bar.in hoc.§. propè finem dicit quomodo circa iſtam ſatiſdationem libellus ſit concipiendus, vide Roma. in conſ.439. in ult.dub.ubi tradit etiam quid ſi maritus ſatiſdationem non reperiret.

Summarium in d.l.ſi conſtante.§.ſi bona.ff.ſol.matr.

2 *Si iudicium tenet† pro parte, ſufficit ſi pro parte feratur ſententia.*

Bar.in d.l.ſi conſtante.§.ſi bona.ff.ſol.matr.

1 Bar. in ead.l.§.ſi bona, inquit, ſi iudicium † tenet pro parte, ſufficere ſi pro parte feratur ſententia. item in fiſcum non tranſire inſtantiam iudicij. & dum primam oppoſitionem ſoluit dicens contraria loqui in hærede, ſed fiſcum non eſſe hæredem,vide Abb.in conſ.29.col.2.in 2.volu.quò autem ad ſecundam oppoſitionem Bar.ut non ſufficiat iudicem condemnare pro parte,uide Abb.in c.quia,col.4.& ſeq.de iudi.

Summarium in l.ſi filiofamilias.ff.ſol.matr.

2 *In peculio filij uideri eſſe quicquid mulier debet filio.*

Bar.in l.ſi filiofamiliàs.ff.ſol.matr.

1 Bart. in d.l.ſi filiofamiliàs, in princi.ait, in peculio † filij uideri eſſe quicquid mulier debet filio: & ideo mulierem poſſe id compenſare. ſubiungit poſteà Bar.hoc uerum eſſe ſi res donatæ uel amotæ conſumptæ ſunt,& reliqua ut ibi per eum. vide Iaſ.in §.item Seruiana,col.13. inſt.de action.

Summarium in d.l.ſi filiusfa.§.maritum.ff.ſol.matr.

1 *Res dotales ſunt mulieris ſecundum iura.fforum.*

Bar.in d.l.ſi filiofamiliàs.§.maritum.ff.ſol.matr.

1 Bar. in ead.l.§.maritum,uer.ultimò hic uidetur,ait textum hunc innuere res dotales eſſe mulieris ſecundum iura fforum.vide Raph.Cuma.in conſ.20.& Card.in conſ.95.col.pen.

Summarium in d.l.ſi filiusfa.§.ſi uir.ff.ſol.matr.

2 *Succeſſor an & quando teneatur ſtare locationi factæ à ſuo authore.*

Bar.in d.l.ſi filiofam.§.ſi uir.ff.ſol.matr.

1 Bart. in ead.l.§.ſi uir,tradit an & quando ſucceſſor † teneatur ſtare locationi factæ à ſuo authore? vide Salic.& alios in l.emptorem.C.loca.Alex.in conſi.118.col.pen.in 5.vol. Abb.in c.querelam,ne prælat.uic.ſuas.Roma.in conſi.22.col.2.& Soc.in conſi.32. in 1.volu. Curt. in conſi.10.& pro limitatione uide Imol.& doct.in l.filiusfamiliàs.§. Diui.ff. de leg.1.& ibi Iaſ.& doct.in l.qui abſenti.§.1.ff. de acquir. hæred. An autem conductor poſsit expelli de re conducta,in qua habet hypothecam,ſi ei offeratur pœna uel intereſſe: Soc.in conſi.90.in 4.vol. & an & quando ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare locationi factæ per ſuum prædeceſſorem: vide Alex.in conſi.160.in 6.vol.Raph.Fulg.in conſi.126.& Iaſ.in conſi.94.in 1.vol.& apoſtillas hic ad Bar.poſitas.

Summarium in l.ſemel mora.ff.ſol.matr.

1 *Oblatio ſequens purgat moram præcedentem.*

2 *Mora purgari non poteſt, quando iuramentum interuenit.*

3 *Papa qui iurauit congregare concilium infra biennium, poteſt moram purgare, illud congregando, etiam elapſo biennio.*

4 *Oblatio debitoris an & quando eum releuet, & excuſet.*

Bar.

Bar.in l.ſemel mora.ff.ſol.matr.

1 BART. in d.l.ſemel mora,inquit,oblationem† ſequentem purgare moram præcedentem. De hac re vide Bar.& doct.in l.ſi mora,ſuprà eod.tit. Et in hac materia ſcias communiter morã purgari non poſſe,quando præfixa eſt dies & pœna. gl.in c.mora,de reg.iur.in 6.de qua re vide Alex.diſting.in conſi.23.in 4.vol.& moram purgari non poſſe quando lapſo termino lex facit executionem ipſo iure extinguendo ius moroſi, uel illud in aliud transferendo. eſt gl.ſing. in c.cupientes.§.quòd ſi per xx. in uerbo,ſpectatur,de elec.in 6.tradit Aret.in conſ.94.col.pe.

2 Item mora † purgari non poteſt,quando iuramentum interceſsiſſet. Bar.Ang.& alij in l.ſi inſulam,in 4.quæſt.ff.de uerb.oblig.& Alex.in conſi.149.in 7.vol.Tamen uidetur moram quandocunque purgari poſſe, etiam in obligationibus iuratis, quando poſt moram non ſuccedit obligatio ad aliud.l.ſi ſeruus.§.ſequitur,& l.interdum.ff.de uerb.obligat.tradit Salic. in hac.l.&

3 propterea Card.Iacobatius in tract.de Concilio,in 7.libro infert,Papam,† qui iurauit congregare Concilium infra biennium,poſſe moram purgare,illud congregando etiam elapſo biennio. ad quod uide omninò Abb.in conſi.93.in 1.volu. Et an & quando & infra quod tempus poſsit mora purgari,uide Fulg.in conſ.154.Ant.de Butr. in c.breui, de iureiur.Socin.in conſi. 199.in 1.vol.Decium in conſi.451.& omninò omnia quæ ad moram attinent, vide apud Sali. in tract.de mora.& Marcum Antonium Bauerium in tract.de mora. An autem & quando ob-

4 latio debitoris † eum releuet & excuſet. vide Bar.in l.acceptam.C.de uſur.Fulg. in conſi.139 & in conſi.201.in fi.& Antonium de Fano in tract.de pignor.& hypothe.in 3.memb. ſecundæ par.nu.97.An oblatio uerbalis ſufficiat? Alex.in conſi.148. in libro primi & ſecundi vol. & in conſi.128.col.4.in 4.vol.vbi ait quamuis aliàs non ſufficiat, tamen ſufficere ad impediendam irreuocabilem pignoris uẽditionem.l.fundus qui Lucij Titij,de reſcin.uend.Imol.in d.l.ſi mora,& quæ dixi ſuprà.

Summarium in l.quoties.ff.ſol.matr.

1 *Pater appropriat ſibi actionem de dote ſi ante matrimonium ſtipuletur, uel poſt tempore traditionis, alioqui uerò non, ſi ei filia non conſentit.*

2 *Intellectus ad l.poſt dotem, infrà eo.tit.*

Bar.in l.quoties.ff.ſol.matr.

1 BAR. in d.l.quoties,ſic ait in ſumma. Pater † appropriat ſibi actionem de dote ſi ante matrimonium ſtipuletur,uel poſt tempore traditionis; alioqui uerò non,ſi ei filia non conſentit. Attende tu caſum, in quo pater præiudicat filiæ, ſine ipſius conſenſu.ſ.ſi maritus confitetur ſe mille dotis nomine recepiſſe, poſtea oſtenditur inſtrumentum eodem die confectum, in quo pater mulieris promittit quinque centum,aſſerens hanc eſſe ueram dotem,nam eo caſu mulier non poterit exigere niſi quinque centum tempore quo dos eſt reſtituenda.Curt.in conſ.54.

2 Bar.in ead.l.in fi.oppo.d.l.poſt dotem, † infrà eod. tit. Attende quoniam propter contrariũ huius.l.illa.l.poſt dotem,decem habet uarios intellectus,quos vide, & ab unoquoque illorum datur ſingularis declaratio ſeu limitatio ad iſtum tex.& ibi uide omninò Iaſ.in 3.lectura & ultima gl.quam Bar.legit in 8.lectura,& Iaſ.in 7.in ordine ad gl.& in lectura quam ponit Bart.quæ

* in ordine eſt ſexta,& apud Iaſ.8.quæ quidem tres lecturæ ſunt* communiter approbatæ,& pounnt ſingularia documenta. & vide etiam ibi Bar.in 4.col.uerſic.expeditis lecturis, ubi tradit quid ſi maritus confiteatur ſe habuiſſe & recepiſſe dotem,qua promiſit patri ſtipulanti, an præſumatur numeratio præceſiſſe ſtipulationem?quo caſu pater ex interuallo filiæ præiudicare nõ poſſet,ut hic.ubi uerò numeratio ſtipulationem incontinenti præceſsiſſet,tunc ualeret ſtipulatio etiam in præiudicium filiæ,ut hic.

Summarium in l.ſi marito.ff.ſol.matr.

1 *Pro qua parte, bona mariti publicantur, pro ea parte fiſcus ad dotem obligatus eſt.*

Bar.in l.ſi marito.ff.ſol.matr.

1 BART. in d.l.ſi marito,ait,pro qua parte bona † mariti publicantur, pro ea parte fiſcum ad dotem obligatum eſſe. De hac re uide Bar.& Bal.in l.princeps.ff.de uerb. ſignifi. & in l.iij.

ff.de

ff.de bonor.poſſ.& in l.ſi quis ſeruum.§.fin.ff.de leg.2.& Bart.in l.iij.§. ex cauſa.ff.de iur. fiſc.& & omnino Io.Campegium in tract.de dote, quæſt.217. tertiæ par. & in quæſt. ſeq. ubi ponit limitationem.& ibi habetur, mulierem non poſſe impedire publicationem bonorum mariti pro ſua dote: quia ei ſaluum eſt ius ſuum. Attende etiam quia diſpoſitio illius.l.ſi marito, uidetur procedere tantum ſoluto matrimonio,alioqui eo conſtante,ut per Imol.hic,& per Iaſ.in d. l.ſi conſtante,col.27.in 5.quæſt.primæ q.princ.Bar.ſupra eod.ubi hoc conatur probare,quam uis Bar.contrarium ſentiat,vide doct.quos præmemoraui.

Summarium in d.l. ſi marito. §. ſi uoluntate.ff.ſol.matr.

1 *Hæres patris cogitur ad dotandam filiam.*

Bar.in d.l.ſi marito.§.ſi uoluntate.ff.ſol.matr.

1 Bar. in ead.l.§.ſi uoluntate,ait,hæredem † patris cogi ad dotandam filiam. vide quomodo hoc dotandi onus tranſeat ad hæredes patris.per Soc.in conſ.57.in 4.vol.

Summarium in l. ſi prior maritus.ff. ſol.matr.

1 *Maritus ſimpliciter promittens quod debet,intelligitur de debito cum effectu, & deducto ne egeat.*

Bar.in l.ſi prior maritus.ff.ſol.matr.

1 Bar. in d.l.ſi prior maritus,ait,quando maritus † ſimpliciter promittit quod debet, intelligitur de debito cum effectu,& deducto ne egeat: ſi verò promittit centum quæ debet, & ſic quantitatem expreſſam,& eo caſu inſolidum teneri. vide Imol.in conſi.102.col.6.& ſeq.

Summarium in l.quæ dotis.ff. ſol. matr.

1 *Adhibitus ad ſtipulandum partem dotis,an & quando cenſeatur adhibitus animo donandi.*
2 *Donatio,in qua facta eſt mentio mortis,in dubio cenſetur eſſe donatio cauſa mortis.*
3 *An donatio ſit facta cauſa mortis,uel inter uiuos, quando in ea ſunt uerba importantia unum, et aliud.*
4 *Donatio cauſa mortis poteſt probari per teſtes non rogatos.*
5 *Quando in donatione non eſt facta mentio mortis,dicitur donatio inter uiuos.*
6 *Nunquam donatio in dubio præſumitur, niſi ex modo uel genere aliud inducatur.*
7 *Quando quis dicatur conſentire.*
8 *Qui non eſt præſens, & ſciuit,an pro conſentiente habeatur.*
9 *Quando aliquis tacet propter reuerentiam,tunc non præſumitur conſentire.*
10 *Quando tacens poterat contradicendo actum impedire, & non fecit, habetur pro conſentiente.*
11 *Ego non uideor conſentire,quando agitur de magno præiudicio.*
12 *Subſcribens utrum cenſeatur conſentire.*
13 *Illi qui ſe ſubſcribunt in pagina alba, non obligantur.*
14 *Subſcriptio an & quando obliget.*

Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.

1 Bar. in d.l.quæ dotis,tractat,an & quando adhibitus † ad ſtipulandum partem dotis,cenſeatur adhibitus animo donandi. & in 1.col.uerſ.oppo.de l.cùm maritus.§.fin.ff.de pact.dotal. dicit ideo ibi præſumi donationem, quia fuerunt adhibiti ad ſtipulandum in uno caſu, & in alio non. et reprobat ſolutionem glo.quæ eſt ibi,ſcilicet ibi conſtare de animo donandi,dicens hanc eſſe diuinationem. Attende quomodo dici poſsit ibi donãdi animum interueniſſe,cùm mulier fratri,& ſic extraneo fuerit ſtipulata dotẽ ſibi debitam;quia cenſetur ei ſtipulata ut procuratori, per ea,quæ dicit Bar.infrà in hac eadem l.in 3.col.uerſ. quæro ulterius. maximè cùm in d.l.cùm maritus.§.fin. frater poſtea fuerit etiam eandem dotem ſtipulatus,atque ita uidetur ſtipulatus vt procurator, vel ut mandatarius. Quo autem ad intellectum Bar. ad illam.l.cùm maritus, in §.ſi. tenendo eum,inquit Aret.in conſi.74.illum.§.eſſe ſingul. Tamen contra hunc Bartoli intellectum, qui vult eum, qui adhibet ad ſtipulandum in uno caſu tantùm cenſeri animo donandi adhibuiſſe, uidetur tex.in l.poſt dotem,ſecundum ſextam lecturam, infrà eodem ubi Iaſ. in verſic. Quintò ſubtiliter ponderat. Ibi enim pater ſtipulatus eſt dotem reddi filiæ in caſu diuortij, atque ita in uno tantum caſu, & tamen ibi uidetur adhibitus ut procurator,

non autem animo donandi,atque ita contra hoc Bar.documentum ; cogita.

2 Bar.in ead.l.colu.2.inquit,donationem,† in qua facta eſt mentio mortis,in dubio cenſeri eſſe donationem cauſa mortis. hoc intellige uerum eſſe in dubio,alioqui uerò in caſu claro,ut puta ſi expreſsè donans dixiſſet,ſe inter uiuos donare : nam tunc mẽtio mortis nihil operatur.Cyn. & alij in l.ij.C.de iur.dot. Alex.in conſi.14.in 1.uol.Et an & ex quibus coniecturis præſumatur donatio inter uiuos,quando in ea facta eſt mentio mortis, vide omnino Areti.in conſi.74. vbi ſubtiliter loquitur, & Dec.in conſ.470.& Soc.in conſi.53.in 1.volu. vbi inter cætera inquit,illam donationem, in qua poſita eſt clauſula,purè,& ſimpliciter, dici eſſe inter uiuos,quamuis in
3 ea fuerit facta mentio mortis. Et an donatio † ſit facta cauſa mortis, uel inter uiuos quando in ea ſunt uerba importantia unum & aliud, vide per Angel.in conſi.254. Quid ſi donatio habet figuram cauſa mortis,an ſi non ualet ut donatio cauſa mortis , ualeat ut donatio inter uiuos, & contra ? vide Soc.in conſi.232. in 1.uolu. An donatio cauſa mortis facta hoc pacto ut reuocari non poſsit,iudicari debeat ut donatio cauſa mortis,an uerò ut donatio inter uiuos? vide De-
4 cium in conſi.325. Item ſcias donationem † cauſa mortis probari poſſe per teſtes non rogatos : quia hoc non reperitur prohibitum niſi in teſtamento. Soc.in conſ.237.in 1.uol.et tamen donatio cauſa mortis uidetur eſſe ultima uoluntas.l.j.C.de impon.lucra.deſcrip.lib.10.l.fin.C. de donat.cau.mor. tradit Fulg.in conſi.88. Et an magis iudicetur ultima uoluntas quàm contractus,an contra, vide Soc.in conſi.112.in 1.uol.& Mari. Soci.iuni. in repet.l.ſciendum.ff.de lega.1. Item donandi facultas alicui conceſſa non includit donationem cauſa mortis.Socin.in
5 conſi.19.col.5.in 1.uolu. Quando autem in donatione † nõ eſt facta mentio mortis, tunc eam inter uiuos,dicit Bar. eſſe exiſtimandam . ſed huic concluſioni ſtatim opponit de.l.Procula.ff. de probat. Tu dec'ara d.l.Procula ut per Alex.in conſi.53.in fi.in 4.uolu.& Socin. in conſi.25. col.3.in 4.uolu.& Maria.Soci.iuni. in conſi.128. nu.126. cum ſeq. & omninò uide quæ poſui ad Bar.in d.l.Procula.& dum Bar.ibi ſubiungit,an ratione coniunctionis præſumatur donatio: vide Soci.in conſi.73.col.pen. in 1.uol. vbi ait nunquam eſſe præſumendum donationem etiã inter fratres,quando capi poteſt alia cõiectura,immo magis eſſe conijciendum rem à lege prohibitam, quàm donationem. Et dum poſtea dicit Bar.nunquam eſſe præſumendam donatio-
6 nem † in dubio,niſi ex modo uel genere aliud inducatur,vide Alexan.in conſi.241. Habita ſuper narratis,col.fi.in lib.primi & ſecundi uolu. & dum Bar.ibi col.antepen. uerſ.procedo ulterius,quærit an ſi conſenſi tibi uendenti rem meam uidear donare. vide circa iſtum conſenſum apud Soci.in conſi.200.col.3.in 1.uol.& apud Alex.in l.ſæpe.col.6.ff.de re iudic.

7 Bar.in eadem col.uerſ.habemus uidere, tradit, quando quis dicatur † conſentire. De hac re uide plenè apud Felin.in c.nonne,col.2.de præſumpt. in c.cùm omnes,col.6.de conſtitu.Ana. in c.Petrus,de homicid.Roma.in ſingul.712.cum ibi addit. per Caſtill. Areti. in conſi.129.& in conſi.141. Abb.in conſi.40.in 2.uol. Et quia memini me multoties in præcedentibus lucubrationibus tradidiſſe an & quando præſentia cum taciturnitate habeatur pro conſenſu, non
8 repetam. Dum autem ſubiungit Bart. quid de eo, qui non eſt præſens † & ſciuit, an pro conſentiente habeatur ? vide Soci.in conſ.167.col.3.in fin.in 1.uolu.vbi ait quòd non,& citat hoc Bartoli documentum. vide etiam Areti.in conſi.140.col.1.& in conſi.169.colu.pen.Et dum progreditur Bar.quando neceſſe eſt ut taciturnitas alicui extremorum applicetur, vide Socin. in conſi.107. col.3.in 1.uolu. Tradit poſtea Bart.ibi in 2.colu.continuando ad præcedentia, quando agitur de meo præiudicio circa ius, quod habeo in re tertiæ perſonæ, quia uenditur res mihi obligata. Ad hæc uide Iaſ.in §.item Seruiana,col.8.inſt. de action.& in l.cùm proponas.j.in fine.C.de pact.Alexand.in conſi.273. In cauſa uertente.colu.2. in lib.primi & ſecundi uolu.& in conſi.20.colu.penult.verſi.præterea ſola præſentia,in 3.uol.& in conſi.8. in 5.uolu. Abb.in conſi.81. Roman.in conſi.14. colum.2. Et dum ſubiungit Bar. fallentiam vt hoc non
9 procedat ratione coniunctionis † ſanguinis, & eam limitat non habere locum quando aliquis taceret ob reuerentiam: quia tunc præſumitur diſſentire, uide Alex. in d.conſi.20.col.penult. in 3.uolu.& Felin.latè in cap.cauſam matrimonij. de offic. delega. Item quia Bart.ibi ait,eum,

qui

qui contradicendo non potest actum impedire, non uideri consentire quamuis taceat. contra hoc uidetur urgere tex. in l.ij.ff.ad municip.per quem ait Aret.in consi.91.in fi.patrem,qui est præsens quando filius eligitur decurio,teneri tanquam fideiussorem ad omnia,quæ filius malè gesit: et tamen non constat, eum prohibere potuisse, si contra dixisset. Quando autem tacens† poterat contradicendo actum impedire,ait Bar.eum haberi pro consentiente. & an requiratur ut ipse taceat dolo an non? vide Aret.in c.ad petitionē,col.3.& fi.de accusa. & Alex. in l.item quia.ff.de pact.Postea inquit Bar.in ead.col.in tertio casu, quando actus respicit præiudicium circa ius personale,eo casu tacentem non haberi pro cōsentiente nisi fauore pupillorum.vide Alex.in cons.152.visis dispositionib.col.fi.in lib.primi & secundi uol. & Soc.in cons. 214.col.3.in 1.uol.Præterea Bar.in ead.col.vers.quæro quid si sum præsens & tacens in causa difformi,tractat quid dicendum sit quando intras in possessionem uel accipis de rebus meis, & taceo.vide Alex.in l.non solùm,§.morte,col.8.vers.et uidetur.ff. de oper.nou.nunci.et dum ait me uideri dissentire† qñ agitur de magno præiudicio,vide Soc.in cōsi.167.col.3. in 1.uol. & Abb.in c.in causis,de elect.si uerò agitur de modico præiudicio,ait præsumi cōsensum.vide Abb.in cons.40.in 2.uol.Imol.in consi.82.in fi. & Alex.in consi.143.Circa primum dubium, col.fi.in lib.primi & secundi uolu.et de hac re uide quæ plenè posui ad Bar. in l.non est mirum. ff.de pignor.actio. Quærit deinde Bar.ibi propè fi.quid de subscribente† utrum censeatur cō sentire. & dicit eum, si non ut testis subscripsit, consentire censeri, dummodo non erret. vide Feli.in c.quoniam contra,col.24.de probat.& in c.cùm uenerabilis.colu.15.de except.& in c. cum inter,col.3.de re iudic.& glo.& doct.in c.si quis presbyterorum.de reb.eccl.non alienan. Barb.in consi.86.col.5.in 3.uol. Attende tamen in re proposita quoniam subscribens non intelligitur se obligare nisi sciuerit & legerit contenta in scriptura.l.fi. vbi Bal. C.plus ualer.quos agi. ita not.inquit Firma.in tract.de episcopo in 1.par.in 3.lib.q.16.vbi latè tradidit hanc materiam subscriptionis & sigilli. et inter cætera inquit,eos,qui se subscribunt† in pagina alba,ut multoties fieri contingit, non obligari: dicens se pluries de hoc interrogatum ita respondisse & consuluisse. Addit etiam, subscriptionem factam ab aliquo de mandato illius, qui scribere nesciebat, obligare mandantem. communiter autem subscriptio operatur perinde ac si tota scriptura à subscribente fuisset confecta. Bar.per istum tex. in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. & Dec.in auth.si quis in aliquo,nu.16.C.de eden.Soci.in cōsi.68.in 4.uol.Et an & quando† subscriptio obliget? vide omnino Io.Baptistam Caccialupum in tract.de transactionibus,in 12.q. nu.14.cum seq. & Crauet.in consi.73.nu.39.& quæ posui ad Bar.in l.admonendi, in 8.annot. ff.de iureiur.& in l.non est mirum.ff.de pign.actio.Postremò tradit Bar.de illo,qui sigillum apposuit,an consentire uideatur. De hac re uide Firma.in d.tract.de Episcopo.in 3.lib.quæst.17. Feli.& Barb.in c.tertio loco,col.1.de probat. Roma.in consi.303.& de sigillo uide multa per Feli.in c.coram dilecto,col.fin. de off.deleg. & in c.post cessionem, de probat.vbi Bal.& Ant. de Butr.Barb.in consi.86.col.fi.in 3.uolu. Attende etiam in re proposita,si ego uendo uinum alicui,qui proprio suo sigillo uegetem impressit, periculum pertinere ad emptorem: quia ex impressione sigilli fuit in eum translata possessio: ita not.ait Bal.in rubrica.C. de peric.& com mod.rei uend.

Summarium in l.Titia. ff. sol.matr.

1 *Causa matrimonij quando incidenter occurrit, potest cognosci à iudice laico.*

2 *Si dubitatur, utrum contractus à quo factum descendit, sit usurarius, solum ad iudicem ecclesiasticum pertinet.*

3 *Quomodo pater probabit, sibi filiam consentire.*

Bar.in l.Titia.ff.solu.matr.

1 BART. in d.l.Titia inquit,causam† matrimonij,quando incidenter occurrit,posse cognosci à iudice laico. sed Rosell.in Monarchia.fol.12. reprobat hoc Bart. documentum, dicens se indistinctè tenere causam matrimonij,qualiscunq; illa sit, semper à iudice ecclesiastico debere cognosci,per tex.hic allatum in c.tuam,de ordi.cogni. Ad rem faciunt trad.per Abb.in cap.ex

conqueſtione,in princip.de reſti.ſpolia. An aũ quæſtio dotis ſi ſeparatim tractatur à cauſa matrimonij debeat à laico iudice terminari,vide Feli.in c.eccleſia.S.Mariæ. nu.59.de conſtit. vbi
* ait iſtam cauſam ſecularem eſſe ſecundum * comm.opi.licèt aliqui contrarium ſenſerint.

2 Bar.in ead.l.ſic ait, in materia contractus † uſurarij,ſi dubitatur utrum contractus, à quo factũ deſcendit ſit uſurarius; & iſto caſu cognitio ad ſolum iudicem eccleſiaſticum pertinet: ſi uerò partes diſſentiunt tantum circa factum;& eo caſu iudicem laicum poſſe cognoſcere & decidere cauſam. vide Abb.& Feli.in c.cum ſit,de for.compet.Abb.in conſi.64.col.4.in 1.uolu. & in conſi.71.col.2.eod.uol.Alex.in conſi.70.in 4.vol. Paul. de Caſtr.in l.omni nouatione.C.de ſacroſan.eccleſ.& in auth. cauſam quæ.C.de epiſc.& cler. & in conſi.333.in antiquis.aliquid per Feli.in ſimili caſu in c.eccleſia.S.Mariæ,col.17.uerſ tertia declaratio,de conſt. & in c.ſignificauit.in 1.notab.de teſti.& unum uerbum de hoc ait in c.conſtitutus, in princip. de teſti. & in c. fi.de except.col.3. Calder.in conſi.3.Alex.in l.ſi non ſortem,in princip.ff.de cond.indeb.Ana. in c.poſt inſanabilem,de uſur.Anch.in conſi.236.& in ſimili caſu Ias.in auth.quod locum.C.de collat.col.7.& laicum poſſe cognoſcere de poſſeſsione facti ſuper re ſpirituali,tradit Abb.in c. literas,de iuram.calum.

3 Bar.in ead.l.in fi.quærit,quomodo pater † probabit ſibi filiam conſentire. vide Feli.in c.cùm ſuper,col.6. de re iudic.

Summarium in l.Lucius.ff.ſolu.matr.

1 *Pater non poteſt remittere iniuriam, quæ à coniuncta perſona fuit illata filio.*

Bar.in l.Lucius.ff.ſol.matr.

1 Bart. in d.l.Lucius,colligit ex tex.patrem † non poſſe remittere iniuriam,quæ à coniuncta perſona fuit illata filio. et ad hoc iſtum tex.ita intellectum citat Rom.in ſuo ſingu.92.incip. Tu habes. vide etiam ibi addit.per Caſtill.& iniuriam dici maiorem quando facta eſt à propinquiore,videtur probare tex.in l.vt uim.ff.de iuſt.& iur.

Summarium in l.uiro, atque uxore.ff.ſol.matr.

1 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

2 *Pronuncia quæ fuit facta ſuper eo de quo non erat neceſſe pronunciare, ualida eſt.*

3 *Dolus cum dolo,& culpa cum culpa quando compenſatur.*

Bar.in l.viro atque uxore.ff.ſolu.matr.

1 Bart. in d.l.viro,ait, paria delicta † mutua compenſatione tolli. declara & limita, vt per Abb.in c.ſicut & infrà, de iureiur.

2 Bar.in d.l.ait,pronunciationem,† quæ fuit facta ſuper eo,de quo non erat neceſſe pronuncia re,ualidam eſſe,vide Paul.de Caſt.in conſi.322.

3 Bar.in ead.l.in fi.agit de diſtinctione poſita per gl.quando dolus† cum dolo,& culpa cum culpa compenſatur. vide Alex.in conſi.77.col.2.verſ.Non obſt.ſi dicatur.in 3.uol.

Summarium in l.poſt dotem.ff.ſol.matr.

1 *Non poteſt agi donec pendet conditio ſequentis ſtipulationis nouantis,& perimentis primam.*

2 *Pater in dubio cenſetur ſtipulari, vt procurator filiæ.*

3 *Verba quæ à notario in inſtrumento poni conſueuerunt, quamuis ſint præteriti temporis, tamen intelligenda eſſe de modica præteritione.*

4 *Dos profectitia an tranſeat ad filios.*

5 *Dos profectitia an ad patrem, uel ad liberos mulieris tranſeat, aliqua conſuetudine non obſtante.*

6 *Dotis priuilegia an alteri quàm filiæ competant.*

7 *Pater dedit dotem filiæ,& ſtipulatus eſt pro filia, quæ poſtmodum mortua eſt ſine liberis, utrum ſuccedat pater ſolus, an uerò pater,& mater.*

Bar.in l.poſt dotem.ff. ſol.matr.

1 Bar. in d.l.poſt dotem, in ſecunda oppoſ.ait dicendum uideri non poſſe agi † donec pendet conditio ſequentis ſtipulationis nouantis & perimentis primam. et ſoluit illud eſſe uerum, quando

quando non poteſt agi niſi conſentiente illo, cui debet quæri eueniente conditione. Pro opinione Bar. facit quod docuit Iaſ. in l.ij. col. 2. dum citat Bar. in conſi. 126. ſuprà eod.

2 Bar. in ead. l. in 3. col. in ſexta lectura, ait, patrem † in dubio cenſeri ſtipulari ut procuratorem filiæ. Vide Alexan. in conſi. 300. viſo inſtrumento, col. 3. in lib. primi & ſecundi uol. & in conſi. 237. viſis proceſsibus, eod. uol. vbi ait, quando exprimitur nomen officij, ſemper actum præſumi factum nomine illius, à quo habet officium. & in conſi. 37. viſo d. inſtrumento. col. 3. in 3. uolu. & in conſ. 90. col. fi. eod. vol. vbi ait, ſi aliquis habet mandatum ad emendum certum prædiũ, & illud poſtea emat, eum cenſeri emiſſe prætextu illius mandati, & nomine illius, qui fecit mandatum. & uide etiam in l. ſi quis procurator. ff. ſi quis caut. & ad rem optimè faciunt trad. per Abb. in conſ. 115. in 2. uol. vbi ait, ſi aliquis enunciatiuè dicat in aliquo actu ſe eſſe hæredem Titij, præſumendum eſſe eum feciſſe illum actum tanquam hæredem Titij. vide omninò ad hæc quæ poſui ad Bar. in l. fi. ff. de inſt.

3 Bar. in ead. l. col. 5. in 1. q. inquit, verba † quæ à notario in inſtrumento poni conſueuerunt, ſcilicèt Titium confeſſum eſſe ſe habuiſſe & recepiſſe, quamuis ſint præteriti temporis, tamẽ intelligenda eſſe de modica præteritione, ſcilicèt de illo tempore, quo conficitur inſtrumentum. vide ad hæc Alex. in conſi. 2. col. pen. in 4. vol. & in conſi. 153. col. 2. in 5. uol. vbi loquitur in cõtractu matrimonij. Corn. in conſi. 143. col. 1. in 4. uol. & Iaſ. in rubr. C. qui admit.

4 Bar. in ead. l. col. 8. quærit, an dos † profectitia tranſeat ad filios? vide Imol. in conſi. 63. Bar. in ead. col. 8. in 5. q. quærit, an dos profectitia ad patrem reuerti debeat quãdo filia mortua eſt in matrimonio ſuperſtitibus liberis? vide Fulg. in conſi. 66. incip. Ser Guarnerius, & Alex. in cõſ. 178. viſo themate ſupraſcripto. in lib. primi & ſecundi uol. & dum Bar. tangit, dotem eſſe proprium patrimonium mulieris, vide quid ex hoc inferat Soc. in conſi. 25. col. 6. in 1. uol. & in conſil. 100. col. 2. in 3. uol.

5 Bar. in ead. l. col. 8. tradit, an dos † profectitia ad patrem uel ad liberos mulieris trãſeat, aliqua conſuetudine non obſtante? vide Alex. in conſi. 112. & 115. vetus & trita, in 1. uol. & in conſi. 148. in lib. primi & ſecundi uol. & in ſimili caſu in conſi. 25. Attentis, in fi. in 5. vol. & ad ea, quæ poſtea ſubiungit Bart. dicens, quæſt. fuiſſe determinatam Bononiæ, uide Imol. in conſi. 64. & Alex. in d. conſi. 115. Bal. in conſi. 7. in 1. uol. & Fulg. in conſi. 59. & in conſ. 66.

6 Bar. in ead. l. col. pen. in 6. quæſt. quærit de dotis † priuilegijs, vtrum alteri quàm filiæ competant? et quia circa hoc dubitatur, an dotis priuilegia in ceſsionarium tranſeant. uide oĩno Ant. de Fano in tract. de pignorib. & hypothe. in 4. membro ſecundæ par. nu. 120. cum ſeq. Et dum Bar. proſequendo iſtam quæſtionem tradit, an in ceſsionarium tranſeant priuilegia uiuẽte muliere? & dicit ſe inueniſſe tex. qui turbauit ſpiritum ſuum, in auth. ut exac. inſtan. dot. Dicas huic ſimilem eſſe textum. in §. fi. in auth. vt immobi. Poſtea Bar. ſubiungit, quandam eſſe ceſsionem, quæ fit ex uoluntate, & iſto caſu priuilegium non tranſire: vide Soci. in conſi. 279. in 1. uolu. & ad ea, quæ ibi in fi. Bar. docuit ſequendo rem propoſitam ceſsionis, vide Soc. in conſi. 143. col.

7 fi. in 1. uol. & in l.ij. §. quod ſi in patris, col. fi. ſuprà eod. Poſtremò quærit Bar. pater † dedit dotem filiæ, & ſtipulatus eſt pro filia, quæ poſtmodum mortua eſt ſine liberis, vtrum ſuccedat pater ſolus, an pater & mater? vide Roma. in conſ. 48. in 2. dubio.

Summarium in l. in inſulam. ff. ſol. matr.

1 *Mors ciuilis patris facit, ut actio de dote in ſolidum ſit ipſius filiæ.*

Bar. in l. in inſulam. ff. ſol. matr.

1 Bar. in d. l. in inſulam, inquit, mortem † ciuilem patris facere, vt actio de dote inſolidum ſit ipſius filiæ. adde tu, quando mors ciuilis eundem effectum operatur, quem mors naturalis, tũc id, quod in uno iſtorum caſuum eſt conſtitutum, locum habet etiam in alio. Bal. poſt Dyn. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. Abb. quem uide omnino in quæſt. incip. Epiſcopus, col. fin. vide quid ex hoc tex. inferat, Alex. in conſ. 88. col. 2. in 3. uol. & de morte ciuili & naturali, uide Alex. in conſi. 13. in 3. uol. Soc. in conſi. 92. in 1. uol. & Feli. in c. licèt undique, col. 2. de off. deleg.

Summarium in d.l.in insulam.§.fructus.ff.sol.matr.

1 *Vir non lucratur fructus dotis putatiuæ.*

Bar.in d.l.in insulam.§.fructus.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.fructus,ait,uirum † non lucrari fructus dotis putatiuæ. Adde an uir lucretur dotem seu partem dotis,quam lucraturus esset si uera esset uxor,quando est putatiua.uide tex. cum gl.in l.pen.§.fi.ff.quod fals.tut.aut. & de tota hac re dotis putatiuæ,vide Bal.nouell.in tracta.de dote, ubi ponit omnes conuenientias, & differentias dotis ueræ & putatiuæ. Attende etiam quia maritus lucratur dotem putatiuam, quando interuenit dolus dantis, & hoc fit per exceptionem.Io.Campegius in tract.de dote,in 8.q.quintæ par.

Summarium in d.l.in insulam.§.usuras.ff.sol.matr.

1 *Debitum hinc inde ex causa usuraria compensatur.*
2 *Usura etiam usque in uno nummo est prohibita, & aliter sentiens, tanquam hæreticus iudicatur.*
3 *Interusuria dotis an & quando licitè percipiantur.*
4 *Mulieri passæ moram in dote restituenda, sibi soluto matrimonio usura non debetur.*
5 *Usuræ quæ debentur marito, an sint loco usurarum siue alimentorum.*
6 *An dotis interusuria, siue alimenta, siue interesse debeantur sub eadem hypotheca, sub qua debetur dos.*
7 *Fructus percepti ex rebus mulieris, an, & quando sint ei à mariti hæredibus restituendi.*

Bar.in d.l.in insulam.§.usuras.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l.§.vsuras,sic ait in summa. Debitum † hinc inde ex causa usuraria compensatur. Item marito non debentur usuræ, qui non alit uxorem. Ad materiam huius.§. vide Soci.in consi.128. in 1.uol.& dum Bar.subiungit,vtrum de iure canonico debeantur, vide remissiuè apud Ias.in §.fuerat,col.3.vers.Hinc sumpta, insti. de action.vbi latissimè. & ibi etiam docuit, nunquid ualeat statutum uel consuetudo sit seruanda,vt pro centum debeantur decem, aut o-
2 cto? & citat memorabile illud uerbum Bartoli usuras † usque in uno nummo esse prohibitas,& aliter iudicantem tanquam hæresis reum esse relegandum. immo neque munuscula ex pacto licitè percipiuntur,secundum Abb.in cons.34.in 1.uol.& ad rem faciunt trad. per Alex.in consil.80.in 3.uol. & ut certum quid debeatur pro usura retardatæ dotis à statuto fieri non posse, tradunt Card.& Imol.in clem.1.de usur.Iaco.Butrig.in l.cunctos populos. C.de summ.Trinit. & ibi Ias.col.11.vers.& pro hoc. & doct.comm.hic.& in c.salubriter. de usur.vbi traditum est, interesse liquidandum in plus & minus secundum qualitatem personarum exigi posse, usuras uerò certas non posse. & pro ista opinione est glo.in c.non licèt, per illum tex.10.distin.& ista
* est * commu.opin.& magis tuta,vt per Ias.post Angel.de Aret.in d.§.fuerat,nu.19.cum ibi traditis in apostill. Ad quæ uideatur Soci.idem sentiens in consi.179. et an & quando & quomo-
3 do † interusuria dotis licitè percipiantur,Soci.in consi.88. & in consi.103. in 4.uol. & omnino Alexand.in consi.74.in 5.uolu. & in consi.31. & in consi.200. in 6.uolu.vide plenè de hac re apud Io.Campegium in tract.de dote,in 6.quæst.secundæ par.sed hic opportunè quæritur, an usuræ in casu, quo peti possunt, censeantur remissæ quando petitæ non fuerunt infra decennium? vide Ias.in l.quæ dotis,suprà eodem tit.& in d.§.fuerat.Alexan. in consi.60. in 4.uol.&
4 in consi.39.col.4.in 6.uolu. Et dum postea subiungit Bar. mulieri † passæ moram in dote restituenda sibi soluto matrimonio usuras non deberi. Adde etiam mulierem non posse pecunias dotales apud aliquem deponere,& ex ea lucrum percipere absque periculo damni (ut fit quo-
* tidie) quia secundum magis * commu.opin.est usura,vt per Soci.in consi.111.col.fi.in 3.uolu. vbi ait,se pro ista opinione consuluisse Florentiæ, & multos doctores se illi consilio subscripsisse. vide Crauet. in consi.89. Declara tamen, id quod prædiximus de muliere passa moram in dotis restitutione, vt non habeat locum intra annum, qui datur hæredibus ad restituendas res mobiles: nam si non habet unde se alat,tenentur hr̃des eã alere.l.vnic.§.exactio.C. de rei uxor. act.vbi gl.in uoce,restituendis.Qñ aũt incipiant currere usuræ ex parte mariti,tradit Ias.in d.§. fuer at,col.4.ver.Qñ aũt incipiant.An usuræ,† quę debenť marito sint loco usurarũ,siue alimen

torum,

torum, maxima eſt dſia,qm̃ ſi loco uſurarum,cenſentur remiſſæ qñ maritus per aliquod tp̃s eas non petijt,vt prædictũ eſt; alioqui uerò ſi loco alimentorũ peterent̃,vt per Bar.in l.quæ dotis, col.2.verſ.oppo.de l.Procula,ſuprà eod.tit.& ibi Iaſ. col.33. uerſ.in ea glo. & ibi tradit ẽt nunquid ille,qui ceſſat aliquid petere,maximè in dote remiſiſſe cẽſeatur. et ad prædicta uide Alex. in conſ.27.viſo themate,in 4.uol.& latè in conſ.74.viſo titulo,in 5.vol. & præcisè ad documentum Bar.hic,de marito ſuſtinente onera matrimonij, quomodo ei uſuræ debeantur, vide eundem Alexan.in conſi.147. perſpectis inſtrumentis. eod.5.vol.Ad rem faciunt trad.per Abb.in conſi.39.in 2.vol. Anch.in c.peccati uenia,col.10.de reg.iur.in 6.Roma.in conſi.517.in 2.dubio.Aret.in conſi.56.col.4.& in conſi.48.col.3.Corn. in conſi.145.in 2.uol. & in conſi.71.& in conſi.165.& in conſi.ſeq.in 4.uol.Soci.in conſi.109. in 2.dubio.& in conſi.126.Ange.in d. §.fuerat.col.4.Bal.in conſi.94. & in conſi.369. in 1.uol.& in conſi.474.in 3.uol. Fulg.in conſ.
6 196.& in conſi.201. Paul. de Caſtr.in conſi. 386.an autem dotis † interuſuria ſiue alimenta, ſiue intereſſe debeantur ſub eadem hypotheca, ſub qua debetur dos ? vide Bal.nouell. in trac. de dote,in ſeptimo priuilegio,& latiſsimè Ant.de Fano in tract. de pignor.& hypothe.in quarto membro ſecundæ par.princip.nu.47.cum ſequ. Item mulier poteſt retinere domum,in qua habitabat uiuente marito, pro intereſſe dotis. et ad ea, quæ dixit Bart.ſcilicèt mulieri moram paſſæ in reſtitutione dotis uſuras non deberi, dicas ei tamen fructus eſſe reſtituendos, ſed non ſemper ut per Paul.de Caſtr.in conſi.65.col.pen.in 1.uol. ſecundum nouam impreſsionem. Et
7 an & quando † fructus percepti ex rebus mulieris ſint ei à mariti hæredibus reſtituendi, vide Aretin.in conſi.160.& plenè Dec. in conſ. 521. vbi loquitur de triplici patrimonio uxoris,& quid iuris ſit in fructibus perceptis ex unoquoque eorum. & Raph.Cuma. in conſi.104.& Io. Campegium in tract.de dote,in 7.& in 9.q.primæ par.& latiſsimè in ſecunda par.

Bar.in l.ſi maritus.ff.ſol.matr.

BAR. in d.l.ſi maritus,agit, de ceſsione. Adde ibi in fin.Roma.in conſi.413. colu. penult. in octauo dubio.

Summarium in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſol.matr.

1 *Dolo petis id, quod reſtituturus es.*

Bar.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff.ſolu.matr.

1 BAR. in d.§.Lucius,colligit regulam illam, Dolo petis † illud,quod reſtituturus es,procedere ſolùm quando ille eſt reſtituturus ei,à quo petit; alioqui uerò ſi alij. Adde iſtam regulam non habere locum in aliquibus caſibus, vt per Feli.in c.debitores, nu.5. de iureiur.vbi multas attulit limitationes. & Paul.de Caſtr.in conſi.325.in 1.uol. ſecundum nouam impreſsionem. Et ad rem faciunt trad.per Ange.inſtit.de except.in princip.col.36.& Roma.in conſi.204.colu.2.in fi.Et dum Bar.paulòpoſt ſubiungit, dotem poſſe peti propter commodum interuſurij, neq; obſtare regulã,dolo petis,vide Iaſ.in l.cùm quis, col.7.uerſ.in ea gl.C.de iur.& fac.ignor.

Summarium in l.Caius.ff.ſol.matr.

1 *Ex pacto aui materni dotem dantis ſoluto matrimonio, actio quæritur mulieri.*

Bar.in l.Caius.ff.ſolu.matr.

1 BAR. in d.l.Caius, ſic ait in ſumma, ex pacto † aui materni dotem dantis ſoluto matrimonio actio quæritur mulieri. vide Alex. in conſi.13. Ex his,quæ in 2.dubio. in 1.uolu.& Imol.in conſ.64. & ad ea quæ Bar.ait in fi.huius.l.in d.conſi.13.in 1.vol.& in conſ.19.col.3.uerſ. nunc capio,in 4.uol.& in conſi.158.in 3.dubio.in 5.uol.

Summarium in l.cum mulier.ff.ſol.matr.

1 *Siue maritus excipiat de adulterio, ſiue uxorem criminaliter accuſet, vt dotem lucretur, lenocinij exceptione repellitur.*

2 *Replicatione turpitudinis, non tollitur exceptio turpitudinis.*

3 *Contra perſonam replicari non poteſt.*

4 *Si statuto cautum est, ut certa gabella de quolibet contractu soluatur, alioqui ipso iure contractus non ualeat, & ego emi fundum à te, & non fuit soluta gabella ab aliqua partium, cui solutio competat.*

5 *Quid iuris si obijciatur exceptio infamiæ inter partem, & testem.*

Bar.in l.cùm mulier.ff.sol.matr.

1 BAR. in d.l.cùm mulier, sic ait in summa, siue maritus † excipiat de adulterio, siue uxorem criminaliter accuset, vt dotem lucretur, lenocinij exceptione repellitur. Ad ea omnia, quæ hic habentur per Bar. vide Abb. & Dec. in c.cùm dilecti, de except. & Barthol. Brixien. in tract. quæstionum dominicalium. q. 32. & dum Bar. subdit, rationem, & mentem legis, idem significare, vide Bal. in consi. 10. in 2. vol. & Alex. in consi. 3. in 3. uol.

2 Bar. in ead. l. oppo. ad conclusionem, quæ ex isto tex. elicitur, dicens, replicatione † turpitudinis non tolli exceptionem turpitudinis, vide Feli. in c.cùm dilecti, col. 3. de except. vbi sequitur dicta Bar. hic. & maximè in 9. col. remissiuè. Et dum Bar. in seq. oppo. tradit, replicationem doli non militare contra excipientem per dolum quando tractat de damno uitando, vide Alexan. in cons. 59. in fi. in 1. vol. Anch. in consi. 291. col. 4. & in cons. 330. col. fi. Et an & quando allegans turpitudinem audiri non debeat, vide omninò Feli. in c. lator, in princ. de re iud. & in c. tertio loco, nu. 8. cum seq. de præsump. & in c. debitores, nu. 12. de iureiur. Abb. & alios in c. ex tenore. de testi. Abb. in c.cùm. M. Ferrar. nu. 13. de const. & Soc. in consi. 21. col. 3. in 1. uol.

3 Bar. in ead. l. col. 2. vers. Præterea quando, ait, contra personam † replicari non posse, quoniam si cito te ut reum, statim facio te habilem ad iudicium. Vide Feli. in c. præsentium, col. 3. de test. & in c.cùm inter, col. 7. vers. vnde generaliter. de except.

4 Bar. in ead. l. col. 4. uers. quæro de una quæstione, tractat, si statuto † cautum est, ut certa gabella de quolibet contractu soluatur, alioqui ipso iure contractus non ualeat: & ego emi fundum à te. & non fuit soluta gabella ab aliqua partium, tu uendicabas à me obijciens me gabellam non soluisse; & ego contra te excipio, quia tu non soluisti eam. vide Ang. inst. de except. in princ. & col. 26. Barb. in consi. 43. col. 22. in 1. uol. Aret. in consi. 128. col. 3. Alex. in l. fi. in princ. ff. de eo per quem fact. erit.

5 Bar. in ead. col. quærit, quid si obijciatur † exceptio infamiæ inter partem & testem? vide Feli. in c. antepe. col. fi. de testi. & aliquid per eundem in c. de cætero, col. 3. uers. limita quartò, eod. tit. & in c. testimonium, col. fi. eod. tit.

Summarium in l. Mæuia. §. fundus. ff. solu. matr.

1 *Contractus dotis quò ad maritum est onerosus, quò uerò ad mulierem est utilis.*

Bar.in l. Mæuia. §. fundus. ff. sol. matr.

1 BAR. in d. §. fundus, ait, contractum † dotis quò ad maritum esse onerosum, quò uerò ad mulierem esse utilem. vide Soci. in consi. 80. in 4. vol. & Dec. in consi. 402. num. 7. Dum autem Bar. in eod. §. in fi. ait renunciationem esse obligationem de non petendo, vbi infert ad mulierē renunciantem, ut ibi uidere est. vide Alex. in consi. 108. in fi. in 3. uol. Roma. in consi. 140. & in consi. 187. & in consi. 394. Bal. in consi. 193. in 5. uol. & Fulg. in consi. 76.

Summarium in l. si æstimatis. ff. sol. matr.

1 *Fundus æstimatus tali æstimatione, quæ non facit emptionem, potest alienari muliere nolente.*

2 *Quando æstimatio faciat emptionem, & periculum transeat in contrahentem.*

3 *Argumentum à contrario sensu non est sumendum, vbi sequitur absurdus intellectus.*

Bar.in l. si æstimatis. ff. sol. matr.

1 BART. in d. l. si æstimatis, sic ait in summa. Fundus † æstimatus tali æstimatione, quæ non facit emptionem, potest alienari muliere nolente. De hac re quomodo æstimatio fundi dotalis faciat emptionem, vide Ias. in l. ex conuentione. C. de pact. ubi ponit regulam cum quatuor limitationibus. vide etiam addita ad Bar. in l. si inter. C. de iur. dot. & quæ ibi pono, & omninò uide quæ posui ad Bar. in rubrica. ff. de fund. dot. & ultra illas limitationes, quæ in locis præmoratis colliguntur, adde aliam quoque, ut scilicèt æstimatio non faciat emptionem, quando hoc ex tacita mente contrahentium colligeretur. ita Aret. in consi. 84. Diligenter ponderatis,

col.1.versi.uidendum est ergo. & regulam hanc,scilicèt,quæ ex ista.l colligitur, ut ueram approbat gl.hic & Bar.in d.l.si inter.vide Pet.de Bellapert.hic.& Ang.Io.Fab. & Porc. in princip. inst.quib.alie.non lic.& Bal.hic.& Salic.in l.interesse in fi.C.de usufr. ita ut ex authoritate iuris
* interpretum uideatur sententiam hanc esse * uotis frequentioribus approbatam, ut fundus æstimatus tali æstimatione,quæ non facit emptionem aut uenditionem, muliere consentiente alienari possit. Tamen ista opinio est contra tex.expressum in l.vnic.§.licet enim Anastasiana. C.de rei uxor.action.ibi enim constitutum est,alienationem fundi dati in dotem etiam consentientibus mulieribus fieri non posse, nisi quando dominium & periculum est mariti; sed in casu isto dominium non est mariti,ut apertissimè constat, igitur alienatio non est permissa. Neque huic sententiæ reluctatur iste tex.quia est correctus: procedit enim secundum legem Iu-
2 liam,quæ fuit correcta.inst.quib.ali.non lic.in princ. Quando autem æstimatio † faciat emptionem,& periculum transire in contrahentem,vide aliqua apud Ias.in §.actionum, col.15.instit. de acti.& Soc.in cons.56.siue 57.in 1.vol.& ad rem faciunt trad.per Bar. & alios in l. si ut certo.§.nunc uidendum.ff.commod.& per Io.And.Abb.& Barb.in c.vnico,eod.tit.

3 Bar.in ead.l.in fi.ait,argumentum † à contrario sensu non esse sumendum ubi sequitur absurdus intellectus. Adde argumentum ab absurdo ualidum esse, quo utitur etiam iurisconsultus in l.in pecudum.ff.de usur.& hoc ualet etiam in statutis. vide Mari.Soc.iuni.in cons.1.nu.122. & in cons.3.nu.14.Quando autem & in quibus casibus argumentum à contrario sensu procedat & non,vide Feli.in c.significasti.num.15.cum seq. de for.compet.& in addit.in princ.opus Abb.in decretum,nu.8.& doct.in l.j.ff.de off.eius,& quæ ibi posui.

Summarium in l.si filiofam.ff.sol.matr.

1 *Maritus qui conuentus est actione reali,habet beneficium ne exigatur ultra quàm facere potest.*

Bar.in l.si filiofamiliàs.ff.sol.matr.

1 Bart. in d.l.si filiofamiliàs,col.2.sentit,maritum † qui conuentus est actione reali, habere beneficium ne exigatur ultra quàm facere potest. sed contrarium uidetur tenere idem Bar. in l.si constante,in princ.in 8.quæst. quartæ quæst.princip. suprà eod. ubi Alex. dicit expressè contrarium,tamen Ias.seiungendo unum casum ab alio,ad concordiam redigit in ultima part. gol.fin.colum.22.

Summarium in l.si quis sic stipulatur.ff.sol.matr.

1 *Stipulatio generalis refertur ad quemcunque casum soluti matrimonij.*

Bar.in l.si quis sic stipuletur.ff.sol.matr.

1 Bart. in d.l.si quis sic stipuletur,inquit,stipulationem † generalem referri ad quemcunque casum soluti matrimonij. De his dictis Bartoli pertinentibus ad casum soluti matrimonij, vide Ias.in l.si constante,col.30.in 7.quæst.secundæ quæst.princ.

Summarium in l.si uero.§.item quicquid.ff.sol.matr.

1 *Oratores Mediolanenses,quibus aliquid donatum fuit ab Imperatore,an teneantur illud restituere suæ reipublicæ.*

Bar.in l.si vero.§.item quicquid.ff.sol.matr.

1 Bart. in d.l.si uerò.§.item quicquid,quærit utrum oratores † Mediolanenses,quibus aliquid donatum fuit ab Imperatore, teneantur illud restituere suæ reipublicæ an non? & decidit quòd non,nisi expressè id actum fuisset. & hoc per istum tex.id quod est contra dominorum Venetorum consuetudinem. vide etiam Oldr. in consi.129. ubi ex hoc infert ad similem quæstionem: Si Archidiaconus locat fructus sui archidiaconatus,ut fructus tantùm contineãtur,non autem id,quod in iocundo suo aduentu ei præstari solet. Tamen quia de hac re uariè fuerunt doctorum sententiæ,ut uidere est hic, & in l. socium qui.§.1.ff.pro soc.& in l.qui proprio.§.procurator.ff.de procur.ideo pro concordia uideri poterit Abb.in c.postulastis,ver. & facit hoc ad quæstionem,de concess.præb.ubi ait,ex qualitate muneris conijciendum esse, an ipsius legati,an uerò eius principis intuitu munus sit factum.

Summa-

Summarium in d.l.si uero.§.de uiro.ff.sol.matr.

1 *Prouisio legis contra ius commune, nō extenditur ultra illud, quod lex exprimit quamuis eadē sit ratio.*
2 *Extensio, ubi subest eadem ratio fieri non potest.*
3 *Omnes casus, qui comprehenduntur sub ratione, ita decidi ab ea, sicut per genus deciditur species, & sub eo continetur.*
4 *Extensio an & quando fieri possit.*
5 *Mulier an agat contra maritum actione mandati, an negociorum gestorum.*

Bar.in d.l.si verò.§.de uiro.ff.sol.matr.

1 BAR. in ead.l §.de viro,sic ait in summa. Prouisio † legis contra ius commune non extenditur ultra illud,quod lex exprimit,quamuis eadem sit ratio.iste.§.semper ad hoc adduci solet, extensionem in exorbitantibus etiam ex identitate rationis fieri non posse. sed obstat glo.1. magna in l.si constante,in princ.suprà eod.in illa quæst. An mulier possit agere contra socerū
2 inopem: vbi Ias.colu.13. & ibi posui aliqua ad Bart. Et quamuis dici soleat,extensionem,† vbi subest eadem ratio,fieri non posse,ut hic ait Bar.& alij,& tradit Felin.in c. postulasti, nu.43.de rescript. Tamen attende,quia ubi subest eadem ratio,dici non potest propriè extensionem fieri,ut tradit Dec.in consi.372.nam ratio legis est anima legis,& cuiuscunque alterius dispositionis: & ideo ubicunque militat illa & eadem ratio, ibi dispositio disponere dicitur, non per interpretationem extensiuam,sed intellectiuam,ut per Dec.in d.consi. & Soc.in consi.30. col.2.
3 & 3.in 1.vol.& omnino uide Alex.in consi.75.in 5.vol.ubi not.dicit, omnes † casus, qui comprehenduntur sub ratione,ita decidi ab ea,sicut per genus deciditur species,& sub eo continetur. idem uoluit Abb. in c. at si clerici.§. de adulterijs, de iudic. Ad rem faciunt trad. in c.1.de elect.in 6.& in clem.1.de elect. vide etiam eundem Alex.in consi.129.in 7.vol.inquit.n.rationem statuti,quando unica reddi potest,etiam si expressa non sit,tanti esse,ut omnes casus decidat qui sub ea continentur, non per extensionem, sed per interpretationem intellectiuam, ut prædiximus. idem ait Feli.in c.translato,propè fin.de constit.sed hoc displicet Raph.Cuma.in consi.97.in fi.ubi ait,si hoc uerum esset,omnia statuta extenderentur contra communes regulas,quia uerisimile est,unam tantum rationem in eis afferri posse. tamen magna est uis rationis,saltem quando fuit expressa & multùm ualet authoritas eorum,qui hanc partem sequūtur. Et ideo etiam decisio unius casus ad alium trahitur in quacunque dispositione, in qua prohibita est extensio,quando ille casus est omninò similis, & eundem effectum producit; quia ista non dicitur propriè extensio. gl. est not. in c.1.in uoce,Italiæ,de tempor.ordin. in 6.& latè de
4 hac materia extensionis,an & quando † fieri possit,uide Abb.in c.fi.de rescrip. Feli.in c. pastoralis,in princ.eod.tit.Rosell.in tract.de concilio,in 4.fol.& omninò in tract.legitimationum, in 1.lib in cap.de causa finali seu effectiua legitimationis, & Decium in d. c.translato,de const. & non prætermittas Antonium Corset.in sing.suo in uoce,Extensio,incip. Dispositio simplex.& in alio incip.Licèt lex pœnalis.& in alio sing.in eadem uoce,incip.Vbicunque lex tendit.vbi ait semper extensionem fieri de proprio uocabulo ad improprium, vbi agitur de fauore animæ. glo.sing.in auth.sacramenta.C.si aduersus.end.

5 Bar.in eod.§.propè fi.tradit, an mulier † agat contra maritum actione mandati an negociorum gestorum? De hoc uide Ias.in l.si constante.col.13.ver.circa.l.si verò.suprà eod.tit.

Summarium in l.in his rebus.ff.sol.matr.

1 *Damnum datum ab inimicis alicuius, utrum dicatur esse datum culpa illius.*

Bar.in l.in his rebus.ff.sol.matr.

1 BAR. in d.l.in his,in princ.tractat de damno † dato ab inimicis alicuius, utrum dicatur esse datum culpa illius? vide Rom.in consi.170.Bal.in consi.61.in 4.dub.Dec.in consi.7.& quę posui ad Bar.in l.si merces.§.culpæ.ff.loca.

Summarium in d.l.in his rebus.§.seruus uxoris.ff.sol.matr.

1 *Facto diuortio maritus recuperat uestimenta data seruis dotalibus qualia sunt, alioqui ea compensat in dote.*

2 *An gemmæ, & aliæ acceſſiones ipſis ueſtibus annexæ, ſint uxoris ſimul cum ueſtibus.*

3 *Veſtes factæ uiduæ poſteà nubenti cuius ſint.*

Bar.in d.l.in his rebus.§.ſeruus uxoris.ff.ſol.matr.

1 BART. in ead.l.§.ſeruus uxoris,ſic ait in ſumma. facto † diuortio maritus recuperat ueſtimenta data ſeruis dotalibus qualia ſunt, alioqui ea compenſat in dotem. De hac re uide Feli. in c.ſuper eo.2.col.2.de teſti.Roma.in conſi.127.& in conſi.146.& in conſ.254.Card.in cõſ. 43.Capr.in conſi.58.& in conſi.74.in 1.dub.& omninò vide Alex.in conſ.42.in 5.vol.ubi ait, annulos & ueſtes,quæ pro quotidiano uſu portari conſueuerunt,ab uxore ſoluto matrimonio repeti non poſſe,alioqui uerò ſi ſunt precioſæ. idem concludit Bar.in conſ.50.incip.Filius Pe-
* tri de Florentia. & Mari.Soc.iuni.in conſi.134.in fi.ubi ait hanc eſſe * comm.opin. dicitque ar bitrio boni uiri declarandum eſſe, an ſint precioſæ an non. ſed hic pulchra ſuboritur difficul-
2 tas,utrum gemmæ † & aliæ acceſsiones ipſis ueſtibus annexæ ſint uxoris ſimul cum ueſtibus, quando dictæ acceſsiones ſunt precioſiores? videtur dicendum quòd non ſecundum gl. in l. ij.ff.de pecul.lega.contrarium decidit Ant.Corſet.in tract.de poteſtate regia, in 4.par.num.3. vbi adducit Rom.& alios qui contrarium tenuerunt. ſed ipſi loquuntur in legato ueſtium facto uxori,nos autem loquimur ſimpliciter in ueſtibus & annulis factis uxori,an repeti poſsint. quo caſu Alex.in d.conſi.ſentit eas non poſſe repeti, quæ quotidie gerebantur,quaſi aliter ſen tiens in ueſtibus precioſis & magni ualoris. id quod expreſsè ait Mari. Soc.iuni. in conſi.134. in fi.& ad prædicta uide Anch.in conſi.181.vbi loquitur in uxore ad domum iam traducta, ac
3 etiam in ſponſa. De ueſtibus † uerò factis uiduæ poſtea nubenti docuit Capr.in conſi.113.in 3.dub.Ad rem faciunt trad.per Alex.in l.ſi uſufructus.§.1.ff.ad leg.Falc. & Bald. in conſi.92.in 2.vol.& Corn. in conſi.65. in 3.vol. & Ang.in conſi.339. Quid dicemus de ueſtibus ſiue alijs bonis mobilibus,quæ ipſa mulier in domum mariti attulit,& fuerunt conſumpta uel deteriora ta,vtrum ea repetere poterit?Dic ea primo caſu non reſtitui,in alio autem caſu repeti poſſe de teriorata prout ſunt.Alex.in l.pen.ff. ad leg.Falc.

Summarium in d.l.in his rebus.§.uxor.ff.ſol.matr.

1 *Dos primi matrimonij uidetur in ſecundo matrimonio repetita.*

Bar.in d.l.in his rebus.§.vxor.ff.ſol.matr.

1 BART. in ead.l.§.vxor, ait, dotem † primi matrimonij uideri in ſecundo matrimonio repetitam. ex hoc infert Bart.ad quæſt.ſuam incip. Mulier habens magnum patrimonium. vbi agit an & quando mulier ſecundo nubens uideatur omnia ſua bona dare in dotem ſecundo ui ro. De qua re uide aliqua per Roma.in conſi.44. col.3. & Curt.iuni.in conſi.168. num.4.vbi
* ponit * comm.opin.& Mari.Soc.iuni. in conſ.29.nu.15.& quia de hac re memini me egiſſe in præteritis lucubrationibus,non repetam.

Summarium in d.l.in his rebus.§.ſi uir.ff.ſol.matr.

1 *Si maritus fuit confeſſus, ſe habuiſſe dotem integram, quam promiſit reſtituere; & ſtatim pater non obſtante dicta confeſſione, uel extraneus dans dotem promiſit tantum marito illam dotem ſoluere, utrum hæredes uiri ſoluto matrimonio dotem reſtituere teneantur.*

Bar.in d.l.in his rebus.§.ſi uir.ff.ſol.matr.

1 BART. in ead.l.§.ſi uir,quærit,ſi maritus † fuit confeſſus ſe habuiſſe dotem integram,quam promiſit reſtituere,& ſtatim pater non obſtante d.confeſsione,uel extraneus dans dotem pro miſit tantum marito illam dotem ſoluere,vtrum hæredes uiri ſoluto matrimonio dotem reſtituere teneantur? an uerò cedendo actionem liberentur? Hic Bar.expreſsè ſentit ualiditatem confeſsionis dotis receptæ factæ à marito conſtante matrimonio. de qua re latè ſcripſi in rubrica.ff.de donat.inter uir. & uxor. ubi etiam aliqua inuenies ad deciſionem propoſitæ quæſtionis. vide etiam Alex.in conſi.178.in libro primi & ſecundi vol. & in conſi.148. col.2.in 5. vol.Soc.in conſi.64.in 3.vol.Ang.in conſi.195.In primis præſens conſultatio. Roma.in conſi. 445.Præſens conſultatio. Abb.in conſ.73.Ad quæſtionem quæ ad præſens uertitur,in 2.vol. & intellige Bar.hic,ut per Feli.in c.ſi cautio,col.25.in fin. de fid.inſtrum.in 5.limit.& Socin.in

conſi.

cõsi.179.col.4.uersi.confirmatur,& col.fi.in 1.vol.& latissimè de hac re,& fortè melius quàm alibi uide Curt.in consi.54.& omninò Barb.in consi.19.in 2.vol.per totum. Dum autem Bar. in fi.huius.§.ait,periculum esse mariti,qui illud nomen accepit,vide Abb. in d. consi.73. col.3. in 2.vol.& in consi.85.in fi.eod.vol.Barb.in d.consi.19.in 2.vol. Alex.in d.consi.178.Viso the mate,col.1.in libro primi & secundi vol.& in d.consi.148.col.2.in 5.volu. Rom.in consi.445. in 1.dub.& omninò Curt.in cons.54.& in cons.7.ubi infert ad pulchrum casum. Ang. in consi. 145.ubi distinguit.Corn.in consi.66.in 1.vol.& in consi.209.in fi.in 3.par.& Bald.in l.iij.C.de donat.ant.nupt.

Summarium in l.fi.ff.sol.matr.

1 *Publicationes bonorum,& aliæ condemnationes quæ proueniunt ex iurisdictionibus datis marito in dotem,non sunt mulieri soluto matrimonio restituendæ.*

Bar.in l.fi.ff.sol.matr.

1 BART. in hac.l.fi.decidit,publicationes † bonorum & alias condemnationes, quæ proueniunt ex iurisdictionibus datis marito in dotem, non esse mulieri soluto matrimonio restituendas. vide hic Bal.Ang.Imol.& Feli.in c.ad audientiam,nu.2.de præscript. Iaſ.in l. diuortio.§. si vir in fundo,suprà eod.tit.ubi limitat. Quid si delictum fuit commissum,sed processum nõ fuit tunc,nec sequuta sententia, nisi postquam alius successit in iurisdictione, utrum ista utilitas sit primi,an uerò secundi possessoris? Distingue,aut primus possessor possidet ex causa onerosa, ut est maritus,quia quò ad eum titulus dotis est onerosus,secundum Bar.in l.Męuia.§. fundus, suprà eod.tit.& ibi posui in lucubrationibus,& eo casu hęc emolumenta ad primum pertinent: aut ex causa lucratiua,& tunc pertinent ad secundum.

Summarium in l.j.§.necessariæ.ff.de impens.in reb.dota.fac.

1 *Maritus,an possit repetere expensas,quas fecit in exigendis nominibus debitorum,quæ ei mulier dedit in dotem.*

Bar.in l.j.§.necessariæ.ff.de impens.in reb.dotal.fact.

1 BART. in d.l.j.§.necessariæ,quærit,utrum maritus † possit repetere expensas, quas fecit in exigendis nominibus debitorum,quę ei mulier dedit in dotem? & decidit,aut nomen debitoris datum fuit æstimatum, ita ut periculum sit mariti, & non repetit; aut fuit ei datum simpliciter in dotem,& tũc potest repetere.vide Alber.in l.j.C.de bon.mater.

Summarium in l.quod dicitur.ff.de impens.in reb.dot.fac.

1 *Feudum auitum & hæreditarium transire de uno fratre in alium.*

2 *Vnus fratrum commisit felloniam,& amisit feudum,postea dominus remisit ei felloniam,an ista remissio habeat uim nouæ concessionis & noui feudi.*

3 *Si dominus uiuens feudatarium propter fellonią non priuauit,quòd eo casu, quòd ei crimen remississe censetur,non poterit successor domini illum amplius ob dictam causam condemnare.*

4 *Prælatus si capituli non accedat consensus,bona ecclesiæ alienare non potest.*

5 *Licèt omnis alienatio in fraudem creditorum sit prohibita,debitor tamen hæreditatem sibi delatam absque aliqua fraudis suspicione repudiare potest.*

6 *Res de facili reuertitur ad pristinam naturam.*

7 *Si Papa hæreticus efficeretur,quamuis postea resipiscat, & errorem agnoscat, eum non modò Papam esse desinere, sed concilium se abstinere non posse à ferenda contra ipsum priuationis sententia.*

8 *Qualitas adiuncta uerbo, secundum tempus ipsius uerbi cui adijcitur,est intelligenda.*

Bar.in l.quod dicitur.ff.de impens.in reb.dotal.fact.

BART. in d.l.quod dicitur, propè fi.principij, ponit quæstionem in feudo, sed in primis
1 præmittit, feudum † auitum & hæreditarium transire de uno fratre in alium, alioqui verò si esset feudum ipsi fratri concessum,quod alij appellant,ex prouidentia concedentis. pro cuius rei intellectu uide tu latissimè Curt. in consi. 49. & in consi.50. quod fuit consilium collegij

bono-

Bononiensis. & Dec. in consi. 445. nu. 8. Iaſ. in l. ſi mihi & Titio, col. fi. ff. de uerb. oblig. & plenè
2 Mari. Soc. iuni. in conſ. 77. Modo quæſtio Bartoli talis eſt: unus fratrum † commiſit felloniam, & amiſit feudum, poſtea dominus remiſit ei felloniam, an iſta remiſsio habeat uim nouæ conceſsionis & noui feudi? an uerò remaneat antiquum, & ſuam primam naturam retineat? concluditque illud ſuam primam naturam & qualitatem retinere. Iſtam deciſionem Bartoli ſequitur Alex. in conſi. 2. col. 2. in 5. vol. in conſi. 28. & in conſi. 29. colu. pen. & omninò in conſi. 34. Viſis & ponderatis, col. 2. eod. vol. & in conſi. 30. col. 2. in 1. vol. & Paul. de Caſt. in conſi. 102. & in conſi. 156. & Iacob. de ſancto Georgio in ſuo tract. feud. in uoce, Dictique uaſalli. Dec. in conſi. 53. ubi ait, in huiuſcemodi feudo locum habere ius accreſcendi. Curt. in conſi. 45. colu. 20. & in conſi. 49. Rom. in conſi. 1. in fi. & in conſi. 49. & Corn. in cõſ. 16. col. 4. & ſeq. in 1. vol.

Amplia hoc Bartoli documentum ut locum habeat non ſolùm quando dominus felloniam
3 remiſit expreſsè, uerùm etiam tacitè, ut puta, ſi dominus † uiuens feudatarium propter hanc felloniam non priuauit; nam eo caſu, quia ei crimen remiſiſſe cenſetur, non poterit ſucceſſor domini illum amplius ob dictam cauſam condemnare. argumento. l. omnimodo, cum gl. C. de inoff. teſtam. & ita concludit Albert. Brunus in conſi. 107. Ad rem faciunt, ea quæ poſui ad Bar. in l. rei iudicatæ. §. morum. ſuprà eod. tit. de uiro, qui uiuens non obiecit adulterium uxori, ut nec eius hæres obijcere poſsit. Item amplia not. hanc Bartoli deciſionem, ut procedat etiam ſi eſſemus in caſu, in quo dominus non ex libito uoluntatis nouam conceſsionem poſſet facere, ſed uel decretum uel alia ſolennitas exigeretur: quia nihilominus facta huiuſmodi remiſsio ne ſimpliciter ille in prima conceſsione & in primo feudo perſeueraret. Hoc probatur, nam
4 prælatus, † ſi capituli non accedat conſenſus, bona eccleſiæ alienare non poteſt, ac etiam aliæ ſolennitates requiruntur, toto titulo de reb. eccl. non alien. verùm, ſi bona ipſo iure ad eccleſiã deuoluantur, propterea quòd emphyteota canonem non ſoluerit, ut habetur in l. ij. C. de iur. emphyt. prælatus eo caſu recipiendo non ſolutas penſiones, caducitatem remittere poterit, ut trad. Card. Flor. & alij in c. potuit de loca. & gl. in c. ne pro defectu, in uoce, conſilio, & ibi Abb. de elect. ubi traditum eſt, prælatum in ſpectantibus ad eum iure deuoluto, non cogi ad habendum conſenſum capituli. Ad quæ accedit tex. in l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. cre-
5 dit. ubi quamuis omnis alienatio † in fraudem creditorum prohibita ſit, debitor tamen hæreditatem ſibi delatam abſque aliqua fraudis ſuſpicione repudiare poteſt. Et pro ratione huius ampliationis aliam memorabilem doct. ſententiam non reticebo: nam ſolennitas, quæ alioqui in aliquo actu exigeretur, non eſt neceſſaria ubi res ad priorem ſuum ſtatum redit: ita multis
6 exemplis oſtendit Feli. in c. cùm omnes. nu. 6. de conſt. immo uſque adeò facilis eſt reditus † ad priorem naturam, ut ſi res in alium transferatur, uel per remiſsionem impedimenti aut incapacitatis ei denuò acquiratur, ita ut res ad primum ſtatum redeat, & primam eius naturam adipiſcatur, ius alteri quæſitum uel facillimè reuocetur, neque ob id aliqua ei dicitur illata fuiſſe iniuria, ut uidere eſt in l. quæris. ff. de natal. reſtit. & in c. ab exordio, cum gl. 35. diſt. cum multis alijs quæ in re propoſita afferuntur per Albert. Brun. in conſi. 1. col. 7. uerſi. Tertiò pro prædi-
✱ cta. ubi teſtatur, hanc eſſe * ueram & indubitatam doctorum ſententiam. Ad quam acceſsit Io. Campegius in conſ. 2. inter conſilia eiuſdẽ Bruni. & Soc. in conſi. 10. inter ead. conſilia. quæ quidem concluſio nunquam eſt obliuioni tradenda. Ex prædictis omnibus confunditur opi-
7 nio illa, quam tenuit Ant. Roſell. in tract. de Concil. in 3. quæſt. dicens, ſi Papa hæreticus † efficeretur, quamuis poſtea reſipiſcat, & errorem agnoſcat, eum non modò Papam eſſe deſinere, ſed Concilium ſe abſtinere non poſſe à ferenda contra ipſum priuationis ſententia; quoniam alioqui ius eligendi alium Pontificem Cardinalibus acquiſitum auferretur. Ex præcedentibus enim clara patet reſponſio; quia cùm res ad primum ſtatum redeat, ſi Concilium remittat delictum expreſsè uel tacitè, nulla dicitur Cardinalibus illata iniuria, & nulla ſolennitas, quæ alioqui in noua Pontificis electione exigeretur, iſto in caſu eſt neceſſaria, ut latè & ritè fuit ſuprà concluſum. nam quemadmodum ob delictum priuatio dignitatis ſolo iuris miniſterio fit, ita per pœnitentiam crimine extincto, res eiuſdem iuris miniſterio ad primum ſtatum redit.

redit argumento l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. Immo crederem in proposito casu concilium non posse Papæ pœnitenti non parcere, per tex. in c. si Papa, 40. dist. ubi de Papa hæc habentur. Huius culpas iudicare præsumat mortalium nemo, nisi sit à fide deuius. ex quibus verbis colligitur, Papam tempore ferendi iudicij, à fide deuium esse oportere, & alioqui iudicari
8 non posse: quia qualitas † adiuncta uerbo, secundum tempus ipsius uerbi cui adijcitur, est intelligenda. l. in delictis, §. 1. ff. de noxal. Hoc idem tradit Io. de Turre Cremata in 3. lib. suæ summæ cap. 8. Cum itaque is amplius hæreticus dici nõ possit, cùm errorem suum non defendat, immo pœniteat, ut docuit glo. & Bar. in l. j. C. de hæret. Innoc. in c. 1. de summ. Trinit. & Alber. de Ros. in suo Dictionario, in uoce Hæreticus, consequens est, ut damnari non possit, per tex. in d. c. si Papa, qui videtur expressus, cùm prohibeat Papæ culpas damnari, nisi sit à fide deuius tẽpore ferendi iudicij; & iste pœnitens sit, & non deuius.

Summarium in l. utilium. ff. de impens. in reb. dota. fac.

1 *Mulier an ad impensas utiles teneatur.*

Bar. in l. utilium. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

1 Bart. in d. l. vtilium, tradit an mulier † ad impensas utiles teneatur? vide Capr. in consi. 135. in 2. dubio.

Summarium in l. omnimodo. ff. de impens. in reb. dota. fac.

1 *Actionem de dote esse directam, & contrariam.*

Bar. in l. omnimodo. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

1 Bart. in d. l. omnimodo, propè fi. ait, actionem † de dote esse directam & contrariam. vide Ias. in §. præiudiciales, col. 9. in fi. instit. de acti. vide exemplum apud Paul. de Cast. in consi. 328. ubi loquitur in contractu locationis. Et quoniam hæc gl. adducitur pro unica & sing. ad probandum, actionem directam & contrariam non habere locum nisi in casibus à iure expressis, adde similem gl. & melius probantem in d. §. præiudiciales, in gl. magna ante medium, vers. sed quidam dixerunt, vbi Ias. col. 8.

Summarium in l. neque stipendium. ff. de impens. in reb. dota. fac.

1 *Onera realia, ac etiam imposita personæ pro rebus ad uirum pertinere.*

2 *Si tanta esset solutio collectarum, ut perceptioni fructuum æquipolleat, an debeat solui.*

Bar. in l. neque stipendium. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

1 Bart. in d. l. neque stipendium, colligit ex tex. onera † realia ac etiam imposita personæ pro rebus ad uirum pertinere: nam in tex. dicitur, onus enim fructuum hæc impendia sunt. Ad de tex. in l. quæro. ff. de usufru. lega. & Bar. in l. Lucius. §. idem respondit. ff. ad municip. Alex. in cons. 4. in 5. vol. & in consi. 31. in fi. eod. vol. Soc. in consi. 217. & in consi. 243. in 1. vol. & Dec.
2 in consi. 156. Quid si tanta esset solutio † collectarum, ut perceptioni fructuum æquipolleat? Roma. in sing. 156. incip. Tu scis quod usufructuarius, loquens de usufructuario, qui tenetur similiter ad hæc impendia collectarum, inquit, eum in dicto casu non teneri, dicens in mundo esse unam gl. in l. concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. 3. subiungitque se hoc Florentię in facti contingentia obtinuisse. Et ad materiam huius. l. vide omnino quæ latissimè dixi ad Bar. in l. hæres absens. ff. de iudic. ubi de immunitate ecclesiæ egimus. & ibi dicitur in imponendis oneribus potissimùm esse cõsiderandam fructuum perceptionem. & ex hoc infertur ad pulchram decisionem in fauorem ecclesiæ.

Summarium in l. pe. ff. de impens. in reb. dot. fac.

1 *Expensæ quæ fiunt ad temporalem rei custodiam, non repetuntur.*

Bar. in l pen. ff. de imp. in reb. dot. fact.

1 Bart. in d. l. pen. colligit ex tex. expensas, † quæ fiunt ad temporalem rei custodiam non repeti. vide Præpos. in c. ius naturale, col. fi. dist. 1. & Barb. in consi. 56. col. pe. & seq. in 4. vol.

Summarium in l. j. ff. rerum amot.

1 *Mulier an possit eleemosynam facere de bonis mariti.*

2 *Eleemosyna fieri non potest de rebus alienis.*

Bar.

Bar.in l.j.ff.rer.amot.

1 BART. in d.l.j. in fi. quærit, an mulier † posit eleemosynam facere de bonis mariti? vide Card.in clem.2.§.1.de uit.& honest.cleric.& Barb.in c.cæterum,de donat. sed an uxor posit eleemosynam facere de rebus suis? Distingue, ut per Abb. in c.3. de furt. Aut mulier habet alia bona ultra dotem,& tunc de illis potest eleemosynam facere; quia de illis maritus nō potest se intromittere contradicente uxore.l.hac lege. C. de pact.connu.inter uir.& uxor. Aut non habet alia bona,quàm dotem,& tunc non licet mulieri contradicente marito eleemosynam pauperibus erogare: quia dominium rei dotalis ad maritum pertinet. l. doce.C.de rei uendic.sed si maritus non contradicit,potest eleemosinam facere,quam ipsa opi
2 natur posse esse conformem uoluntati mariti,alioqui non: quoniam de rebus † alienis eleemosina fieri non potest.c.non est putanda. 1.q.1.& ad prædicta est tex.cùm gl.in c.quod Deo.33. q.5.quare conclusio sit,ut moderatè,& secundum consuetudinem mariti posit mulier eleemosinam facere etiam de bonis ipsius mariti. scias etiam monachum absente Abbate posse eleemosynam facere de bonis monasterij.gl.in c.non dicatis. 12.q.1. Abb. in c.clerici. 1. de uit. & honest.cleric.& Dec.in l.seruus.in fi.C.de pact.

Summarium in l.si cum dos.ff.rerum amot.

1 *Si creditor ait sibi deberi centum à me,non propterea videor liberatus si ei debeo ducenta: quia non apposuit uocem, tantum.*

Bar.in l.si cùm dos.ff.rer.amot.

1 BART. in d.l.si cùm dos,tradit,si creditor † ait,sibi deberi centum à me,non propterea uideor liberatus,si ei debeo. 200.quia non apposuit uocem,tantùm,uel similem. vide Alexan. in consi. 206.col.3.in libro in quo primi & secundi vol.consilia continentur.Pariter etiam, si ego tanquam debitor alicuius ei soluo centum, non propterea ista solutio excludit me, quin ego quoque agere posim contra eum, & petere alia centum, quæ ego opinor mihi esse debita ab eodem,quamuis compensationem non opposuerim, tempore, quo ei à me fuit facta solutio. Bar.Bal.& Ias.in l.si quidem.C.de transact.Alex.in consi. 154.Viso themate,in libro in quo primi & secundi vol.consilia continentur.& ad prædicta vide Roma.in cons. 143.& Bal. in l.rationes,col.2.versi.reuocetur in dubium.C.de probat.

Summarium in l.Marcellus.§.qui rerum.ff.rer.amot.

1 *An in criminalibus respondendum sit positionibus, maximè continentibus turpitudinem respondentis.*

Bar.in l.Marcellus.§.qui rerum.ff.re.amot.

1 BART. in d.§.qui rerum,tradit,an in criminalibus † respondendum sit positionibus,& maximè continentibus turpitudinem respondentis? De hac re memini me egisse in nonnullis alijs lucubrationibus,propterea ego remitto in hac materia positionum cuiuscunque generis ad Iac.de Aren.in tract.positionum,& ad Io.Monach.in tract.nuncupato,Defensorium iuris,in §. contra positiones.& latè hæc habentur per Franciscum Curtium in suo tracta. positionum. & per Odofredum Beneuentanum similiter, in tract.positionum.

Summarium in l.si mulier.ff.rerum amot.

1 *Qui amouit causa mortis speratæ, tenetur hac actione, si postea diuortium est secutum.*

Bar.in l.si mulier.ff.rer.amot.

1 BART. in d.l.si mulier,sic ait,qui amouit † causa mortis speratæ,tenetur hac actione,si postea diuortium est secutum. & rationem esse ait,quare non datur directa,sed utilis,quia amotio non fuit principaliter facta causa diuortij, sed causa mortis. atque ita ex isto intellectu colligi potest,causam dici de proximo,occasionem uerò à remotis. de qua re uide Bal. in consi.237. in 1.vol.Ang.in consi.63.col.2.Aret.in cons.172.col.pe.& Feli.in c.solitæ.de maior. & obed.

Summarium in d.l.si mulier.§.rerum amot.ff.rer.amot.

1 *Mulier an incidat in l.si quis in tantam, uel in edictum diui Marci.*

De liberis agnoſcendis.

Bar.in d.l.ſi mulier.§. rerum amotarum.ff.rer.amot.

1 BART. in eád.l.§.rerum amotarum,in fi.quærit,utrum mulier † incidat in l.ſi quis in tantam,uel in edictum diui Marci? & decidit,quòd non,ex mente Dyn.vide Bal.nouel.in tract.de dote,in 8.par.in 6.priuilegio,in 3.limit.

Summarium in l.ob res amotas.ff.rer.amot.

1 *Ob res amotas mulier tenetur pluribus actionibus.*

Bar.in l.ob res amotas.ff.rer.amot.

1 BART. in d.l.ob res,ſic ait in ſumma,Ob res amotas, † mulier tenetur pluribus actionibus. & quia Bar.ſubiungit oppoſ.de l.in rebus.C.de iur.dot.& ſolutiones. vide Alexan.in l.ſi mora, col.2.ff.ſol.matr.& dici poteſt.d.l.in rebus,procedere generaliter, cùm in ea non legatur mulierem ante ſolutum matrimonium habere rei uendicationem,propterea ſeruando iſtas ſolennitates intelligi poteſt,mulierem.d.actionem habere in rebus mobilibus quando re ipſa & effectu agere poterit,hoc eſt poſt annum.

Summarium in l.j.§.permittitur.ff.de lib.agnoſ.

1 *Procurator denunciare non poteſt abſque ſpeciali mandato.*

Bar.in l.j.§.permittitur.ff.de lib.agnoſ.

1 BART. in d.l.j.§.permittitur,colligit ex gl.procuratorem † denunciare non poſſe abſque mandato ſpeciali.Hoc idem ait Alex.per hoc documentum,in conſi.78. colu.3. in fi.in 5.vol.& dum ſubiungit Bar.denunciationem fieri debere ad domum habitationis,non ad apothecam.vide Alex.in conſi.2.in 3.uol.Quid ſi ille, cui debet fieri denunciatio, uel eſt abſens,& non habet domicilium, uel forenſis eſt, ita ut ei commodè denunciari nõ poſsit? Ang.in conſ.332.ait uel ei non eſſe denunciandum,uel ſufficere,ut fiat denunciatio per edictum.

Summarium in d.l.j.§.ſi maritus.ff.de lib.agnoſ.

1 *Mulier excuſatur,ſi non denunciauit,quando ignorabat ſe eſſe prægnantem.*

Bar.in d.l.j.§.ſed ſi maritus.ff.de lib.agnoſ.

1 BART. in ead.l.§.ſed ſi maritus,ait,mulierem † excuſari,ſi non denunciauit, quando ignorabat ſe eſſe prægnantem,atque ita colligitur,legem non obligare ignorantem ad denunciandum.vide Aret.in conſi.57.& dum ibi Bar.ſubiungit,matrem alere debere iſtum filium, vide Alex.in conſ.51.in 1.uol.& aliquid per Soc.in conſ.89.col.2.in 1.vol.

Summarium in l.quod ſenatus.§.idem per contrarium.ff.de lib.agnoſ.

1 *Confeſſio filiationis facta extra iudicium,an probet.*

2 *Filiatio quomodo probetur.*

Bat.in l.quod ſenatus.§.idem per contrarium.ff.de lib.agnoſ.

1 BART. in ead.l.§.idem per contrarium,tradit,an confeſsio † filiationis facta extrà iudiciũ probet? vide plenè Feli.in c.per tuas,col.3.de probat.Barb.in conſi.27.col.3.& ſeq. in 1.vol. & in conſ.14.col.3.in 3.uol.Aret.in conſi.23.in 2.dub.Alex.in conſi.51.in 1.vol.Iaſ.in l.neque
2 profeſsio.C.de teſta.& quomodo probetur † filiatio, vide quæ plenè poſui ad Bart. in l.filium. ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iur.ubi poſui etiam de iſtis uerbis,quæ hic ſubiungit Bar.dicens. ſi ego dico,bene ueniat filius meus,quem ego uolo,ut res meas tractet.de quibus vide etiã Paul. de Caſt.in l.non nudis.C.de prob.Petrum de Anch.in clem.ſi ſummus Pontifex.de ſent.excõ. & Gemin.in c.ſi Papa,in princ.de priuileg.in 6.

Summarium in l.ſiue contra.§.quia Plautianum.ff.de lib.agnoſ.

1 *Quæ ſint differentiæ inter rei uendicationem & præiudicialem.*

2 *Libellus incertus admittitur etiam in re magni ponderis.*

Bar.in l.ſiue contra.§.quia Plautianum.ff.de liber.agnoſ.

1 BART. in d.§.quia Plautianum,col.2. in fi. & ſeq. tradit differentias, † quæ ſunt inter rei uendica-

uendicationem,de qua in l.j.§.per hãc.ff.de rei uend.& præiudicialem.iſtas omnes differentias refert,& ſequitur Iaſ.in §.præiudiciales,col.9.verſ.in ea.inſti.de action.vbi eas latius declarat, & dum Bar.ſubiungit,præiudicialem dici multis reſpectibus: vide plenius eundem Barto.in l. fundum,col.3.ff.de except.

2 Bar.in eod.§.col.pen.inquit,libellum † incertum admitti etiam in re magni ponderis,quãdo incertitudo in iure cauſatur propter diſsidentes doctorum ſententias. hoc idem ſequitur Iaſ.in l.Gallus.§.ſi eius,col.fi.uerſ.extra glo.ff.de liber.& poſth.vbi ponit ſing. exemplum.

Bar.in eod.§.& ead.colu.uerſ. Reuoco in dubium,quærit, nunquid reperiatur præiudicialis, qua aliquis uendicet mulierem in uxorem, uel contra? vide Rapha. Cuma. in conſilio primo incip.certiſsimi iuris.

Summarium in l.necare.ff.de libe.agnoſ.

1 *Ille qui ſuffocat partum,tenetur pœna.l.Corneliæ de ſicarijs.*
2 *Fœtus dicitur animatus infra 40.dies ſi eſt maſculus, ſi uerò eſt fœmina infra 80. à die conceptionis.*
3 *Ille qui dat pocula ad ſterilitatem,appellatur homicida.*
4 *Vbicunque duo ita ſe habent,vt de uno deueniatur ad aliud,tunc ſtatutum in uno,etiam in materia pœnali locum habet in alio.*
5 *Ille qui dat cauſam abortioni fœtus animati, iure homicida nuncupari non poteſt.*
6 *Quomodo fœtus formetur in uentre matris.*
7 *Mulier quæ accepta pecunia partum abegit, punitur pœna capitis.*
8 *Lex nunquam eſt intelligenda,ut à ſapiente redargui poſſit.*
9 *Statutum pœnam mortis imponens pro homicidio, utrum procedat in dante cauſam abortioni.*
10 *Mulier quæ fecit abortum,qua pœna ſit punienda.*

Bar.in l.necare.ff.de liber. agnoſc.

1 Bart. in d.l.necare, inquit, eum, qui ſuffocat partum † teneri pœna.l.Corneliæ, de ſicarijs. id quod eſt ſemper intelligendum,quando dolus interuenit.Item ait,eum dici necare, qui non exhibet alimenta. Circa primum eſt facienda diſtinctio, an fœtus non ſit animatus, an ſit. primo enim caſu non uidetur eſſe homicidium, quia ex quo anima non eſt infuſa, illud ſequitur,vt qui non uixit, mori nequeat; vt eſt text.in c.quod uerò. 32.quæſt.2. alioqui uerò ſi iam formatum erat puerperium.Bar.& Ange.in l.Diuus.ff. de extraor.crimin.glo.in c.ſi aliquis,de homicid.tradit Ioan.de Anan.in conſi.1.cum ibi addit.per Ludouic.Bologni.& omnes ferè in hanc ſententiam adducuntur. de qua re uidendus eſt etiam Abb.in cap.1.de pat.qui fil.occi.&
2 tex.in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.Fœtus † autẽ dicitur animatus infra xl. dies, ſi eſt maſculus,ſi uerò eſt fœmina infra 80.à die conceptus.glo.in princip.5.diſt.Bar.& Ang.in d.l.Diuus.& multa præclara de anima, vide apud Archid. in c.maiores.32.quæſt.2.Alber.in l. ſancimus.C.de ſacroſanc.eccleſ.& in re propoſita,vide Paul.Grillandum in tract.de ſortilegijs. quæſt.13.Contra utrunque membrum prædictæ diſtinctionis oppono.primò enim, quàmuis fœtus nondum ſit animatus,deberet puniri,vt homicida,per text.à fortiori, in d.c.ſi aliquis.de
3 homicid.ibi enim ille,qui dat pocula ad ſterilitatem † appellatur homicida; ſed hoc,multò magis dicendum eſt de illo,qui cauſat abortum fœtus iam concepti,quamuis nõ ſit animatus. argumento.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iur. Præterea hoc urgenti ratione coadiuuatur,nam idem iudicatur de principio principiante,quod de his,quæ ſequuntur ab ipſo principio.l.maritus.& ibi doct.maximè Paul.de Caſtr.C.de procur.& idem iudicium fit de his,quę tendunt ad aliquem finem, quod de ipſo fine.l.et ſi non ſunt.§. perueniamus. & ibi docto.ff.de aur.& arg.leg.l.oratio.ff.de ſponſal.vbi uide quæ poſui in lucubra.& propterea dixit Abb.poſt
4 glo.fi.in c.1.de poſtul.prælat.vbicunque duo † ita ſe habent,vt de uno deueniatur ad aliud,tũc ſtatutum in uno,etiam in materia pœnali locum habere in alio.facit.l.fi.C.de reb.alie.non alie. ſed ſic eſt,quòd in propoſito caſu de fœtu inanimato deuenitur ad animatum, immo unum ita eſt præordinatum ad aliud,vt non caſu,vel contingentia deueniatur ad illud, ſed ferè neceſſariò attenta naturæ ipſius proprietate, & inſpecto illo ordine, qui ad ſeruandum genus huma-

num,fuit præfixus à Deo, concludendum uidetur,illud idem iudicium, quod fit de abortu fœtus animati,de abortu quoque inanimati fœtus fieri debere absq; ullo discrimine.id quod apertius in sequenti confirmabitur argumento.Dico igitur similiter etiam scđm huius distinctionis
5 membrum alia ratione oppugnari posse. Nam ille, qui dat causam † abortioni fœtus animati, iure homicida nuncupari non potest: quia homo non dicitur esse,qui non est natus.l.penul.C. de posth.hæred.instit.& quamuis sit homo in spe,non tamen est homo re ipsa, & minus est aliquid esse in spe,quàm in re.l.minus.ff.de regul.iur.ideò delictum hoc, tanquam minus non est pœna ordinaria puniendum. siquidem pœna cùm ipso crimine est metienda. c.sicut dignum, de homic. & si propter spem futuri hominis homicidium committeretur, hoc idem etiam in fœtu inanimato concedere oporteret: nam & ipse homo est in spe probabili,vt prędictum est, & in spe magis proxima ad animam suscipiendam, quàm sit fœtus postquàm est animatus ad natiuitatem. & quàmuis ista spes sit paulò proximior ad assumendam humanitatem, quàm illa, quid refert? habent enim se hæc duæ spes, vt excedentia, & excessa, vt habetur apud Paulum Grillandum in tract.de sortilegijs,quæst.14.vbi ex relatione peritorum declarat,quomo-
6 do fœtus † formetur in uentre matris,& quomodo augeatur, & quid propter abortum operetur,ut fœtus inanimatus non efficiatur animatus, & consequenter nascatur. Proinde deberet esse homicidij reus, ac si fœtum iam animatum interfeciſſet,quia,quicquid est causa causæ, est causa causati.l.manumissiones.ff.de iust.& iur.& hoc uidetur probari in l.Cicero,in princip.ff.
7 de pœn.vbi mulier,† quæ accepta pecunia partum abegit,punitur pœna capitis. neque distinguitur, fœtus sit ne animatus,an non. id quod fieri non deberet etiam si pecunia interuenerit, nisi homicidium in spe fuerit perpetratum in utroque casu. sed hoc, in casu isto iuris interpretes non concedunt,igitur neque in casu fœtus animati est admittendum. Alioqui nimis reprehensibile uideretur,si inter istos casus,in quibus tam modica est differentia, vt non distent nisi in paulò uiciniori, & paulò remotiori spe ad futuram natiuitatem, tanta in imponenda pœna esset disparitas, vt in uno eorum delinquens tanquam homicida ultimo supplicio subijciatur,
8 & in alio non. Lex † enim nunquàm est intelligenda, vt à sapiente redargui possit.l.Saluius Aristo.ff.de legat.præstan. Cum itaque ille,qui dat causam abortui fœtus animati,propriè homicida dici non possit,quia ille,qui non est natus,uerè homo non appellatur, igitur in materia pœnali,quæ restringibilis est,non debet pœna ordinaria condemnari. contr. Bar. hic. Constat igitur ex ijs, distinctionem hanc in qualibet parte non sine aliqua difficultate sustineri posse,
9 tamen omnes uidentur ad eam accedere. et prædicta faciunt ad statutum † pœnam mortis imponens pro homicidio,vtrum procedat in dante causam abortioni? de qua re uide Butrig.in l. pen.C.de sicar.& Salic.in l.quoniam multa facinora.C. ad leg.Iuli.de ui publ. & in casu isto potiſsimùm amplectenda esse uideretur prædicta sententia, quia quòd spes pro ueritate habeatur,hoc ab extensiua prouenit interpretatione; ideò in statutis locum habere nō potest, ut ait Bar.in l.Gallus.§.videndum,in fi.ff.de liber.& posthu.ad quem alij accesserunt. id quod maxi-
10 mè est attendendum,vbi statuta sunt pœnalia.Et qua pœna sit punienda mulier,† quæ fecit abortum, & quid si id fecit hortatu matris causa tuendi honoris, vide apud Dec. in consi.535. et quomodo puniri debeat præbens,vel sumens poculum abortionis, quādo secuta non fuit abortio,vide Barb.in consi.33.in 2.uolu.& de hac re,ac etiam de exhibente pocula amatoria, & huiusmodi genus alia,vide omninò Paulum Grillandum in d.tracta. de sortilegijs, quæst.12.& 13. et hic incidenter nolo reticere,eum,qui præbet pocula amatoria, hæreticum dici non posse; quia inuocat dæmones ad tentandam pudicitiam mulieris. id quod est proprium ipsorum dæmonum. alioqui uerò esset, si aliquis dæmones inuocaret ad prædicenda ea, quæ futura sunt; quia tunc tribueret creaturæ, quod proprium est ipsius creatoris: ita Oldrad.in consil. 210.incip.Regularis. An autem qui negat alimenta dicatur necare,& alia ad rem hanc,dicam in l.sequ.& uide glo.in l.nec filium.C.de patr.potest.quæ ait, patrem,qui iniustè negat filio alimenta,amittere patriam potestatem.

Summa-

Summarium in l. ſiquis à liberis .ff.de lib.agnoſ.

1 *Alimenta debentur liberis à parentibus.*
2 *Alimenta, an ſint petenda à patre, an ab auo.*
3 *Ius alimentandi, quo pater tenetur erga filium, an ſit de iure naturali.*
4 *Pater poteſt cogi officio iudicis ad exhibenda filio alimenta.*

Bar.in l.ſi quis à liberis.ff.de liber.agnoſc.

1 BART. in d.l.ſi quis à liberis, dicit, alimenta † deberi liberis à parentibus,vel contra officio iudicis.& reliqua,vt per Bar.quæro hic,nunquid alimentorum cauſa dicatur eſſe cauſa pia? glo.& Bar.in l.à filio.ff.de alim.leg.eam eſſe cauſam piam aſſeruerunt. Accedit Aretin.in conſi. 96. vbi etiam refert Bar.in l.diuus.ff.ad leg.Falcid.dicentem ſing. aut debentur incertæ perſonæ,vt pauperibus,& tunc dicitur cauſa pia. Aut certæ perſonæ, & tunc aliter eſſe concludendum. Tamen Aret.non audet ad hoc Bartoli documentum accedere, quamuis dicat illud eſſe ſingulare. De hac re uide latè apud Paul. de Monte pico in repet.l.Titia cùm teſtamento.§.Ti
2 tia cùm nuberet.nu.139.ff.de lega.2.An alimenta † ſint petenda à patre,an ab auo? vide Io.de Lignano in tract.de amicitia,in cap.à quo petet alimenta. Vtrum ſint magis præſtanda filio an patri,quando uterque indiget,dicam infrà in eadem l.in §.quemadmodum. Item ſcias alimenta non ſolùm deberi filijs legitimis, ut hic, verùm etiam ſpurijs & natis ex damnato coitu, ex quadam æquitate naturali, ne filij fame pereant,ut habetur in c.cum haberet,de eo,qui dux.in matr.hoc idem ſenſit Bar.in auth.ex complexu.C.de inceſt.nupt.cum ait, patrem poſſe legare filijs ſpurijs pro alimentis. vide ad hæc Abb.in d. c.cum haberet. et hoc uidetur habere locum etiam in filijs ſacerdotum,ſecundum Bar.in l.fin.§.ſi à ſocero.ff.de his quæ in fraud credit.& in conſilio incip. Dominicus magiſtri. quamuis Bal. contrarium ſentire uideatur in dicta auth.ex complexu. idem uult Bar.in hac eadem l.§.vtrum. vide etiam Alex.in conſ.158.in 7.uol.Abb. in c.1.de cohabit.cleric.& mulie.& Ludouicum à Sardis,in tract.de legitimatione, in §.de obli-
3 gationibus inter patrem,& filium. An autem ius † alimentandi, quo pater tenetur erga filium, ſit de iure naturali? vide Abb.in conſ.75.col.10.An ſtatuto ſanciri poſsit,vt alimenta filio à patre non debeantur, vide Decium in l.iura ſanguinis.ff. de regul.iur. Quid ſi filius conſumpſit partem bonorum ſibi traditam à patre, utrum adhuc pater eum alere teneatur? Dec. in d.l.iu-
4 ra ſanguinis. Iſta regula,quæ ex iſto tex.colligitur, ſcilicèt, patrem poſſe † cogi officio iudicis ad exhibenda filio alimenta. fallit primò,quando filius habet unde ſe alat, vt dicam in hac ead. l.ſed ſi filius. Item fallit,ſi filius patrem accuſauit: nam eo caſu pater non tenetur alere filium, ſecundum gl.in d.cap.cum haberet. Item fallit,ſi filius fuit ingratus contra patrem.l.ſi patrem, in primo reſponſo. C. de alen. liber. Item filio iure alimenta negantur ex omnibus cauſis, ex quibus poteſt etiam exhæredari. Bar.in hac ead.l.in §.idem iudex. Item fallit in minore triennio: diſtingue tamen,vt habetur per Abb.in c.2.de conuerſ.infidel. Itē fallit,ſi pater eſt inops, & eget; quia non tenetur ultra quàm facere poteſt.vide in eod.c.

Summarium in d.l. ſiquis .§. ſed utrum.ff.de lib.agnoſ.

1 *Filius tenetur alere patrem, qui eſt bannitus.*

Bar.in d.l.ſiquis.§.ſed utrum.ff. de libe.agnoſ.

1 BART. in ead.l.§.ſed utrum,ait,filium † teneri alere patrem,qui eſt bannitus. vide Cæpol. in conſi.5.col.4.in fi.& Barbat.in conſi.41.col.20.in primo uolu. ſed contra hoc uidetur text. memorabilis.in cap.1.§.ſi quis hominem,in uerbo,ſpondeant, de pace tenen. & uiola. eius, & ibi Bald.in 3.col.

Summarium in d.l. ſiquis .ff.de lib.agnoſ.

1 *Frater tenetur alere fratrem.*
2 *Frater, an teneatur alere ſororem.*

Bar.in d.l.ſiquis.§.vtrum.ff. de lib.agnoſc.

BART. in ead.l.§.vtrum, ait, in ſumma, hic officium iudicis deſcendere ex charitate ſanguinis,

guinis,& ex æquitate, non ex iure patriæ poteſtatis. ex hoc infertur,vt per Bar.in l.non quem-
1 admodum,infrà eodem. Et dum Bart. ibi ſubiungit etiam fratrem † teneri alere fratrem; vide Abb.in conſi.12.col.pen.in 1.uol. Alex.in l.à filia,col.2.ff.ad Trebell.& in l.j.col.4.ff.ſol.matr. & ita per iſtam glo.ait Paul. de Caſtr. in ſuo ſingul.5. Amplia hoc dictum ut frater teneatur alere fratrem, etiam malè merentem reſpectu patris, neque pater poſſet hoc prohibere: quia eſſet contra ius naturale. Cæpoll.in caute.247. et ad prædicta uide Alberic. in tracta. de teſtibus,in princ.poſt numerum 13. Sed nunquid frater teneatur alere fratrem hæreticũ? Reſpon. alimenta magis exhibenda eſſe fratri hæretico, quàm extraneo catholico. text.eſt, & ibi Abb.
2 in c.ſi quis,de hæreti.glo.not.in c.1.30.diſtinct. An autem frater † ſororem alere teneatur? vide in l.filium.C.vbi pupil.educ.debe.& in l.cùm plures.§.pen.ff.de adminiſtr.tut. & concluſio eſt,eum teneri in caſu neceſsitatis,etiam ſi ſit clericus. ita Abb.in c.peruenit.in 2.not.de arbit. & ibi Anto.de Butr. vbi aiunt eum etiam teneri ad dotandam ſororem de fructibus beneficiorum.vide Dec.in c.edoceri,de reſcript.& ad prædicta omnia Iaſ.in l.j.nu.29.30. & 31.ff. ſolu. matr.& de hac re egi in prima conſti.fforum. vbi uideas.

Summarium in d.l. ſiquis. §. ſed ſi filius.ff. de lib.agnoſ.

1 *Pater non tenetur alere filium, qui aliunde habere poteſt alimenta, quàm à patre.*
2 *Pater an teneatur dotare filiam diuitem.*

Bar.in d.l.ſiquis.§.ſed ſi filius.ff. de lib.agnoſ.

1 Bart. in ead.l.§.ſed ſi filius,dicit,patrem † non teneri alere filium,qui aliunde habere poteſt alimenta,quàm à patre. et ex hoc infert,eum,qui poteſt ſe alere ex operis ſuis, petere non poſſe alimenta officio iudicis. hoc idem concludit Abb.in c.accedens, in fi.de procura.& in c. 2.de conuerſ. infidel. ubi etiam ipſe hoc uerum eſſe affirmat, niſi eſſet dedecus, ſi filius uellet operari,vt ex induſtria uiuat,vt hic inquit Bar. Ad prædictam concluſionẽ accedit Dec.in conſil.576. & Soci.in conſi.57.col.7.in 4.uol.ad quæ accedat Iaſ.in l.diuortio. col.6.ff.ſolu.matri. in glo.1.in ſecunda concluſione,& Bal.nouel.in tract.de dote in ſexta parte, priuilegio 19.vbi
2 tradit,an pater † teneatur dotare filiam diuitem? vide etiam Feli.in c.ex reſcripto.col.3.de iureiur.& in c.cùm quidam,colu. fi. poſt Bald.eodem tit.& in c.ſi diligenti, col.2.uerſ.quartum, de for.compet.

Summarium in d.l. ſiquis. §. ſi uel parens.ff.de libe.agnoſ.

1 *In cauſa alimentorum proceditur ſummariè.*
2 *In cauſa alimentorum,non eſt admittenda appellatio.*

Bar.in d.l.ſiquis.§.ſi uel parens.ff.de lib.agnoſc.

1 Bar. in eadem l.§.ſi uel parens, ſic ait in ſumma. In cauſa alimentorum † proceditur ſummariè, & ſententia lata non facit præiudicium in cauſa filiationis ordinariè exercenda. Adde uſque adeò procedi ſummariè in cauſa alimentorum,vt non requiratur libellus, uel alia ſolennitas iuris,ut per Iaſ.in §.præiudiciales.col.4.uerſ.in ea, inſtit.de action. Limita tamen prædicta procedere,in alimentis futuris,non autem præteritis: quia tunc non ſummariè,ſed ordinariè eſt procedendum. Aretin. in conſilio 96. et Iaſ. in l.de alimentis. ff. de tranſactio. & in l.
2 de alimentis,in ſecundo notab.C.de tranſact. vbi habetur etiam in cauſa † alimentorum, non eſſe admittendam appellationem, ſecundum Barto. in l.Mella. ff. de alimen. leg. vide Bald. nouel.in tracta.de dote, in nona parte, in ſeptimo priuilegio. & de hac re uide plenè Roma. in authen.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.Item in cauſa alimentorum tenetur reus edere actori actio-
* nes,& inſtrumenta.Dec.in c.1.nu.21.de probat.vbi ait,hanc eſſe * communem opinionem. & dum Bar.ait,ſententiam latam in cauſa ſummaria, non afferre præiudicium in ordinaria; vide omninò Alex.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.col.1.& ſeq.ff.de re iudic.vbi tradit, ſummariam appellari, duplici ex cauſa.

Summa-

Summarium in d.l. ſiquis. §. ſiquis ex his. ff. de libe. agnoſ.

1 *In cauſis ſummarijs, in quibus ſententia ſperatur, dandus eſt libellus, & lis eſt conteſtanda.*
2 *In cauſis ſummarijs, quæ probatio ſufficiat.*

Bar. in d.l. ſiquis. §. ſiquis ex his. ff. de lib. agnoſ.

1 BART. in eadem l. §. ſi quis ex his, ait, in cauſis † ſummarijs, in quibus ſententia ſperatur, dandum eſſe libellum, & litem eſſe conteſtandam: nam actio ad exhibendum requirit ſummariam cognitionem, & tamen datur ſententia, & lis conteſtatur. Hæc Bar. Contrarium tenuit Practic. Papienſis in forma libelli, in actione reali, in prima gl. in fi. quamuis ſimpliciter hoc documentum referat, & ſequi uideatur Iaſ. in §. præiudiciales, col. 5. inſt. de action.

2 Bar. in eod. §. quærit, in iſtis † ſummarijs, quæ probatio ſufficiat? vide Feli. in c. veniens. 2. col. 4. & ſeq. de teſti. & in c. cum ſuper, col. 7. de re iudi.

Summarium in d.l. ſiquis. §. non tantum. ff. de libe. agnoſ.

1 *Onera alimentorum pro liberis, & uxore eſſe præſtanda.*

Bar. in d.l. ſiquis. §. non tantùm. ff. de lib. agnoſ.

1 BAR. in eadem l. §. non tantùm, ait, ex tex. colligi, onera † alimentorum pro liberis, & uxore eſſe præſtanda, non autem ut pater cogatur ſoluere æs alienum pro filio. vide Areti. in conſilio 17. col. 8.

Summarium in d.l. ſiquis. §. ſi mater. ff. de libe. agnoſc.

1 *Alimenta præſtita ab uno an, & quando ab alio debeant exhiberi.*
2 *Alimenta præſtita nepoti à patruo, qui eius negotia geſſit, poſſunt repeti.*

Bar. in d.l. ſiquis. §. ſi mater. ff. de libe. agnoſ.

1 BART. in ead. l. §. ſi mater, tradit, an & quando alimenta † præſtita ab uno, quando ab alio debebant exhiberi, poſsint repeti. vide Soci. in conſi. 161. in 1. vol. Corn. in conſi. 165. in fin. in 4. uolu. Alexand. in conſi. 72. in 5. vol. & in conſi. 110. in 7. vol. et de hac re uide Bart. & alios, in l. Neſennius. ff. de negoc. geſt. & in l. alimenta. C. eodem tit. & hanc declara, vt per Abb. in cap. 1. de infant. & languid. expoſ. ubi diſtinguit, an ſint præſtita à coniuncto, an ab extraneo, & an cauſa pietatis, an non: et ex quibus conijciantur eſſe præſtita animo repetendi, & non. Scias
2 etiam alimenta † præſtita nepoti à patruo, qui eius negocia geſsit, repeti poſſe. Rapha. Cuma. in conſi. 87. An autem alimenta præſtita uxori à marito, qui non habuit dotem, repeti poſsint tanquam exhibita animo repetendi? Abb. in conſi. 85. in 2. vol. ait, non poſſe, quando proteſtatus non fuit vir, ſe illa eo animo præſtitiſſe.

Summarium in d.l. ſi quis. §. parens. ff. de lib. agnoſc.

1 *Pactum non ualet ut alimenta non præbeantur.*

Bar. in d.l. ſiquis. §. parens. ff. de libe. agnoſc.

1 BAR. in eadem l. §. parens, inquit, pactum † non ualere, vt alimenta non præbeantur. vide Feli. in c. ſi diligenti. in ſecundo membro principali, col. 4. de for. compet. & Rom. in l. j. ff. ſolu. matri. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. Barb. in c. nam concupiſcentiam, col. 4. de conſtit. Iaſ. in auth. quod locum, col. 6. de collat. & quæ de ſtatuto prohibente alimenta præſtari diximus in princip. huius. l.

Summarium in d.l. ſiquis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agnoſ.

1 *Onus alimentandi in ſubſidium ad hæredes tranſit.*
2 *Monaſterium, quod pater ingreditur, tenetur ad alendum filium eius.*

Bar. in d.l. ſiquis. §. item reſcriptum. ff. de lib. agnoſ.

1 BAR. in ead. l. §. item reſcriptum, ait, onus † alimentandi in ſubſidium ad hæredes tranſire. De hac re uide Soc. in l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Trebell. vbi ex hoc decidit quæſtionem, dicens, quemadmodum pater tenetur alere filium ſuum, ita & ſucceſſores patris teneri. Sed aliud agens Alex. in l. ſi ſocer. ff. ſol. matr. dicit, quamuis pater dotare filiam teneatur, tamen eius hæredes non teneri. de qua re uide Soc. in conſ. 57. in 4. uol. Et an & quando officium iudicis tranſeat ad hęredes, vide memorabile documentũ Bar. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. ff. de aq. plu. arc.

2 Bart.in eod.§.in fin.decidit,monaſterium,† quod pater ingreditur, teneri ad alendum filium eius. Idem ſequitur Iaſ.in auth.ingreſsi,col.8.verſ.item monaſterium.C. de ſacroſanc.eccleſ.& hoc uerum eſt, attento iure ciuili, ſed attento iure canonico filius conſequitur legitimam, vt per Iaſ.in auth.ſi qua mulier.col.10.verſ.iſta glo.C.eod. tit. & vide Feli.in cap.in præſentia, nu. 27.de probat.et ad prædictam deciſionem Bart. facit, quia monachi onera tranſeunt in monaſterium,vt dixi ad Bar.in l.onera.ff.de adopt.

Summarium in d.l. ſiquis.§. ſolet.ff.de libe.agnoſc.

1 *Liberti coguntur alere patronos, & eorum filios.*

Bar.in d.l.ſiquis.§.ſolent.ff.de lib.agnoſ.

1 Bar. in ead.l.§.ſolent,dicit,libertos† cogi alere patronos, & eorum filios. ad hoc uide bo num tex.cum glo.in c.quicunque.2.16.quæſt. 7. Attende hic, quia quamuis liberti uaſallis æquiparentur,tamen uaſallus non tenetur alere dominum.Curt.in tracta.de feudis, fol.33.colu. 125.verſ.ideo. Tamen contrarium ſentit Bar.in l.alimenta.§.Imperatoris, infrà eod.tit.et hæc ſufficiant pro lucubrat.in d.§.Imperatoris.

Summarium in d.l.non quemadmodum.ff.de libe.agnoſ.

1 *Deſcendentes per lineam maſculinam aſcendentes ſuos alere compelluntur.*
2 *Mater (licèt diues) non tenetur alere filium,quando pater eſt diues.*
3 *Si aliquis habet patrem & filium diuites, vel patrem & auum, à quo magis petat alimenta.*
4 *Dos magis petenda eſt à patre, quàm ab auo.*
5 *Dos data nepti ab auo,an debeat mortuo auo imputari in diuiſionib. parti ſpectanti ad patrẽ ipſius filiæ.*

Bar. in l.non quemadmodum.ff.de lib.agnoſc.

1 Bar. in d.l.non quemadmodũ, ſic ait, in ſumma. Deſcendentes† per lineam maſculinam aſcendentes ſuos alere compelluntur,alioqui uerò ſi per fœmininam,niſi in ſubſidium. Pro hac deciſione,ſcilicèt, deſcendentes per lineam fœmininam teneri in ſubſidium alere, facit, quia hoc idem eſt etiam in dote. l.mater.C.de iur.dot.Doct.in l.j.ff.ſol.matr.in glo. in uoce, ſemper, & aliquid uide apud Alex.in l.cùm filia.col.2.ff.ad Trebell. & per hunc text.uidetur concludi,
2 matrem† quamuis diuitem,non teneri alere filium,quando pater eſt diues. ſed hoc uidetur ini quum,vt pariter non teneantur, cùm ratio naturalis & ſanguinis pariter uigeat in utroq;. hinc uidemus tam matrem, quàm patrem teneri filio legitimam relinquere. item dos datur, vt deſeruiat oneribus matrimonij, & ſic ut liberos alant; igitur ſoluto matrimonio mulier dotẽ repetens deberet ſaltem contribuere cum marito. Neque iſte text. refragatur,cùm procedat in auo materno,qui non tenetur,cùm iſtud onus pertineat ad eius patrem, in cuius eſt poteſtate.
3 Bar.in eadem l.quærit,ſi aliquis habet† patrem,& filium diuites,uel patrem,& auum,à quo magis petet alimenta? & decidit petenda eſſe in utroque caſu à patre. Quid ſi aliquis filium habet,& patrem inopes & egentes, & uni tantum ſubuenire poteſt; cui magis ſubuenire debeat? vide Chriſtoph.Porc.inſtit. de iur.natur. colu.3. verſ. ſed finaliter quæritur de duobus. & circa quæſtionem hic per Bar.excitatam,vide Aret. in conſi.17. col.8. & ſequ.verſi.Nemo igitur. Alexand. in conſi.8. col.2. in 3.volu. & in conſi.138.in 5.uolu. vbi idem dicit in dote,
4 † quæ magis à patre petenda eſt,quàm ab auo. Barb. in conſi.80. in quarto dub.in 3.uolu.vbi etiam ponit,quid in dote. & ad rem facit,quia licèt onus dotandi pertineat ad patrem, quando eſt diues, tamen ſi non eſt diues, ad auum pertinet, vt ait Alexand.in dictis conſilijs. & Iaſ.
5 in l.j.col.8.ff.ſolu. matrimo. An autem dos† data nepti ab auo, debeat mortuo auo imputari in diuiſionibus parti ſpectanti ad patrem ipſius filiæ? dicas quòd non: tex. eſt not.in d.l.pater pro filia.ff.de euict.tradit Aret.in dicto conſi.17.colu.penult. & an huiuſmodi dos computari debeat filio,in legitimam? vide Alex.in conſ.30.in 4.vol.tradunt Bar.& alij in l.rei iudicatæ.§. hæredi.ff.ſol.matri.

Summa-

Summarium in l.fi.ff. de lib.agnoſ.

1 *Filius an dicatur habere aliquod ius in debito bonorum ſubſidio.*

Bar.in l.fi.ff.de liber.agnoſc.

1 BART. in d.l.fi.quærit,an filius † dicatur aliquod ius habere in debito bonorum ſubſidio. & ait quoſdam affirmatiuam partem amplecti. Hoc idem tenuit Iaſ. in auth. ſi qua mulier.col. 10.C.de ſacroſanc.eccleſ.& in auth.nouiſsima.C.de teſta. Contrarium uidetur ſentire Bar.hic, vt uidere eſt,apud eum. vide etiam Alex. in conſi.57.in 5.uolu. Aretin. in conſi.2.colu.1.& in conſi.17.colu.3.

Rubrica.ff.de uentre inſpic.

AD declarationem huius tituli,vide Areti.in conſi.14.col.9. & ſequ.vbi ait,ideò in hac re mulieres admitti, quia præſumuntur peritæ, alioqui non ſufficerent.

Summarium in l.j.ff.de uentre inſpic.

1 *Ea, quæ de nouo contingunt, nouo etiam conſilio indigent.*

2 *Teſtis deponens per uerbum, uidetur, an probet.*

3 *Peritis in arte ſtandum eſt.*

4 *Teſtes propriè non dicuntur illi, qui deponunt de ſuo iudicio.*

5 *Ad hoc ut ſtandum ſit peritis in arte, an unus tantum ſufficiat, quando in eo loco non extant plures.*

6 *Si duo teſtes dicunt ad fauorem actoris, & unus contrarium affirmauit, utrum dicatur probata actoris intentio.*

Bar.in l.j.ff.de ventre inſpic.

1 BAR. in d.l.j.colligit ex tex.ea, quæ † de nouo contingunt, nouo etiam conſilio indigere. et quia in text.habetur, ſi dubitatur, an mulier ſit grauida, adhibendas eſſe obſtetrices, quærit Barto.an iſtæ obſtetrices iurare debeant? vide Iaſ. in l.de pupillo.§. qui opus.ff. de oper.nou. nunc.ad hæc faciunt trad. per Feli.in c.propoſuiſti,col.3. de probat.

2 Bar.in eadem l.col.1.quærit,an teſtis,† dicens teſtimonium per uerbum,uidetur,probet. vide Alex.in conſi.15.viſo proceſſu,col.4.in 1.uol.Bar.in l.quid.§.ſi arbiter.ff.de arbitr. Alexan. in conſi.152.& in conſi.109.in 1.uol.Soc.in conſi.143.in 1.uol.in quibus locis,huiuſmodi teſtimonium communiter non probare, affirmatur. Tamen hoc limitatur, non habere locum, quando eſſet coniunctum ſenſui, vt declarat Alex.in conſi.290. Ponderatis his,col.pen.in lib. in quo primi & ſecundi uol.conſilia continentur.et Tyndarus in tract.de teſtibus,in 6.c.nu.3. hoc idem dicitur de teſte,qui utitur uerbo,credo. Abb.in c.quoties,de teſti.

3 Bar.in eodem loco ſubiungit,an ſtandum † ſit peritis in arte? & eis ſtandum eſſe habetur in l. ſemel.C.de re milit. lib. 10. Dicas tamen huiuſmodi ſententiam latam in iudicio peritorum in arte,nunquam tranſire in rem iudicatam,quia ij magis dicunt de arbitrio ſuo, quàm de uerita-
4 te.Bar. in l.minor 25.annis ex aſpectu.ff.de minor. Immo hæc ſententia poteſt reuocari quandocunque,vt tradit Iaſ.in lectura.l.admonendi.ff.de iureiur. col.10. uerſ.ex ſupraſcripta regula,& in repet.eiuſdem l.col.17.uerſ.ex ſupraſcripta,& aliqua: etiam adducit in cõtrarium, col. 19.verſ.ex iſtis infero,& uerſ.ſecundò limita.ij enim non dicuntur † propriè teſtes,cùm deponunt de ſuo iudicio. Iaſ.in l.j.§.fi.col.1.ff.de uerb.obligat.quibus autem magis credendum ſit, quando non ſunt concordes,tradit Alexand.in dicto §.fin.col.1.uerſ.quid autem,ubi etiam alij multa ad rem hanc facientia docuerunt. & Doct. in cap.propoſuiſti, de probat. An autem iſti iurare debeant? vide ibi Felin. & Iaſ.in d.repet.l.admonendi,col.89. et ad prædicta uide Alex. in conſ.pe.col.pe.in 1.uol.& in conſ.290. Põderatis his, col.fi.in lib.in quo primi & ſecũdi uol. conſilia continentur. Roma.in conſi.20.col.2.Barb.in conſi.25.col.7. in 4.uol. ſed quia dictũ
5 eſt ſtandum eſſe peritis † in arte,quæro utrum unus tantum ſufficiat,quando in eo loco nõ extant plures? Vide Abb.in d.c.propoſuiſti,de probat.& in c.cauſam, eod.titu.et quid ſi ueniant poſteà peritiores? & an cùm peritia requiratur etiam honeſtas? vide in d.c.cauſam.

6 Bar.in ead.col.quærit,ſi duo teſtes † dicunt ad fauorem actoris, & unus contrarium affirmauit,vtrum dicatur probata actoris intentio? & dicit hic uideri caſum pro ipſo actore. vide Cæpoll.in conſi.28.col.antepe.Aret.in conſi.123.col.2.& Bar.in l.admonendi,col.antepen.uerſi. quæro,quid ſi actor.ff.de iureiur.& quæ ibi poſui in annot.

Summarium in d.l.j.§.ex hoc reſcripto.ff.de uentr.inſpic.

1 *Sapiens ſi eſt eligendus, debet eligi à partibus, non autem à iudice.*
2 *Si aliquis interfecit eum, qui ſcriptus eſt in libro bannitorum, licèt non ſit bannitus, tamen excuſatur.*

Bar.in d.l.j.§.ex hoc reſcripto.ff.de ventre inſpic.

1 BART. in d.l.j.§.ex hoc reſcripto, dicit, ſi ſapiens † eſt eligendus, eum eligi debere à partibus,non autem à iudice,niſi in caſu diſcordiæ. vide Dec. in c.propoſuiſti, col.5.verſ.ſecundò principaliter, de probat.

2 Bar.in eod.§.in fi.ait,ſi aliquis interficit eum,qui ſcriptus † eſt in libro bannitorum, quamuis non ſit bannitus,eum excuſari,& in dubio præſumi ignorare. vide Feli.in c.quæ in eccleſiarũ, col.3.verſ.quintus caſus,de conſtit.& ad idem eſt deciſio Nelli de ſancto Geminiano in tracta. bannitorum,in 1.par.tertij temporis,quæſt.2.ut is excuſetur à pœna homicidij. & Mari.Soci. iuni.in conſi.58.nu.12. De hac re uide omninò Alex.in conſi.65.in 3.vol.& Felin.in c.eam te, in uerbo,erat iſte,de reſcrip.

Summarium in d.l.j.§.denunciari.ff.de uentr.inſpic.

1 *Denunciandum eſt his, qui ſunt in proxima ſpe ſuccedendi.*

Bar. in d.l.j.§.denunciari.ff.de uentre inſpic.

1 BART. in ead.l.§.denunciari,quia in tex.habetur eſſe denunciandum † ijs, qui ſunt in proxima ſpe ſuccedendi,vt ſunt hæredes primo loco inſtituti,non autem ſubſtitutis, dicit Bar.hoc facere ad quæſtionem,quam poſuit in repet.§.Cato,in fin.ff.de uerb.oblig. vide ad hoc Barba. in conſi.29.col.17.in 1.uol.& in c.de cauſis,col.3.in fin.de offic.deleg.& Iaſ.in l.filiusfamiliàs. §.Diui,vbi etiam Alex.col.3.ff.de leg.1.col.fi.& Feli.in c.nonnulli,de maior.& obed.

Summarium in d.l.j.§.quod autem.ff.de uentr.inſpic.

1 *Omiſſio leuis ſolennitatis non uitiat.*

Bar.in d.l.j.§.quod autem.ff.de uentr.inſpic.

1 BAR. in ead.l.j.§.quod autem,ait,omiſsionem leuis† ſolennitatis nõ uitiare. & deinde quærit,quæ ſit leuis ſolennitas; vide Feli.in c.3.de teſti.cogen.& in c.cùm cauſa, col.5. de re iudic. & in c.1.col.10.de ſponſal.Roma.in conſ.296.Iaſ.in l.ij.col.2.in princ.C.de bon.poſſ. ſecund. tab.& in l.hac conſultiſsima,col.2.C.qui teſt.fac.poſſ.& in l.ſi unus,col.1.& 2.C.de teſti. Alex. in conſi.280.in lib.in quo primi & ſecundi uol.conſilia continentur.& Bald.in conſi.383.in 1. uol.& quæ dicatur ſolennitas non leuis,docuit Feli.in c.ex parte,col.2.de conſt.

Summarium in l.j.§.neceſſario.ff.ſi uent.no. in poſſ.

1 *Ille qui ciuiliter & naturaliter poſſidet, non poteſt deijcientem ſua propria expellere authoritate.*

Bar.in l.j.§.neceſſario.ff.ſi uent.no.in poſſ.

1 BAR. in d.l.j.§.neceſſario,col.1.in fi.ait,eum, qui ciuiliter † & naturaliter poſsidet,nõ poſſe deijcientem ſua propria expellere. vide Aret.in l.clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquir.poſſ.vltra hic addita ad Bar.in apoſtill.

Summarium in l.in concubinatu.ff.de concubi.

1 *Si aliquis tenet liberam mulierem honeſtè natam, ex hoc matrimonium præſumitur.*
2 *Quomodo probetur matrimonium, & ex quibus præſumatur.*
3 *Concubinatus an ſit legitimus coitus.*
4 *Concubina non diſtat ab uxore in affectione.*
5 *Si aliquis retinet concubinam, cum qua honeſtè matrimonium contrahi non poſſit, non poteſt legitimare filios ex ea ſuſceptos, etiam ſi matrimonium ſubſequatur.*

6 *Filij nati ex clerico, & concubina, an per consequens matrimonium legitimentur.*
7 *Concubinatus an possit puniri à principe laico.*

Bar. in l. concubinatu. ff. de concubi.

1 BART. in d.l.in concubinatu, colligit ex isto tex. si aliquis † tenet liberam mulierem honestè natam, ex hoc matrimonium præsumi de iure ciuili; idem esse ait etiam de iure canonico. De hac re uide Barb. in cons. 6. col. 3. & in cons. 55. in 1. vol. & Alex. in l. si uxor.
2 §. sed si ea. ff. de adulter. & quomodo probetur † matrimonium, & ex quibus præsumatur, vide egregiè Aret. in consi. 13. Abb. in c. consultationi, de sponsal. & in c. super eo. 2. de testi. Alex. in consi. 149. cum sex consilijs sequ. in 5. volu. & in consi. 286. in lib. in quo primi & secundi vol. consilia continentur. Imol. in consi. 135. Soc. in consi. 17. & in consi. 309. in 1. uol. & in consi. 223. col. 1. in 1. vol. ubi tradit, quomodo matrimonium præsumptiuè probetur. Dec. in consi. 133. & in consi. 163. & in consi. 310. & Feli. post Abb. & alios in c. illud, de præsumpt. ubi est locus hic citatus à Bar.
3 Bar. in eadem l. quærit, & latè declarat, an concubinatus † sit legitimus coitus? vide Abb. in cap. cùm sit generale, col. penul. ubi etiam Aret. & Feli. de for. competen. Alexan. in cons. 202. Visa legitimatione, col. 5. in lib. in quo primi & secundi vol. consilia continentur. Item scias cõ cubinatum esse prohibitum de iure canonico. c. ad nostram, de hæret. De qua re uide Abb. in c. cùm sit generale, de for. compet. & de quacunque specie illiciti coitus, & de pœna cuiuslibet eorum, vide Paulum Grillandum in tract. de pœnis multifariam coitus. Item scias concubinam
4 † non distare ab uxore in affectione, quamuis distet ab ea in honore. l. item in legato. §. parui. ff. de uerb. signif. & ideo ita repellitur à ferendo testimonio, sicut uxor. Alber. in tract. de testibus, in cap. quando testes repellantur ratione domesticitatis. & in hac materia concubinatus, uide
5 mirabile dictum apud Bal. in l. eam, quam. C. de fideicomm. ubi ait, si aliquis retinet † concubinam, cum qua honestè matrimonium contrahi non possit, non potest legitimare filios ex ea susceptos, etiam si matrimonium subsequatur, citat not. in §. si quis ergo, in auth. quib. mod. natur. effic. legit. Attende etiam concubinatum esse crimen ecclesiasticum: nam iudex laicus nõ est competens, cùm secundum leges ciuiles permittatur, ut in hac. l. ita Feder. de Sen. in consi. 162. Io. And. in c. fine culpa, de reg. iur. Abb. in rubrica de adulter. in c. per uenerabilem, colu. 12. qui fil. sint legit. & in c. cùm uenissent, de instit. in fi. & Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. num.
6 124. versi. 17. de const. & dum Bar. subiungit quæstionem de filijs † natis ex clerico & concubina, an per subsequens matrimonium legitimentur, vide Dec. in consi. 155 scias etiam concubinas clericorum dici, seruos esse episcopi, Episcopumque posse eas uendere. Feli. in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ, uersi. 16. quæro. nu. 131. & an concubina clerici sortiatur forum ecclesiasti-
7 cum, vide Feli. in d.c. cùm sit, de for. compet. & an possit † puniri à principe laico? Distingue, aut concubinatus est publicus, & tunc puniri potest: aut est occultus, & tunc non potest. Feli. in c. si concubinæ, de sent. excomm. An concubinarius clericus, qui est notorius, quamuis non fuerit condemnatus, neque crimen in iudicio confessus, uitari debeat? & abstinendum sit ab eius officijs diuinis? Abb. in c. vestra. nu. 5. de cohab. cleric. & muli. ait omninò abstinendum esse, neque aliqua monitio exigitur.

Summarium in l. concubinam. ff. de concubi.

1 *Concubina dici non potest illa, quæ in domo non detinetur.*
2 *Qui nascuntur ex muliere non retenta secum in domo, non legitimantur per subsequens matrimonium.*

Bar. in l. concubinam. ff. de concub.

1 BART. in d.l.concubinam, tenet, concubinam † dici non posse illam, quæ in domo non detinetur. vide Bal. & Abb. in c. innotuit, de elect. & gl. in §. consideremus, aliàs. § hoc dicemus, in auth. de trien. & semiss. Pau. de Cast. in cons. 131. causa quæ uertitur coram domino. Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus, col. 10. ff. ad Trebell. Aret. in consi. 84. Bal. in consi. 129. in 2. vol. &

Alex.

Alex.in consi.174.in fi.in 5.volu. Ang.in disputatione incip. Nobilis quidam genere. & dum
2 subiungit ibi Bar.filios,qui nascuntur † ex muliere non retenta secum in domo, non legitimari,per subsequens matrimonium. Contrarium tenuit gl.in d.c innotuit, quam ibi sequitur Io. And.& Ant.de Butr. & gl. est in c. qualis.30.q.5.cum opinione uerò Bartoli hic tenuit Anch. in d.c.innotuit,dicens,se uidisse consilium Oldr.idem ibi sequitur Abb.& Ang.in multis locis, & Host.& Præposit.in c.per uenerabilem,qui fil.sint legit. Anch.& Barb in c.per tuas, de probat.& Io.And.in addit.ad Specul.in tit.qui fil.sint legit.in rub.& tenẽdo hanc opinionem Bar. ratio est,quia mulier debet esse talis,cùm qua honestè matrimonium contrahi possit: ut in simili casu habetur,per Iaſ.in l.neque professio.C.de testa.

Summarium in l.j.§.tutores.ff.de tutel.

1 *Tutores eos esse quibus tutelæ conuenit diffinitio.*

Bar.in l.j.§. tutores.ff.de tutel.

1 BART. in d.l.j.§.tutores,inquit,tutores † eos esse,quibus tutelæ conuenit diffinitio. An autem executores,& commissarij testamenti possint dici tutores, ita ut in uno sancitũ, habeat locum etiam in alio? vide Fulg.in cons.57.executor autem testamenti propriè dicitur is,qui nudum habet ministerium exequẽdi.si verò habet eligendi, non dicitur propriè executor,neque comprehenditur in constitutione disponente de executore.Abb.in consi.11. in 2.vol.id quod est adnotandum pro intellectu propositæ rei.

Summarium in l.qui habet.ff.de tutel.

1 *Quando duæ causæ concurrunt una naturalis,& alia accidentalis,prævalet naturalis.*
2 *Donatio facta propter benemerita,& propter coniunctionem sanguinis dicitur esse simplex donatio.*

Bar.in l.qui habet.ff.de tutel.

1 BART. in d.l.qui habet,sic ait in summa. Quando duæ † causæ concurrunt,una naturalis, & alia accidentalis,prævalet naturalis. De hac re uide Iaſ.in l.si eadem,in fi.ff.de offic.assess.itẽ attenditur causa orginalis.l. clam possidere,in princ. ff.de acqui. poss.l.hæc actio.ff.si mess.falsmod.dixer.Abb.in c.4.in 1.notab.de for.comp.faciunt trad.per Soc.in consi.295.col.4.versi.
2 sextus.in 1.vol. ubi ait, donationem † factam propter benemerita, & propter coniunctionem sanguinis dici esse simplicem donationem, attenta causa naturali.Feli.in c.1.col.5. de re iud. vide Alexand.in consi.2.in 1.volu.& in consi.229. in libro in quo primi & secundi volu.consilia continentur.

Summarium in d.l.qui habet.§.si pupillus.ff.de tutel.

1 *Propter litem quam aliquis habiturus est cum tutore,uel curatore,dandus est curator.*

Bar.in d.l.qui habet.§.si pupillus.ff.de tutel.

1 BART. in ead.l.§.si pupillus,colligit ex tex.propter litem,quam aliquis habiturus est cum tutore,uel curatore,dandum esse curatorem,qui non datur,nisi præsenti,& petenti. An autem curator dari possit pupillo quando litigat cum alio, quàm tutore ex aliqua iusta causa? vide Aret.in l.qui testamenti,in princip.col.4.in fin.C.de testam. & dum Bar. hic refert solutionem gl.dicens,hunc non conueniri ratione administrationis,sed rei uendicatione, istam gl.sequitur Ang.in consi.96.Et dum propè fi.Bar.quærit,an pupillus citari possit? vide Abb. in consi.29. col.fi. in 2.vol.

Summarium in d.l.qui habet.§.quilibet.ff.de tute.

1 *Cum tutor datur cum causæ cognitione,dari non potest à iudice procedente.*

Bar.in d.l.qui habet.§.quilibet.ff.de tutel.

1 BART. in ead.l.§.quolibet,dum oppo. quia cum tutor † detur cum causæ cognitione, dari non potest à iudice procedente:& soluit illud esse intelligendum quando datur sine inquisitione.vide Iaſ.in l.nec quicquàm.§.vbi decretum.ff.de off.Proconſ.

Summa-

Summarium in l.quod dicitur.ff.de tute.

1 *Procuratorem simpliciter datum quo ad res, debere intelligi strictè quò ad personas in instrumento comprehensas.*

Bar.in l.quod dicitur.ff.de tutel.

1 BART. in d.l.quod dicitur,colligit ex principio,procuratorem † simpliciter datum quò ad res,debere intelligi strictè quò ad personas in instrumento comprehensas. vide Feli.in c.sedes colum.5.de rescrip.

Summarium in l.muto.§.sub conditione.ff.de tute.

1 *Tutor antequam satisdet,est tutor,sed differtur administratio.*

Bar.in l.muto.§.sub conditione.ff.de tutel.

1 BART. in d.l.muto.§.sub conditione,versi.nota,inquit, tutorem † antequam satisdet, esse tutorem,sed differri administrationem: vide Ias.in l.necquicquam.§.vbi decretum.col.8.ff.de off.proconsul.& dum Bar.infert,si in literis apostolicis ponitur, ut alicui prouideatur de beneficio,si idoneus repertus fuerit: hæc uerba magis facere admonitionem, quàm conditionem. vi de Barb.in c.ex parte,de const.

Summarium in l.testamento.ff.de testa.tute.

1 *Tutores dati in codicillis testamento confirmatis, dati esse censentur in testamento.*

Bar.in l.testamento.ff.de testa.tutel.

1 BART. in d.l.testamento, ait, tutores † datos in codicillis testamento confirmatis,datos esse censeri in testamento. vide Soc.in consi.20.col.3.in 1.vol.ubi hoc sequitur.

Summarium in l.si quis filiabus.ff.de testa.tute.

1 *Appellatione filiorum continentur posthumi,non autem nepotes.*
2 *Appellatione filiorum,nepotes non comprehenduntur in materia pœnali.*
3 *In feudis,an appellatione filiorum nepotes comprehendantur.*
4 *Appellatione liberorum,omnes continentur.*

Bar.in l.si quis filiabus.ff.de testa.tut.

1 BART. in d.l.si quis filiabus, ait in summa, appellatione † filiorum contineri posthumos, non autem nepotes,sed liberorum appellatione etiam nepotes contineri. An & quando filiorum appellatione ueniant nepotes: vide Alex.in consi.9.in 1.vol.in consi.5.& in consi.26.col. pen.in 3.vol.& latissimè in consi.37.in 6.vol.& ad prædicta uide memorabile dictum eiusdem
2 Alex.in consi.4.col.2.in 4.vol.& appellatione † filiorum nepotes non comprehendi in materia pœnali, docuit Alex.in consi.140.in 6.volu.& de hac re uide Dec.in consi.95.& in consi. 391.Soc.in consi.152.& in consi.249.col.1.in 1.vol.in consi.104.in 3.volu.& in consi.17. & in cons.73.col.5.in 4.vol.& doct.maximè Ias.in l.Gallus.§.instituens.col.4.ff.de liber.& posth.
3 & ibi Ias.in 6.colu. tradit etiam nunquid in feudis † appellatione filiorum nepotes contineantur? De qua re uide Alex.in consi.25.in 5.vol.& ad prædicta uide omninò,quæ pono ad Bart. in l.liberorum.ff.de uerb.signif.Ad illud autem,quod subiungit Bar. uocem hanc, filiorum, esse intelligendam, secundum legum interpretationem, quamuis prolata esset ab idiota in scriptis manu notarij; quia præsumendum est,notarium apposuisse uerba importantia uoluntatẽ illius. vide Rom.in consi.179.col.2.& in consi.295.Alex.in consi.82.col.pen.in 1.vol. ubi citat hoc Bartoli documentum,& in consi.229.Visis codicillis,col.9.nu.18. in libro in quo primi & secundi volu. consilia continentur, & in consi.257.eod.volu.& appellatione liberorum
4 † omnes contineri,vide Alexan. in consi.80.in 1.vol. & ad ea,quæ de filijs diximus,vide Feli.in prooem.decretal.col.4.& in rubrica de constit.col.pen.& in c.tertio loco,colu.2. de probat.in c.quoties, de testibus, & in c.cùm clamor,in fin.eod.titu. & in c. cùm uenerabilis, colu.fin.de testi. cogen.

Summa-

De teſtamentaria tutela.

Summarium in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſta.tute.

1 *Si tutor datus in teſtamento eſt impeditus, an & quando ſit locus datiuo, & legitimo.*
2 *Tutoribus teſtamentarijs decedentibus dandi ſunt datiui.*
3 *Tutor non eſt idoneus, niſi tantum in bonis habeat, quantum habet pupillus.*
4 *Mater & auia an poſſint eſſe tutrices.*
5 *Si adeſt auus & auia, ambo ſunt admittendi ad tutelam.*
6 *Mulier debet omni auxilio renunciare, alioqui non eſt uera tutrix.*
7 *Mulier carcerari poteſt ex cauſa tutelæ.*
8 *Mulier ita priuatur tutela ſi eſt cognita, ac ſi ad ſecunda uota tranſiuiſſet.*

Bar.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de teſt.tut.

1 BART. in d.l.ſi quis ſub conditione,col.2.verſi.ex prædictis,tradit ſi tutor † datus in teſtamento,eſt impeditus,an & quando ſit locus datiuo,& legitimo? vide Soc.in conſi.20. col. 3. & ſeq.in 1.vol.ubi ait, Bartolum non figere pedes in hac l. Et qui ſint præferẽdi in datione tutorum,vide apud Curt.in conſi.46.Et an mater ſit datiuis tutoribus præferenda? Bar.in l. tutor.
2 ff.de tutor.& curat.dat.ab his. & ad rem,de qua agitur hic,dicas,tutoribus † teſtamentarijs decedentibus,dandos eſſe datiuos,qui eadem,ac etiam ampliori poteſtate funguntur. Angel. in conſi.93.Attende quoque in re propoſita,tutorem teſtamentarium,uel datiuum, qui ſe nõ excuſat infra xl.dies,poſtquam ſciuit ſe tutorem eſſe deſtinatum,videri ſe ipſum aſtringere ad tutelam. Abb.in conſi.90.in 2.vol.& quamuis Iaſ.in l.ſi conſtante,nu.114.ff.ſol.matr.dicat,tuto
3 rem † non eſſe idoneum, niſi tantum in bonis habeat, quantum habet pupillus.§. ſed propter paupertatem,& ibi gl.inſt.de excuſat.tut.& l.paupertas,& ibi gl.ff.eod.tit. Tamen hoc in facti contingentia non admitteretur. In eo autem,de quo loquitur Bar.hic ſcilicèt quando unus tutor ex multis teſtamentarijs deſijt,tunc locum eſſe datiuo, atque ita non habere locum ius accreſcendi.vide Soc.in conſ.193.in 1.vol.vbi ait,ſi ille teſtamentarius,qui ſupereſt,eſt ſufficiẽs, ita ut pupillo ſit conſultum,loco illius alium dari non debere.

4 Bar.in ead.l.col.3.verſi.Antequam ueniam,quærit,an mater, † & auia poſsint eſſe tutrices? vide Corn.in conſi.164.in 4.vol.ubi tradit,an tales,quamuis ſint legitimi tutores, poſsint adminiſtrare antequam decreti ſint à iudice? vide Curt.in conſi.46.& de hac re uide doct. maximè Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituens,col fi.ff.de liber.& poſth.Dum uerò ſubiungit Bar. ſi adeſt auus
5 † & auia,ambos eſſe admittendos, vide Curt.in d.conſi.46.Dicit poſteà Bart.in ead.l. colu.4. verſi.contrarium credo,in datione tutoris quocunque modo erratum ſit,huiuſmodi dationem eſſe inualidam. Declara hoc ut per Bar.in l.tutor.ff.de tutor.& curat. dat.ab his, ut procedat, quando erratum eſt in cauſa facti,hoc eſt quando cauſa propter quam dantur tutores non eſt uera. vide ad hæc Alex.in cõſi.163.incip.aliàs conſultus,in 5.vol.vbi facit ad trad.hic per Bar. de omiſsione ſolennitatis.

6 Bar.in ead.l.col.5.tradit,mulierem † debere omni auxilio renunciare,alioqui non eſſet uera tutrix; quia mulier iuuatur in multis,in quibus maſculus non iuuaretur. hæc Bart.vide Aret.in conſi.204.col.4.ubi colligit,hic Bartolum uoluiſſe renunciantem generaliter omni auxilio,intelligi renunciaſſe auxilijs competentibus de iure communi,quamuis nulla ſpecialis renunciatio præceſsiſſet.de qua re uide Alex. in conſi.154.col.4. in libro in quo primi & ſecundi volu.
7 conſilia continentur. Et dum ſubiungit Bart. mulierem † hac pro cauſa carcerari poſſe, vide Rom.in conſi.118.& Seueri.in tract.de debitore ſuſpecto de fuga, in 70.q.quintæ q.princi.& dũ ibi proſequitur Bar.& dicit,non eſſe neceſſe,ut mulier exprimat renunciationem velleiani, vide Aret.in conſ.33.col.fi.

8 Bar.in ead.l.col.pen.inquit,mulierem † ita priuari tutela,ſi eſt luxuriata, ac ſi ad ſecunda uota tranſiſſet. vide Feli.in c.ſignificantibus,col.3.de offic.deleg.& in rubrica de magiſtr.col.2. & dum ſubnectit Bar.ad quem redeat tutela, quando mater ad ſecunda uota tranſiuit, an ad tutorem teſtamentarium, an ad datiuum? De iſta quæſt. vide Soc.in conſi.20.col.3.& 4. in 1. vol.Capr.in conſi.67.& in conſi.50.Curt.in d.conſi.46.Bar.autem ibi,in col.fi.quærit, An iu-

dex

dex dare tutorem debeat, quem mater petijt? vide Capr. in consi. 27. & Bart. in consi. 21. & seq. in 2. volum.

Summarium in l. certarum. ff. de testa. tute.

1 *Tutor dari non potest rei certæ, sed personæ, uel uniuersitati.*

Bar. in l. certam. ff. de testa. tut.

1 BART. in d. l. certarum, ait tutorem † dari non posse rei certæ, sed personæ, uel uniuersitati. Ad istam l. uide Rom. in consi. 118.

Summarium in l. si quis ita. ff. de testa. tute.

1 *Appellatione filij simpliciter omnes continentur.*
2 *Eum esse certum, qui de aliqua re uehementem habet opinionem.*
3 *Testis, qui dicit se aliquid scire pro certo, et interrogatus de causa scientiæ, ait quia sum certus, nō probat.*

Bar. in l. si quis ita. ff. de testa. tute.

1 BAR. in d. l. si quis ita, inquit, appellatione † filij simpliciter omnes contineri. vide Alex. in consi. 5. in 3. vol. & Fulg. in cons. 31. ubi ait, hoc referri etiam ad non natos.

2 Bar. in ead. l. subiungit, eum esse certum, † qui de aliqua re vehemētem habet opinionem. vide Alex. in l. qui hæreditatem. ff. de acquir. hæred. Aret. in l. si posthumus. §. fi. ff. de lib. & posth. ubi reprehendit Bar. quia tex. hic non dicit certus, sed quasi certus. & uide Bal. in c. cùm in iure col. 3. de offi. deleg. & Rom. in consi. 403. col. pen. quæro utrum ille, qui scit aliquid ex confessione alicuius in foro pœnitentiali, dicatur illud scire pro certo? uidetur text. quod non in c. si sacerdos, de offic. ordin. ubi postquam egit de eo, quod scitur pro certo, subiungit, uel id fuit confessus. atque ita ponit ea ut diuersa. quamuis gl. ibi aliter sentire uideatur. & gl. illam, ait
3 Ant. de Butr. facere pro teste, qui dixit † se aliquid scire pro certo; & interrogatus de causa scientiæ, respondit, quia ille hoc fuit confessus. sed ista opinio displicet Abb. ut ibi uidere est apud eum. & an quis dicatur certus ex uehementi opinione, vide Ias. in d. l. qui hæreditatem, & in d. l. si posthumus, & in l. certum. ff. si cert. pet. nu. 5. ubi etiam. num. 8. inquit, eum dici esse certum,
4 qui fuit certioratus à fidedigno. & dum Bar. ex prædicto documento, infert, testem, † qui interrogatus, de causa scientiæ, ait, quia sum certus, ut non probet, cùm non deponat, per sensum corporis: quia potest esse certus uehementi opinione. Ad hæc facit singul. dictum Baldi relatum ab Alex. in l. j. col. 7. versi. Accedat. ff. si cert. peta. quamuis illud ibi reprobet. & per eadē fundamenta potest hoc dictum Bartoli reprobari, etiam si ipse ibi de hoc Bartoli documento nullam faciat mentionem.

Summarium in l. duo sunt Titij, de testa. tute.

1 *Incertitudo personæ cui datur tutor, uitiat dationem.*
2 *Si duo de pontificatu certant, si non apparet quis eorum sit Papa, omnes ab occupata dignitate repelluntur.*
3 *Incertitudine actus uitiatur.*
4 *Testis interrogatus de causa scientiæ, ait, quia sum certus, non probat.*

Bar. in l. Duo sunt Titij. ff. de testam. tute.

1 BART. in d. l. Duo sunt Titij, inquit, incertitudinem † personæ, cui datur tutor, uitiare dationem: & sic collige incertitudinem uitiare actum. Alex. in consi. 196. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur. vide quæ posui, in l. in lege fundi. ff. de contrah. empt. ad rem facit gl. in c. si quis iusto, de elect. in 6. quam dicit sing. esse Rom. in sing. 251. dicens: si duo pro curatores habent mandata eodem die confecta, nec quis eorū fuerit constitutus apparet, eos
2 se inuicem impedire. Hinc traditum est, etiam duos † de pontificatu certantes, si non apparet, quis eorum sit Papa, omnes ab occupata dignitate esse repellendos, quia utraque electio inualida est. c. si duo. 79. distin. & an & quando incertitudo uitiet, vide Bar. in l. si cui annuum. ff. de annu. lega. & Abb. post Ant. de Butr. in c. ex parte, de cens. & rescripta, quibus incerti iudices dantur nullius esse roboris & momenti, docuit Abb. in c. ad hoc, de rescript. & ad prædicta, vide Ias. in l. ita stipulatus. ff. de uerbor. obligat. & in l. legato generaliter. ff. de legat. 1. hoc tamen,

quod

3 quod prædictum est, scilicèt, incertitudine † actum uitiari, limita non procedere de æquitati canonica, secundum quam omnis promissio incerta, est efficax ad agendum, & debet à iudice declarari. ita singul. dixit Arch. relatus à Feli. in c. cum iuramento, de homic. idem uoluit egregiè Alexan. in d. l. ita stipulatus. colu. 3. & dum Bar. quærit, in d. l. duo in fin. quomodo probari potest, testatorem magis de uno, quàm de alio sensisse, dicens hoc probari à maiori amicitia quam habebat cum uno, quàm cum alio, & alijs coniecturis, vide Cæpoll. in consi. 11. colum. prima & sequ.

Summarium in l. j. ff. de confir. tuto.

1 *Verba deprecantia an inducant dispositionem.*

Bar. in l. j. ff. de confir. tuto.

1 BART. in d. l. j. agit, an uerba † deprecantia, inducant dispositionem? vide aliquid per Soc. in consi. 83. in 1. vol. ubi tradit, quid illa uerba significent, relinquo filium meũ, & modò tuũ, in manib. tuis. & Aret. in consi. 66. col. & Doct. maximè moder. in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. & dum Bar. in ead. l. quærit, utrum tutor datiuus, qui sapit naturam testamentarij, si fuit confirmatus præferatur legitimo? vide Alex. in consi. 140. colu. 2. in 1. vol. Et quia Bart. ad probandum hunc tutorem esse legitimo præferendum, arguit ex ordine titulorum, vide ad hoc argumentum aliqua per Barb. in consi. 6. colu. 8. in 2. volu. & Corn. in consi. 210. in 3. vol.

Summarium in l. si patronus. ff. de confir. tuto.

1 *Canonici, qui scienter indignum eligunt, priuantur iure eligendi.*

Bar. in l. si patronus. ff. de conf. tut.

1 BART. in d. l. si patronus, in fi. colligit ex tex. illationem ad canonicos, † qui scienter eligũt indignum, ut priuentur iure eligendi. uide Abb. in c. gratum, de postul. prælat. Felin. in c. cùm olim, col. 3. versi. quando autem, de testi. Anch. in consi. 35. in fi. & utrum sint priuati iure eligẽdi per totam illam uacationem, an uerò pro illa tantùm electione, siue sortiatur effectum, siue non? uide Abb. in c. cum Vintonensis. de electi. & an indignus sit promouendus ex præcepto Papæ? vide Feli. in c. accepimus, uersi. & addit hic. d. Abb. de fid. instr.

Summarium in l. in confirmando. ff. de confir. tuto.

1 *Licèt probetur aliquis semel dives, uel pauper, non tamen præsumitur hodie.*

2 *Si testator tutori confectionem inuentarij prohibuerit, tamen si iudici uidebitur expedire pupillo, cogere poterit tutorem ad conficiendum inuentarium.*

Bar. in l. in confirmando. ff. de confirm. tut.

1 BART. in d. l. in confirmando, colligit ex tex. quamuis probetur aliquis semel † dives, uel pauper, non tamen præsumitur hodie de necessitate talis; quia diminutio, & augmentum facultatum facilè contingunt. vide Alex. in consi. 319. Inspecto. col. fi. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur, ubi ad hoc Bartoli documentum accedit. & in consi. 244. Super primo, col. 5. in eod. lib. & Feli. in c. scientiam, col. 2. de præsumpt. & in c. ad aures, colu. pen. uersi. limita secundò, de rescrip. & in cùm in iure. de off. deleg. Alex. in d. consi. 244. colu. 5. & Bar. in l. ex persona. C. de prob. & ad rem faciunt trad per Iaſ. in l. si prius. ff. de oper. nou. nunc.

2 Bar. in ead. l. inquit, etiam si testator † tutori confectionem inuentarij prohibuerit, tamen si iudici uidebitur expedire pupillo, cogere poterit tutorem ad inuentarium conficiendum. vide Aret in consi. 22. & Feli. in c. si diligenti. nu. 34. de for. comp. nunquam enim tutor censetur liberatus à dolo futuro. Io. de Ana. in consi. 80. cum ibi addit. per Bolog.

Summarium in l. j. ff. de legi. tuto.

1 *Legitima tutela defertur cognatis, ad quos defertur hæreditas, nisi mulier sit in medio, quod limitatur. num. 2.*

3 *Si duo ueniunt gradatim unum ad aliud, tunc id quod mutatur in uno censetur etiam mutatum in alio.*

Bar

Bar.in l.j.ff.de legit.tutor.

1 BART. in d.l.j.ſic ait in ſumma. Legitima † tutela defertur cognatis, ad quos defertur hæreditas,niſi mulier ſit in medio. Limita, ut per Aret. in l.ij.in 7. requiſit.ff.de uulg.& pupill.& Rom.in l.fi.C.qui teſta.fac.poſſ.Alex.in l.ſi finita.§.ſi uectigalibus. col.fi.ff.de damn.infec.Bal.in l.j.C.de rei uxor.act & in c.1.qui feud.dar. poſſ. & de iſta regula vide Curt.in conſi.46.col.4.& Anch.in c.canonum ſtatuta,col.18.de conſtit.& Aret.in conſi.
2 109.& intellige dictum Bartoli non procedere † in tutela,quæ defertur matri,& auiæ: quia licèt ſtatuto à ſucceſsione ab agnatis ſiue alijs excluderentur, à tutela tamen non excluduntur. ita inquit Alex.in conſi.109.in 3.vol.Salic.in auth.ingreſsi,col.2.C.de ſacroſ.eccl. & de ratione & mente legis uide aliquid apud Ang.in conſi.68.& Alex.in l.j.col.pe uerſi.poſſe.ff. ſi cert.
3 pet.ubi ex his uerbis Bar.hic, dicit, ſi duo † ueniunt gradatim unum ad aliud,tunc id, quod mutatur in uno,cenſetur etiam mutatum in alio. & uide aliqua apud Soc.in conſi.123.col. fi.in 1. vol.vbi ait,ſublata re, ſuper qua fit diſpoſitio,ſublatam eſſe etiam ipſam diſpoſitionem. & hoc Bartoli documentum procedere in tutela præterquàm in delata matri & auiæ, tradit Barb. in conſi.11.in 2.dub.in 3.vol. Bal.in conſi.124. in 1.vol. & Dec.in conſi.16. ubi ipſe quoque loquitur de matre. & Socin.in conſi.153.colu.pen.in 1.volu.& de hac regula bonus eſt tex.in c. miramur,de ſeru.non ordi.& in c.multis.& ibi Innoc.de ætat.& qualit.Feli. in c.quanto, col.fi. de iudic.& in c.1.col.9.de ſponſal.Alex.in l.j.col.3.ff.ſol.matr.Iaſ.in l.j.col.9.C.qui admit. & in l.poſthumo,col.6.C.de contratab.& in l.ut liberis, col.7. C.de collat.& Soc. in conſi.223.col. fi.in 1.vol.ubi conſiderat mentem ſtatuti.

Summarium in l.legitimos.ff.de legi.tuto.

1 *Tutor qui datus eſt alicui ad adminiſtrationem,accedere non poteſt niſi iuret.*
2 *Tutor quomodo rationes pupillo reddere teneatur.*
3 *Utrum in quolibet genere tutorum,ſit neceſſarium decretum.*
4 *Formalis diſpoſitio non poteſt impleri in ſuo æquipollenti.*
5 *Tutor debet expreſſè promittere defenſionem pupilli.*
6 *A quo tempore bona tutoris ſint obligata pupillo.*

Bar.in l.legitimos.ff.de legit.tut.

1 BART. in d.l.legitimos,inquit,tutorem, † qui datus eſt alicui ad adminiſtrationem accedere non poſſe,niſi iuret. vide Abb.in conſi.90.in 1.vol.Corn.in conſi.164.in 4.vol. Ang. in conſi.103.ubi generaliter loquitur in quocunque tutore,& curatore. & omninò Soc. in conſ. 213.in 1.vol.nam tutor non ſolùm tenetur de malè adminiſtratis,ſed etiam de neglectis. Soci. in conſi.9.in 1.vol.& ad prædicta uide Soc.in conſi.159.in 1.vol.vbi multa ſcitu digna inueniũ
2 tur. & omninò uide Mari.Soc.iuniorem in conſ.148.& quomodo † tutor rationes pupillo reddere teneatur,vide Rom.in conſi.413.Quid autem tutor facere debeat,ut ſuam liberationem conſequatur,docuit Cæpol.in caut.221.& alibi inquit, tutorem debere eſſe cautum, ut finita tutela,petat arbitros eligi debere,qui eius rationes uideant: nam ſi ab arbitris liberabitur,non poterit amplius conueniri. hæc ille in cautel.143. & tutor præſumitur dolo carere, ſi aliquid fecit cum conſilio coniunctorũ: ideò faciat hoc ſcribi in inſtrumento.Cæpol.in cau.24.& 221.
3 Bar.in ead.l.in principio quærit,utrum in † quolibet genere tutorum, ſit neceſſarium decretum? vide Corn.in conſi.164.in 4.vol.quærit poſteà Bart. an decretum à iudice interpoſitum porrigat effectum ſuum ad res ſitas in alio territorio? & iſta dicta Bar. hic ſequitur Iaſ. in l.fin. col.2.in 10.limit.ff.de iuriſd.omn.iudic.& latiſsimè Dec.in conſ.207.& in c.cùm ut præclarè, in princ.de priuileg.& dum Bar.ſubiungit neceſſe non eſſe,ut iudex eum ponat in poſſeſsione
4 de facto: Attende,quia hoc dictum Bartoli adduci ſolet ad probandum,formalem † diſpoſitionem non poſſe impleri in ſuo æquipollenti.Feli.in c.cùm dilecti, colu.16.de reſcrip.infert poſteà Bar.iudicem,ſub quo eſt pupillus,poſſe decretum interponere; quod ad bona ubicunque poſita dilatabitur, ſi non habet contradictorem. vide Dec. in conſi.27.& dum progreditur

Bar.

Bar.dicens tutorem debere prius conficere inuentarium ante hoc decretum, uel in ipso actu, quo decretum interponitur. vide Imol.in consi.99.in secundo dubio. Posteà Bar.in fi.huius.
5 l.in princ.ait,tutorem † debere expresse promittere defensionem pupilli,licèt antiqui hoc apponere non consueuerunt. sed an sufficiat hoc apponi per verba æquipollentia? dicas non posse. ita Ias.in l.prætor,in princ.ff.de oper.nou.nunci.& de hoc dicto Bartoli vide aliqua per Feli.in c.translato,col.3.de const.& Corn.in consi.164.in 4.vol.Aduerte q̃ dictū est superius, tutorem teneri conficere inuentarium antequam administret. Quid si ante confectionem inuentarij actorem ad agendum constituit,& posteà conficiat inuentarium, utrum actor consti-
6 tutus possit exigere à debitoribus? vide Raph.Cuma.in consi.15.& à quo tempore † bona tutoris pupillo obligentur,an scilicèt à tempore susceptæ tutelæ?an uerò à tempore gestionis?vide Soc.in cons.61.in 1.vol.Nolo ioco prætermittere in hac materia dictum Bar.in l. iubemus. j.C.de erog.milit.anno.lib.12.ubi ait,tutorem,qui familiæ uinum uetus exhibet post calendas nouembris, teneri ad resarciẽdum damnum pupillo:quia eo tempore nouum erat exhibendũ: & ideo cùm exhibitio ueteris sit damnosa,tenetur.quomodo autem tutor & commissarius differant,vide Raph.Cuma.in cons.75.& Fulg.in cons.51.

Summarium in d.l.legitimos.§.in legitimis.ff.de legi.tuto.

1 *Negatio posita post uniuersalem, æquipollet suo contrario.*

Bar.in d.l.legitimos.§.in legitimis.ff.de legi.tuto.

Bart. in ead.l.§.in legitimis,colligit ex gl.in uerbo,si omnes non satisdederunt, negatio-
1 nem † positam post uniuersalem æquipollere suo contrario.& ideò exponitur,si omnes non satisdederunt,hoc est,si nullus satisdederit. & in hoc ista gl.est memorabilis. & an & quando in definita æquipolleat uniuersali, vide in l.si pluribus, & doct. in c. solitæ, de maior. & obed. & quid in odiosis,Alexan. post Bar. in l.ij. ff.de lib.& posth. Limita indefinitam non æquipollere uniuersali in testibus: quia debent concludere de necessitate. Alex. in consi.110. in 1.volum. Abb.& Feli.in c.auditis,nu.37.de præscript. ubi habetur etiam an & quando indefinita æquipolleat. & de hac re uide Alex.in cons.343.in lib.in quo primi & secundi vol.consilia continẽtur,& Mari.Soc.iuni.in cons.9.Item scias indefinitam non æquipollere uniuersali, quando non militat eadem ratio. Soc.in consi.74.col.fi.in 3.vol.præterea indefinita nunquam æquipollet propriè secundum Bar.in d.l.si pluribus, & in l.qui ædificium.ff.de seruit. urba. prædi. de qua re vide Dec.in l.j.nu.15.ff.de reg.iur.

Summarium in l.prætor.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.

1 *Arbiter non potest se dare tutorem.*

Bar.in l.Prætor.ff.de tut.& curat.dat.ab his.

1 Bart. in d.l.Prætor,inquit, Arbitrum † non posse se dare tutorem: vide Rom.in consi. 427.incip.An super. & dum Barto.subnectit quæstionem de tutela compromitti non posse, quia est mixti imperij, vide Orian.in tract.de arbitris.fol.44.quæst.48. & Rom. in consil.162.

Summarium in l.nec mandante.§.dari.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.

1 *Tutor dari potest die feriato.*

Bar.in l.nec mandante.§.dari.ff.de tutor.& curat.dat.ab his.

1 Bart. in d.§. dari, in quo habetur, tutorem † dari posse die feriata, quærit, utrum dari possit die feriata in honorem Dei? deciditque id fortè fieri posse intuitu pietatis. vide Alex.in l.j.§.1.ff.de feri.

Bar.in l.impuberi.ff.de tutor.& curat.dat.ab his.

1 Bart. in d.l.impuberi,tractat,an sit necessarius † tutor ad adeundam hæreditatem? vide Alex.in l.restituta.§.1.ff.ad Trebell.

Summa-

posit susceptо iureiurando probari, vide in d.c.innotuit, cum glo.& ibi Abb.& in c.fi.de iureiur.Doct.in c.nulli,de elect.in 6.& in cap.si uerò.2. de sent.excommu. Ias.in repet.l.admonendi.ff. de iureiuran. Dicas etiam, quamuis probetur per iuramentum, tamen à parte aduersa posse probari contrarium. Ias.in l.pro hærede.ff.de acquiren.hæred.& in l.ij.ff.si ex noxa.caua. Et de hac re, ac de tota materia vide plenè Feli.& Dec.in d.capitulo secundo.de constitu. & Felin.in cap.2.de except.& in cap.per tuas, de simon.& in cap.uigilanti,de præscript.Et de
19 quacunque † ignorantia, an & quando excusari debeat, & non,vide Damasum in tract.de bro cardis,in primo membro. Ad rem faciunt tradita per Alexan.in consi.71.in principio.in 1.vo lu.Soc.in rubrica.ff.de rebus dub.Feli.in cap.cùm vigesimum, de off.deleg.Adde quòd ignorantia non excusat eum, qui potuit scire per se, vel per alium, glo.est not. in cap.1.84.distinc.
20 Felin.in capitulo primo.colu.4.de off.deleg.Dicas etiam ignorantiam † non esse probabilem in facto proprio.l.fina.ff.pro suo. Quod tamen limita, nisi aliquis tractaret de damno uitando. l.sed si me putem. ff.de cond.indeb.l.non fatetur.ff.de confess. Soc. in consi.25. columna tertia.in 4.volumine.& est glo.in voce,turpe, in l.ij.ff. de orig.iur. sic etiam ignorantia admittitur in facto proprio, quando vel factum illud est implicitum & inuolutum, uel quando est antiquum. Curtius in tracta.positionum, num.21. Adde quòd ignorantia iuris, quæ sit probabilis, semper excusat. & nemo inferior Principe statuere potest,quòd ignorans probabiliter puniatur. Feli.in c.per tuas.3.de simon.
21 Barto.in eadem.l.j.docuit formam, † quæ in condendis legibus est seruanda. Adde tex.in l. item ueniunt.§.pridie.ff.de petit.hæred.& in l.j.in princip.& ibi Doct.ff.ad leg.Falcid.Bald.in l.ij.C.de probat.& omninò Abb.& alios, maximè Dec.in c.Osius, de elect. vbi ponitur forma legis ferendæ etiam in Concilio generali.
22 Bar.in eadem l.versiculo vltimo adduco in argumentum hoc uerbum,virorum,ait,mulieres † de consilio esse non posse, neque in ferendis constitutionibus interuenire debere. De hac re uide Dec.in l.ij.col.6.ff.de regul.iur. Et ex hoc Bartoli documento ad quæstionem fieri posset illatio,vtrum mulieres in præsentandis parrochianis, siue plebanis uocem habeant. de qua uide tex.& ibi Abb.in cap.fi.de concess.præben.& Federic.in consi.65.colu.2. ad rem facit tex. in l.fin.in fi.ff.qui pet.tut.ibi, nec iudicium eius sufficit ad eligendos tutores. Abb.in consi.53.
23 in 2.volumi.& Feli. in cap.quoniam, de testib. Adde, mulieribus † interdictum esse officium prædicandi. Abb.in capitulo secundo,de iudic.& mulier procuratrix esse non potest. Abb. in cap.dilecti,de arbitr.Fallit vbi agitur de salute animarum. Rom.in sing.694. & an fœmina uocari possit ad honores & munera, & an habere possit munus cum administratione & honore, uel dignitate, vide Barto.in l.j.C.de mul.& in quo loc.Mulieri enim multa interdicuntur,quo-
24 niam dicitur mulier † à mollicie, & inconstantia. c.quod proposuisti.32.q.7. vide trad. in cap. 1.de clandest.desponsi. & Alber.in l.filiam in orbitate.C. de inoffic. testam. & propterea uirilia officia sunt prohibita mulieri,de quibus per glo.in l.in multis.ff.de stat.hom.vide not.in l.ij.C. de dignit.lib.12.& Abb.in d.cap.dilecti, de arbit.& eadem ratione mulier est penitus incapax clauium & ordinum.& si de facto mulier ordinatur,non recipit characterem, ut est text. & ibi Abb.in c.noua,de pœnit.& remiss.& dum Bar.hìc in fi.subiungit,ab usu mulierum consuetudinem induci non posse,vide Præposit.in c.frustra.col.fi.8.dist.& Abb.in consi.53.in 2.vol.

Summarium in l.leg.virtus.ff.de leg.

1 *Aduocati non debent adesse torturæ neque interrogationi rei,licèt examinari debeant.*
2 *Aduocatus an possit esse iudex in causa in qua patrocinium præstatur.*

Bar.in l.legis virtus.ff.de legib.

1 Bar. in d.l.legis uirtus, ait,Aduocatos † interesse non debere torturæ,neq; interrogationi rei,licèt examinari debeant. Vide eundem Bar.in l.ij.in fi.C.de sacrosanct.eccl.An autem aduocati possint examinari in causa,in qua patrocinium præstant? vide Felin. in c.cùm à nobis,de testi.

& tex.in c.ex literis,de tranſac.& Iaſ.in rubrica.C.de procur.& in l.dictantibus. C. de teſta. & in l.ſolet.ff.de iuriſd.omn.iud. in quibus locis habetur, aduocatum examinari non poſſe. Vide etiam de hac re in l.fi.ff.de teſti.& in c.fi.de teſti.in 6.Limita ut per Bal.in d.c. Ex literis.de trā
2 ſact.An autem aduocatus † poſsit eſſe iudex in cauſa,in qua patrocinium præſtitit? Reſp. non poſſe quando animum ſuum detexit.ita Feli.in c.irrefragabilis,de off.ordin.Limita tamen hoc procedere in aduocato aduerſæ partis,alioqui uerò in proprio: quia cum erit iudex tenebitur iudicare ſecundum probata,ut per gl.not.in c.Dilecto,in uoce,recuſatus, de teſti. Item limita primam concluſionem,quod etiam ſi aduocatus aduerſarij iudex efficiatur,recuſari poſsit, tamen ſi is eſſet commenſalis & familiaris illius,qui iudex eſt in cauſa,propterea iſte iudex recuſari non poſſet.c.1.& ibi gl.de offic.iudic.

Summarium in l.non ambigitur. ff. de leg.

1 *Populus Romanus an hodie poſſit legem condere.*
2 *Statutum an ætatis ueniam concedere ualeat.*

Bar.in l.non ambigitur.ff.de legib.

1 Bart. in d.l.non ambigitur, examinat, utrum Populus † Romanus hodie poſsit legem condere, cùm poteſtas legis ferendæ ſoli Principi uideatur eſſe conceſſa. Deinde quærit, an Populus Romanus reuocare poſsit poteſtatem Imperatoris. Ad hæc adde Præpoſit. in ca.lex eſt, col.2.& ſeq.2.diſt.& aliquid per eundem Præpoſit.in ca.ſenatuſconſultum,col.fi.ead.diſt. Barb.in c.translato,col.pen.& fi.de conſt.Feli.in c.cùm te, nu.13.cùm ſeq.de re iud.

2 Bart.in d.l.non ambigitur,quærit, nunquid ſtatutum † ætatis ueniam concedere ualeat. De hac re uide Aret.in l.more,col.2.ff.de acqu.hæred.& dubium eſt,quoniam hoc eſt de reſeruatis Principi,de quibus ſtatutum diſponere non poteſt.Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de conſt. col.3.facit ad rem.c.ius ciuile.1.diſt.& c.uenientes, de iureiur.

Summarium in l.in his ff. de leg.

1 *Exceptio an ſit de regula.*
2 *Exceptio non excludit alias exceptiones ſic ſimiles.*
3 *Caſus exceptus an eſſe debeat ſimpliciter de contentis ſub regula,an uero ſufficiat eum eſſe talem ſecundum quid.*

Bart. in l.in his.ff. de legib.

1 Bart. in d.l.in his,quærit,nunquid exceptio † ſit de regula. vide omninò Dec. in l.j.col.2. verſic.Ad ſecundum.ff.de reg.iur.Feli.in c.2.col.18.de reſcript. & in c. quoniam frequenter, vt lit.non conteſt. Dec.in conſi.44.& in conſi.55.in 1.vol.vbi ait,quòd licèt exceptio ſit de regula,& regulam ipſam in caſibus non exceptis confirmet,nō tamen ampliat regulam, ita ut ad alios caſus porrigatur,qui alioqui ſub ea non continerentur. idem ait Imol.in conſi.84.& Soc. in conſi.47.colu.1.in 1.volu. Limita tamen hoc non habere locum, quando exceptio inutilis redderetur: nam tūc etiam illi caſus comprehenduntur,qui alioqui non cōplecterentur. Aret. in conſi.30.col.5.Dec.qui optimè declarat in c.dilecta,in 5.not.de confir.vtil. vel inut.& Fel. in c.ſunt & alij,nu.43.verſic.non obſt.de reſcrip. Dicas etiam not.exceptionem non exclude-
2 re † alias exceptiones ſibi ſimiles,ſecundum Alex.in conſi.128.col.3.in 4.vol.citat glo.ſing.in l.j.C.de cond.indeb. Deinde Bart.in d.l.in his,in fin. concludit exceptionem de contentis ſub regula eſſe debere. Adde hoc eſſe intelligendum, quando uerba regulæ ſunt apta comprehendere huiuſcemodi caſus. Alex.in conſi.14.in 7.vol.Et ad rem hanc uide latiſsimè eundē Alex. in conſi.203.eod.vol.& Feli.in d.c.quoniam frequenter,ut lit.non conteſta.Bar. & Dec.in l.j.
3 nume.26.ff.de regu.iur.Sed hìc ſubiungendum eſt, an caſus exceptus eſſe debeat † ſimpliciter de contentis ſub regula, an verò ſufficiat eum eſſe talem ſecundum quid? Iaſ.in l.nummis,verſiculo niſi fortè. ff. de in lit.iur. inquit ibi eſſe text. qui probat ſufficere, ſi exceptio ſecundum quid,eſt de contentis ſub regula,tamen uide ibi Bart.Paul.de Caſtr. & Alex.& ad præcedentia

uide

vide glo.in rubrica de regul.iur.in 6.Card.in c.cùm contingat, de off.delega.& in c. quia propter.§.nisi, de elect.

Bar.in l.benignius.ff.de legib.

BART. in d.l.benignius,ait, in fi.hæc lectura reprobatur, quia loquitur de tutore. vide de hac re Rom.in consi.62.col.2.

Summarium in leg.cum lex.ff.de leg.

1 *Statutum disponens bannitum qui soluerit certam pecuniæ quantitatem absolui debere, nũquid eos etiã continebit qui post ipsius statuti editionem deliquerunt & banniti fuerunt.*

Bar.in l.cùm lex.ff.de legib.

1 BART. in d.l.cùm lex,quærit, si statutum † disponit, bannitum,qui soluerit certam pecuniæ quantitatem,absolui debere: nunquid eos etiam continebit,qui post ipsius statuti editionem deliquerunt, & banniti fuere? concluditque eos non contineri, ne detur occasio delinquendi. Adde Feli.in c.fi.col.15.de const.Abb.in c.cognoscentes, eod.tit.vbi hanc Bartoli decisionem extollit. Hoc tamen limitatur & declaratur ut per Nellum in tracta. bannitorum, in tertia par. secundi tempor. quæst.10.quem refert Dec. in d.ca.cognoscentes. dicens prædicta uera esse quando delictum penitus impunitum remaneret, alioqui uerò, si pœna duntaxat minueretur. tamen ibi Dec.subiungit, non esse propterea recedendum à * communi sententia, & respondet huic limitationi, vt ibi per eum. Item limita prædictam conclusionem non procedere,quando statutum concerneret fauorẽ alterius, quàm ipsius delinquentis, vt per Aret. in l.testamenti factio.ff.de testam.& ad prædicta uide, quæ posui suprà ad eundem Bart.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.vbi Bart. videtur sibi ipsi contrarius.

Summarium in l.inciuile.ff.de leg.

1 *Statutum totum est edendum non autem eius pars.*

Bar.in l.inciuile.ff.de legib.

1 BART. in d.l.inciuile, ait,totum statutum † edendum esse, non autem eius partem extrahi debere. Adde ad hæc Feli.in c.vltra tertiam,de testi. & Alex.in consi.64.col.fi.in 3.vol.vbi ex hoc infert,testem, cuius completa non fuit examinatio, non probare.

Summarium in l.sed & posteriores.ff.de leg.

1 *Si statuta duo reperiuntur unum uetus & aliud nouum, an & quando unum ab alio declaretur.*

Bar.in l. sed & posteriores.ff.de legib.

1 BART. in d.l.sed & posteriores, tradit, si duo statuta † reperiuntur, vnum uetus, & aliud nouum, an & quando unum ab alio declaretur. Adde Alexan.in consilio 284. Viso testamento, columna tertia. in lib. in quo primi & secundi volu. consilia continentur. Abb. in consilio 51.columna secunda.in primo volu.Barba. in consilio 49.colum.8.in 1.volum.in consilio 26. colum.10.in secundo volu.& in consilio 31. columna secunda.& in consil.48. columna sexta. eodem volumine.& in consilio 51.& consilio 68.eodem secundo volu.Roman.in consi.57.& in consilio 322.Imol.in consilio 131.Anchar.in capitulo canonum statuta, colum.17.de constitutio.aliquid per Alexan.in consilio 135. colum.fina.in primo volumine. & plenè de hac re uide Angel.in l.non est nouum.ff.de legib. Abb.in capitulo fi.columna tertia. de rescript.& in simili casu vide Capr. in consilio 62.Barbat.in consilio secundo. columna sexta. in tertio volu. & in consilio 87. maximè in tertia colum.eodem volumine tertio.Anchar.in consilio 186.vbi hoc declarat. & omninò Dec.in consi.44.colum.2.& fin.in primo volu.& Ias.in l.qui filiabus. ff.de leg.primo.

De legibus.

Summarium in l.contra.ff.de leg.

1 *Venditor tritici qui tempore uenditionis sciebat statutum esse in ciuitate quo triticum ad uilius pretium redigebatur, licet non dum esset publicatum tenetur emptori ad interesse.*

Bart.in l.contra.ff.de legib.

1 BAR. in d.l.contra,ait,uenditorem † tritici,qui tempore uenditionis sciebat statutum esse in ciuitate, quo triticum ad uilius pretium redigebatur, licèt nondum esset publicatum, teneri emptori ad interesse. Adde Bar.in l.quæro.ff.de action.empt. Bald.in c.constitutus,de rescrip. Barb.in consi.68.col.2.in 2.vol.& Feli.in c.2.col.4.de const.

Summarium in l.de quibus.ff.de leg.

1 *Consuetudo contra ius diuinum operari non potest.*
2 *Statuta Papæ & Concilij an dicantur esse de iure diuino.*
3 *Jus diuinum quatuor modis considerari potest.*
4 *Consuetudo legi derogare non potest, quando ipsa lex consuetudini derogaret.*
5 *Quid sit consuetudo.*
6 *Nunquid adesse consuetudinis sit non esse scriptum.*
7 *Quod nam tempus dicatur esse necessarium ad consuetudinem inducendam.*
8 *Consuetudo ad hoc ut teneat, quando adducitur ab aliquo esse præscripta à tanto tempore cuius initij memoria non extat, & probat eam extitisse per decem annos ex hoc præsumitur, eam etiam antea extitisse nisi contrarium probetur.*
9 *Ad inducendam consuetudinem quot actus sufficiant.*
10 *Ad inducendam consuetudinem nunquid unius sufficiat actus ualde notorius.*
11 *Ad inducendam consuetudinem nunquid actus iudicialis exigatur.*
12 *Si iudex pluries contra legem iudicabit, & transactum sit decennium, consuetudo inducitur.*
13 *Consuetudo quomodo probetur.*

Bar.in l.de quibus.ff.de legib.in lectura,sequitur deinde repetitio.

1 BART. in d.l.de quibus, colu.2.ff.de legi.ait, consuetudinem † contra ius diuinum operari non posse. Adde quòd contrarium uidetur sentire Abb.in c.cùm tanto,de consuet.vbi ait,ius diuinum mutari posse à consuetudine. sed de hac re,an & quomodo consuetudo ipsi iuri diuino derogare possit, vide Alex.in cons.142.in libro, in quo primi & secundi vol.consilia continentur. Quæro an statuta † Papæ,& Concilij dicantur esse de iure diuino. Abb. in cap.licèt ex quadam,de testib.ait, quòd non. Tamen contra hoc facit; quia Ius Canonicum est à diuinis scripturis extractum, vt uidere est,in c.qualiter & quando.2. de accusa. & quicquid circa hoc Papa promulgat, videtur promulgatum à Deo, cuius ipse vicarius est in terris. ca.2. de transl. episc.Item Ius Canonicum saluti animarum prouidere intendit. ca. cùm contingat,de iureiur. ideò ualet consequentia: hoc permittitur à iure canonico,igitur etiam in foro conscientiæ cõcessum est. Dec.in l.si quis in conscribendo,nu.15.C.de pact.sed dicas, ius diuinum † quatuor modis posse considerari, vt habetur,apud Io.Baptistam Caccialup.in tract.de pensionibus, q.19.nu.32.Et an & quando consuetudo excuset eum, qui facit aliquid contra ius naturale, uel positiuum, vide Damasum in tract.de brocardis.in primo membro, nu.17.

4 Bar.in ead.l.colu.3.ibi, si uerò est contra utilitatem priuatam, inquit, consuetudinem † legi derogare non posse,quando ipsa lex consuetudini derogaret. Adde Alex.post alios in l.si mihi & tibi.§.fi.col.3.ff.de leg.1.& Bal.in consi.349.in 5.volu. & plenissimè de ui & potentia consuetudinis vide infrà,in repet.d.l.de quibus,nu.1.

5 Bar.in ead.l.& col.versic.expeditus de contrarijs,quærit, quid sit consuetudo,† & reliqua,ut ibi per eum,vide g'o.& Archid.in c.Consuetudo, 1.distin.& Alber.in rubrica.C.quæ sit long. consuet.

consuet. Aduerte tu in hac re, quòd etiam si populi mille annis animo obtemperandi ipsi legi, ius commune seruarent, tamen propterea consuetudo non induceretur. hæc Alexan. in l.j. in princ.col.4.versi.non obstat.ff.ad leg.Falc.& Dec. in consi.215 nu.4. quod attende pro limitatione eorum,quæ ibi Bart.pertractauit.

6 Bar.in d.l.col.4.versiculo,Quæro nunquid ad esset consuetudinis,sit non esse scriptum, prosequitur istam quæstionem, ut per eum. Adde Alex. in consi.335. Aeterni Numinis.col.2.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur,& in consi.108.col.3.in 3.vol.Præposi.in c.lex,& in c.consuetudo.§.cùm itaque.1.dist.Bar.& Ias.in l.ij.ff.de vulg.& pupill.Dec.in cõsi. 11.col.8.versic.tertiò respondetur.

7 Bar.in d.l.& col.versicu. & quod est diuturnum, tradit quod nam dicatur † esse tempus necessarium ad consuetudinem inducendam. Adde Rom.in sing. 101.& seq. cum ibi addit. per Castill.& Alex.in consi.182. visis attestationibus.col.pen. in lib. in quo primi & secundi uolu. consilia continentur.in consi.16.nu.12.in 5.volu.& in consi.173. Visis diligenter.& in consi. 212.num.23.in sexto volu.& in consi.142. eod.volu. Abb.in consi.53.& in consi.72.colu.4. in 2.volu.Card.in consi.53.colu.2.Aretin.in consi.2.colum.3.& in consi.23. in pen. & vltimo dubio.& egregiè in consilio 47.& in consi.95.colum.2. & 3. & in consilio 103.& in consilio 164. Gemin.in capitulo fin.in princip.colum.5.de consuetu.in sexto.Bald.in consilio 149. in quinto volu.Felin.in capitulo cùm accessissent,colum.14.de constitu.& in capitulo ad audientiam,columna penult.de præscript.Dec.in consi. 215. & in consilio 402. In causa illustrissimi principis. Adde quòd istud tempus necessarium ad consuetudinem inducendam uariè iudicatur,secundum ius canonicum,& ciuile, vt habetur in capitulo Cumana. de electio.& in cap. olim, de censibus. Hic autem opportunè sese offert unum scitu dignum, hoc est,consuetudi-

8 nem † probari esse præscriptam etiam à tanto tempore, cuius initij non extat memoria, quando aliquis eam adducit, & probat eam extitisse per decem annos: quoniam ex hoc præsumitur,eam etiam anteà extitisse,nisi contrarium probaretur. Alex.not.in d.consi.142. in 6.uolu. Cæpoll.in tract.de seruitutibus rustic.præd.in tit.de aquæductu,nu.55.& 56.vide omninò Feli.in c.de quarta,nu.50.& 51.de præscript.

9 Bar.in ead.l.& col.versicu.quæro, quot actus sufficiant † ad inducendam consuetudinem,inquit,glo.ibi,& ubique dicere binum actum sufficere. Tu verò uide Alexan.in consi.187. Visis attestationibus,in lib.in quo primi & secundi volu.consilia continentur.Socin.in consi.99.

* in primo volu.vbi ait,* commu.opin.esse contra glo.in d.l.de quibus.testaturque sufficere, si consuetudo probetur,quamuis in contradictorio iudicio obtenta non fuerit. idem sentit Crauett.in consilio 55. Ad prædicta uide Bald. in consilio 275.in primo volu.vbi ait, ad declarandam consuetudinem sufficere unam sententiam. & in consilio 349.in quinto volu.& vide eundem Bald.in consi.210.in primo volu.& omninò Dec. in consi.215 vbi not. docuit quomodo probetur consuetudo. atque satis non esse, si probentur actus, nisi etiam facti sint ea intentione, vt inducatur consuetudo. pro quo est bonus tex.in l.fi.ff.de itiner.act.priu. & ad rem faciunt trad. per Abb.in consi.53.in 2.volu. & per eundem Abb.& alios.in ca.fi.de consuetu.Et an consuetudo probari possit per testes deponentes super diuersis actibus, uide Abb. cùm ibi addit.in c.licèt ex quadam, de testib.

10 Barto.in eadem l.colum.quinta.versiculo quæro iuxta hoc, nunquid unus † actus valde notorius sufficiat, ait, ea, quæ in uno casu contingunt, non dici frequenter fieri. vide Alexand. in consilio 187. in lib. in quo primi & secundi volu.consilia continentur. Areti.in consi.39.in fin.& Dec.in consi.215. Scias etiam consuetudinem tolli unico actu, quando illi inter quos inducta est consuetudo, contra eam actum illum facerent collegialiter & scienter. Felin.in capitulo cùm accessissent, versiculo sunt tamen aliqui, de constit. Hoc tamen limita non procedere, vbi consuetudo fauorabilis esset ecclesiæ; quia tunc unico actu non tolleretur, etiam si omnes uno animo contrauenirent. Abb. in capitulo pro illorum, versiculo sed est notabile, de præbend.

11 Bar.in ead.l.& col.quærit,nunquid ad introducendam † consuetudinem actus iudicialis exigatur? concluditque actum extraiudicialem sufficere. vide tu Bald.in consi.349. in 5.volum. omninò Socin.in consi.99.in primo volu.Dec.in consi.215.& Crauett.in consi.55.& Abb.in consi.53.in 2.volu.

12 Bar.in d.l.col.5.uersiculo quæro quid si iudex, concludit, quòd si iudex † pluries contra legem iudicauit,& transactum sit decennium,consuetudinem induci. Vide tu Abb. in cons.73. col.fi.& in consi.53.in 2.uol.& Feli.in c.in causis,in fi.de re iud.

13 Bar.in ead.l.circa fi.in lectura,quærit quomodò probetur † consuetudo Vide Dec. in consi. 215.Alex.in consi.136.col.pen.in 1.uol.ubi etiam docuit,an in probanda consuetudine iramentum deferri possit in supplementum probationis. de quo uideatur Ias.in l. admonendi. ff.deiureiur.& omninò Alex.in cons.173.& in cons.212.num.25.in 6.uolu.& in consi.6.in 5. uol.Et quomodò probetur consuetudo,uide omnia,quæ diximus in proximè præcedentibus numeris,quæ hic pro repetitis habeantur.

Summarium in repet.in l.de quibus.ff.de leg.

1 *Consuetudo habet uim legis, tam in mutando,quàm in corrigendo ipsas leges.*
2 *In materia consuetudinis de casu ad casum quando possit fieri extensio.*
3 *Consuetudo non solùm vnius ciuitatis, siue unius oppidi, sed etiam unius tantum familiæ mutare potest solennitatem testamenti.*
4 *Consuetudo supradicta quomodo probetur.*
5 *Consuetudo usqueadeò potens est, ut non tollatur, etiam si statutum expressè cuicunque consuetudini derogaret.*
6 *Consuetudo,& statutum non differunt quò ad causam efficientem,et eius potestatem, sed tantum quò ad modum & formam disponendi.*
7 *Consuetudo in pœna imponenda, est potissimùm attendenda.*
8 *Consuetudo an iurisditionem tribuat.*
9 *Consuetudo operatur, quòd clausulæ consuetæ apponi, efficiuntur substantiales.*
10 *Si aliquis contractus esset usurarius in rei ueritate, tamen si communiter propter consuetudinem licitus existimatur, ex hoc non iudicabitur usurarius.*
11 *Ius patronatus utrum à laicis ex sola consuetudine acquiratur.*
12 *Consuetudo loci declarat qualis sit mens contrahentis.*
13 *Consuetudo & statutum plus possunt quàm pactum, licèt communiter pari passu ambulent.*
14 *Consuetudo tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium,quomodo probetur.*
15 *Consuetudo laicorum an allegari possit à clerico contra laicum coram iudice ecclesiastico.*
16 *Vbi non est lex uel consuetudo, vtrum simile consuetudini locum habeat.*
17 *An exemplo curiæ Romanæ casus decidi possint.*
18 *Consuetudo an ad similia porrigatur.*
19 *Vsus, mores, consuetudo, stylus & præscriptio in quibus differant.*
20 *Quot actus ad inducendam consuetudinem exigantur.*
21 *Quod nam temporis spatium ad inducendam consuetudinem exigatur.*
22 *Quando diuersæ consuetudines introducuntur, quid sentiendum sit.*
23 *Consuetudo an inducatur per sententiam arbitrorum.*
24 *Consuetudo probatur ex dicto alicuius doctoris excellentis si quid affirmet.*
25 *Consuetudo probatur per binas sententias continentes actus, ex quibus sequitur consuetudo, quamuis in eis scriptum non fuerit, talem esse consuetudinem.*
26 *In respicientibus ordinem iudicij sufficit si consuetudo summariè probaretur.*
27 *Quomodò testes probare consuetudinem intelligantur, & qualia eorum testimonia esse debeant.*
28 *Consuetudo an liget forenses.*

Bar.in

Bar.in repet.l.de quibus.ff.de legi.

1 BART. in repet.d.l.de quibus,ait in ſumma, conſuetudinem † habere uim legis tàm in mutando,quàm in corrigendo ipſas leges. Adde Alex.egregiè in conſi.70.nu.7.in 4.vol.vbi aperit,qua ueneratione ſit habenda conſuetudo. & in conſ.5.in 5.volu.vbi etiam aperit,quid fieri debeat,quando duæ conſuetudines ſibi inuicem repugnarent. & in conſi. 78. in ſexto.volu.& Dec.in conſi.11.& in re propoſita uide eundem Alex.in conſi.65.in conſi.110.in conſi. 119. in conſi.134.in conſi.142.& in conſilio 173.in eodem 6.volu. in quibus locis habetur etiam,
2 quando in hac materia † de caſu ad caſum poſsit fieri extenſio. de qua re vide Bald.in l.nemo, & in l. generaliter.C.de Epiſcop.audien.& Felin.in capitulo auditis, nume. 18.cum ſeq.de reſcript. Sed loquendo, de potentia conſuetudinis, attende unum, quod putatur eſſe mirabile,
3 vt inquit Barb.in conſi.66. numero 15.inter conſilia Curt.& hoc eſt, quòd conſuetudo † non ſolùm unius ciuitatis, ſiue unius oppidi, ſed etiam unius tantùm familiæ mutare poteſt ſolennitatem teſtamenti. Conſuetudo enim magis eſt attendenda, quàm lex.Felin.in cap.1.nume. 4.& 5. de ſponſ. quoniam ea habet vim priuilegij. Alexand. egregiè in dicto conſilio 70.in 4. volum.vbi inter cætera inquit, valdè ſeruandum eſſe alicui id, quod ei antiquo tempore ſeruatum fuit. citat tex. not.in cap. duo ſimul, de off. ordin. Adde omninò eundem Alexand in dicto conſilio 134.colu. 5.in 5.volu.Ea uerò eſt uis & potentia conſuetudinis, cuius initij non extat memoria in contrarium,vt uim habeat priuilegij à Principe conceſsi cum clauſula ex certa ſcientia, & habet uim tituli.l.hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aqu.quotid. & æſti. capitulo ſuper quibuſdam,cum glo.de uerbo.ſignific.Alexand.in conſi.6.in primo volu. in conſi.16. col. 4.in 5.volu.in conſilio 173.& in conſi.177. in ſexto uolumi.in quibus locis tradit Alexan.quo
4 modo † etiam probetur huiuſmodi conſuetudo. Raph.Cuma. in conſi.76. & omninò Io.Bertachinum,in tract. de gabellis, in ſecunda par.num.28.Iaſ.plenè in l.quo minùs.num.42.ff.de flum.Feli.in cap.de quarta.num.15.de præſcrip.& in cap.cùm nobis,eodem tit. & in capitulo cùm contingat.nu.15.de for.compet.& in c.dilecto,de teſti.& in c.cauſam, nu.3.de præſcrip. & omninò in cap.accedentes.nu.12.eodem titu. Dec. in conſi.406. & in conſi.586.Socin.in conſi.181.colum.penul.& in conſ.287.in primo volu.Abb.in conſi.26. in ſecundo volumine.
5 Crauett.in conſi.21.Marian.Soc.iunior.in conſi.49.num.23. Et uſqueadeò potens † eſt huiuſcemodi conſuetudo, ut non tollatur etiam ſi ſtatutum expreſsè cuicunque conſuetudini derogaret,ſecundum Alex.in d.conſi.16.colu.antepen.in 5.volu.& Feli. in cap.dilecti,colu.pen. de maio.& obed. Rurſus iſta conſuetudo non tollitur per clauſulam, non obſtante lapſu temporis.Mar.Soc.iun.in conſi.70.nu.94. Prædicta tamen omnia intellige uera eſſe in exercente capace,non autem incapace.Abb.in c.quanto,de conſuetu. & declarat Alex.in conſi.70.in 4.
6 volu.conſuetudo † enim & ſtatutum non differunt quò ad cauſam efficientem,& eius poteſtatem,ſed tantùm quò ad modum & formam diſponendi. Alex.in conſi.108.col.3.in 3.volu.citat Bal.in l.conſuetudinis,in 2.quæſt. C.Quæ ſit long. conſuet. immo quandoque conſuetudo potentius operatur quàm ſtatutum: quia trahitur ad caſus ſimiles, id quod non eſt in ſtatuto. Ang.in conſi.52.& Alex.in conſi.119.nu.14.in 6.vol.& ideò facit licitum,quod alioqui foret illicitum.§.quia verò etiam,in auth.de defenſ.ciuit.tradit Archi.in c.quia ſancta.63.diſt.& contrà,facit delictum,quod alioqui ſui natura non eſſet delictum.l.ſacculatij.§. ſunt quædam.ff. de
7 extraor.crim.ex quo infertur,conſuetudinem † in pœna imponenda eſſe potiſsimùm attendendam: facit enim neceſſarium id,quod prius erat arbitrarium. Et ideò,qui in pœna iniungenda conſuetudinem excedit,dꝝ modum excedere.Feli.in c.inter cæteras,nu.19.cum ſeq.de reſcri.
8 vbi multa alia ſimilia aggregauit. Et an conſuetudo † iuriſdictionem tribuat, vide Feli. in capitulo cùm contingat,de for.competen. Et nunquid inducere queat pœnam ſanguinis: Felin. in capitulo ſecundo.de probatio. Et an & quando inducere poſsit, quòd bona ſine requiſitis ſolennitatibus alienentur, Felin. in cap.cùm cauſa,nu.2.de re iudi.Item conſuetudo operatur, ꝙ probatio inualida,ſit ualida.Feli.in c.cùm dilectus,de fide inſtru. Vtrum autem conſuetudo præſtandi aliquid,ſit ſufficiens cauſa,vt id etiam in futurum præſtetur. Feli.in c.veniens,nu.5.

9 de teſti. Scias etiam conſuetudinem † operari, quòd clauſulæ conſuetę apponi,efficiuntur ſubſtantiales. Feli.in c. 1.col. 2.de lit.cont. Intellige tamen hæc omnia in conſuetudine honeſta & valida,quæ multas debet habere qualitates,vt ait Abb.in conſi. 21.in princ. Sed quid ſi conſuetudo eſſet inualida,& irrationalis,utrũ aliquid operetur? Reſpondeo,eam adhuc magnos effectus producere. ea enim delinquentem excuſat à pœna temporali,ſed non à gehennali. Anch. in conſ. 183. Rom.in ſing. 19. Alex.in conſ. 8. & in conſi. 233. col.pen.in 6.vol. Socin.in conſi. 219.in 1.vol. Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari.ff.iureiur.& hæc proculdubio uera ſunt,quando ſumus in prohibitis à iure poſitiuo, ſed ſi concurreret ſimul etiam prohibitio iuris diuini, tunc documentum hoc dubitabile foret,ſecundum Feli.in c.ea quæ,de ſimon. Tamen tùm ex prædictis, in quibus agitur de iureiurando,ut per Iaſ.in d.§.iurari, tùm etiam ex ijs,quæ ſing.inquit Bart. in l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonẽ.ff.de ædilit.edict.concludendum uideretur contra Feli.
10 Nam inquit ibi Bar.quòd etiam ſi contractus † aliquis eſſet uſurarius,rei ueritate inſpecta, tamen ſi communiter propter conſuetudinem licitus exiſtimatur, ex hoc non iudicabitur uſurarius. & hanc Bartoli deciſionem,vt ualdè ſing.extollit Io.Baptiſta Caccialupus in trac.de ludo, nu. 22.& 23.id quod ſi uerum eſt,intelligi debet,licitum eſſe duntaxàt,quò ad forum fori,non autem in foro poli, & conſcientiæ, vt prædictum eſt. nam eo caſu ueritati cedit conſuetudo: quoniam Chriſtus dixit in Euangelio: Ego ſum ueritas,non autem dixit,ego ſum conſuetudo. propterea ueritate inuenta,conſuetudo eſt reijcienda: ita multi ſancti patres in Concilio Carthaginienſi terminarunt. facit c.conſuetudo.8.diſt.& cõſuetudinem inualidam excuſare à pœna,docuit idem Feli.in c.ex tenore,verſiculo declara etiam, de reſcrip. ad quod uide Bar.in l.j. ff.quod quiſque iur.vbi ait,Iudicem,qui contra legem iudicauit,quia ita erat conſuetudo, non teneri ex illo edicto. quod quidem documentum procedere etiam ſi iniqua eſſet conſuetudo, vt excuſet à pœna,tradidit Abb.in c.cùm uenerabilis,de conſuet.vbi glo.1.idem ſenſit.Quid ſi conſuetudo damnata eſſet,an intelligatur de præterita,an verò de futura? glo.in Clem.fi.in verbo,decernimus. & ibi Card.de reb.eccl.non ali.dicit hoc eſſe intelligendum de futura conſuetudine. idem ait Bal.in l.ij.in ſecunda oppo.C.quæ ſit long.conſuet.Ant.de But.in c. certificari,col.3.de ſepul.vide Abb.in c.fi.in fi.de conſuet.Dom.de S.Gemin.in ca.2.col.fi.de conſti.in ſexto.& Feli.in c.2.verſi.ſed non teneas, de conſt. Non prætermitto quærere in re propoſita,
11 in qua agitur de ui conſuetudinis, vtrum ius patronatus † à laicis ex ſola conſuetudine acquiratur. vide Abb.in c.querelam, de elect.& in ſua diſput.incipien.Augerius. plenè Io.Andr.in c.quod alicui,de regul.iur.in 6.in mercur.& Feder. de Sen.in conſi. 234. Item à conſuetudine conſtitutiones dubiæ recipiunt interpretationem.l.minimè.ff.de legi. Et iſta conſuetudo,quæ nuncupatur interpretatiua,tantæ eſt authoritatis, ut etiam ſi à lege quæcunque interpretatio reprobaretur,ea tamen non intelligitur eſſe reiecta. Anch.in conſ. 127.Viſis.& Dec.in c.cùm.
12 M.Ferrar.colu. 3.de conſt.& conſuetudo † loci declarat, qualis ſit mens contrahentis. Aret.in conſi. 160. Quomodo autem conſuetudo differat à præſcriptione, & ab uſu, & à ſtylo,tradit Dec.in rubrica de conſuet. Et an & quando conſuetudo contrariam conſuetudinem tollat, & ex non uſu tollatur uſus, vide Ang.in conſi. 337. Poſtremò adde,conſuetudinem hominis operari, vt is talis eſſe cenſeatur, qualis eſſe conſueuit.l.qui ſemiſſes.ff. de iureiur. Abb.in c.ex literis, eod.titu.& de ui & potentia conſuetudinis,vide Mar.Soc.iun.in conſi.49. nu.26. in conſi.
13.55.in conſi.58.& in conſi.65.nu.29.& 30.Dicas etiam conſuetudinẽ,† & ſtatutum plus poſſe,quàm pactum,licèt communiter pari paſſu ambulent. Abb.in c.ſacroſancta, de elect.Et conſuetudinis tranſgreſſor ita punitur,ſicut tranſgreſſor iuris.Iaſ.in l.iubemus.C.de iudic.& iudex iudicando contra conſuetudinem patriæ facit litem ſuam. Iaſ.in d. auth.An autem & in quibus caſibus conſuetudo ad alia loca extendi poſsit,vide Abb.qui latè diſtinguit in c.dilecti, de off.
14 Arch.licèt illa ſit lectura Ant.de Butr. Qũo etiam probetur† cõſuetudo,maximè tanti temporis,cuius initij non extat memoria in contrarium, vltra ea,quæ prædiximus, uide ſuprà. Adde quòd conſuetudo tantum habet de effectu,& de potentia, quantum habet de uſu, & proprios facti & uſus terminos non excedit.Curt.in conſi.15.nume.2. ſed ſi proprios terminos excedit,

non

non valet. Et ideò consuetudo, quæ imponit grauamẽ ecclesiæ, uel quę remittit solennitates in alienatione bonorũ ecclesiæ requisitas, uel quæ uult fructus beneficij percipi posse ab absente absq; eo, quòd vicariũ teneat in loco beneficij, nõ ualet; ut tradit Dec. in c. 1. de cõsuet. An autẽ
15 consuetudo † laicorum allegari possit à clerico contra laicũ coram iudice ecclesiastico? & dicas non posse: Doct. in c. quod clericis, de for. comp. Aret. in consi. 45. Non est silentio prætermittendum tantam esse consuetudinis ecclesiæ authoritatem, ut ab ea declinans hæreticus censeatur: nam B. Hieronymus contra Vigilantium scribens, probat, eum esse hæreticum, propterea quòd uenerandas non esse Martyrum reliquias cõtra ecclesię consuetudinem affirmabat. sic ẽt. B. Augustinus ait, in rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum debent pro legibus diligentissimè custodiri. hæc ille ad Casulanum, & re lata sunt in c. in his rebus. 11. dist.

16 Bar. in ead. repet. l. de quibus, col. 1. uersi. aliud exemplum, quærit, ubi non est lex † uel consuetudo, utrum simile consuetudini locum habeat. Ad quæstionem hanc uide Barb. in consi. 6. col. 9. in 1. uol. Cæpol. in cons. 18. col. 2. uersi. item hoc probatur, ubi ait, hoc ideò esse, quoniam casus omnes, qui sub eadem ratione continentur, non per extensionem deciduntur sed per comprehensionem. Ad quod faciunt tradita per Alex. in cõsi. 75. in 5. uol. ubi dicit, omnes casus ita sub identitate rationis contineri, sicut species sub genere continetur. idem sentit Soc. in consi. 30. in 1. uolu. Dec. in cons. 303. & in hac materia extensionis ex rationis identitate, vide semper Abb. in c. fi. de rescrip. Et ad prædictam quæstionem Bartoli vide etiam Barb. in consi. 19. col. 4. in 1. uol. & Feli. in c. auditis, col. 6. cum seq. de rescrip.

17 Bar. in repet. d. l. col. 2. uer. tertiò uideamus, quærit, an exemplo Curię Romanæ † casus decidi possint. vide tu Præposit. in c. consuetudo, col. 3. dist. 1.

18 Bar. in eod. loco uer. ratio prædictorum, examinat, nunquid consuetudo † ad similia porrigatur. vide Feli. in c. auditis, col. maximè. 11. de præscript. Aret. in consi. 95. col. pe. & in cons. 131. & quæ posui suprà.

19 Bart. in d. repet. col. 4. uersi. Vltra hoc quæro, tradit in quibus differant † usus, mores, consuetudo, stylus, & præscriptio. Vide tu aliquid apud. Aret. in cons. 95. col. pe. Alex. in consi. 28. col. 3. & in consi. 26. in 2. uol. ubi docuit, quot actus ad stylum requirantur, & in consi. 39. in fin. in 3. uol. ubi ait tantùm operari stylum unius principis, quantùm operatur uniuersitatis consuetudo. Vide etiam Aret. in consi. 103. col. fi. ubi aperit, quod tempus ad probandum stylum exigatur. Ana. in consi. 93. col. 4. Et omninò Dec. in cons. 11. Quoniam iudicantium responsa. nu. 2. & in c. 1. de consuet.

20 Bar. in d. repet. col. 5. uersi. primò uideamus, quærit, quot actus † ad inducendam consuetudinem exigantur. Vide Præpos. in c. mos. & in c. cõsuetudo. col. 2. dist. 1. & quæ plenè posui suprà in lectura eiusdem. l. de quibus. & dum Bar. in d. col. uersi. secundò videamus, tractat an ad inducendam consuetudinem actus iudiciarius exigatur, vide tu Barb. in consi. 46. col. 9. in 4. uol.
✱ Soc. in cõs. 99. in 1. vol. ubi ait,* comm. opi. esse contra gl. in d. l. de quibus. s. actus iudiciales nõ esse necessarios, vide etiam quæ pleniùs posui suprà in lect. d. l. de quibus.

21 Bar. in ead. repet. col. 6. in principio tradit quod nam temporis spacium ad inducendum consuetudinem exigatur. De hac re. uide Archid. & Io. Monac. in c. generali, de elect. in 6. Card. Zab. in consi. 53. Ant. de Butr. Abb. & alios in c. fi. de consuet. Signorol. in consi. 108. Feli. in c. in causis, col. 4. de re iudic. & omninò quæ latissimè posui suprà in lectura eiusdem. l. & ad ibi posita semper recurre.

22 Bar. in d. repet. col. 6. uer. Item quæro si infrà decennium, examinat quid sentiendum sit quãdo diuersæ consuetudines † introducuntur. breuiter uide tu, quæ plenè posui suprà. & Rom. in sing. 42. incip. Ad hoc. cum ibi plenè addit. per Castill.

23 Bar. in ead. repet. col. 8. uersi. sed an per sententias † arbitrorum inducatur consuetudò, tenet, quòd non. Adde hoc idem uoluisse Rom. in sing. 41. incip. An sicut, cũ ibi plenè addit. per Castill. ad quæ me refero; & ad Dec. in cons. 11. Quoniam iudicantium. nu. 12.

Bar.

24 Bar.in ead.repet.col.9.in 4.q.princip.uersi.econtrà, sentit cõsuetudinem † probari ex dicto alicuius doctoris excellentis,qui id affirmet.De hac re vide Cæpoll. in cons.40. colum.4. & in cons.59.col.4.Barb.in consi.43.col.12.in 1.uol.& in consi.22.colu.3.cùm seq.in 2.uol.Alex. in consi.50.col.2. in 5. uol. ubi tenet non esse credendum Doctori esserenti consuetudinem. idem plenè docuit Aret.in cons.132.Dec.in cons.142.nu.5.vide Præpos.in proœm. feud.col. 3.Soc.in consi.275.col.2.in 1.uol.vbi sequitur hanc Bartoli opinio.ut credatur Doctori.idem ait Paul.de Castr.in consi.161.col.1.& Raph.Cuman.in consi.57.Corn. uerò in cons.83. col. 5.in 3.uol.tenet,quòd non credatur.sed Dec.in consi.540. testatur hoc Bartoli documentum
* esse * uotis frequentioribus confirmatum.Idem tenet Ias.in l.filius à patre.ff.de liber. & posth. Dec.uerò in cons.559.ait Bar.hic uoluisse,ut præsumptiuè tantùm probetur consuetudo; quo niam admittitur probatio in contrarium.Dicas tamen Doctori attestãti de priuilegio alicuius non credi.Abb.& alij post gl.primam in c.cum ordinem,de rescrip. Quomodò autẽ aliter pro bari possit consuetudo,uide plenè suprà ad lecturam eiusdem.l.in fin.& infrà in seq.nu.

25 Bar.in eadem repet.col.10.in princ.uersi. Tu dic audacter,concludit, consuetudinem † probari per binas sententias continentes actus,ex quibus sequitur consuetudo,quamuis in eis scriptum non fuerit talem esse consuetudinem.Adde Bal.in rub.C.quæ sit longa consue. & in l.ne mo deinceps,col.1.C.de Epis.audien.Præpo.in c.consuetudo.1.dist.Rom.in sing.41.incip.An sicut.Et ad prædicta uide quæ posui suprà in lectura eiusdem legis.

26 Bar.in ead.repet.& col.inquit in respicientibus † ordinem iudicij sufficere,si consuetudo sum mariè probaretur.vide ad hæc aliquid apud Feli.in c.2.col.6.uer secundò limita,de testib.

27 Bar.in ead.repet.col.10.tradit quo modo testes † probare consuetudinẽ intelligãtur,& qualia eorum testimonia esse debeant.vide Aret.in cons.42 col.fi.& in cons.95.col.1.Abb.in cõs. 13.& in cons.21.in 1.uol.& in c.licèt ex quadam,cum ibi addit.de testi. & quæ plenè posui suprà in lectura eiusdem.l.de quibus.in fi.

28 Bar.in ead.repet.col.11.quærit utrum consuetudo † liget forenses.uide Præpos.in c. quæ cõ trà.8.dist.& quid in statuto,vide Bar.in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.& ibi Sali. & Ias.vbi habetur,quid in contractibus,quid in delictis,& quid in ultimis uoluntatibus sit dicendum.vide etiam Io.And.& Domin.de S.Gemin.in c.2.de constit.in 6 & Abb.in c.à nobis,& sent. excomm.qui omnes tenent contra Bar.in delictis.Et in re proposita uide Soc.in cons.120. col.5. & seq.& in cons.231.col.4 in 1.uol.Et an & quãdo forensis possit petere restitutionem,postquàm ligatus est à statuto uel cõsuetudine,vide Aret.in cons.11.scias etiam forensem, qui trãsit per aliquem locum,in quo statutum pœnale uigeat,excusari si illud ignorauit, & quomodo hoc procedat,vide apud Alex.in cons.85.col.fi.in 4.uol.Et quis propriè dicatur forensis,vide per Feli.in c.quoniam,in princ.de off.ordi.& Dec.in consi.661.Attende etiam neminem censeri esse forensem sed ciuem.& ex hoc fit magna illatio per Ang.in l.si cũ exceptione.§.in hac. ff.quod met.cau.& Feli.in d.c.quoniam.nu.5.ut ibi uidere est.

Summarium in l.diuturna.ff.de legib.

1 *Consuetudo est legis interpres cùm de ipsius intellectu dubitari contingit.*
2 *Vera interpretatio à communi obseruantia sumi debet.*

Bar.in d.l.diuturna.ff.de legib.

1 Bar. in d.l.diuturna,in princ.inquit,consuetudinem † esse legis interpretem, cùm de ipsius intellectu dubitare contingit.vide Card.& Abb.& alios,in c.cum dilectus,de consuet.Bal. in cons.48.Super unitate,in fi.in 3.uol.Ang.in cons.99.Viso themate.col.3. Aret.in cõs.159. Viso puncto,in fi.Soc.in consi.209.Licèt nulla,col.fi.uers.Nonò comprobo. ubi sequẽdo Ant. de Butr.in d.c.cùm dilectus,ait,standum esse interpretationi, quam tradidit cõsuetudo, etiam si uerba constitutionis impropriè sumerẽtur.Et Bal.in c.1.in prin.de feud. sine culp. nõ amitt.
2 ait,ueram interpretationẽ † à communi obseruantia sumi debere.quẽ sequitur Dec. in cons.11.

Quoniam

Quoniam iudicantium responsa,col.8.Immo consuetudo hæc interpretatiua est tantæ authoritatis,quòd etiam si quælibet consuetudo à lege reijceretur,tamen illa nunquàm censetur exclusa.Anch.in cons.127.Visis.& Dec.in c.cum.M.Ferrarien.col.3.de cõst.& posui suprà in repetit.l.de quibus.ff.eod.tit.de legi.nu.11.ubi plenè egi de potẽtia consuetudinis. Dicas tamẽ, quod consuetudo legem,quæ est clara,interpretari non potest.Aret.in cons.115.

Summarium in l.1.ff.de const.princ.

1 *Priuilegium à principe uiuo concessum, priuilegiati personam non egreditur, nisi de hæredibus facta sit mentio.*
2 *Priuilegiatus si solus commodè uti non potest priuilegio sibi concesso, tunc eius personam egreditur.*

Bart.in l.j.ff.de const.princip.

1 ADEA, quæ tradit Bart.in d.l.j.in princip. adde Barb.in rubrica de const. Et dum in colu.3.Bart.ait, priuilegium,† à Principe uiuo concessum,priuilegiati personam non egredi,nisi de hæredibus facta sit mentio,vide Bar.& alios in l.quia tale. ff.solu.matr. Feli.in c.in præsentia,de proba.Soc.in consi.58.in 1.uol.vbi plenè.& Ias.in l.non tantùm.ff. de re iudic. Aduerte tamen quia si priuilegiatus † solus commodè uti non potest priuilegio sibi
2 concesso,tunc eius personam egreditur.Feli.in c.quàm sit,de iudẽ.Et quid sit priuilegium personale, & quot modis dici possit personale.Dyn.in c.priuilegium,de reg.iur. in 6. Quomodo cognoscatur an sit personale, vel non.Bar.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de leg.1.Alex. in consi.86.in 1.uol.Dyn.in c.quæ à iure,de reg.iur.in 6.Et quomodò fiat eius interpretatio, & quo modo dicatur extingui cum persona,& qua ratione vide Dyn.in d.c.priuilegiũ, & Specul.in tit.de instr.edit.§.1.per totum,& plenè in tit.de priuileg.

Summarium in l.fi.ff.de const.princ.

1 *Beneficium concessum à Principe quomodo intelligatur.*
2 *Beneficium principis tangens iura ipsius concedentis est latissimè interpretandum.*
3 *Beneficium principis etiam ex causa pietatis alicui concessum, strictè interpretari debet quatenus respicit præiudicium tertij?*
4 *Beneficium† Principis tanquàm genus etiam rescriptum continet.*
5 *A quo tempore ius priuilegiato acquiratur.*
6 *Priuilegium amittitur propter contrarium actum.*

Bar.in l.Beneficium,quæ est.l.fi.ff.de const. princi.

1 BAR. in d.l.fi. aperit multa ad intellectum beneficij à Principe † concessi pertinentia. ad quæ adde eundẽ Bar.in l.1.C.de iur.& fact.ignor.Doct.post gl.in c.olim,de uerb.signif. Alex. & Aret.in l.qui duos.ff.de lega.1.Abb.in c.fi.de transl.Episc.& in rubrica de prescrip.in c. non nulli.§.sunt & alij.& in c.ad audientiam,2.de rescrip.eundem Abb.in consi.57.col.fi.& in cõsi. 101.in 1.uol.& in consi.98.& in consi.102.eod.uol.& in consi.35.in prin.& in consi.57. col. fi.in 2.uol.& in consi.70.in fi.& in consi.104.col.2.eod.uol.Feder.de Sen.in consi.68. Barb.in consi.33.in 1.uolu.& in consi.3.coll.5.& in consi.56.col.14.in 2.uol.Anan.in consi.24.in 3. dubio.& in consi.34.col.2.& in cons.95.col.fi.Oldr. in cõsi.50.And.de Isern.in tit.de prohib. alien.feud.per Feder.in princ.col.2.Alex.in consi.339.In Christi saluatoris,in libr.in quo primi & secundi uol.consilia continentur.& in consi.323.In occurrenti casu.eod.lib.in consi.17. col.1.in 5.uolu.& in consi.110.nu.14.& 15.in 6.uol. Dec. in cons.262.nu.7.& 8. Quot uerò sint species priuilegiorum,& de natura cuiuscunque, & quæ priuilegia in generali reuocatione non intelligantur esse reuocata,& quæ etiam reuocari non possint, vide plenissimè apud Franciscum Lucanum in tract.de fisco,& priuilegijs eius,in princi.

Par.

2 Bar.in ead.l.col.2.inquit, beneficium principis † tangens iura ipsius concedentis esse latissimè interpretandum,alioqui uerò,si alteri præiudicaret.Adde Abb.in c.2.de eccle.ædific.in colim,de uerb.signifi.in c.nonnulli.§.sunt & alij,vbi etiam alij doct.de rescrip.Alex.in cõsi.323. in lib.in quo primi & secundi uolu.consilia continentur.Aret.in consi.163. Dec.in consi.194. & in consi.453.Alex.in consi.110.nu.15.in 6.uol.Ias.in l.j.C.de sacrosc.eccles.Soc.in cons.260.

3 col.10.in 1.uol.& quæ posui suprà in lucrubra. præcedenti.Dicas tamẽ beneficium† principis etiam ex causa pietatis alicui concessum,strictè interpretari debere,quatenus respicit præiudicium tertij.Innoc.& Abb.in c.cùm dilecti,de donat.ad quod accedit tex.in c. cùm dilectus, de consuet.Rursus declara beneficium principis esse latè intelligendum,quando non deuiat à iure communi: nam ista declinatio à iure communi est odiosa,& ideò strictè interpretãda.Hinc infertur dispensationes esse stricti iuris.c.cùm dilecti,& ibi Abb.de consang.& affinit.c.1.& 2. de fil.presbyt.in 6.& est gl.in c.ordinarij,de off.ord. eod. lib. & ad rem faciunt trad.per Abb. in d.c.cùm olim.Ad præcedentia accedat tex.in c.audita,de rest.spoli.ibi, non intellexim us, & tex.in c.quamuis,de rescrip.in 6.& in l.si certarum.§.Iulianus. ff.de testa. & in l.nec auus. C.de emancip.liber.Ias.in l.quoties.C.de precibus Imper.offer. & Feli.plenissimè in c.causam quæ, nu.44.de rescri pt.

4 Bar.in ead.l.col.2.uersi.quæro quæ sit differentia,inquit,beneficium † principis tanquam genus,etiam rescriptum continere.Ad rem hanc facit tex.in l.j.ff. ad municipal. & quomodo beneficium latè sumptũ accipiatur,vide in c.1.quib.mod.feud.amit.in usibus feud.& apud Abb. in c.nõnulli.§.sunt & alij,& in c.ad audientiam.2.de rescrip.Et quid sit priuilegium,vide Abb. in rubrica de rescrip. & Feli. in c.ex litteris,in princ.de fid.instr.quid iuris quãdo priuilegium, & rescriptum concurrunt,vide Abb.in c.1.de rescrip.

5 Bar.in ead.l.col.3.uersi.quæro quando fit interpretatio, examinat à quo tempore † ius priui legiato acquiratur.l.an à die scientiæ,an uerò à tempore concessionis.vide tu Feli. in c.2. colu. 4.uersiculo tertiò limita, de constit.Barba.in consi.34.colu.4.& colu.20.& in consi.46.colu. 6.in 2.uolum.

6 Bar.in d.l.in fi.ait,priuilegium † amitti propter contrarium actum.De tota hac re vide latissimè Feli.& alios,maximè Dec. in c.cùm accessissent, de const. Et quoniam Feli.ibi nu.51.ait, eum,qui actum facit contrarium priuilegio, protestari debere, mentis & intentionis suæ non esse,ut propterea sibi præiudicetur.Adde tu etiam absque huiusmodi protestatione aliquẽ priuilegio suo renunciare non censeri,nisi quo ad actum illum cum dependentibus ab eo:alioqui uerò quo ad reliqua,quæ in ipso priuilegio continentur.hæc Bar.in l.ij.§.fi.ff.de decurion.Sal. post Cyn.in l.voluntariè.C.de excus.tut.Alex.in consi.338.Ex themate,col.fi.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur,& in consi.303.in 5.uolu.& Dec.in consi.308.nu.2. & in consi.373.nu.5. ubi ait,nunquàm renunciationem priuilegij esse conijciendam, ubicunque aliqua alia sumi potest interpretatio, ut ibi per eum. & in consi.396. & in cons.638.421.Ad prefata vide Alber.in l.falsa.C.de diuer.rescrip.& in suo dictionario in uoce,Decima,vj.Ias.in l. si mora.ff.solu.matr.Alex.in cons.108.col.pe.in 3.uol.& in cons.33.in 5.uol.

Summarium in l.j.ff.de stat.hominum.

1 *Si dono tibi res meas,utrum iura & actiones contineantur.*

Bart.in l.j.ff.de stat.hom.

1 BART. in d.l.j.quærit,si dono † tibi res meas, utrùm iura & actiones contineantur. De qua re vide tu tradita per Ias.in §.actionum,col.4.nu.25.Inst.de action.Bar.in l. Quintus.2.§ argento.ff.de aur.& arg.lega.Barb.in consi.36.in 1.uol.Alex.in l.apud Iulianũ. §.non omnis,col.1.ff.ad Trebell.& in consi.330.Viso titulo, col.antepe. in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur,& in consi.51.col.1.in 5.uol.& in consi.39.nu.10.in 6. uolu.

Rom.

Rom.in cõſi.355.Corſet.in ſing.73.aliquid apud Feli.in c.2.de teſti.cog.& quæ addo ad Bar. in l.omnia.§.fi.ff.de leg.2.Et ea,quæ plenè cumulat Feli.in c.omnes leges, prima diſt. in addit. ſuis ad princ.opus Abb.in c.quia monaſterium,de relig.domi.& in c.fi.de præſcrip.

Summarium in l.Imperator la. 1.ff.de ſtat.homin.

1 *An & quando notarius poſſit errorem ſuum corrigere.*

Bar.in l.Imperator.j.ff.de ſtat. hom.

1 BAR. in d.l.Imperator,tradit an & quando notarius † poſsit errorem ſuum corrigere. vide Aret.in conſi.75.col.3.Bal.in conſ.391.in 2.vol.& in c.cùm ceſſante,de appell.Bar.in conſ. 204.Doct.& maximè Feli.in c.ex literis,de fid.inſtr.Soc.in conſi.94.col.3.in 1.vol.vbi multas attulit authoritates. & in conſ.98.col.5.in 3.uol.Dec.in l.ſi librarius.ff.de regul.iur. Iaſ. in rep. l.admonendi,col.68.ff.de iureiur. Mar.Soc.iun.in conſ.101.Et an in corrigendo errore autho ritas ſuperioris exigatur,vide Feli.in d.c.ex literis.

Summarium in l.quæritur.ff.de ſtat.homin.

1 *Id quod mixtum eſt, & ad partem uel magis uel minus petentem referri poteſt, ſemper ad partem potentiorem referendum eſt.*

2 *Priuilegiatus exiſtens in communione cum alio, illi ſuum priuilegium impertitur & communicat.*

Bar.in l.quæritur.ff.de ſtat.homin.

1 BAR. in d.l.quæritur,colligit ex iſto tex.id, quod mixtum † eſt,& ad partem,uel magis vel minus potentem referri poteſt,ſemper ad partem potentiorem eſſe referendum. Adde Soc.in conſi.22.in 4.uol. qui multa citat ad rem hanc facientia. Attende tamen, quoniam dicendum videretur,ubi una pars eſt dignior altera,mixtum à ſua digniori parte regi debere.c.1. de con ſecrat.eccl.vel altar.in 6.gl.& Abb.in c.quod in dubijs,eod.tit.in antiquis.glo. in c.de ieiunio, 77.diſt.idque docuit Iaſ.in l.Imperium.nu. 3.ff.de iuriſd.omni.iudi. & in rubrica.ff.ad Trebel. in 2.lectura,nu.5.Feli.in c.1.de preſcrip.Hoc tamen non videtur habere locum quãdo dignior pars accederet ad aliã,ſed ſolùm quando æquè principalis eſſet,per text.in §. ſi tamen alienam purpuram,inſtitu.de rer. diuiſ. ubi purpuram ſi quis ſurripuit, ut eam immiſceret ueſtimento ſuo,licèt purpura ſit pretioſior, tamen cedit ueſtimẽto.ſed reſponderi poteſt, id eſſe in odium ſurripientis,contra quem propterea dantur actiones famoſæ. Et ideò videtur eſſe innitendum prædictæ concluſioni,vt uidere eſt etiam in collegio Cardinaliũ,de quo loquens ſummus Pon tifex appellat eos fratres,licèt quando ſeiunctim ſcribit ad Cardinales,appellat eos filios.aiunt enim Doct.ideò hoc euenire,quoniã ſex ſunt Epiſcopi Cardinales, à quibus tãquàm à digniori-
2 bus,cæteri omnes,licèt numero eſſent plures,denominantur,ut latius dixi in l.ex hoc iure,ſu prà de iuſt.& iur.Sic etiam priuilegiatus † exiſtens in communione cùm alio, illi ſuum priuilegium impertitur, & cùm eo communicat.Feli.qui notabiles ponit illationes in c.1. de præſcri. An autem mixtum ex duobus faciat tertiam ſpeciem.Bar.in l.j.ff.de interdic.Et an mixtum ſub altero ex ſimplicibus contineatur.Bar.in l.hoc legatum.ff.de leg.3.Et an diſpoſitum in ſimplicibus,locum habeat in mixtis.Bar.in l.ita ſcriptum.ff.de liber.& poſthu.& in l.naturalis.§.1. in fi.ff.de præſcrip.uerb.in l.2.in princi.ff.de uerbo.obligat.& in l.vim paſſam.ff. de adulter.vide Felin.in c.fin.colum.2.de ſimon.cui autem attribuatur,dic,ut per eundem Felin.in d.c.1.colu. 3.de præſcript.

Summarium in l.eum qui.ff.de ſtat.hom.

1 *Filij nati ex matrimonio contracto prohibito illegitimi ſunt, etiam ſi deinceps Papæ diſpenſatio ſuperueniat.*

Bar.in l.eum,qui.ff.de ſtat.hom.

1 BAR. in d.l.eum qui,ait,filios natos † ex matrimonio cõtracto prohibito,illegitimos eſſe, etiam

etiam ſi deinceps Papæ diſpenſatio ſuperueniat.vide Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore.col.37.uer. item adde.ff.de uſucap.

Summarium in l.Arethuſa.ff.de ſtat.hom.

1 *Summarium iſtius legis uide ibi.*
2 *Conditio in dando conſiſtens per alium impleri poteſt.*

Bar.in l.Arethuſa.ff.de ſtat.hom.

1 BAR. in d.l.Arethuſa,in princ.ponit ſummam illius.l.vide tu ad eam Bal.in l.generaliter.C. de epiſc.& cler.& in c.prætereà requiſiſti,col.2.& fi.de appell.
2 Bar.ibi paulò poſt inquit,conditionem † in dando conſiſtentem, per alium impleri poſſe, & reliqua.Adde Bal.in c.paſtoralis,col.1.de appell.

Summarium in l.Imperator. la 2.ff.de ſta.hom.

1 *Mulier prægnans ultimo ſupplicio non eſt tradenda donec pariat.*
2 *Mulier prægnans an poſſit citari poſt partum.*

Bar.in l.Imperator.2.ff.de ſtat.hom.

1 BAR. in d.l.Imperator,colligit ex iſto tex.mulierem † prægnantem ultimo ſupplicio non eſſe tradendam,donec pariat.Vide plenè de hac re Cæpoll.in cautel.3.incip.Si uis differe.col. 2.uerſi.non debet.hoc idem tradidit Bar.in l.prægnantis.ff.de pœni.ubi ſubiungit,eam neque quæſtioni ſiue torturæ ſubijci poſſe, niſi elapſis 40.diebus poſt partum editum, ne fortè propter debilitatem moriatur: idque iudici imputetur.Et de prædictis omnibus vide Bal.in l. interpoſitas,in fi.C.de tranſac.Io.de Anan.in c.1.de his qui fili.occi.Dec. in l. fœminæ.nu.86.ff. de reg.iur.& Hippoly. de Marſilijs in l.j.in princ. col.5.uerſi. nonò requiritur. & in l.edictum.
2 col.3.ff.de quæſtion.Et an mulier † prægnans poſsit citari poſt partum,Alber.in l.ſi exigimus. §.ſi quis.col.1.ff.ſi quis caut.

Summarium in l.cum legitimè.ff.de ſtat.hom.

1 *Filius legitimè natus ſequitur qualitatem & originem patris, matris uerò illegitimus.*

Bar.in l.cum legitimè.ff.de ſtat.hom.

1 BAR. in d.l. cum legitimè, colligit ex iſto tex.filium legitimè natum ſequi qualitatem & originē patris,matris uerò illegitimum ſequi.Faciunt ad rem tradita per Soc.latè in conſ.102. col.3.uerſi.reſtat igitur,in 3.uol. Et per Ang.in conſi.401.cum ſeq.ubi habetur,an ſpurij dicantur de domo & familia patris.Vide etiam Bal.in l.meminimus.C.de legit.hæred.Alex.conſ.89. in fi.in 6.vol.Anch.omninò in conſi.389.Feli.in c.ſunt & alij.nu.57.de reſcrip.& Barb. in cōſ. 572.in 2.vol.Et circa prædicta recurre ſemper ad ea,quę poſui in l.item in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui,uel alie.iur.

Summarium in leg.qui furere.ff.de ſtat.hom.

1 *Furor ſuperueniens non mutat dignitatem ſiue dominium.*
2 *Furor ſuperueniens an purget præcedens uitium ingratitudinis.*

Bar.in l.qui furere.ff.de ſtat.hom.

1 BAR. in d.l.qui furere,colligit ex iſto tex.furorem † ſuperuenientem,non mutare dignitatem,ſiue dominium.Vide Feli.in c.cùm officij,col.2.de præſcrip.An autem furor ſuperueniēs reuocet mandatum.Bar.in l.qui ſeruum.ff. de acquir.hæred.Et an & quando puniatur. Bart.in l.ſi quis in tantam,in ſecunda oppoſ.C.vnde ui.Dicas etiam, quòd furor ſuperueniens poſt cōtractum matrimonium,illud non diſſoluit. Iaſ.in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.
2 iur.vbi multa alia ſimilia collegit. An furor† ſuperueniens purget præcedens uitium ingratitudinis.Iaſ.in d.l.patre furioſo,& in l.ex facto.ff.de uulg.& pup. Quid ſi aliquis ante furorem cōmiſit delictum,pro quo ei pœna capitis erat imponenda,an furor ſuperueniens ei auxilium afferat?

ferat? Reſpondeo,eum durante furore non eſſe trucidandum. Iaſ.in d.l. Ex facto, & in l.ſi ſeruum.ff.ſi ex nox.cau.aga.Quid ſi exiſtens in peccato mortali furioſus efficitur, nulla contritione ſecuta,& moriatur,an iudicetur damnatus? uide Iaſ.ibidem.

Summarium in l.ingenuum.ff.de ſtat. hom.

1 *Sententia facit ius inter omnes.*

Bar.in l.ingenuum.ff.de ſtat.homi.

1 BAR. in d.l.Ingenuum,colligit ex iſto tex. ſententiam † facere ius inter oēs. Ad hoc uide Bal.in l.res inter alios.nu.5.C.quib.reſ.iud.non noce.Abb.in conſ.72.in 2.uol.Alex.in l.ſeruū filij.§. ſtatu liberū.ff.de leg.1.Anch.in conſi.338.Feli.in c.ſuper eo.j.de teſt.& Corn. in conſi. 107.col.2.in 4.vol.Et in hac materia attende unum ſcitu dignum,ſ.ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam,eſſe tanti effectus,ut ſi is contra quem fuit lata, preces porrigat,ut dicta ſententia retractetur,uel denuò uideatur,non ſolùm caret impetratis,ſed etiam infamis efficitur. tex. eſt in l.fi.C.ut lit.pen.quem declara ut per Io.Bap.Caccialup.in tract. de Tranſact.q.27. Et an ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam retractari poſsit per uiam denunciationis euangelicæ à ſuperiore eccleſiaſtico,vide Abb.& alios in c.nouit,de iudi.

Summarium in l.j.de his qui ſunt ſui vel ali.iur.

1 *Perſonarum qualitas intelligi & cognoſci debet.*
2 *Cognito uno de contrarijs cognoſcitur & reliquum.*
3 *Eadem ſolennitas in deſtructione,quæ in ædificatione requiritur.*
4 *Si Papa omnia priuilegia alicui eccleſiæ ſiue collegio conceſſa confirmet,huiuſmodi confirmatio iuſta continet,non autem ad iniuſta dilatatur.*
5 *Confirmatio priuilegiorū alicuius eccleſiæ facta à Papa,ualida eſt,licèt de illis priuilegijs non appareat.*
6 *Dominum ob nimiam ſæuitiam in ſeruum dominio ipſius ſerui priuari debere.*

Bar.in l.j.de his, qui ſunt ſui uel alieni iur.

1 BART. in d.l.j.uult perſonarum † qualitatē intelligi & cognoſci debere. proinde ab hoc Bar.documento ſumitur argumētum,teſti,qui non cognouit,fidem non eſſe habendam.Accedat ad hoc,quod uoluit Alex.in conſ.159.in fi.in 5.vol. & in conſ.77. col.3.in 3.vol.Et quòd non probanti qualitatem,fides non adhibeatur, videre eſt Apud Ioan. And.in c.1.de homic.in 6.dum ait Innocentium euaſiſſe prælatum à pœna impoſita facienti occidere Chriſtianum,ea ratione,quia teſtes depoſuerant interfectum fuiſſe hominem,ſed probata non fuerat illa qualitas quòd eſſet Chriſtianus.ad quem accedit Alex.in conſi.316. Viſis & opportunè,col.2.in lib.primi & ſecundi vol.& in multis alijs locis & ipſe,& alij hoc idem confirmarunt,qui breuitatis gratia prætermittuntur. Et in hac materia qualitatis omiſſæ,vide Albert.Bru.in trac.de augmento,in tertia cōcluſione principali.vbi docuit,quæ nam ſint illę qualitates,quæ faciunt diſpoſitionem eſſe aliam, & delictum eſſe aliud.

2 Bar.in d.l.j.in princ.colligit ex iſto tex.id quod communiter dici ſolet.Cognito † uno de cōtrarijs,cognoſci & reliquum.atque ita contrariorum eandem eſſe rationem,& diſciplinam. Vide Iaſ.in l.j.C.de bono.poſſ.cont.tab.lib.Alex.plenè poſt Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram, ff.de uerbo.oblig.Iaſ.in §.actionum.col.1.inſtit.de action.& in Rubrica.ff.de acq.poſſ.& in l.is poteſt,in 1.not.ff.de acq.hære.& in l.j.in princ.col.14.ff.de re iud.ſed huic regulæ reluctatur, quoniam in acquirēda poſſeſsione requiritur animus & corpus, ſed in eius ammiſsione nō ſic. l.3.§.in amittenda,& ibi doct.maximè Iaſ.ff.de acqu.poſſ.& tamen acquirere, & amittere ſunt contraria.Tamen pro hac regula eſt bonus tex.in §.illud,Inſtit.pro ſoc. Accedit, quòd eadem
3 ſolennitas in deſtructione,quæ in ædificatione requiritur.auth.econtra,ubi gl.& Bar. C.de repud.ſed quomodo hæc regula procedat,vide Dec.in l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.ubi declarat,& limitat regulam hanc locum non habere,ubi non militat eadem ratio,ſed diuerſa. Itē vbi uerba,& mēs reſiſtūt.Et in hac re multa collegit & aggregauit,q̄ breuitatis cā nō referunt.

Bar.

4 Bar.in d.l.j.col.2.uersi. Dicitur hic,ait,si Papa † omnia priuilegia alicui ecclesiæ siue collegio concessa confirmet,huiusmodi confirmationem iusta duntaxàt continere, non autem ad iniusta dilatari. Vide tu Bal.in l.omnes populi, colu.2.ff.de iust.& iur.ubi etiam Ias.& in cap.1.per quos fi.inuest.Alex.in consi.59.Viso instrumento,in 1.uolu. Ad rem faciunt trad. per eundem Alex.in consi.39.col.3.& in consi.121.in tribus col.fi.in 4.uol.& in consi.18.in 6.uolu.Rom. in consi.18.col.2.Aret.in l.quod seruus.ff.de acq.poss.Et de hac priuilegiorum confirmatione,vide Ias.in l.more,col.5.ff.de iurisd.omn.iud.& in l.illud eleganter.ff.quod quisque iur.& in l.nummis.ff.de in lit.iur.Soc.in consi.81.col.2.& in consi.32.in fi.Dec.in consi.18.col.2. Bar. & alios,maximè Ias.in l.priuilegia,C.de sacrosancte eccles.Doct.maximè Abb.in c.1.de cõfirm. uti. uel inut.& eundem Abb.in c.examinata,eod.tit.ubi habetur,quid importet uerbum,confirmamus.Adde eundem in consi.118.col.6. Item ista confirmatio ad actus ualidos, non autem inualidos est referenda. Ias.in l.legata inutiliter.ff.de leg.1. Attende in hac re, confirmationem
5 priuilegiorum alicuius ecclesiæ factam à Papa ualidam esse, tametsi de illis priuilegijs non appareat.Ias.in l.admonendi.ff.de iureiur.& in auth. si quis in aliquo. C.de eden.ad quod uideas Felin.in cap.inter dilectos.nu.17.de fid.instrum. vbi multa alia ad quæstionem propositam facientia inueniuntur.

6 Bar.in d.l.j.colligit ex illo tex.dominum † ob nimiam sæuitiam in seruum, dominio ipsius serui priuari debere.& ex hoc infert ad.q.ut ibi per eum.Ad rem hanc facit tex.in c.1.§.pen.& ibi de pac.tenen.vide Barba.in consi.36.col.2.& fi.in 2.uol.Alex.in l.illicitus.§.veritas,in apostil. ff.de off.præsid.& Bal.in c.ad nostram,col.1.de appell.

Summarium in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui,uel ali.iur.

1 *Filius ex legitimo matrimonio natus,& eius descendentes sunt in potestate patris.*
2 *Filius usque adeò est subiectus patriæ potestati,ut uendi possit à patre ob necessitatem famis.*
3 *Filius obligatur ex uoto patris,ita ut si uouit filium ingredi monasterium,filius tenetur.*
4 *Ex natiuitate filij conditio patris non debet fieri deterior,qui habet iam obligatum filium.*
5 *Patria potestas an pereat dignitate filij.*
6 *Filius spurius propriè non dicitur filius,ita ut in statuto non contineatur.*
7 *Spurius an dicatur esse coniunctus quò ad matrimonium impediendum.*
8 *Spurius an sit capax hæreditatis paternæ.*
9 *Spurius an possit saltem hæres institui sub conditione si legitimabitur.*
10 *Spurij nõ sunt Deo amabiles,nec hominibus honorabiles, nec in bello seculari fortes,nec in fide stabiles.*
11 *Spurius efficitur legitimus ex professione facta in religione.*
12 *Spurius an creari possit notarius.*
13 *Filius in dignitate constitutus ut putà episcopali,eximitur à patria potestate.*
14 *Dignitas debet semper prodesse,& nunquam obesse.*
15 *Tabellio,qui est factus doctor,potest adhuc instrumenta conficere.*
16 *Dignitas affectata prodesse non debet.*

Bar.in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 Bar. in d.l.item in potestate, in princ.colligit ex illo tex.filium † ex legitimo matrimonio natum,& eius descendentes esse in potestate patris. De hac re vide Alex.in consi.3. colu.2.in 3.uol. vbi ait, filium iuris interpretatione censeri esse in patris potestate, nisi contrarium probaretur.vide etiam Feli.in c.Iudæi,& nu.8.de Iudæ.cum ibi addit.ubi habetur nunquid filij Iudæorum sint & ipsi in potestate patris. pro cuius q.intellectu dicendum est,Iudæos uti iure cõmuni.l.Iudæi,C.de Iudæ.Imol.in consi.1.ideò filios habent in potestate,& alijs quoque beneficijs perfruuntur.Alex.in cons.75.in 5.uol.& in consi.99.in 6.vol.Soci.in consi.6.colum.4.in 1.vol.Corn.in consi.260.in fi.in 3.uol.& Crauett.in consi.73.nu.26.& de hac re uide omnino
2 quæ posui suprà in prima const.filius igitur usque adeò est subiectus † patriæ potestati, ut uẽdi posit

poſsit à patre ob neceſsitatem famis. l. ij. C. de patr. qui fil. diſt. glo. in cap. 2. de pignor. Item iniuria filio illata, remitti à patre poteſt, inuito filio; & nemo eorum pro tali offenſa poterit amplius agere. l. in perſonam, & ibi glo. Bar. & alij. ff. de pact. l. ſed ſi unus. §. ſi filiofamiliàs. ff. de iniur. Rom. in ſingul. 92. Iaſ. in l. ſi contrà. §. ſi filius. colum. 3. ff. de pact. Rursus, quicquid acquirit filius, acquirit patri quò ad uſufructum. l. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. Abb. in cap. 2. de conuerſ. in fid. Et maiorem poteſtatem habet pater in filios, quàm Abbas in monachos. Iaſ. in
3 l. j. §. per ſeruum. ff. de acquir. poſſeſ. Immo ſecundum aliquos filius † obligatur ex uoto patris, ita ut ſi uouit filium ingredi monaſterium, filius teneatur. glo. eſt ſingu. in l. ne diutius. C. de agric. & cenſi. lib. 11. & cap. monachum. 20. quæſt. 1. hæc Amanell. in ſing. ſuis. ſed hoc ab omni ratione abhorret: nam Deus interrogat cor hominis. ca. ſi quod inueniſti. 14. quæſt. 5. & ideò ad hoc, vt uotum aliquem obliget, tria ſecundum B. Thom. requiruntur, propoſitum voluntatis, deliberatio, & ſubſequens promiſsio, vt refert Rom. in ſingul. 508. Cùm autem hæc omnia deſint in propoſito caſu, filius obligari non poteſt. & hoc ſentit glo. in d. cap. monachum, quæ ſpontaneam ipſius filij exigit voluntatem. Similiter, & ratione patriæ poteſtatis tenetur filius
4 magis ſubuenire patri egenti, quàm filio: quia ex natiuitate† filij, conditio patris nõ debet fieri deterior, qui habet iam obligatum filium. Cyn. in l. j. C. de patr. qui fil. diſt. & quàmuis contrarium ſenſerit Bar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agnoſc. & tamẽ prima opinio tenetur in l. j. ff. de iuſt. & iur. Quid ſi pater malè tractat filium? Dic patrem ad eum emancipandum poſſe compelli, ſecundum glo. not. in l. j. C. de emend. propinq. vide quæ habentur, Inſti.
5 quib. mod. ius patr. pot. ſolu. & Raph. Cuma. in conſi. 82. An autem pereat † patria poteſtas dignitate filij, dicam infrà. Et qui ſunt modi, quibus filij à patria poteſtate liberantur, uide apud Spec. in tit. de tut. §. 3. verſic. ſed quæritur. Quæ uerò dignitas eximat filium à poteſtate patris, dic eam non debere eſſe minorem Epiſcopatu: ita, vt nec ſacer ordo eum liberat in bonis paternis, ſecundum Inno. in c. indecorum, de æta. & qual. ad rem facit tex. in c. per uenerabilem, qui fil. ſint legit. & ibi doct. Archid. in c. Circumcelliones. 23. q. 5. & not. in auth. ſed Epiſcopalis. C. de ſacroſ. eccl. Anch. in c. ſi annum. 14. de iudic. in 6. Item pater priuatur patria poteſtate, ſi filio negat aliměta. c. 1. vbi Abb. de infan. expoſ. facit. l. j. §. ſed cùm ſcimus. C. de lati. liber. toll. & Bal. in l. ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſolu. matr.

6 Bar. in dicta l. item in poteſtate, verſi. & hoc allegabatur, ait, filium † ſpurium, propriè filium dici non poſſe, ita ut in ſtatuto non contineatur. Adde tu Angel. in conſi. 401. cum ſequ. & in conſi. 366. Paul. de Monte pico, in repet. §. Titia cùm nuberet. l. Titia cùm teſtamento. ff. de lega. ſecundo, nu. 54. & 55. Et dicas, non modò filium ipſum, ſed neque filium ſpurij in ſtatuto comprehendi, cùm ex infecta radice proueniat. Fulgo. in conſi. 159. Dec. in conſilio 85. nu. 9. & ad præcedentia vide Felin. in cap. in præſentia, col. 10. de probat. & Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, colu. 18. ad Trebellia. & pulchrè in conſilio 102. Viſa legitimatione, in lib. in
7 quo primi & ſecundi uolu. conſilia continentur. vbi aperit etiam, an ſpurius † dicatur eſſe coniunctus quò ad matrimonium impediendum. & utrum ueniat appellatione ſuorum, vbi de iniurijs ageretur. Ad quæ accedat Specul. aduocatorum, in ſexta par. nume. 56. Et an ſpurius inter coniunctos annumeretur, vide Feli. in capitulo ſunt & alij, numero 57. de reſcrip. Et an dicatur eſſe de domo, de caſata, uel de agnatione, vide Bar. in l. tutelas. ff. de capi. dim. & Soci. in conſilio 102. columna 3. in 3. volumine. Bald. in l. meminimus. C. de legit. hæred. & Alexan. in conſilio 89. in fine. in primo volumine. Anchara. in conſi. 389. Adde, quòd etiam ſi ſpurius
8 † non ſit indignus ſiue incapax hæreditatis paternæ culpa ſua, ſecundum Alexan. in conſi. 102. in 6. volu. tamen uſque adeò incapax eſt, vt apud ſapientes dubitatum ſit, nunquid ſtatutum valeat diſponens filium ſpurium poſſe hæredem inſtitui. & quòd non ualeat, tenuit Bald. in l. eam quam, colum. 12. C. de fideicomm. & Matthæſ. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſt. in ſecundo membro, ſecundi articu. princi. nume. 3. Et nunquid ſaltem de æquitate canonica ſpurius alimenta petere poſsit, Barto. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnoſcen. Aretin. in conſilio 48. Dec. in conſilio 576. & in conſilio 62. vbi affirmat, ſpuriam poſſe dotem conſequi,

& spurium alimenta. vide eundem Dec.in consilio 311.& in cap.Ecclesia.S.Mariæ, num.35.
9 de constitu.& Barto.in d.§. vtrum. An autem spurius † possit saltem hæres instituisub conditione,si legitimabitur,vide Ang.Bald.& alios in l.si quis hæres instituatur, in princ.ff.de hæred. institu.Aret.in consi.142.colu.5.Et quibus cautelis spurius possit hæres institui, Felin. in cap. multorum, de Iudæ. & Cæpoll. in cautel.38. Et an & quando possit patri, vel matri succedere.Soc.in consilio 148.cum subscript.seq.in primo volu. Adde quòd spurius dicitur esse infamis, & non integræ existimationis. proinde ad multa fieri solet illatio, vt per Feli. in capitulo
10 sunt & alij. nu.56.de rescript. Hinc traditum est, spurios † non esse Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, nec in bello seculari fortes, nec in fide stabiles, vt de hoc est text. in cap.si gens Anglorum.56.distinct.quem refert Bald.in l.j.colum.3.C. de his quæ pœn.nomi.& Curt. in consi.16.Ad quæ accedant omninò trad. per Nicolaum de Vbaldis in tract. de successionibus ab intestato,versiculo,Reuertendo ad propositum, nu.87. vbi multa contra huiuscemodi spurios attulit. aitq; Dominos de Rota esse immunes ab ista labe,& casum contigisse tempore suo. refert etiam Collegium Cardinalium esse immune ab ista spuriorum contagione. subiungens, quendam spurium pronunciatũ fuisse Cardinalem,& nocte sequenti decessisse id, quod putatum fuit diuinitùs contigisse. Attende tamen contra hæc omnia uideri textum apertum in c.Osius.56.dist.vbi habetur, Damasum Papam ad B. Hieronymum scripsisse, multos fuisse filios sacerdotum,& Episcoporum,qui Apostolicæ sedi præfuerũt,& fuere summi Pontifices. & quamuis Doct.ibi conentur dicere,illos legitimatos fuisse per subsequens matrimonium,siue aliter ante sacerdotium,tamen hoc uidetur apertè contra tex.illum. Ad rem facit unũ,quod est mirabile. ait enim glo. per illum tex.in c.nunquam.56.dist.inc. filium natum ex parentibus non bonis neque uirtuosis, si tamen ipse bonus est, meliorem esse illo, qui natus est ex parentibus bonis & uirtuosis, etiam si ipse & bonitate, & uirtute præditus sit. & propterea ex illo tex.colligitur, filios propter vitia parentum non maculari, neque ab eorum virtutibus decorari,sed veram nobilitatem in propria virtute cõsistere. Et in re posita uide omninò Cæpol. in tract.de Imperatore militum deligendo.§.Pro Imperatore,nume.34. Adde ad præcedentia
11 unum notatu dignissimum,scilicèt,spurium † effici legitimum ex professione facta in religione. hoc fuit singulare documentum Guil. de Cun.in l.j.C.de sacrof. eccles. quod ualde extollit Feli.in c.cùm deputati, de iudic.vbi alios quoque effectus memorabiles attulit, quos professio religionis operatur.idem ait Ias.in l.Filius familiàs.ff.de liber.& posth. An autẽ spurius succedere possit fratri pariter nato ex damnato coitu, vide Alex. in consi.174. in 3. uolum. Et an spurius eligi possit de consilio ciuitatis,uide trad.in l.generaliter.§.spurios. ff.de Decurion. Et
12 utrum † creari possit notarius,Ang.in consi.284.Oldrad.in consi.75.Quis posset. Et breuiter quæstiones ferè omnes,quæ de spurio excitari possunt, vide apud Matthæsyll. in tract. de succeff. ab intestato.& omninò apud Nicolaũ de Vbaldis in d.tract.de succeff. ab intestato.& quę posui infrà in l.si gener.ff.de his, quib.ut indig. ubi uide omninò.

13 Bart.in d.l.item in potestate,in fi.ait, filium † in dignitate, ut putà Episcopali constitutum, à patria eximi potestate. Vide Barb.in consi.20.col.4.in 1.volu.& in cap.cùm.M. colu.3.& seq. de const.& latè Ias.in l.qui se patris, colum.4.C.vnd.libe.Et quoniam Bar.ibi subiungit,filium propter dignitatem liberari à patria potestate solùm in ijs, quæ ad eius commodum pertinẽt, alioqui verò, si eius incommodum continerent. Adde Ias.in l.ij.colum.6. de vulga.& pupilla.
14 & Barbat.in tract.de præstantia Cardinalium, char.7. Ad hæc, quòd dignitas † debet semper prodesse,& nunquam obesse. glo.in l.si longius.§.si filius.ff.de iudic. Salic.in l.ad inuidiam, C. quod met. cau.& ideò priores commoditates auferre non debet, neque eas diminuere, ut tradit Alexan.in consi.32.in 5.volumine. vbi citat not.tex.in l.Alexandrinis. in fine.C.de Decur. lib.10.& ibi Barto. vbi habetur, quòd etiam si doctor legens per xx.annos, comes efficiatur. secundum l.primam.C.de profess.qui in vrb.Const. si tamen is tãquam popularis anteà ad honores & officia admittebatur,quorũ nobilis incapax est,adhuc ad ea admitti poterit. Subiun-
15 git etiam, tabellionem, † qui est factus doctor, posse adhuc instrumenta conficere. l. falsa.§.

si cui,

si cui,& ibi Bal.ff.de cond.& demonst.vide etiam Bar.in l.pen.ff.de senat.& in l.iij.§.si emancipatus.ff.de bon.poss.contra tab. & omninò Dec.in consi.457. & Stephanum Costam in tract. de ludo,in secundo artic.princip.nu.3. cum seq.ista tamen morderi possent ex ijs,quæ habentur inic.præsens clericus,cum glo.20.q.3.vbi colligitur, comitem,qui efficitur clericus, comitem esse desinere. Sed prædicta corroborantur ex trad.in l.quod fauore.C.de legi. & per Feli. in c.dilectus,2.nu.5.de rescrip.& in c.intelleximus,in prin. de iudic. Attende tamen præcedentem conclusionem forte limitari posse,vt non procedat,quando incommodum non principaliter,sed in consequentiam dignitatis superuenientis eueniret; vt in simili casu, iuris interpretes docuerunt in d.l.quod fauore. Prætereà posset etiam not. limitari ista conclusio, ut procedat solùm,quando hæc dignitas concessa fuisset motu proprio cõcedentis,alioqui uerò,si eius
16 precibus fuisset obtenta: vt docuit Abb.in c.fi.de mut. petit. nam dignitas † affectata prodesse non debet. Rom.in sing.591.Ang.omninò in consi.245. col.5.idque multis egregijs decisionibus confirmat Feli.in c.fi.de testi.Ad quæ accedat tex. & ibi Bar.in l.scire oportet.§. fin.ff. de tutor.& curat. dat. ab his. & Thom. Ferrat. in cautel.18. dignitas autem quot modis accipiatur,& quæ sint priuilegia dignitatis, vide Cæpoll.in suo tract. de Imperatore militum deligendo.§.Ratione dignitatis. & Bar.plenè,in l.j.C. de dignit.lib.12. Archid.in c.1.de consuet. lib.6.& glo.& Abb.in c.quia nonnulli,de cleric.non resid.

Summarium in l.filium,de his qui sunt sui uel ali. iur.

1 *Ille dicitur filius legitimus, qui ex uiro & uxore ad matrimonium contrahendum habilibus simul habitantibus constante matrimonio nascitur.*
2 *Legitimatus an excludat substitutum; et an in statuto excludente fœminas fauore masculorũ contineat.*
3 *Legitimatus an comprehendatur in statuto excludente fœminas fauore masculorum, communis opinio est, quòd non excludatur.*
4 *Si filius primogenitus Regis legitimatur,utrum in successione regni,quæ debetur primogenito, ei sit præferendus, qui est secundo genitus legitimus & naturalis.*
5 *Filius natus antequam pater esset Rex, & postquàm est Rex nascitur alius filius, & extat decretum, quòd defert successionem regni filio primogenito regis, utrum succedat ille primus natus ante regnum adeptum à patre,an uerò iste secundus,qui reperitur primus post regnum patris.*
6 *Filiatio quomodò probari possit.*
7 *Testes qui simpliciter testantur aliquem fuisse filium, intelliguntur de filio legitimo & naturali, quamuis id non sit expressum.*
8 *Filiatio probatur sola fama & communi opinione.*
9 *An ex sola confessione patris aut matris facta in iudicio, uel extra iudicium, plena aut saltim semiplena probatio oriatur.*
10 *Ille, qui natus est in domo mariti filius eius censetur, quamuis mulier adulterium commisisset.*
11 *Sententia lata super filiatione utrum præiudicet quò ad omnes.*

Bart.in l.filium.ff. de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 BART. in d.l.filium,in summa colligit ex isto tex.illum † dici filium legitimum,qui ex uiro & uxore ad matrimonium contrahendum habilibus, simul habitantibus,cõstante matrimonio nascitur. Adde Feli.in c.in præsentia,col.7.de probat.sed hic suboritur difficultas,nunquid filij legitimati uerè filij nuncupentur,cùm ipsi nati non sint ex uiro & uxore,& cùm alijs, quæ in dicta l. filium,à Barto. exiguntur. Nam ab hoc multi sequuntur effectus, ut est ille; An substi-
2 tutos † excludant, an in statuto excludente fœminas fauore masculorum contineantur, & reliqua, vt uidere est apud Alexand.in consi.2.in 1.uol.in consi.87.in tertio uol.in consi.pen.nu. 6.& in consi.vltimo.colu.fi.in 5.volu. tradit aliquid Roma.in consi.54. Barto.in consilio 117. & in consi.222.Barb.in consi.27.col.20.& 29.in 1.volumine.& in consi.58.colum.1. 2.& 3. in 2.uol.Alex.plenè in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell.col.3. Abb.in c.lator.colu.2.in

glo.pen.qui fil.ſint legit.Iaſ.in l.ij.nu.243.C. de iure emphyte. & in authen.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.j.C.de bon.poſſ.cont.tab.& in l.qui ſe patris.C.vnd.liber.Aret.in conſi.37. in ſecundo dub.Dec.in conſ.55.col.pen.aliquid per Feli.in c.per tuas, in 1.not.de proba. & in c.veniens,col.3.& in c.ſeries,col.2.de teſti.Io.Campegius in tract.de dote.in 59.qu.in 5.par. Ancha.in conſi.427.Io.Calder.in conſi.1.in titu.qui fil.ſint legit.& pleniſsimè totam legitimatorum materiam aperuit Anto.Roſell. in ſuo tracta. legitimationum, & Ludouicus à Sardis in tracta.de legiti.& Curt.in conſi.13.& latè in conſi.16. in conſi.35.& in conſi.73. Et quamuis
3 variæ fuerint doctorum ſententiæ, vtrum legitimatus † comprehendatur in ſtatuto excluden-
* te fœminas fauore maſculorum, tamen * communem eorum opinionem eſſe,quòd non contineatur,ait Dec.in l.liberos.C.de collat.vbi multos retulit. Et circa prædicta omnia,ſcilicèt,nũquid legitimatus ſit uerè,vel fictè legitimus, & an modo aliquo à legitimis & naturalibus differat; vide Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore,nu.278.cum ſeq.ff.de uſucap.& in rubri.ff.de liber.& poſth.nu.9.& in l.cùm filio familiàs,vbi etiam Mar.Soc.iun.ff.de lega.1.& Iaſ.in l.moribus,nu. 20.ff.de vulg.& pupill.& in l.j.C.de bonor.poſſ.contra tab.ſed in re propoſita non eſt prætermittenda illa quæſtio,ſcilicèt, ſi filius primogenitus † Regis legitimatur, utrum in ſucceſsione
4 regni,quæ debetur primogenito, ei ſit præferendus, qui eſt ſecundogenitus legitimus & naturalis? Breuiter, Martinus Laudenſis in tract. de primogenitura, concludit,ſecundogenitum legitimum & naturalem eſſe præferendum . idque ait uerum eſſe,etiam ſi legitimatio facta eſſet per ſubſequens matrimonium . id quod eſt memoratu dignum ad ea, quæ habentur in c.tantauis, qui fil.ſint legiti. Hoc idem multis comprobat argumentis Io. Brunellus in tract. de ſponſal.& matrim.nu.31.verſi.Poſtremò per complures. & Iaſ.in l.quoties.C.de rei uendic. Quot verò ſint ſpecies legitimationis, quibus ſolennitatibus fiant, quos effectus producant, tàm de iure ciuili,quàm de iure canonico,& quæ ſit Romanæ curiæ in diſpenſandis illegitimis conſuetudo, vide ſemper ultra præmemoratos iuris interpretes Nicolaum de Vbaldis in ſuo eleg.tracta.de ſucceſsionibus ab inteſtato. Sed alius caſus hic ſeſe offert. Quid ſi non ſumus in legiti-
5 mato,ſed in filio † verè legitimo,nato tamen antequam pater eſſet Rex, & poſtquam eſt Rex, naſcitur alius filius,& extat decretum, quod defert ſucceſsionem regni filio primogenito Regis,utrum ſuccedat ille primus natus ante regnum adeptum à patre,an uerò iſte ſecundus, qui reperitur primus poſt regnum patris? Franc.Cremen. in ſuo ſingul.50. incip. Vidi pulchram, ait,quæſtionem hanc fuiſſe diſputatam ad menſam Ducis Mediolani, & ſe tenuiſſe, ei, qui natus eſt poſt regnum à patre acquiſitum, ſucceſsionem deberi . id quod latè cõfirmatur ibi per Caſtill.in addit.Attende tamen,quia iſta concluſio mihi nõ videtur ſimpliciter uera,ſed diſtinguendum eſſe arbitror,& dicendum. Aut iſte Rex non erat de ſanguine eorũ, cui iure iſta ſucceſsio debebatur, quando habuit primum filium, vt fuit comes Franciſcus Sfortia,qui fuit ad Ducatum Mediolani euectus,qui ad eum iure ſanguinis nõ pertinebat, & noſtris temporibus Coſmus Dux Florentiæ, & iſto caſu prædictæ ſententiæ inhærerem . Si verò ei regnum debebatur, ſaltem in ſpe; quia erat de ſanguine, & de linea eorum, quibus iure communi regnum debebatur; & iſto caſu crederem,primogenitum debere ſuccedere,quãuis natus eſſet ante regnum re ipſa à patre ſuo adeptum : quia ei ius erat acquiſitum in ſpe,quæ eſt conſiderabilis,cũ habeat dependentiam de præſenti,vt ait Bar.in l.vxor.§.Diuus.ff.de adulter.nam ſpes,quæ ſuccedit de iure communi eſt conſiderabilis; ſed illa quæ uenit de iure ſpeciali,non attenditᷣ.Bar. in l.ſiquis ſub conditione.ff.de teſta.tutel.

6 Bar.in d.l.filium,colligit ex iſto tex.formam, qua filiatio † ut eius uerbis vtar,probari poſsit. Tu uerò diligenter attende, quoniam hæc probatio eſt præſumptiua , & non ficta . & ideò, ſi alicui legatum factum eſſet ſub conditione, ſi ſe filium eſſe probauerit; cùm iſta conditio ſit de forma, & propterea de probatione uera & propria ſit intelligenda, iſta conditio impoſſibilis foret: vt de hoc eſt tex.ſing.in l.Lucius.ff.de cond.& demon.& ita inquit Bar.in l.j.§.idẽ per contrariũ.ff.de libe.agnoſ.quàmuis idem Bart.in l.j.in princ.C.quor. bonor.unũ tñ ponat exẽplum de uiro & uxore carceratis,quo uerè filiatio probari poſſet. Sed hìc animaduertendũ

eſt,

est,etiam si conditio ueram exigeret probationẽ,hoc tñ sanè intelligendum esse.s.vt locum habeat solùm,quando id,quod in cõditione positum est, & uerè & præsumptiuè probari posset; nam eo casu uera probatio exigeretur: sed vbi præsumptiua tãtùm haberi potest, eo ꝙ ueram impossibile est reperiri, tunc ẽt præsumptiua sufficeret: vt in terminis eruditè docuit Felin.in rubr.de probat.col.2.vbi respondet ad d.l.Lucius.quod nũquam obliuiscaris. Sed hìc pulchra suboritur difficultas; si aliquis simpliciter probaret se fuisse filium Titij,utrum ex hoc solo probasse censeatur se esse filium legitimum & naturalem, an uerò ad probandum illud in specie teneatur secundum formam superius ex mente Bartoli memoratam? Alber.in d.l.filium, ait, hoc solum plenæ sufficere probationi. idem inquit in l.si vicinus.C. de nupt. & expresè hoc idem confirmat in l.senatoris filium.ff.de senat. vbi subiungit, se hoc in facti cõtingentia obtinuisse. Cùm.n.in quadam quæstione facta esset positio,Titium fuisse filium Sempronij,& non diceba tur eum esse legitimum & naturalem,fuit decisum, positionem illam de legitimo & naturali, iuris interpretatione esse intelligendam,eumq; propterea ad successionem patris admittendum fore. Idem constanter ait idem Alber.in suo Dictiona.in voce,Filij appellatione.Ad hæc acce-
7 dit Nellus de S.Gemin.in tract.de testib.nu.188.vbi ipse quoq; asserit, testes, † qui simpliciter testantur aliquem fuisse filium, esse intelligendos de filio legitimo & naturali, quamuis id non sit expressum. citat tex. instit.de adopt.in fi.vbi Ang.& Ias.hoc idẽ tradiderunt, & Dec.expressè docuit in cons.54.col.fi.& de hac re uide Bal.in cons.437.nu.4.in 5.vol.Qũo autem probet
8 filiatio,vide ẽt Alex.in consi.51.in 1.vol.vbi concludit,eam sola fama † & cõi opinione probari.& huiuscemodi probationi testes singulares sufficere. vide eundem Alex. in consil.90.in 6. vol.Abb.in c.Michael,de fil.presbyt.licèt illa sit lectura Ant.de Butr. Soc.in consi.39.in consi. 89.& in consi.120.col.7.in 1.vol.Dec.in consi.54.Feli.in c.per tuas,col.3.de proba. Bar.in d. l.j.§.idem per contrarium.ff.de liber.agnos.Barb.in consi.27.col.3.& seq.in 1.vol. & in consi. 14.in 3.vol.Aret.in cons.23.in 2.dub.Ias.in l.neq; professio.C. de testa.Paul. de Castr.in l.non nudis.C.de prob.Anch.in Clemen.si summus Pontifex.de sent.excommu.Gemin.in c.si Papa,
9 in princi.de priuileg. in 6.in quibus locis habetur ẽt, an ex sola confessione† patris aut matris facta in iudicio,uel extra iudicium,plena aut saltem semiplena probatio oriatur. & an filium in filiationis quasi possessione constituat. Et quid si pater ei dicat incidenter, bene ueniat filius meus,quem uolo,ut res meas administret. quæ omnia traduntur apud Bar.in d.§.idem per cõ trarium,& apud alios paulò anteà memoratos.Nunquid aũt ttãdum sit dicto patris,uel matris affirmantis hunc non esse filium illius,qui pater putabatur.Barto.in d.l.filium,ait,quòd non, & propterea redarguit eum, qui Reginæ matri suæ credidit, quæ ei in articulo mortis dixit: Tu non es filius Regis,sed cuiusdam militis.Hoc idem uoluit Bal.in consi.437.in 5.vol. & Abb.& Feli.in d.c.per tuas.idem ait Abb.per illum tex.in c.transmissa,qui fil. sint legit.vbi inquit, neq; dicto utriusque parentis esse credendum. Quod tamen declara secundum eundem Abb.in ca. officij,de pœnit.& remiss.Adde Ias.in l.Gallus,in princ.col.antepe.vers. secunda fuit opinio.ff.
10 de liber.& posth.Aduerte etiam in hac materia filiationis, illum, qui natus † est in domo mariti,filium eius interpretatione iuris esse censeri,quàmuis mulier adulterium commisisset.tex.est not.in l.miles.§.defuncto.ff. de adulter. Hoc tamen limitatur non procedere, quando mulier diu sterilis fuisset, & quandoque à marito diuertisset: eo enim casu, ad hoc, ut filius ex marito natus esse existimetur, oportet ut ab eo tanquàm filius tractetur, secundum Abb.& Felin.in d. cap. per tuas,in re autem,de qua principaliter agimus, scilicèt quomodò filiatio sit probanda, uide etiam Alexand.in consi.24.In causa uertente,in 4.volu. Abb.in consi.106.in primo uolu. Paul.de Castr.in consi.175.Capr.in consilio 21.in primo dubio.Feli.in ca.Illud,col.fi.de præ-
11 sumpt. Quid si lata est sententia † super filiatione, utrum præiudicet quò ad omnes,& probet, an uerò quò ad ipsos tm̃ inter quos fuit lata? Doct.distinguunt: Aut est prolata cum legitimo contradictore,ut putà cum patre,cuius principaliter interest,& tunc quò ad oẽs prẹiudicat,& probat.Aut est prolata inter alios, & tunc quò ad illos tantùm præiudicat: ita Doct.aiunt in l. j.§.fin.ff.de liber.agnosc.& Imol.in l.sæpe.ff.de re iudic.Tamen tex. in l.si quis à liberis.§. si uel

parens.ff.de liber.agnos.in ratione decidendi uidetur sentire contrarium, ibi, in verficulo meminisse. & ita indistinctè uidetur uelle Damasus in tracta.de brocardis,in primo membro,nu. ✱ 25.cum seq.sed præmissa magis * communiter affirmantur.

Summarium in l. siqua.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

1 *Si bannitus est aliquis cum publicatione bonorum, & pater eius moriatur, uel alterius agnati delata est ei hæreditas, utrum fiscus, an uerò banniti filius ad huiusmodi hæreditatem admittatur.*
2 *Legitima banniti an à fisco occupari possit.*
3 *Bannito incapaci quomodò legari possit.*
4 *Stante decreto siue statuto disponente bannitum liberari debere, vel alium de banno extrahere posse si alium bannitum occiderit, vel captum iudici exhibuerit, mulieres bannitæ in tali decreto non continentur, sed soli masculi.*
5 *Si bannitus qui potest impunè offendi bannitus est etiam per quindecim milliaria ultra territorium bannientis vtrum offendi poterit in alieno territorio.*
6 *Bannitus iniustè & contra formam statutorum utrum impunè offendi poterit, & consequenter sit incapax hæreditatis.*
7 *Bannitus si captus reperitur, & offert se probaturum esse de innocentia sua, & iudex respondeat contra talia banna, nulla ex forma statuti opponi potest exceptio, hoc non obstante, iudex non debet exequi sententiam, sed eius innocentiam audire.*
8 *Bannitus si à bannito percutitur, utrum is præmium consequatur, quod datur percutientibus bannitos.*
9 *Bannitos à districtu Bergomensi si offenditur ab aliquo Bergomensi in territorio Mediolanensi an contra huiusmodi offensorem procedi possit per iudicem ciuitatis Bergomi.*
10 *Bannitus an desinat esse ciuis.*
11 *Bannitus per contumaciam non dicatur propriè bannitus, ita ut impunè offendi possit.*
12 *Bannitus an possit offendi ab eo, cum quo pacem fecerat ante bannum, & promisit eum non offendere.*
13 *Princeps siue ciuitas non recognoscens superiorem an possit bannitos ad patriam restituere.*
14 *Impunè offendere bannitum, quid ista uerba significent.*
15 *Bannitus an sit incapax hæreditatis.*
16 *In fiscū non transfertur ius adeundi hæreditatē, quod habebat bannitus, neq; ius cōsequendi legitimā.*
17 *Legitima filij in publicatione non continetur.*
18 *Nomina debitorum indicari quid mobile siue immobile, secundum id quod continent.*
19 *Bona restitutionis subiecta an possint fisco applicari, saltem donec uiuit delinquens.*
20 *Bannitus si fuit restitutus ad bona, utrum bona recuperet, quæ à fisco alienata fuere.*
21 *Bannitus restitutus an non solùm recuperet bona ei oblata & in alium translata, uerum etiam pristinā dignitatem & locum prælationis, quem habebat ante sententiam.*
22 *Restitutio Principis licèt non auferat ius alteri quæsitum effectualiter, alioquin tamen est in iure acquisito in spe.*

Bar.in l.si qua.ff. de his, qui sunt sui uel ali.iur.

1 BAR. in d.l.si qua,tractat,si bannitus † est aliquis cum publicatione bonorum,& pater eius moriatur,vel alterius agnati delata ei est hæreditas,vtrum fiscus,an uerò banniti filius,cùm ipse sit incapax ad huiusmodi hæreditatem admittatur? concluditque ad fiscum dicta bona non pertinere. Tu uerò quæst.hanc sanè intelligas,scilicèt in casibus, in quibus bannitus succedere non potest. banniti enim,qui ita permittente statuto possunt impunè occidi, habent factionem testamenti actiuam, & passiuam, siue ex testamento, siue ab intestato, dummodò sit de iure communi, alioqui uerò, si hæc à iure municipali prouenirent. quoniam ea tantùm amittunt, quæ propria sunt ipsius ciuitatis, & sic iura municipalia, non autem iura communia: vt not. declarat Barto.in suo tracta. bannitorum. Proinde ista Bartoli quæstio est intelligenda, quando huic bannito delata esset hæreditas à iure municipali: quoniam,cùm ipse sit incapax,

uenientes

uenientes ab inteſtato, excluſo fiſco ſuccederent. vt ſimiliter in damnato ad metallum ſenſerunt Barto. & alij, maximè Iaſ. in l. j. C. de hæred. inſtitu. Ad hæc accedat Paul. de Caſtr. in con-
2 ſilio 212. vbi tradit etiam utrum legitima † banniti à fiſco occupari poſsit. & Curt. omninò in conſilio 59. Corn. in conſi. 24. & in conſi. 55. in ſecundo volumine. Alexand. in conſi. 23. & omninò in conſi. 26. & in conſi. 75. in primo volumine. & 258. in lib. in quo primi & ſecundi volum. conſilia continentur. & in conſilio 116. in 3. volu. Socin. in conſi. 28. in fin. in tertio volumine. Iaſ. in l. j. ff. de lega. 1. & Ludou. Bolognin. egregiè in additio. ſuis ad tracta. Matthæſyl. de ſucceſſ. ab inteſt. in 3. articulo principali, nume. 36. & 37. Adde Specul. in titu. de ceſsione actionis, uerſicu. Illud etiam quæritur, an bannitus. & Barto. in l. eius. §. ſi cui. ff. de teſta. Quo-
3 modò autem legari † poſsit bannito incapaci, ita, vt legatum ei acquiratur. vide Cæpol. in cau tel. 122. Quid ſi bannitus eſt filius familiàs, qui de iure municipali poteſt impunè offendi, an propter hoc eximatur à patria poteſtate, ita, vt teſtari poſsit? Abb. in conſi. 104. in 1. volumi.
4 Alexand. in l. ſi cùm dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. matrim. Adde, quòd ſtante † decreto ſiue ſtatuto diſponente, bannitum liberari debere, vel alium de banno extrahere poſſe, ſi alium bannitum occiderit, uel captum iudici exhibuerit, mulieres bannitæ in tali decreto non continentur, ſed ſoli maſculi. Angel. in conſi. 67. vbi ſubiungit etiam, an huiuſcemodi decretum ſit intelligendum de his, qui banniti erant tempore decreti, an verò etiam tempore capturæ. Quid ſi ban-
5 nitus, † qui poteſt offendi impunè, bannitus eſt etiam per 15. milliaria ultra territorium bannientis, vtrum offendi poterit in alieno territorio, ſed infra illa 15. milliaria? idque non licere, ait Alex. in conſi. 160. in 7. vol. Attende tamen hoc uerum eſſe quando ſtatutum, ſeu decretum diſponens de iſtis 15. milliarijs continet in ſpecie quid fieri debeat, ſi ibi bannitus capiatur, ſci licèt, vt iudici exhibeatur, & reliqua, vt ibi apud Alex. legitur. nam iſta prouiſio cùm ſit exorbitans, non debet ultra caſum expreſſum dilatari, alioqui uerò, ſi à ſtatuto, ſeu à Principe licentia concederetur banniendi reos per 15 milliaria ultra confinia iuſdicentis, ut fit in dominio Venetorum: nam tunc poſſet proculdubio ibi impunè offendi, quando utrunque territorium ſubiectum eſſet eidem Principi. Si uerò non eſſet ſubiectum, quæſtio eſſet indubitabilis; quoniam extra territorium impunè iudici non paretur. l. fi. ff. de iuriſd. omn. iudic. Quid ſi iſte eſſet
6 bannitus † iniuſtè, & contra formam ſtatutorum, vtrum impunè offendi poterit, & conſequenter ſit incapax hæreditatis? vide Alex. in conſi. 77. in tertio volu. & in conſi. 160. in 7. volu. vbi ait, eum offendi non poſſe: ſi tamen offenditur, offendentem à pœna ordinaria excuſari. vide Feli. in c. ex tranſmiſſa, nu. 3. & 4. de præſcrip. & Iaſ. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. Quid
7 ſi huiuſmodi bannitus † captus reperitur, offeratq; ſe probaturum eſſe de innocentia ſua? & iudex reſpondeat contra talia banna nullam ex forma ſtatuti opponi poſſe exceptionem. Dicas hoc non obſtante iudicem non debere ſententiam exequi, ſed eius innocentiam audire. Dec. in conſi. 458. Aret. in conſi. 80. & 146. Alex. omninò in conſi. 4. in 6. volu. nam iudex non debet eſſe miniſter iniquitatis. & ideò etiam ſententiam propriam iniquè latam exequi nō debet, ſed Principi reſcribere, & ab executione abſtinere. l. j. §. fi. ff. de quæſtio. Fulgoſi. in conſi. 147. inter conſilia. Imol. Ang. omninò in conſi. 276. Dec. in l. & ſi nihil facilè. ff. de reg. iur. cum ibi addit. Iaſ. in l. his, qui. C. qui teſta. fac. poſſ. & omninò Feli. in c. cōſanguinei, de re iud. vbi ait, iudicem debere magis officio & magiſtratui renunciare, quàm huiuſcemodi ſententiam exe-
8 qui. Quid ſi bannitus † à bannito percutitur, vtrum is præmium conſequatur, quod datur percutientibus bannitos? idque fieri debere docuit Feli. in c. duobus, de ſent. excommu. De qua re uide Bar. & quæ ibi addidi in l. cùm mulier. ff. ſolu. matr. vbi tractat de bannito offendēte bannitum, ſiue contra eum agente, an ſibi inuicem poſsint obijcere inhabilitatem à banno proue-
9 nientem? Hic alia ſuboritur difficultas: ſi bannitus † à diſtrictu Bergomenſi offenditur ab aliquo Bergomenſi, in territorio Mediolanenſi, an contra huiuſmodi offenſorem procedi poſsit per iudicē ciuitatis Bergomi? Apud Bal. quæritur de hac re. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trin. vbi decidit procedi non poſſe. cuius deciſioni deſeruiunt trad. per Alex. in conſ. 75. in 1. vol. vbi ait, bannitum ab aliqua ciuitate, qui poteſt impunè offendi, illius vrbis ciuem eſſe deſi-

nere,& pro extraneo habendum esse,& transfugæ æquiparari debere. & prædictam Baldi decisionem extollit Ias.in l.vbi pactum,nu. 18.cum seq.C.de transact.dicens,Neilum hoc idem tenuisse,& dixisse ita seruari. De qua re uideas omninò Mar.Soc.in c.fi.in prin.in 9.q.de for.cõp. Sed huic documento uidetur refragari,qm̃ origo est de iure naturæ.l.assumptio.ff.ad municip. propterea, si huiusmodi bannitus non amittit ea,quæ sunt de iure communi, vt in princ.huius materiæ bannitorum prædiximus,multò magis retinere debet ea,quæ sunt de iure naturæ,tanquam ualidiora,& consequenter originem. Sed iudex ciuitatis Bergomi eo in casu ratione ori
10 ginis procederet, igitur decisio Baldi dubitabilis redditur. Cogita. Et an bannitus † desinat esse ciuis,vide Ias.in rubr.ff.de iust. & iur. & in l.huiusmodi.§. cùm pater.ff.de lega.2.Sed postquam res agitur bannitorum, & incapacitatis eorum opportunè quæritur, nunquid bannitus
11 † per contumaciam dicatur propriè bānitus,ita ut impunè offendi possit? & ideò sit etiam in-
* capax,an non? Alex.in l.si mora,col.6.ff.sol.matr.ait * cõem doct.esse sententiam, & non. hoc idem testatur Feli.in c.ex literis,de const.vide eundem Feli.in c.quæ in ecclesiarum,col.3.eod. tit. & in c.cùm Bertoldus,de re iudic.Curt.in consi.59. nu.8. Faciunt ad rem trad.per Bart.in l.j.ff.quand.ex fact.tuto.sed contrarium ex multis decidit Ias.in l.j.§.fin.ff.si quis ius dicen.non obtemp.& in l.sancimus.C.de iudic. sed durum esset recedere ab opinione Alex. & aliorum, qui contrarium senserunt, affirmantes in hanc sententiam communiter itum esse. tantò magis cùm hæc sit benignior interpretatio, iuribus vulg. ad quod faciunt trad per Albert. Brun. in
12 consilio 85. Non prætermitto, utrum bannitus † offendi possit ab eo, cum quo pacem fecerat ante bannum, & promisit eum non offendere. Dec.in consi.352.Ab re non est,scire unum singulare circa beneficia, quibus lex bannitos exuit. nam bannitus restitutus ad ciuitatem & bona,non habet amplius beneficium cessionis bonorum. tex.est sing.& scribendus literis aureis secundum Rom.in singul.209.in l.ij.in fine. ff. de senten. pass. Scias etiam unum aliud sin-
13 gulare in odium bannitorum scilicèt, quòd etiam si solus Princeps, siue ciuitas † non recognoscens superiorem possit bannitos ad patriam restituere,ut habetur,in l.legati,in fin.ff.de pœn. & per Barto.in l.is qui reus.ff.de publ. tamen hoc non habet locum,quando iste bannitus multos alios pariter ab illa ciuitate bannitos caperet, eosque ad ipsam ciuitatem duceret: quoniam tunc solus iudex ciuitatis poterit ei indulgere, & parcere: ita inquit Rom. in singu.537. vbi dicit de hoc esse tex.singu.in l.non omnes,§. fin.ff.de re milit Et quoniam agimus de ban-
14 nito, † qui potest impunè offendi, quæro, quid hæc uerba significent? Respon.eum, qui facit id, quod impunè fieri permittitur à lege, vel à statuto, non modò nullam pati pœnam, sed nulla actio, nulla accusatio, & nullum iudicium contra eum intentari potest. tex.est, quem dicit Bald.esse singularissimum in l.qui seruum mihi ex stipulatu,ibi,impunè eum occiderit, nec utilis actio in eum.ff.de uerb.oblig. ista enim impunitas operatur,quicquid fit contra eum, nõ esse delictum,ut habetur,in l.seruus.C.de his qui ad eccles.confug. & in l.j.ff.de aleat.& ideò ei prohibetur defensio. vide Franc.Ty.in l.ij.in 2.qu.ff. de pub.iud.& ad præcedentia,in quibus
15 tractatur,an bannitus † sit incapax hæreditatis, Bar.loquitur de bannito,cum publicatione bonorum. Proinde circa hanc bonorum publicationem,de multis dubitare cõtingit. Primò an in huiusmodi publicatione etiam bona futura contineantur? & dicas, quòd non. Paul.de Cast.in consi.212.Curt.omninò in cons.59.Dec.in consi.442.& in consi.438.col.fi. Feli.in c.ad libe
16 randam, de Iudæ. & ideò in locis præallegatis infertur,in fiscum † non transire ius adeundi hæreditatem,quod habebat bannitus,neq; ius consequendi legitimam,& de natura genitiui,quæ dominium significat, non ueniunt bona,quæ adhuc sua non sunt, atque ita neque illa, quæ debentur sub conditione,ut per Feli.in d.c.ad liberandam,neque bona feudalia,neq; emphyteotica, vt per Dec.in dicto consi.442.& Curt.in dicto consi.59. Anchar. in repet.cap.postulasti, col.fi.de for.compet.An autem ueniant iura & actiones, vide Dec. vbi suprà. Sic etiam in pu-
17 blicatione † legitima filij non continetur. l.cùm ratio. ff.de bon. damnat. Angel. in consilio 308.Visis condemnationibus. aliàs incip.Gregorius,colu.penul. Bald.in cons.156. Condemnatus fuit quidam, in 3.uol.Paul. de Monte pico in sua eleg.repet.§. Titia cùm nuberet.l.Titia

cùm

cùm testamento.ff.de leg.2.nu.45.& 78.ubi ait,idem etiam esse,in legitima patris quando bona filij publicantur. An autem bona existentia extra territorium bannientis publicari possint, Iaſ.in l.j.C.de hæred.inſt.Alex.in consi.31.in 1.uol.decidit bona mobilia, publicari posse,alioqui uerò immobilia,secundum Bald.in l.mercatores.C.de commer.& merca. Et rationem differentiæ esse ait,quoniam bona mobilia concernũt personam illius,cuius sunt,immobilia uerò
18 territorium, in quo sita sunt. Subiungit etiam nomina † debitorum indicari quid mobile, siue immobile,secundum id,quod continent: ut per gl.in §.1.in auth.de non alien.& ibi per eum latius,& in consi.68.in 6.vol.vbi ait, quòd etiam si bona mobilia, & immobia publicantur, non propterea nomina debitorum continentur. Adde quod bona,quæ extra familiam alienari non possunt,publicari nequeunt.l.Imperator,& ibi Bar.ff.de fideicommiſſ.liber. Alex. in consi.23.
19 in 1.uol.ubi plenè. An autem huiusce modi bona † uel aliter restitutioni subiecta, possint fisco applicari,saltem donec uiuit delinquens? vide Alex. in cons.88.in 3.vol. Scias etiam bannitum cum publicatione bonorum, non posse esse arbitrum, sed tantùm arbitratorem. Lanfranc. de
20 Orian.in tract.de arbitr.in 2.par.nu.22.Quid si bannitus † fuit restitutus ad bona,utrum bona recuperet,quæ à Fisco alienata fuere? Feli.in c.super eo,de offi.deleg.Iaſ.in l.beneficium. ff.de conſt.princ.& in l.Gallus.§.Et quid si tantùm.ff.de liber.& posth. Et quid si alteri quæsita fuerunt ob illud maleficium? Feli.in c.vergentis,de hæretic.uide Dec.in c.quia diligentia,de elec. ubi tradit etiam utrum bona publicata ipso iure,ut est in causa hæresis, per solam pœnitentiam restituantur. Et de hac restitutione ad bona,quid & quantùm operetur,vide omnino Ange.in consi.256.& in consi.288.Bar.& alios in l.Gallus.§. Et quid si tantùm.ff. de liber. & posth. Et
21 an non solùm recuperet † bona ei ablata,& in alium translata,uerùm etiam pristinam dignitatem, & locum prælationis, quem habebat ante sententiam, & alia scitu digna,vide plenè apud Card.Iacobatium,in tract.de Concilio,lib.7.fol.444.articulo 3.incip.sed pone,quod Cardinales.Sed an huiusmodi restitutus recuperet etiam fructus perceptos,vide Dec.in l.in condemnatione.§. cum uerbùm.ff. de regul.iur. & Iaſ.in l.beneficium.ff. de consti. princ. In re proposita non est silentio prætereundum id,quod not.inquit Ant. Rosell. in tract. legitimationum, in 1.
22 lib.de causa finali,siue effectiua legitimationis.ubi ait, quòd quamuis restitutio † principis nõ auferat ius alteri quæsitum effectualiter,alioqui tamen est in iure acquisito in spe,per tex.sing. in l.j.§. qui mortis. ff. ad Tertull. ubi seruus pœnæ amittit hæreditatem sibi delatam, & consequenter proximiori defertur,tamen restitutus à Principe eam recuperat.Ego autem puto hæreditatem esse delatam proximiori effectualiter, quando ille erat seruus pœnæ, atque ita ille tex. erit mirabilior. & plenè de hac materia restitutionis, vide apud eundem Rosell.in d. loco. nu.38.Postremò dicas huiusce modi restitutum dici esse hominem nouũ. Bar. in l.liber homo. §.si hæres.ff.de hæred.instit.

Summarium in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 *Id,quod legitimè factum est à superueniente, impedimento tolli non potest.quod intellige.nu.2.*
3 *Multa facta tolerantur,quæ fieri non possunt.*
4 *Legitimatio perfecta per superuenientiam filiorum legitimorum non reuocatur quamuis ad eam causam deueniat,à qua incipere non posset.*
5 *Vbi lex requirit solennitatem aliquàm in actu,qui fieri debet, & aliter non ualeat ille actus deficiente solennitate requisita, erit irritus & inanis ipso iure.*
6 *Dos retinet nomen dotis soluto matrimonio, & tamen à principio dos sine matrimonio dici non potest.*
7 *Solennitas requisita si omissa est in contractu, tamen quando iam est factus & ex iusta causa, contrahentes sunt tuti etiam in foro conscientiæ tam in contractu cum ecclesia celebrato, quàm in quocunque alio.*

Bar.in l.patre furioso.ff.de his,qui sunt sui uel ali.iur.

BAR. ex d.l.patre furioso,colligit regulam,quæ communiter adduci solet.s.id,quod legitimè

1 timè factum † est,à superueniente impedimento non tolli:atque ita multa ne fiant impediũtur, quæ iam facta tolerantur. Adde tex.in l.j.§.origo.ff.de postul.& Alex.in consi.198.in 6.vol.Et an furor superueniens reuocet mandatum,Bar.in l.qui seruum.ff.de acqu. hæred. Et per hanc l.ait Bar.argumentum sumi à sufficienti partium enumeratione,vt ibi per eum. Adde tu argu-
2 mentum † istud procedere solùm quando partes sunt sufficienter enumeratæ, secundum Bald. in l.conuenticulã.C.de episc.& cleric.Ad quod facit tex.in l.filius.§.filius,ff.de liber. & posth. & de ui huius argumenti uide tex.& ibi Alber.omninò in l.arbor.§. aquarum. ff.comm. diuid. Ad istam.l.uide Barb.in c.consuluit,in glo.in uerbo,tenebras,de off.deleg.Abb.in c.ab excom municato,de rescript.Alex.in l.si unus.§.petẽs.ff.de pact.Et ad hoc.s.multa facta †, tolerari quæ fieri non possent.Adde tex.in l.verbis.ff.ad leg.Falc.& in §.quòd si uiuo,instit. de lega.Bart.in l.si constante,col.ulti.ff. sol.matr.vbi ait, etiam si res ad eam causam deueniat, à qua incipere non posset,tamen si tendit ad eundem effectum,ualida esset,licèt si fieri deberet,fieri non pos-
set,& ibi uide Ias.col.34.& 35.cuius singula uerba huic legi deseruiunt.idem ait Soc. in consi.
4 60.col.9.in 1.uol.similiter legitimatio † perfecta, per superuenientiam filiorum legitimorum non reuocatur,quamuis ad eam causam deueniat,à qua incipere non posset, secundum uerio-
* rem & * magis comm.opi.ut per Ias.in l.ex facto,nu.15.cum sequentibus.ff.de uulg. & pupill. Ita etiam sententia sub conditione proferri non potest, tamen ab ea sub conditione lata datur
5 appellatio.l.j.§.biduum. & ibi Bar.ff.quan.appell.sit.Pari quoque ratione,vbi lex requirit † solennitatem aliquam in actu,qui fieri debet,& aliter non ualeat,ille actus deficiente solennitate requisita erit irritus & inanis ipso iure.si uerò lex dicat actum perfectum non ualere,nisi aliqua solennitas interuenerit, actus ille intuitu perfectionis suæ non erit irritus ipso iure, quamuis ei deficiat requisita solẽnitas: ita inquit gl.valde not.in l.uniuersa.C.de precib.Impe.offer. quam Doct.extollunt, ut ibi uideri potest per Ias.nume.7.& nu.8. vbi pro ratione diuersitatis inter casus prædictos citat.d.l.patre furioso.Ad rem faciunt ea,quæ tradit Ias.in rubrica.ff.sol.matr.
6 dum agit de dote,quæ retinet nomen dotis † soluto matrimonio,et tamen à principio dos si-
ne matrimonio dici non potest.vide multa alia exempla memoratu digna apud Feli.in c.super
7 his,nu.5.& 6.de accusat.Non prętermitto,quòd etiam si requisita † solennitas omissa est in cõ tractu tamen quando iam est factus,& ex iusta causa,contrahentes sunt tuti etiam in foro con scientiæ,tàm in contractu cum ecclesia celebrato,quàm in quocunque alio.Abb.in c.1. in fin. de rest.in integr.Et an & quando actus uitiatur, vel non, si deuenit ad illum casum à quo incipere non posset,vide Dec.omnino in l.in ambiguis.§.non est nouum.ff.de regul.iur.

Summarium in l.si Iudex, de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 *Sententia lata in principali casu,non præiudicat in incidenti.*

Bar.in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.

1 Bart. in d.l.si iudex,in principio colligit ex isto tex. sententiam † latam in principali casu,non præiudicare in incidenti.vide tu Ang.de Aret.in §.præiudiciales,col.8.instit. de action. Abb.in consi.50.in 1.uolu.Imol.in consi.130.col.1.& in consi.145.& sequ.colum.4.& Aret. in consi.156.col.5.

Summarium in l.fi.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 *Filius naturalis inuitò legitimari non potest.*

Bar.in l.inuiti,quæ est l.fi.ff.de his qui sunt sui uel ali.iur.

1 Bar. in d.l.inuiti,ait,filium naturalem † inuitum legitimari non posse. Vide tu Fulgos.in consi.16.& in consi.43.vbi loquitur de infante.Soc.in consi.295.col.fi.in 1.uol.Curt.in cons. 19.& in consi.64.Bal.in cons.106.in 5.uol.ubi inter cætera quærit,an absens legitimari possit. De qua re uide etiam Curt.in consi.4.& Soc.in consi.212.col.1.& Bal. in consi.146.in 1. uol.

Signor.

Signor.in conſ.172. & in conſ.220.Et quòd filius inuitus legitimari nõ poſsit,vide Dec.in cõſ. 55.col.3.in fi.Barb.in conſ.34.in 2.vol.Rom.in conſ.194 in 4.dub.& Iaſ.in l.poſthumo.C.de bono.poſſ.contra tab.

Summarium in l.primam.ff.de adoptio.

1 *Adoptatus ſubijcitur poteſtati adoptantis.*
2 *Quod commune eſt,proprium & meum dici non poteſt.*
3 *Si duo habent domum communem,& habens partem inferiorem delictum commiſit,pro quo deſtruenda eſt eius domus ex forma legis,habens uerò ſuperiorem partem contradicit,quid iuris.*

Bar.in l.j.ff.de adopt.

1 BART. in d.l.j.colligit ex iſto tex. adoptatum † ſubijci poteſtati adoptantis. Proinde quæritur,utrum idem adoptio,quod conſanguinitas operetur? Et dicas,quòd non. Alex.in conſ.123.in fi.& in conſ.124.col.fi.in 4.uol.

2 Bar.in d.l.j.in fi.ait,illud quod cõe † eſt,proprium & meum dici non poſſe.Adde eundẽ Bar. Aret.Soc.& alios in l.ſerui electione.§.1 ff.de leg.1.vbi ad multas quæſtiones infertur,maximè per Alex.quas ibi videas.Adde Felin.in c.inſinuante,col.2.de off.deleg. Et quãuis opinio Bar. ✱ videatur eſſe * communis, quæ eſt, ut commune non dicatur eſſe meum propriè,tamen Albe. in 1.par.ſtatutorum,quæſtione 147.incip. Quæro etiam an ſtatuta, tenet, commune dici meũ propriè,& non ex interpretatione,atque ideò in ſtatutis contineri.idem uoluit Paul. de Caſtr. in conſ.341.In hoc paſſu duo ſunt.col.2.de qua re uide Io.Calder.in tit.de præben.in conſ.12. An ſi Papa reſeruat.& Feli.qui multos retulit in c.omnes leges,nu.18.in addit.ad princip.opus Abb.in decretum.Dec.in l.id,quod noſtrum.ff.de reg.iur.ubi concludit,documentum Bartoli eſſe uotis frequentioribus confirmatum.idem ait Mar. Soc.iuni.in conſi.98.nu.33. vide etiã Iaſ.in l.cætera.§.item quæri.ff.de leg.j.& in d.l.ſerui electione.§.1.ubi ait,commune dici meũ, etiam pro parte ſocij,& eo inuito in ſex caſibus,vide ibi vbi eſt locus proprius. & in re propoſi
3 ta multæ quæſtiones uentilantur. Sed ego quæro,quid ſi duo habent domum † communem,& habens partem inferiorem delictum commiſit,pro quo deſtruenda eſt eius domus ex forma legis,habens uerò ſuperiorem partem,contradicit,quid iuris? uide Bartol.Brixieñ.in tract.quæſtionum dominicalium.q.43. Scias etiã, quòd ſi ego reſtauraui rem communẽ,tenetur ſocius mihi reficere expenſas,alioqui poſt quatuor menſes perdit dominium ſuę partis, & applicatur parti.l.4.C.de ædif.priu.Cæpoll.in cautell.85.Adde,quod res quandoque dicitur communis pro diuiſo, & quandoque pro indiuiſo. ſed in dubio quomodo intelligenda ſit iſta communio tradit Dec.in conſi.388.

Summarium in l.ſi Conſul.ff.de adoptio.

1 *Unus poteſt agere uices duorum,quando officia ſibi inuicem non repugnant.*
2 *Judex qui facit donationem excedentem quingentos aureos, an poſſit eam coram ſe inſinuare.*
3 *Habens priuilegium legitimandi poteſt filium proprium legitimare.*

Bar.in l.ſi Conſul.ff.de adopt.

1 BAR. in d.l.ſi Conſul,colligit ex iſto tex.unum † poſſe agere uices duorum,quando officia ſibi inuicem non repugnant.Hac de re uide tu Dec.in c.ex literis,nu.16.de probat.Bal.& moder.in l.ſi pluribus.ff.de pact.Bal.in l.j.C.de ſeru.fugit.Doct.in l.ſeruum,C.qui teſta.fac.poſſ.& Anch.in conſi.187.

2 Bar.in d.l.ſi Conſul.col.2.uerſi. item eſt argumentum, diſputat, utrum iudex, † qui facit donationem excedẽtem quingentos aureos,poſsit eam coram ſe inſinuare? Vide tu Alex. in cõſ. 300.incip.Viſo inſtrumento,in libro in quo primi & ſecundi uol.conſilia continentur.Oldr.in conſi.

consi.153.& Bal.in consi.127.col.1.in 4.uol.Et plenè de materia huius,l.videas per Feli. in c. 3.nu.14.de probat.& aliquid in c.insuper.col.5. de testi.aliquid per Alex.in l.cum filio,col.fi. ff.de leg.1.& plenius in l.ille à quo.§. tempestiuum.nu. 3.ff.ad Trebell. Adde etiam, quòd habens priuilegium † legitimandi poterit filium proprium legitimare : ut ait Bal. in d.l. si Consul. Et Alex.in consi.pen.in princ.in 5.vol.Soc.in consi.95.in 4.uol. Curt. in consi.19. Ad rem faciunt trad.per Soc.in cons.87.in 1.vol.Ang.not.in l.j.§.fuit quæsitũ.ff.ad Trebel.Alex.in cons. 49.& in cons.106,in 1.vol.& in cons.23.in 4.vol.ubi optimè loquitur.

Summarium in l.si pater.ff.de adoptio.

1 *Si filius, qui arrogatur, uellet aliquid sibi retinere.*

Bar.in l.si pater.ff.de adopt.

1 Bar. in d.l.si pater,quærit,si filius, † qui arrogatur, uellet aliquid sibi retinere, ân posit? arguit prò & contrà,& non soluit.Tu uerò pro huius rei intellectu uideas eundem Bar.& alios, in l.non solùm.§.morte,in 2.principali membro,in 4.artic.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in l.nec ei. §.eorum.ff.de adoptio.

1 *Tabelliones à nemine creari possunt nisi à Principe.siue ab habente potestatem ab eo.*

Bar.in l.nec ei.§.eorum.ff.de adopt.

1 Bart. in d.l.nec ei.§.eorum,ait, notarios † siue tabelliones à nemine creari posse, nisi à Principe,ut est Papa,uel Imperator, siue habentes potestatem ab eis. Adde Oldrad. in consi. 75.Alex.in l.j.§.fi.ff.de uerb.oblig.& in consi.95.In causa & lite,propè fi.in 1.uol. Canonist.in c.cùm.P.tabellio,de fid.instr.vbi Inno.ex hoc infert,pactum non ualere,ut scriptura priuata faciat fidem: quoniam sequeretur,ipsas partes rei effectu inspecto creare posse tabelliones: id, quod à iure abhorreret.Idem,quod hic,tenet etiam Bar.in repet.l.Barbarius.ff.de offi.Prætor. Et quæ ad notariũ attinẽt,vide plenè per Feli.in c.qui scripturam,& in c.ex literis, de fid. inst.

Summarium in l.si arrogator.ff.de adoptio.

1 *Substitutio pupillaris ualet usque ad pubertatem.*
2 *Prouisio facta à patre filio arrogato, de eo quod eidem lex prouidebat, prouisio legis, non autem patris appellari debet.*
3 *Si unus ex familia testatoris fuit electus ab eo qui aliquem eligere tenebatur ex iudicio primi testatoris, hæc bona non ab ipso eligente, sed à primo illo testatore dicuntur haberi.*
4 *Testator iussit certa bona esse distribuenda in pias causas prout uidebitur executoribus testamenti. isti executores negocium priuilegiatum elegerunt, ut putà fabricam ecclesiæ : episcopus loci petebat quartã bonorum legatorum, quæritur an debeatur.*
5 *Debitum patris, qui promisit dotem filiæ suæ non dicitur debitum uoluntarium quamuis immediatè ab ipsius promissione proueniat.*
6 *Ille, qui aliquid fecit ad quod sciebat se posse compelli, non dicitur id sponte fecisse.*
7 *Falcidia detrahitur contra uoluntatem testatoris.*
8 *Expressum esse aliquid tribus modis dicitur.*
9 *Filij in conditione positi, non intelliguntur uocati à testatore.*

Bar.in l.si arrogator.ff.de adopt.

1 Bart. in l.si arrogator, col. 3.uersi.quintò oppono, inquit substitutionem † pupillarẽ ualere usque ad pubertatem,fideicommissariam uerò non.affertque rationem rationis esse;quia pupillaris concernit pupillum tanquam causam efficientem, fideicommissaria uerò tanquam grauatam: & ideo bona subiecta pupillari substitutioni efficaciter alienari posse, alioqui uerò

subiecta

ſubiecta fideicommiſſo. hæc Bar. quem ſequitur Paul. Caſtr. in auth. res quæ. C. commu. de leg.
* & de hoc eſt tex. & ibi Bald. in l. ſi à ſubſtituto, in princ. ff. de leg. 1. ubi ait in hanc opinionem * cõmuniter itum eſſe. Et de hac re vide etiam Alex. in l. Marcellus. §. res quæ in fi. ff. ad Trebell. & Aret. in l. ij. in princ. propè fi. ff. de uulg. & pupil.

2 Bar. in d. l. ſi arrogator, col. 4. uerſi. duodecimò oppo. colligit ex illo tex. prouiſionem factam † à patre filio arrogato, de eo, quod eidem lex prouidebat, prouiſionem legis', non autem patris appellari debere. Adde tu, quod ad rem hanc optimè facit tex. not. in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de leg. 2. ibi, non enim facultas neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt. ex

3 quo not. inferunt Doct. ſi unus ex familia † teſtatoris fuit electus ab eo, qui aliquem eligere tenebatur ex iudicio primi teſtatoris, hæc bona non ab ipſo eligente, ſed à primo illo teſtatore dicuntur haberi. & ideò in falcidiam non imputantur, ut ibi tradunt Bar. & alij, & Soc. omninò in conſi. 114. in 3. vol. Et per illum tex. decidit caſum ſcitu dignum. Abb. in c. in cauſis, col. 3. de

4 elect. & in conſi. 111. in 2. vol. Teſtator † iuſsit certa bona eſſe diſtribuenda in pias cauſas, pro ut uidebitur executoribus teſtamenti. iſti executores negocium priuilegiatum elegerũt, ut puta, fabricam eccleſiæ; Epiſcopus loci petebat quartam bonorũ legatorum, replicabatur, quartam de relicto pro fabrica non deberi. c. fi. de teſta. Epiſcopus uerò dicebat, teſtatorem ipſam fabricam non elegiſſe, ſed executores: deciſum fuit, quartam non deberi: quia id, quod factũ fuit ab executoribus cenſetur factum ab ipſo teſtatore, per illum text. ſimiliter quoque traditũ

5 eſt, debitum † patris, qui promiſit dotem filiæ ſuæ, non dici debitum uoluntarium, quamuis immediatè ab ipſius promiſsione proueniat; ſed quoniam ad dotandam filiam pater à lege coarctatur. l. qui libros. ff. de ritu nupt. & l. pen. C. de dot. promiſ. iccirco huiuſcemodi debitum neceſſariũ nuncupatur, eò quòd inſpecta eius origine à legis neceſsitate procedit. & ideò ex hoc effectus ſequitur magnus: nam legatum à debitore creditori ſimpliciter factum, in dubio cenſetur factum animo compenſandi cum tali debito à prouiſione ipſius legis procedente, alioqui uerò ſi debitum purè à uoluntate eius proueniret, qui ſe obligauit: quoniam eo caſu utrunque
* deberetur creditori, ſcilicèt & legatum, & debitum: ita * communiter aiunt doct. in l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matri. in l. huiuſmodi. §. cùm pater. ff. de leg. 1. & in auth. præterea. ubi plenè Iaſ. C. vnd. vir. & vxor. Ad hæc accedant trad. per Aret. in conſi. 87. & per Feli. in c. 1. de offi.

6 de leg. aiunt enim, eum, qui aliquid fecit, ad quod ſciebat ſe poſſe compelli, non dici id ſponte feciſſe. de qua re vide eundem Feli. in c. cùm M. Ferrarienſis. num. 73. de conſtit. ſed contra id, quod Bar. prędicit in ſumma, arguit idẽ Bar. in d. l. Titia. ff. ad leg. Falc. vbi expreſsio eius, quod tacitè ineſt, multùm operatur. nam tacitè ineſt ex prouidentia legis, quòd falcidia detrahatur, & tamen ſi id exprimitur à teſtatore, huiuſmodi expreſsio multùm operatur, ut habetur in d. l. Titia. Attende quia etiam ſi Bar. ibi conetur ſoluere hoc argumentum, ut apud eum legitur in d. l. ſi arrogator, tamen tu pro meliori ſolutione dicas, illud, quod in d. l. ſi arrogator, continetur, procedere quando id, quod tacitè ineſt, fuit expreſſum ab eo, de cuius mente illud etiam erat. ſed in d. l. Titia, ex ſola ipſius legis mente proueniebat, eratque contra uoluntatem teſtatoris, niſi fuiſſet expreſſa, ut habetur in d. l. Titia, in fi. Et quamuis nonnulli contra hoc ultimum inſur-

7 gant dicentes, etiam ſi iuris interpretes ex d. l. Titia, colligant, falcidiam † detrahi contra uoluntatem teſtatoris, tamen hanc eorum collectionem ueritate carere, & contrarium ibi probari: vt videre eſt apud. Io. Hannibalem in repet. l. nemo poteſt. nu. 346. ff. de leg. 1. ſed propterea non eſt recedendum à communi ſententia. Et in re propoſita, ſcilicèt an & quando expreſsio eius, quod tacitè ineſt, aliquid operetur, vide Abb. & Feli. in c. cùm dilecta, de reſcrip. & in c. ſignificaſti, de elect. Iaſ. in l. hæc uerba. ff. de lega. 1. & in l. legatum. §. illi ſi uolet. ff. eod. titu. Mar. Soc. iuni. in conſi. 126. nu. 55. & in conſi. 128. cum ſubſcriptionibus, quæ ibi habentur. nu. 214. ubi colligitur, quòd etiam ſi expreſsio eius, quod tacitè ineſt, nihil in illo caſu expreſſo operari ſoleat, tamen quandoque operatur quò ad alium caſum, ut ibi not. infertur. dicas etiam huiuſcemodi expreſsionem nihil operari in ijs, quæ inſunt ex neceſsitate, alioqui uerò ſi ex cõiecturata

8 mente diſponentis ineſſent. Dec. in l. humanitatis. C. de qimpub. & ali. ſubſt. Expreſſum † autem

eſſe

esse aliquid tribus modis dicitur primò in genere, secundò in specie, tertiò singulariter, ut inquit Bal. in tract. de substitutionibus, in 1. par. nu. 3. Nolo hoc in loco prætermittere unũ, quod non est obliuioni tradendum circa ea, quæ tacitè insunt. Regula iuris est, conditionem uni legato adiectam, in alio legato eidem facto, & in eodem testamento censeri tacitè repetitam. l. si in repetendis, & l. si tibi purè. ff. de leg. 2. & in l. cui seruus. ff. de cond. indeb. tamen hoc non habet locum, quando fuit expressa conditio, quæ subintelligebatur: quia nunquam in alio legato repetita censetur. tex. est mirabilis in l. si in diem. § seruo. ff. de condit. & demonstr. quem ad hoc singularem esse ait Rom. in sing. 235. incip. Dico tibi unum, cùm ibi additis per Castil. & Rom. in consi. 134. & Aret. in consi. 1. & Io. Sado. in repet. d. l. hæc uerba. ff. de leg. 1. Accipe
* aliud in materia. l. Lucius. 2. ff. de hæred. insti. ubi * communiter concluditur, filios † in condi-
9 tione positos, non intelligi esse uocatos à testatore. ista enim conclusio limitatur non habere locum quando filij positi sunt in conditione in genere masculino, scilicèt, si diceretur: si sine filijs masculis; nam tunc cẽsentur uocati propter illam qualitatem masculinitatis ex pressam: ita dixit Guido Papæ in suis quæstionibus in q. 184. Dec. in l. j. C. de pact. & in cons. 118. & in cons. 218. in consi. 270. in consi. 516. in cons. 546. in cons. 574. & in cons. 655. Soc. in consi. 116. & Corn. in cons. 20. tamen ista limitatio locum non habet quando in loco illo extaret statutum, quod stantibus masculis fœminæ non succedant: quoniam illa qualitas masculinitatis subintelligeretur, quãuis non foret expressa, sed dictum fuisset simpliciter de filijs: quia ex quo testator præsumitur conformare uoluntatem suam cùm dispositione statuti, subintelligitur tacitè de masculis: & ideò tunc expresio masculorum, non operatur effectum prædictum, ut docuit Mar. Soc. iuni. in consi. 118. nu. 19. & idem sensit in cons. 119. col. pe. nu. 31.

Summarium in l. post mortem. ff. de adoptio.

1 *Aliquis contra factum proprium uenire non potest.*
2 *Factum iudicis semel approbatum, oppugnari non potest.*
3 *Rex, qui aliquid alienauit in præiudicium regni uel successorum cum iuramento, potest propria authoritate hoc factum infringere, ius iurandi religione non uiolata.*
4 *Vbi agitur de animæ præiudicio potest aliquis uenire contra propriam confessionem iuramento firmatã.*
5 *In malis promissis rescindenda est fides, quoniam impia est promissio, quæ scelere adimpletur.*
6 *Clientulus an reuocare possit confessionem factam ab aduocato suo.*

Bar. in l. post mortem. ff. de adopt.

1 Bar. in d. l. post mortem, colligit ex isto tex. aliquem † contra factum proprium uenire nõ posse. & quia hoc documentum aliquas patitur difficultates, ideò Bar. ibi in 1. col. rem hanc distinctionibus declarauit. Tu uerò uide Alex. Ias. & alios, in l. si donatione. C. de collat. & aliquas remissiones apud Feli. in c. 2. col. 3. de excep. Alex. in l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiur. & ibi Ias. Alex. in consi. 137. in 2. uol. & in consi. 21. col. 2. in 3. uol. & in consi. 60. &
2 in consi. 62. col. 3. eod. uol. vbi ait, factum iudicis † semel approbatum oppugnari non posse. Et an & quando possit aliquis reuocare positionem, quam fecit cum iuramẽto, vide eundẽ Alex. in consi. 71. in eod. 3. uol. ad rem faciunt trad. per eundem, in consi. 69. eod. vol. Adde in re pro
3 posita Card. in consi. 137. vbi ait, Regem † qui aliquid alienasset in præiudicium regni uel successorum cum iuramento posse propria authoritate hoc factum infringere, iurisiurandi religione non uiolata. Paul. de Cast. in consi. 74. Et de hac materia vide eundem in l. hæredi. §. filia, col. 2. C. de pact. Anch. in cons. 389. Scias etiam quemcunque uenire posse contra actum proprium, etiam à iudice factum eius fauore, quando est nullus. Alex. in consi. 123. col. 4. in 1. uol.
4 Adde, quòd ubicunque agitur de animæ † præiudicio potest aliquis uenire contra propriam confessionem iuramento firmatam. Feli. in rubrica de sponsal. colu. pen. uersi. vndecimò licèt. Et ideò damnatur Herodes, qui timuit uiolare iuramentum, quod fecerat, se daturum esse filiæ Herodiadis quicquid esset petitura. & ipsa caput petijt Ioannis Baptistę; ita inquit B. Ambros.

lib. 1.

lib.1.de off.quod relatum est in c.est etiam.22.q.4. Laudatur autem Dauid & eius pietas, qui maluit non facere,quod iurauerat,quàm iuramentum suum hominis fuso sanguine adimplere: ut legitur 1.Reg.cap.25.Hæc B.Augustinus de decollatione sancti Io.Baptistæ,quæ habentur
5 in c.quod Dauid.& in c.seq.ead.cau.& q.Et ideò in malis † promissis rescindẽda est fides, qm̃ impia est promissio,quæ scelere adimpletur.c.in malis, ead.cau.& q. tradit Abb.in c.peruenit. 2.de iureiur.Et dum Bar.in d.l.post mortem agit de contrauentione,quæ fit nomine alieno,vide Alex.in consi.103. col.4.in 2.vol. & in d.consi.71. in 3.uolu.vbi tradit,nunquid clientulus
6 † reuocare possit confessionem factam ab aduocato suo.Rom. in consi.402. vbi tractat, an filius possit infringere,quod fuit factum à patre in beneficium eius.& Calder.in cons.1.in tit.de usur.vbi disputat,An hæres usurarij,qui aliquo tempore soluit legatum, secundum uoluntatem testatoris possit posteà contrauenire.

Summarium in l.post mor.§.neque.ff.de adoptio.

1 *Ea quæ per procuratorem fieri non possunt, ualere si fiant, dummodò non opponatur.*

Bar.in d.l.post mortem.§.neque.ff.de adop.

1 Bart. in d.l.post mortem.§.neque,in fi.ait ea,quæ per procuratorem † fieri nõ possunt, ualere,si fiant,dummodò non opponatur.Adde tu Aret.qui hoc infert,& sequitur in c. veniẽs, in fi.de accusat.Rom.in cons.215.Aret.in c.2.col.fi.de iudic.& ibi Feli.col.3.ubi pro huius documenti confirmatione citat Feder.in cons.270.

Summarium in l.adoptio.la 2.ff.de adoptio.

1 *Adoptio non iure facta confirmari potest dummodo citentur illi, qui ex tali confirmatione lædi possunt.*

Bar.in l.Adoptio.2.ff.de adopt.

1 Bar. in d.l.adoptio,colligit ex isto tex. adoptionem † non iure factam confirmari posse, dummodò citentur illi,qui ex tali confirmatione lædi possunt. Proinde Bar.infert, in quocunque actu necessariam esse citationem eorum, quorum interest.Adde Alex. in consi.228. in 1. vol.in consi.299.in lib.in quo primi & secundi uol.consilia continentur,& in consi.87. colu.2. in 3.vol.ubi loquitur quid in legitimatione.& generaliter circa prædicta vide Alex.& Bart. in l.de unoquoque,in princ.ff.de re iud.& Feli.in c.cùm olim,col.6.de re iud. Et in c. humilis, de maio.& obed.sed quæro,nunquid citatio duntaxàt eorum exigatur,quorum principaliter interest,an uerò eorum etiam,qui in quandam consequentiam lædi possent? Respon. eos tantum esse citandos,quorum principaliter interest.Alex.in d.consi.227.Visis dubitationibus, in lib. in quo primi & secundi uol.consilia continentur.Io.de Anan.in cons.29.cum ibi addit. per Bologn.qui citat tex.in l.j.§.denunciari.ff.de uentr.inspici.Et de hac re uide Soc. in consil.251.in 1.vol.& in consi.282.In præsenti consultatione,& in consi.266.In causa,quæ uertitur, eo.uol. & omninò in cons.10.in 4.uol.& Doct.post Bar.in l.maiorem.ff.de pact.Ias.in l.rescriptum.ff. de pact.& Feli.in d.c.humilis,& omninò in c.exhibita,de iudic.

Summarium in l.si pater.ff.de adoptio.

1 *Si pater emancipauit filium, & postea readoptatur, nepos ex dicto filio non recidit in eius potestatem mortuo auo.*

2 *Illi qui restituitur ad ea omnia, quæ criminis occasione perdiderat, restitutum esse existimatur.*

Bar.in l.si pater.ff.de adopt.

1 Bar. in d.l.si pater,colligit ex isto tex.quòd si pater † emancipauit filium, & posteà readoptatur,nepos ex dicto filio non recidit in eius potestatem mortuo auo.Deinde quærit cum gl. quæ sit ratio huius constitutionis.Et quia duæ rationes afferuntur in gl.secundam respuit Bar.

prima

prima retẽta. Ad hæc uideas tu Pau.de Caſt.in l.filio,quem pater,ff.de liber.& poſth.Et circa rationem illam gl.quam reprobat Bar.adde huiuſcemodi rationem ueritate carere: quoniam ad hoc ut nepos ex filio readoptato in patris reincidat poteſtatem,neceſſe foret readoptare filium tanquam filium,& tanquam ipſius nepotis patrem.l.3.§.1.ff.de bon.poſſ.contra tab.glo. in l.j.§. ſi quis filium.ff.ſi tab.teſta.nul.exta.Bart. & omnes in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff.de lib.& poſth. col.4. An autẽ ipſius nepotis in huiuſmodi readoptione cõſenſus requiratur,cùm de ſuo præiudicio agatur,opinor eũ exigi,per ea quæ poſui ſuprà ad Bar.in l.adoptio.2.ff.eod. tit.de adopt.Quod uerò ad primam rationem glo.attinet,quam Bar.ſequitur.§.ex quo ius quę ſitum eſt huic nepoti,illud ei auferri non poſſe.huic rationi etiam Paul.de Caſt.innititur,in d.l. filio,quem pater.ſed contra iſtam rationem urgere uidetur tex.in l.fi.C.de ſent.paſſ.ubi filius, qui patre deportato,& liberationem à patria poteſtate, & paternarum rerum dominium erat adeptus,eo reſtituto utrumque ius amittit.Ad idem adduci poſſunt Doct. in d. l. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.& Bellem.in deciſ.744.& Feli.in c.inter quatuor, de maio. & obed. in quibus
* locis * communi conſenſu affirmatum eſt, eum, qui reſtituitur † ad ea omnia, quę criminis
2 occaſione perdiderat,reſtitutũ eſſe exiſtimari. Et de hac re uide ſuprà plenè in lucubrat. quas poſui ad Bar.in l.ſi qua.ff. de his, qui ſunt ſui uel alie.iur.Ad rem facit gl.not.in l.ſi teſtamentũ. ff.de teſta.cuius hęc ſunt uerba:Res facilius renaſcitur,quàm de nouo naſcatur.Ex quibus omnibus infertur,quemadmodum quando fit reſtitutio in priſtinum ſtatum, ius alteri quæſitum, ad priorem dominum recidit,hoc idem etiam in hac readoptione ad præiudicium iuris ipſi nepoti acquiſito pariter concedendum eſſe.Verùm huic obiectioni reſpõderi poſſet,readoptionem hanc diſſimilem eſſe à reſtitutione:quoniam iſte readoptatur tanquam quilibet alius, nõ tanquam pater nepotis,niſi id expreſsè actum eſſet,ut prædictum fuit: tamen cogita.

Summarium in l.onera ff.de adoptio.

1 *Monachi onera tranſeunt ad monaſterium.*

Bar.in l.onera.ff.de adopt.

1 Bart. in d.l.onera,ait illam.l.facere pro Monacho,ut onera † tranſeant ad monaſterium. hoc etiam ſentit Bar.in l.adulter.§.nupta,circa fi.ff.de adul.& uide Feli.in c.in præſentia, colu. 17.uerſi.ſecundò quæro,de proba.vbi inquit,monaſterium non ſolùm teneri alere ingreſſum, ſed etiam filios ingreſsi,ſi inopes ſunt.quamuis licere non uideatur patri relinquere curam filiorum pauperum,& religionem ingredi,& ecõtrà filio relinquere patrem inopem. Ad prædicta vide Bar.in l.ſi quis à liberis.§.item reſcriptũ,in fi.ff.de liber.agno.Abb.in c.tranſmiſſæ, qui fil.ſint leg.& Iaſ.omninò in auth.ingreſsi,col.9.uerſ.Adde quod monaſterium.& in auth.ſi qua mulier.col.12.verſ.ſecunda concluſio gl.eſt.C.de ſacroſ.eccl.

Summarium in l. in tantum. §. uniuerſitatis. ff.de rer.diuiſ.

1 *Ea quæ ſunt uniuerſitatis, non ſunt ſingulorum.*
2 *Unus de uniuerſitate an poſſit eſſe teſtis in cauſa uniuerſitatis.*
3 *Uniuerſitas an contrahere poſſit per ſyndicum.*
4 *Fratres minores an poſſint eſſe teſtes in donatione facta eiſdem pro fabrica eccleſiæ.*

Bar.in l.in tantum, §.vniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.

1 Bart. ex d.§.vniuerſitatis,cùm glo.colligit,ea,quæ ſunt uniuerſitatis, † non eſſe ſingulorum.contra hoc videtur facere illud,quod commune eſt, meum eſt. ideò quomodo hæc intelligenda ſint,vide Bar.in l.ſerui electione.§.1.ff.de leg.1.Ex hoc de-
2 inde infert Bar.nunquid unus † de uniuerſitate poſsit eſſe teſtis in cauſa uniuerſitatis. & proſequitur rem hanc ut ibi per eum.Tu uerò vide Alex.in conſ.610.Viſo & diſcuſſo,in lib. in quo primi

primi & ſecundi uolu.conſilia continentur,& in conſi.178.In cauſa & lite, eod.lib.& in conſi. 42. Viſis & ponderatis,colu.2.& antepenul.in 4.volu.& in conſi.16.& in conſi.99. Viſis proceſsibus in quinto volu.Curt.in conſi.24.colum.3.in primo dubio.Bal.in conſi.420.& in conſilio 438.in primo volu.Corn.in conſi.123.in 1.volu.& in conſi.147.in 2.vol.& in conſi.217. colum.2.& fin.in quarto volu.Abb.in conſi.16.colum.2.in 1.volu.Roma.in conſi.7.Barbat.in conſi.51.colu.1.& in conſi.56.colu.fin.& in conſi.191.in 1.volum. Capr.in conſi.94. Fulgo. in conſi.174.colum.3.Felin.in cap.cum acceſsiſſent,de conſtitu. colu.9. & in cap.tertio loco, colum.2.de probat.& plenè in cap.inſuper, vbi omnes de teſti. Iaſ.in l.dictantibus.C. de teſta. Bald.& Abb.in cap.cum nuncius,de teſti.& Abb.in c.cùm inter, de re iud.An autem vniuerſi-
3 tas † contrahere poſsit per ſyndicum,vide Feder.in conſi.15. Reliqua uerò quoquo modo ad factum uniuerſitatis pertinentia, videas omninò in uoce Vniuerſitas.
4 Bar.in d.§ vniuerſitatis,tractat, vtrum fratres † minores poſsint eſſe teſtes in donatione, facta eiſdem pro fabrica eccleſiæ. vide tu Oria,in tract. de arbit.in 2.par.col.2.& Specul. in titu. de teſtibus.§.1.verſicu.Quid de monacho.

Summarium in l.ſi quis violauerit.ff.de rer.diuiſ.

1 *Affectus & conatus an & quando ſine effectu puniri debeat.*
2 *Si duo ſunt domini vnius ciuitatis uel caſtri ad quod iuriſdictio ſpectet; & eorum alter ſi delinquat, nunquid ab altero puniri poterit.*

Bar.in l.ſi quis violauerit.ff. de rer.diui.

1 BART. in d.l. ſi quis violauerit, diſputat, an & quando affectus, † & conatus ſine effectu puniri debeat. Adde l.primam & ibi moder.C.de codicill.& quæ habentur in l. ſi conſtiterit, C. fin.regun.& in l.quòd ſi ab initio.ff.ſi cert.pet.Alex.in l.j.ff.de leg.2.glo.in l. ſi quis. ff. de re milit.Cæpoll.in l.ſi fugitiuus.C.de ſeru.fugit. Barbat.in conſi.21.colum. quinta.& in conſi.23. colum.2.in 2.uolum. Felin.in capitulo 1.de præſumpt. vbi ponit regulam cum fallent. vbi inter cætera inquit, nunquam affectum puniri debere in crimine, pro quo pœna ipſo iure imponitur. Item ait, in ſtatutis affectum non puniri; quoniam ſtatuta locum non habent niſi in caſu vero, & alia multa ſcitu digna, in re propoſita ibi aperiuntur. de qua vide plenè eundem Felin.in ſuo epiſtolari reſponſo,poſt titulum de ſenten.excomm. ubi recto ordine iſta res agitur. & inter reliqua, dicit, nunquàm effectum puniri, quando non deuenitur ad actum exteriorem.vide etiam Feli.in c.cõſulere,de ſimon.& in c.1.vbi Abb.de eo qui mitt.in poſſeſ. cau. rei ſeruan.& Alber.Brun.in conſi.27.& in ſimili caſu vide Bar.in l.j.§.Diuus.ff.Ad leg.Cornel. de ſicar. Dico amplius etiam in atrociſsimis criminibus affectum alicuius non puniri niſi is ad actum exteriorem peruenerit, qui ſit ſui natura ordinatus ad ipſum crimen, & non aliter: ita eleg.docuit Bald.in l.non ideò minus.C.de accuſ.ad quem accedit Feli. in d.cap.de præſump. Item quamuis aliquis ad actum exteriorem proceſsit,ſed non cõſummauit, cum poſſet,pœnæ alicui locus eſſe non poteſt: ita Bal.in l.ſi quis non dicam, col.pen.C.de epiſco.& cler.& Bald. nouel.in trac.de dote,in ſecunda parte,verſicu.ſecundus caſus. & Feli.in d.c.1. Quid ſi pœna à lege imponeretur etiam illi,qui facere uoluerit, utrum hoc intelligi debeat de ſolo actu proximo ipſi crimini,& qui ſit eius cauſa immediata, an uerò etiam de actu remoto ab ipſo crimine ſit intelligendum? Reſpondeo cùm omnium ſub hac indefinita, voluerit, comprehenſorum non ſit eadem ratio,nam longè minus aberrat is,qui actum remotum quàm qui proximum ipſi delicto commiſerit,illud ſequitur,vt de ſolo actu proximo intelligatur.quod tamen procedit quando pœna æqualis ac ſi deliquiſſet,huic iniungeretur: ita not.decidit Salic.in l.j.C.de rapt. virg.& ad hoc accedant multa quæ attulit Feli.in c.ſicut dignum,de homic.
2 Bart.in dicta l.ſi quis uiolauerit, diſputat quæſtionem hanc, ſi duo ſunt domini † unius ciuitatis, vel caſtri, ad quod iuriſdictio ſpectet, & eorum alter delinquat, nunquid ab altero puniri poterit? & concludit non poſſe. vide tu de hac re Paul.de Caſt.& moder.in l.eſt receptum.

ff. de iurisd.omn.iudi. Alexand. in l.cætera.§.item,ff.de lega.primo. & multas similes quæstiones tradit idem Alexand.in l.serui electione,§.primo.ff.eodem titu. Feli.in capitulo quæ in ecclesiarum.colu.3 3.de constitu.Albert.Brun.in consi.3 1. Bart.in l.qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn.iudic.vbi uide adnotationem meam. & hanc eandem quæstionem examinat idem Bart. in l.inter tutores,in fin.ff. de administra. tuto. vbi uideas, quæ ibi ad eum addidi. Quid si isti duo domini non conueniunt in administratione iurisdictionis. dic recurrendum esse ad superiorem, vt prouideat. Abb.in capitulo fina.de re iudic.vide glo. not.in capitulo licet. 1 6.quæstio. 3.Quid si unus eorum damnatus esset pro crimine hæresis, & alter totam ciuitatem,vel castrum commune defendat, an propterea dicatur is esse fautor illius damnati? & dicas quòd non: secundum Ias.in d.l.serui electione.§. 1.ff.de leg. 1.

Summarium in l.j. ff. de Senato.

1 *Persona loquentis in generali sermone non continetur.*

Bart.in l.j.ff.de Senat.

1 BART. in d.l.j.ex ibi traditis colligit, personam † loquentis,in generali sermone,non contineri, nisi hoc ratio præambuli contractus exigeret. Vide tu Alexand. in l.frater à fratre,ff.de cond.indeb.& in consi.1 49.colum.2.in 2.volu. & not.in c.petitio, de iureiur.& in l.inquisitio. C. de solut. & omninò Albert.Brun. in consi.3 5.vbi multa ad rem facientia docuit.

Summarium in l.Cassius.ff. de Senato.

1 *Infamis non potest esse iudex.*
2 *Infamis non potest testimonium dicere. & nu. 1 3.*
3 *Quibus casibus quis efficitur infamis infamia facti.*
4 *Infamis dicitur esse ille cuius opinio apud bonos & graues uiros est grauata & læsa.*
5 *Ille, qui duas habet concubinas ¬vel unam quando est ¬vxoratus infamis est saltim de facto.*
6 *Infamis an uerè priuetur ipso iure honoribus & dignitatibus iam quæsitis.*
7 *Infamis an possit esse tutor.*
8 *Infamia subsequens non derogat his, quæ ab eo iam anteà fuerunt legitimè facta.*
9 *Infamis si à superiore admittitur ad testificandum utrum ex hoc restitutus intelligatur.*
1 0 *Si aliquis transigit super furto an infamis dicatur.*
1 1 *Infamis an possit facere testamentum.*
1 2 *Infamis si instituatur hæres, an fratres testatoris querelam habeant contra testamentum.*
1 4 *Ille, qui est infamis de iure ciuili, an sit etiam infamis de iure canonico.*
1 5 *Si contra innocentem fertur sententia tantò eam curare non debet, quantò apud Deum & eius ecclesiam neminem grauare potest iniqua sententia.*
1 6 *Bene peracta uita omnibus præbet usque adeò uerisimilem coniecturam, ¬vt etiam accusatum pro crimine læsæ maiestatis excuset.*
1 7 *Ille qui semel est malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
1 8 *Ultima consuetudo attenditur.*
1 9 *Semel bonus semper præsumitur bonus.*

Bar.in l.Cassius.ff.de Senat.

1 Bar.in d.l.Cassius,colligit ex isto tex.infamem † non posse esse iudicem, neque testimonium
2 † perhibere. De hac re vide plenè apud Ias.in l.j.colum.pen. versicu. pro clara intelligentia.C. de sacros.

de sacrosanc. eccles. vbi ponit regulam cum fallent. de infami infamia iuris, vt testis esse non possit. & quid de infamia facti. & plenissimè eum in repet.d.l.primæ. colum. 9. versiculo, ista prima solutio, nume.43.Abb.in capitulo testimonium, de testi.Alexand.in consi.152.colum.
3 tertia, & sequ.in quinto volum. vbi multos casus enarrat, quibus aliquis efficitur infamis † infamia facti. De eadem re, scilicèt, quotuplex sit infamia, & multa alia ad hoc facientia docuit Dyn.in capitulo infamibus,de regul.iur.in sexto. Bart.in l.j.ff. de his, qui not.infam.& Bald.in
4 Margarita,in uoce Infamia. & communiter infamis † dicitur esse is, cuius opinio apud bonos & graues uiros est grauata & læsa,non autem apud maleuolos & uiles: nam turpe est à talibus laudari: quia uidetur esse de complicibus laudantium. Abb.in capitulo inquisitionis.§.quæsi-
* uisti,de accusatio.vbi plenè de hoc. idque * communiter traditum esse ait Feli.in cap.omnipo-
5 tens,de accusat. Ex quo infertur eum, qui duas habet concubinas,† vel unam,quando est uxoratus,infamem esse saltem de facto. Dec.in consilio 530. & talis infamis infamia facti non potest esse procurator, neque iconomus ecclesiæ, nec etiam in bonis patrimonialibus clerico-
6 rum. Abb.in capitulo Imperatorum, de iuramen.calum. An autem infamis † verè priuetur ipso iure honoribus & dignitatibus iam quæsitis? Abb.in c.querelam, de iureiur. Bart.in d.l.j. ff.de his,qui not.infam.An infamis promoueri possit ad dignitatem? vide in l.Qui de libertate.ff. de liber.cau.glo. & alij, in dicto capitulo omnipotens. & an priuari possit beneficijs, si est clericus? Abb.in capitulo olim,de rescrip. & multa ijs similia uide per eundem Abb.in ca-
7 pitulo considerauimus,de elect. Nunquid infamis † possit esse tutor? Ias. in rubrica.ff. de iust. & iur. & an crimen probatum per exceptionem infamet? Abb. in cap. suffraganeis, de elect. & in capitulo cum dilectus, de ordi.cogni.Scias etiam illum non effici infamem, qui est damnatus per inquisitionem, Bar.in l.tutor.§.præterea.ff. de susp. tut. & in d.l.infamem.ff.de publ. iudic.& quæ habentur in l.fin.C.de susp. tut. & in l.j.C. de mod.mulc. & Abb.in d.capitulo in-
8 quisitionis,de accusat. Scias etiam infamiam † subsequentem non derogare ijs, quæ ab eo iam antea fuerunt legitimè facta. Abb.& alij in capitulo præterea,de testi.cogend. Quomodò autem fieri debeat,quando aliquis timet sententiam ferri contra se, ex qua deinde sequetur infamia, docuit Felin.in capitulo cum te,de senten.& re iudic.& quibus cautelis utendum sit ad euitandam infamiam, tradit Cæpoll.in cautel.12.A quibus autem aliquis restitui posset ad famam, & an ab Imperatore restitutus sit capax spiritualium, Feli.in dicto capitulo cùm te,Bar.
9 in d.l.infamem. Quid si infamis à superiore † admittitur ad testificandum, vtrum ex hoc restitutus esse intelligatur? Abb.& alij in d. capitulo præterea, de testi. cogend. An autem ille, qui confitetur crimen,pro quo efficeretur infamis,si contra eum lata esset damnationis sententia, efficiatur ob huiusmodi propriam confessionem infamis, etiam si sententia non proferatur? vide Barto.in d.l.infamem,& quæ ibi ad eum addidi. ff.de publ.iud.& glo.in l.ictus fustium.ff.
10 de his, qui not. infam.& Innocen.in capitulo super his, de pœn. Quid autem si aliquis † transigit super furto. Barto.in dicta l.infamem, & Abb.in capitulo at si clerici, de iudic.Quid si aliquis fictè confitetur delictum, scilicèt per contumaciam, an iste dicatur infamis? Respondeo quòd non: vt not.in l.eius qui delatorem.ff.de iur. fisc. & in l.filius.ff. de verborum obligatio. cùm enim hæc res odiosa sit, non potest uerificari in casu ficto, sed tantùm in uero. Ad quod facit id,quod posui ad Bartol.in l.si qua.ff.de his, qui sunt sui vel alieni iur. vbi fuit conclusum magis communem esse sententiam,bannitum per contumaciam uerè & propriè dici non pos-
11 se bannitum pro crimine. An autem ille, qui uerè est infamis † possit facere testamentum? Barto.in l.is cui.§. si quis carmen.ff. de testa.ait, testamentum facere posse; quoniam infamis exercere potest actus legitimos respicientes utilitatem priuatam, alioqui uerò in reliquis.
12 Verùm, si ipse infamis instituatur † hæres, vtrum fratres testatoris querelam habeant contra testamentum. Ias.in l.fratres.C. de inoff. testamen. An autem infamis si est præteritus, vel exhæredatus possit agere de inofficioso testamento, & dicere testamentum nullum? Ias. in l.in arenam. C.de inoffic.testamen. Redeundo autem ad id, quod Barto.ait in dicta l.Cassius,de
13 qua agimus, scilicèt, an infamis † possit esse testis, vide plenè apud Ias.in l.cunctos populos,in

ſecunda lectura. C. de ſumma Trinita. vbi quærit etiam an poſsit eſſe teſtis in cauſa hæreſis, & in crimine læſæ maieſtatis, & in alijs multis caſibus. ibi enim hæc infamiæ res latiſsimè tractatur. Et an infamis poſsit infamiam teſti obijcere; Iaſ. in d.l. in arenam. An omnis, qui eſt
14 infamis † de iure ciuili, ſit etiam infamis de iure canonico; Innoc. in capitulo qualiter & quando, colum. 1. de accuſa. id affirmat. pro quo facit l. ex ea. ff. de poſtul. Cæterùm, quia multoties boni incurrunt infamiam ex permiſsione Dei, vt purgentur, & probentur. capitulo ſunt plurimi. 6. quæſt. 1. ideò ad arcana conſcientiæ recurrendum eſt, & imitandus eſt Paulus, qui ait: Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2. ad Corint. 1. & Iob 16. inquit. Ecce in cœlo teſtis meus, & eo caſu infamia eſt uilipendenda, ut habetur in capitulo inter uerba. 11. quæſt. 3. vbi enim aliquem conſcientia non accuſat, is liber eſt inter accuſationes. Liber verò eſſe non poteſt, quem accuſat ſola conſcientia. cap. in cunctis, eadem cau. & quæſt. Et ideò Auguſtinus ad Secundinum Manichæum, ait, ſenti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet. quod relatum eſt in capitulo Senti, eadem cau. & quæſt. Et quam magnam cuilibet ſecuritatem innocentia præbeat, videre eſt in l. ſi non conuicij. C. de iniur. Bald. in conſilio 177. Cæcilia. & in conſil. 343. Examinanda ſunt. in primo volu. & Cra-
15 uet. in conſilio 6. nume. 38. Et propterea ſi contra innocentem † fertur ſententia, tantò eam curare non debet, quantò apud Deum, & eius eccleſiam, neminem grauare poteſt iniqua ſententia. hæc habentur in capitulo cui eſt illata. 11. quæſt. 3. quæ omnia etiam apud alios ratio ui
16 tæ anteactæ coadiuuat. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. benè enim peracta uita † omnibus præbet uſque adeò ueriſimilem coniecturam, vt etiam accuſatum pro crimine læſæ maieſtatis excuſet. cap. in primis, verſiculo, ſi uerò de crimine læſæ maieſtatis. 2. quæſt. 1. Ad rem faciunt trad. in cap. cum in iuuentute, de præſumpt. & plenè apud Feli. in cap. in literis, num. 7. de teſti. & in cap. ſuper his, colum. fin. de accuſat. id quod etiam B. Hieronymus ad Ruſticum ſcribens confirmat, cuius hæc ſunt uerba: Non eſt facile de ætate perfecta credendum, quam uita præterita defendit, & honorat uocabu lum dignitatis. nam dignitas quoque ad exculpandum aliquem non mediocriter prodeſt, vt uidere eſt in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. in l. deſertorem. §. 1. cùm glo. ff. de re milit. & in cap. fi. & ibi glo. de pœn. tradit Felin. plenè in c. paſtoralis, in princ. de off. deleg. ad rem facit tex. in c. non nos. 40. diſt. ibi, Quis enim ſanctum dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit?

17 Bar. in d.l. Caſsius, in fin. ait, eum, qui ſemel eſt malus, † ſemper malum eſſe cenſeri in eodem genere mali, ſiue in alio ſimili. Limita tu hoc non procedere, quãdo mali mores mutati fuiſſent, id quod iuris interpretatione intelligitur ſi bene fecerit per triennium. text. eſt ſingu. in §. ſancimus, in auth. de monach. quem ad hoc ibi not. Ang. & Roma. in conſi. 236. & Alexand. in l. ſi fideiuſſor. 2. §. ſi ſatisdatum, columna fin. ff. qui ſatiſda. cogan. & ibi etiam Salic. & in l. ſi minorem. colu. 3. ff. de in integr. reſtitut. min. hoc idem ſentit Imol. in cap. cùm deputati, de iu. & Iaſ.
18 in l. ſi prius. ff. de oper. nou. nunci. Vltima † enim attenditur conſuetudo. Iaſ. in l. in arenam. C. de inoff. teſtamen. vbi loquitur de filia peccatrice, quæ pœnituit, & multa alia ſimilia aggregauit. Attende tamen quia prædicta limitatio morderi poſſet, & ampliari, dicique ſufficere, ſi is ſemel bonus ſit, abſque eo, quòd triennalis exigatur conſuetudo, per tex. in §. ſi uerò, in d. auth.
19 de monach. vbi glo. in uoce, amator, ait, illum, qui ſemel eſt bonus, † ſemper bonum eſſe cenſeri, ſicut contrà, ſemel malus, ſemper præſumitur malus. atque ita ſentire uidetur hæc duo à pari procedere: quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina. ad rem facit. l. nihil tàm naturale. ff. de regu. iur. Sed reſponderi poteſt, argumentum hoc non urgere propter rationis diuerſitatem. difficillimum enim eſt malam uitam mutare, vt habetur in d. §. ſancimus. & ideò illa triennalis perſeuerantia requiritur. Ad documentum uerò Bart. in d. l. Caſsius, adde Alexand. in conſilio quinto, in primo volumine. Feli. in cap. præſentium, colu. 8. de teſti. in cap. teſtimonium, colu. 2. eod. titu. in c. cum uenerabilis, de except. col. 17. & in c. cum in iure, de off. deleg. vbi uideas omninò.

Summarium in l. fœminæ. ff. de Senat.

1 *Vxor radijs mariti illustratur, etiam marito mortuo, donec alteri nubat.*
2 *Vxor an à marito Rege appellanda sit Regina.*
3 *Vxores clericorum gaudent priuilegio clericali.*
4 *Duæ negationes faciunt unam affirmationem.*
5 *Si tres negationes circa idem proferuntur, neq; sequitur absonus intellectus, an faciant unã affirmatiuã.*
6 *Significationi & uerborum interpretationi semper innitimur, etiã uiolata ipsorum uerborũ proprietate.*

Bar. in l. fœminæ. ff. de senat.

1 BAR. in d.l.fœminæ, colligit ex isto tex. uxores † radijs maritorum illustrari, etiam marito mortuo, donec alteri nubat, qui sit gradus inferioris. Adde Feli. in c. super eo. 2. de testi. & tex. in l. militares. C. de dignit. & in §. si verò, in auth. de Consul. & in l. fi. C. de nup. & Mar. Soci. iun.
2 in consi. 76. nu. 125. & 126. Et ideò quæritur utrum uxor † à marito Rege appellanda sit Regina? Corset. in tract. de potestate regia. num. 54. Et id, quod ait Bart. uxorem retinere dignitatem mariti, donec nubat inferiori, limitatur primò, nisi domicilium transferat: secundò, nisi inhonestè uiuat: quoniam eo casu amittit dignitatem, & tutelam, ac omnia priuilegia: tertiò, nisi monasterium ingrediatur. Hæc omnia plenè docuit Ant. Corset. in d. tract. de potestate re-
3 gia. nu. 48. cum sequ. Et ex prædictis deciditur etiam, uxores † clericorum gaudere priuilegio clericali. Feli. in c. nullus iudicum. nu. 5. de for. compe.
4 Barto. in d.l.fœminæ. in fin. ait, duas negationes † facere unam affirmationem. Adde tex. in l. duobus negatiuis. ff. de uerbo. significa. & Abb. in cap. in nostra, in primo not. de rescript. Bart. & alios in l. j. C. de seru. fugit. & plenè Rom. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. sed hoc Bar. documentum limitatur procedere solùm quando duæ negationes referuntur ad idem, siue ad diuersa in eadem oratione contenta. Item limitatur, nisi contrarius, vel absonus intellectus sequeretur: nam tunc una negatio stat propriè, & altera superabundat. plerunque enim ex abundantia cordis negatio geminatur. hæc Abb. in capitulo & si Christus, colu. 3. versicu. venio
5 ad glo. de iureiur. vbi subiungit etiam, quid si tres negationes † circa idem proferuntur, neque sequitur absonus intellectus? concluditque duas primas negationes facere affirmationem, & tertiam stare propriè, ita quòd alias destruit, & remanet negatiua. id, quod ait, esse menti tenendum. & hæc fuit decisio Bart. in d.l. duobus, & in l. vna. ff. de cadauer. punit. & Alber. in l. j. C. de seru. fugit. & in suo Dictionario, in uoce Nec, & in uoce, Negatio. Limitantur etiam prædicta de duabus negationibus, non procedere, quando ab homine rudi & ignaro fuissent prolatæ: quoniam non affirmarent, secundum Bald. & Salci. in l. qui se patris. C. vnde lib. & Maria. Soc. iuni. in consi. 116. nume. 21. Animaduerte tu in re proposita, de significatione duarum negationum, quoniam puto hoc noua declaratione indigere, scilicèt, vt hoc totum ferè semper arbitrio iudicis relinquatur, qui rei, de qua agitur, qualitate inspecta, & forma uerborum, quæ proferuntur, iudicet, an affirment, an negent. Exemplum pone: Tu rogas me, ut aliquid faciam pro te; ego respondeo, non possum non facere, quod uis. certæ istæ duæ negationes pro affirmatione semper accipientur. Pone modò aliud exemplum: Tu dicis mihi, caue ne aliquid tale facias. ego respondeo, non, non. Quis iudicare audeat has duas negationes affirmare? Similiter, si ego in magistratu constitutus habeo causam coram me, & litigans vult mihi dare munera, ego uerò ea repudians dico: Nolo, nolo. Debet ne ex his inferri me ea uelle? Absit, immo ad maiorem efficaciam negationis geminatio hæc proferri solet, secundum Bar. in l. cum scimus. C. de agric. censi. lib. decimo. Et hæc à communi usu loquendi corroborantur,
6 cui in significatione & uerborum interpretatione † potissimùm semper innitimur, etiam uiolata ipsorum uerborum proprietate, vt plenè habetur apud Feli. in proœm. Decretal. & Bart. cum ibi per me ad eum addit. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. ita quòd ego sentio certam & firmam regulam dari non posse. Tamen circa prædicta uide in auth. de hæred. & falcid. in

princ.& in l.manifestæ.ff. de iureiur. & in dicta l.j.C. de seru.fugit. vbi Docto.& maximè Ias.& omninò in proposita re uide Ant.Corset.in tract.de uerbis geminatis.

Summarium in l.Senat.ff. de Senato.

1 *Senatoria dignitas proprium domicilium non mutat, sed aliud addit.*
2 *Si pedona efficitur regina, an uerificetur pactum factum ab aliquo, qui uolebat dare scaccum mattum cum pedona.*
3 *Vbi accidens mutat omninò alicuius rei naturam, illud attenditur.*

Bar.in l.Senatores.ff.de Senat.

1 BART. in d.l.senatores, colligit ex isto tex. senatoriam † dignitatem proprium domicilium non mutare, sed aliud addere. Adde tu quòd dignitas superueniens nunquàm debet esse diminutioni priorum commoditatum, sed augmento. Alexand.in consilio 32. in quinto volumine. & plenè posui suprà in lucubrat.in Barto. in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui uel alieni iur.

2 Barto.in dicta l.Senatores,ibi, & est argumentum, † quòd si pedona efficitur domina. vide Abb.in cap.quoniam Abbas.colum.penul.& fi.de off.deleg.& opin.Bar.tenet Alber.in l.clam possidere, per illum tex.ff.de acquiren.possess.& Ange.in l.si longius, per illum tex.ff.de iudic.
* & ibi uide Dec. sed opin.Iacobi de Are.relatam per Bart.testatur esse * communem Imol. in l.
3 falsa.§.primo.ff.de condit. & demonstra. quia vbi accidens mutat † omninò alicuius rei naturam, illud attenditur.l.prima.§. bestias.ff. de postul. Tamen ego Bartoli sententiam ueriorem esse existimarem ex ijs, quæ suprà diximus numero primo. & pleniùs in lucubrat. in Barto.in l.item in potestate.num.3.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. quoniam ea est uis dignitatis superuenientis, vt prosit, & nihil auferat, & tanquam res fauorabilis latè intelligatur. alioqui uerò est in dicto §.bestias, vbi materia strictè est intelligenda, cùm ibi agatur de re prohibitoria, ne quis postulare possit. Proinde de odio ad fauorem non recta solet fieri illatio.cap.odia, de reg.iur.in sexto.cùm vulg.

Summarium in l.vnica.ff.de off. Consulis.

1 *Causa coram uno ex Consulibus cœpta, non potest coram alio terminari, nisi in casu necessitatis.*
2 *Consules singuli possunt auctoritatem interponere.*
3 *Habens administrationem insolidum, quilibet potest administrare.*
4 *Vtrum si ille coram quo cœpta est lis, ægrotaret, possit agi causa coram alio.*
5 *An & quando personæ industria censeatur electa.*
6 *Vbi electa est industria personæ an possit aliquis filium substituere.*
7 *Potest alius subrogari ab eo, qui absens esset ex causa sibi utili & necessaria.*
8 *Prætor uel Episcopus an possint uices suas committere vicario aut vicegerenti in his, quæ sibi mandata siue delegata fuere.*
9 *Confessio est species probationis, & nu. 16.*
10 *Confessio non est probatio sed releuatio ab onere probandi.*
11 *Negatiua, quæ communiter probari non potest, ex confessione probatur.*
12 *Illa est probatio legitima, quæ fit per testes, & per instrumenta.*
13 *Probatio oculata etiam publicatis attestationibus fieri potest.*
14 *Legum præsumptiones dicuntur liquidissimæ probationes.*
15 *Statuto excludente probationem, non exclusa intelligitur confessio.*
16 *Confessio an sit probationis species.*
17 *Confessio ad hoc ut præiudicet confitenti, requiritur ut sit facta præsente parte.*
18 *Confessio extraiudicialis an probet.*
19 *Confessio facta in iudicio uel aliter, dum tamẽ de eius validitate non dubitetur, facit rem esse notoriam.*

20 *Confessio huiusmodi aliquando in criminalibus facit inditium ad torturam.*
21 *Confessio an semper præiudicet confitenti.*
22 *Confessio etiam facta in iudicio, non præiudicat nisi fuerit à parte siue à iudice acceptata.*
23 *Confessio in his, quæ à confitentis voluntate non pendent, nocere non potest.*
24 *Fratus à furioso non distat nisi in tempore.*
25 *Confessio à patre in testamento facta, in quo se Titio centum debere confiteatur, non probat quò ad minuendam legitimam filiorum.*
26 *Confessio facta in testamento an & quando præiudicet.*
27 *Confessio facta absente parte pro exoneratione conscientiæ suæ an probet.*
28 *Confessio ab errore proueniens etiam sæpe repetita, non nocet.*
29 *Confitens propositionem aliquam censetur solum dictum principale fateri, non autem qualitatem ei annexam.*
30 *Si confessio facta esset in iudicio, vel interueniente iuramento, valeret, etiam si causa non subesset.*
31 *Confessio facta in libello precatorio porrecto principi plenè probat.*
32 *Contractus carceratorum licèt ualere non soleant, tamen quando sunt utiles ipsis carceratis valent.*
33 *Confessio extraiudicialis facta in causa criminali an præiudicet.*
34 *Confessio extraiudicialis si fieret coram magna hominum multitudine utrum præiudicet confitenti.*
35 *Confessio criminis facta à minore, si non apparet eum esse culpabilem nisi ex sola confessione, debet restitui.*
36 *Confessio rei si à iudice dolo fuit extorta, vt promittendo illi impunitatem, si delictum confitetur, an ex tali confessione puniri possit.*
37 *Si confessio criminis facta est metu, non nocet.*
38 *Confessio facta in causa criminali non præcedentibus legitimis inditijs irrita est & inanis, neque confirmatur.*
39 *Confessio facta in causa criminali non præcedentibus legitimis inditijs, etiam si post tormenta sit repetita, iure spontanea dici non potest.*
40 *Quæ indicia dicantur sufficientia ad torturam.*
41 *Multi sunt casus in quibus socius criminis potest interrogari.*
42 *Confessio facta in iudicio ciuili an probet in criminali inter easdem personas.*
43 *Confessio qualificata an acceptari possit sine illa qualitate.*
44 *Confessio facta in instrumento habente executionem paratam ex forma statutorum plenè probat.*
45 *Confessio facta inter personas prohibitas an probet.*
46 *An ex huiusmodi confessione possit agi etiam contra tertium possessorem.*
47 *Quam prælationem habeat dos confessa quò ad anteriores creditores.*
48 *Confessio dotis receptæ semper in fraudem censetur facta, quando quantitas excedit qualitatem ipsorum iugalium.*
49 *Confessio dotis receptæ facta in testamento mariti an ualida sit.*
50 *Confessio an reuocari possit.*
51 *Confessio ficta & per contumaciam facta, vel per errorem, an possit reuocari.*
52 *Confessio geminata an & quando sit reuocabilis.*

Bart.in l.vnica.ff.de officio Consulis.

1 BART. in d.l.in princ.ait, causam coram † uno ex Consulibus cœptam, non posse corã alio terminari, nisi in casu necessitatis. Vide tu Alex.in l.si mihi, in prin. ff.de leg.1.

2 Bart.in ead.l.vna, uersiculo, oppono dicitur hic, ait, singulos † posse authoritatem interponere; quia hic sunt ordinarij, & in l.duo ex tribus, de re iudic. sunt delegati, vide tu ad hæc Aret.in consi.26.col.4.

3 Bar.in d.l.versic.oppo.dicitur hic, quòd habent † administrationem in solidum, ait: quædam

esse officia publica authoritate & utilitate, quæ à lege dantur, & tunc quilibet administrationem habet insolidum. & reliqua ut ibi per eum. ad quæ adde Abb.qui idem tenet,in c.prudentiam,in princ.de offi.deleg.& ibi Dec.colu.4. vide Imol.& Alex.in l.si uni,ff.de re iudi.Aret.in consi.163.col.3.& 6.& in consi.165.col.pen.

4 Bar.in eadem.l.versiculo, Quæro quid si ille, disputat, vtrum si ille, coram † quo iam cœpta est lis,ægrotaret,possit agi causa coram alio? & distinguit,vt ibi per eũ. De hac re uideas Dec. in c.prudentiam,colu.3.versic.secunda conclusio, de off.deleg. vbi agit de notario ægrotante possit ne alteri uices suas committere an non. Et generaliter,an & quando officialis,magistratus, vel operarius possit alium substituere, vide Spec.in tit.de sala.§.fi. propè fi. Bar.in l.continuus.§.si ab eo.ff.de verb.oblig. Abb.& Philip.in c.fi.de off. deleg. & Ias.in l.quæcunque.ff.de offi. eiu.& est tex.ex quo colligit Bar.aliquem posse substitutum facere, nisi sit electa industria
5 personæ,in l.j.C.de præpos.agent.in reb.lib.12. & an & quando personæ † industria censeatur electa, vide Philip.in ca.licèt ex quadam,colu.2.versiculo,Et ratio prædictorum est,de testi.& Felin.in c.quoniam,§.1.de off. deleg. Attende autem in re proposita, quia ad hoc ut substitutio valeat in casibus in quibus fieri potest,necesse est alium substituere, qui sit æquæ conditionis,scilicèt, vt doctor doctorem substituat; vt tradit Barto.in d.l.j. in fin.C.de præpos.agen.in reb.lib.12.& talis debet esse substitutus,qui à principio eligi potuerit, alioqui subrogari nõ potest: ita Bald.colligit ex tex.in l.parabolani.C.de episco.& cler.ad quod videas Feli.in c.1.colum.3.de summ.Trinit. alioqui fieret fraus statuto de nomine ad nomen. Bar.& Bal.in l.nemi-
ı ni.C.de aduoc.diuers.iudic. Bal.in l.non dubium, colu.3.versicu. quarto modo.& ibi Ias.C.de legi.ad rem facit tex.in c.auaritiæ, de elect. in sexto. vbi ille, qui non potest tanquam prælatus administrare ante confirmationem factam à superiore, non poterit etiam tãquam procurator administrare,atque ita sub alio nomine. Accedit ad hæc tex.in l.scire.§.si mater.ff. de tutor.& curat.dat.ab his. vbi pater,qui tanquam pater bona filiorum administrare non potest, hoc idẽ tanquam procurator facere prohibetur,secundum trad. in l.cùm quid una uia,de reg.iur.in 6. & ad prædicta uideas glo.& Io.de Plat.in l.j.C.de priuileg.schol.lib.12.& Bald.in l.fraus.ff.de legi.& Dominic.de S.Gemin.in d.c.auaritiæ, & ibi Philip.Franc. vbi per illum tex.aiunt,eum, cui prohibita est administratio,prohibitum esse sub quocunque nomine, & in totum & in partem,ita ut nullo pacto se in administratione huiusmodi immiscere possit. dicuntque hoc esse adnotandum ad statuta, quæ prohibent officia ciuitatis, nam isti tales non poterunt subroga-
6 ri, neque alio quocũque nomine illa officia exercere. An autem ubi electa est † industria personæ possit aliquis filium substituere,tradit Philip.in cap.afferte, colum.1.de præsumpt.idque fieri posse tradit Roman.in l.j.ff. in ius uocan. vt eant. & in singul.663.incip. Ille cuius electa. dicens esse tex.sing.in l.sciendum.§.legati.ff.de legat.& dicit ita fecisse Bald. Papiæ, quamuis
7 hoc non placeat Feli.in cap.secundo de præsump. Potest etiam alius subrogari † ab eo, qui absens esset ex causa sibi utili & necessaria,ut si iuisset ad balnea. l.si absente.ff. de legati.& l.pollicitationibus.ff. de pollicit. quæ duæ leges citantur ad hoc à Rom. in dicto singul. 663. Potest etiam fieri substitutio ab eo, qui uel habet priuilegium,uel sit illustris. tex.in l.nullus,qui nexu. C.de Decurion.lib.10.quem esse not.ait Rom.in d.sing.663.An autem & quando prętor,uel
8 Episcopus † possint uices suas committere vicario, aut uices gerenti, in ijs, quæ sibi mandata siue delegata fuere, vide Dec.in cap.quoniam Abbas. nume.26.de off. delega.Et an & quando delegatus subdelegare possit, vbi electa fuit industria personæ, ut putà per clausulam,tuam conscientiam oneramus, vide Soci.in consi.59.in primo volumine. & Felin.in dicto capitulo quoniam.§.1.de off.deleg.

9 Bar.in d.l.in fi.ait,confessionem † esse speciem probationis. Adde quòd contra hoc uidetur
* esse * communis doct. sententia,ut testatur Feli.in rubrica, de probat. colu.fi.ubi multos etiam
10 retulit,qui ad hanc opinionem,quam tenet Bar.accesserunt.dicitque confessionem † non esse probationem,sed releuationem ab onere probandi.Idem tradit Ias.in l.cùm te transegisse. nu. 6.C.de transact. & ideò infert Felin.ad statutum,quo reijcitur probatio, ut propterea non intelligatur

telligatur reiecta probatio confessionis. Sed aduerte quoniam ista videtur mihi esse sola uerbo
rum contentio, non autem rei ueritate inspecta. idque etiam ex mente illorum conijcitur, qui
aiunt confessionem uerè & propriè probationem dici non posse. nam sentiunt eam esse plus-
quàm probationem cõem, & hãc se habere ad confessionẽ sicut se habet illud, quod est minus
11 ad illud, quod est plus. inquiunt enim, negatiuam † quæ cõiter probari nõ potest, ex confessio-
ne probari. Similiter etiam contra præsumptionem iuris & de iure probatio admitti non solet,
& tamen non reijcitur confessio, ut ait Feli. in d. rubr. & in c. quoniam contrà. nu. 51. eod. tit. de
probat. ita ut re uera etiam ipsimet sentiant probationem illam communem, & confessionem
habere se ut plus, & minus: quia id, quod ab illa fieri non potest, confessionis potentia opera-
tur. sed plus & minus non differunt specie, secundum Bar. & alios in l. j. ff. de acquir. poss. Et ad
hoc vide Dec. in l. in eo quid plus. ff. de reg. iur. itaque pro ampliori & illustriori huius inuesti-
gationis intellectu, cõsiderandum est, etiam si communiter dici soleat, illam esse probationem
12 † legitimam, quæ fit per testes, & per instrumenta, ut ait Dec. in consi. 18. Feli. in d. rubric. col.
pen. dicens, tex. esse meliorem de iure, in c. cõsultationi, de sponsal. & Ias. in l. admonendi. ff. de
iureiur. tamen illa dicitur esse uera, & perfecta probatio, quæ mouet animum iudicis ad creden
dum; & ideò in hac re dari non potest certum & inuariabile documentum, sed totum id relin-
quitur arbitrio iudicantis. tex. est not. vbi Abb. & alij, in c. præterea, de testi. Soc. in consi. 187.
13 col. 2. & in cõs. 262. col. 5. in 1. vol. Bar. in d. l. admonendi. Et ideo probatio † oculata etiam pu
blicatis attestationibus fieri potest. Bal. sing. in l. j. c. quam prouoc. non est necess. & Firmia. in
tract. de episcopo, in 5. par. quarti libri quæst. 11. Et ubi probatio temporis certa & determina
ta requiritur, sufficit probatio præsumptiua. tex. est sing. secundum Innoc. & Ant. de Butr. in c.
proposuit, de cleric. excomm. & tradit Aret. in consi. 51. sic etiam multæ præsumptiones plenę
sufficiunt probationi. Soc. in cons. 37. in 3. uol. Crauet. in consi. 158. nu. 2. Similiter & legum
14 præsumptiones † dicuntur liquidissimæ probationes. Soc. in cons. 23. col. 6. in 1. uolu. Dec. in
consi. 222. Et ideò ubi in aliquo actu liquida probatio exigeretur, sufficit illa probatio, quæ fit
iuris interpretatione. Feli. in c. prudentiam, de off. deleg. Immo etiam si statutum exigeret pro
bationem instrumentorum, hæc tamen sufficeret, secundum Ias. in cons. 25. in 1. uol. cùm igitur
ex his omnibus liqueat totam hanc rem in arbitrio iudicis residere, & rursus cùm confessio sit
ualidissima ad mouendum animum iudicis ad credendum, ut ab exemplis paulò ante memora
tis colligitur, illud sequitur, ut uera probationis species debeat appellari, secundum intentionẽ
15 Bartoli: de qua ortus est sermo. Nec reluctatur id, quod Feli. ait de statuto excludente † pro-
bationem, quod tamen non intelligitur reiecta confessio. quoniam, cùm hìc agatur de prohibi
tione probationis, res est odiosa, & restringibilis, ideò non porrigitur ad cõfessionem, quæ est
efficacissima probationum, & alijs antecellit ad inclinandum iudicis animum ad credendum.
Et quod sit uerum, pone exemplum in statuto disponente affirmatiuè, ut putà, creditori legiti
mè probanti creditum suum, statim executio concedatur: iste probabit creditum ex confessio
ne debitoris, nonne in statuto continebitur? proculdubio, quia si probatio per testes, & per in
strumenta sufficeret, quæ sunt debiliores, quàm sit confessio, ut uidimus suprà, consequens est,
ut multò magis hęc fuerit comprehensa in statuto; quia si de quo minus uidetur inesse, & inest,
ergo & de quo magis. auth. multò magis. de episc. & cleric. neque urgent illa quæ considerat
Feli. in d. rubrica de probat. scilicèt, quandoque in legibus inueniri, illum qui confessione uti-
tur, perinde esse ac si probationibus uteretur, quę quidem uerba, & his similia indicant impro-
priam significationem. nam hoc fit habito respectu ad id quod communiter fieri solet, scili-
cèt, qua probationes in testibus, & instrumentis, & alijs scripturis plerunque consistunt. Et an
16 confessio † sit probationis species, videatur Feli. in c. meminimus, col. 2. de accus. sed quicquid
sit, postquàm hic de ui confessionis agitur, de nonnullis ad rem facientibus quærendum est, vt
vberior hæc inuestigatio fiat. Et primum, quæ nam ad essentiam confessionis requirantur ad
hoc ut præiudicet, vide gl. & Abb. in c. fi. de confess. & quotuplex sit confessio, & de effectu cu
iusque vide plenè apud Feli. in c. si cautio, de fid. instr. & inter cætera scias, ad hoc ut confessio

† præiudicet

17† præiudicet confitenti,requiri,ut facta sit præsente parte.Soc.in consi. 20.col.pe.in 1.volum. Quod tamen limita & declara,ut per Alex.in consi. 115.col. 2.in 7.uol.Quid autem sit quando
18 confessio † extraiudicialis est,vide latissimè apud Feli.in c.olim.nu.4.cum seq.de rescrip.& in d.c.si cautio,& de hac extraiudiciali facta prẹsente parte,vide Soc.in consi. 228.col. 1.in 1. uol. ubi uult,quòd releuet ab onere probandi. idem est etiam quando huiusmodi confessio extraiudicialis facta esset cum iuramento,licèt absente parte ; quia perinde est ac si facta fuisset præ sente parte. Alex in consi. 88.in 7.uol. Feli.in d.c. si cautio.nu. 21. Quid si confessio extraiudicialis est geminata? Dic idem operari,& eandem uim habere,quam habet etiam iudicialis,hoc est facta in iudicio.Bar.in l.cùm scimus.C.de agric.& censi.lib. 11.Rom.in l.si uerò. §. de uiro. ff.sol.matr.in fall. 31.Soc.in consi. 127.col. 2.in 3.uol.Feli.in d.c.olim,nu. 17.& in d.c.si cautio, nu. 29.uersi.fallit ultimò.Hæc uerò,quæ de confessione extraiudiciali hactenus dicta sunt, solùm quando ciuiliter agitur,sunt intelligenda : quid uerò in causa criminali, hoc infrà aptius
19 aperietur.Confessio † autem facta in iudicio,uel aliter,dum tamen de eius ualiditate non dubi tetur,facit rem esse notoriam.gl.in c. fi.de cohab. cler.& mul. & tollit omnem nullitatem processus & probationis.excipio tamen nullitatem ex defectu iurisdictionis prouenientem.Soc.in consi. 108.col.pen.in 4.uol.nam confessio facta coràm iudice incompetenti, nullius est roboris,& momẽti,ut ibi per Soc.& Abb.& Feli.in c.at si clerici,in princ.de iudic.& ideò huiusmodi confessio non facit notorium.Adde Alex.in consi. 18.col.4.in 4. uol. Aduerte tamen, quia
20 quandoque in criminalibus † huiusmodi confessio facit indicium ad torturam, ut opportunè paulò post enarrabitur.Et an confessio facta coram arbitro uel arbitratore præiudicet confitẽ ti, quando extat statutum, quod talis sententia executioni mandetur perinde ac si à iudice facta fuisset, Et quæ nam requirantur, vt confessio præiudicet ; Alexan.in d.consi. 18.cum
21 seq.in 4.volu. Quæro an semper confessio † præiudicet confitenti ? dicas quod non, quando enim non sufficit ueritas sine solennitate ; ut putà,si confitetur aliquis testamentum,& non ap pareat,quòd in eo interuenerit requisita solennitas,confessio non præiudicat;quia non sufficit aliquid esse factum,nisi sit & solenniter factum.Soc.in consi. 92.col. 5.in 3.uolu.Item confessio
22 † etiam facta in iudicio nõ præiudicat,nisi fuerit à parte,siue à iudice acceptata.l.iubemus,vbi Sali.C.de liber.cau. Ias.in l.qui Romę.§.cohæredes.ff.de uerb.obli.Feli.in d.c.si cautio.Rursus confessio falsa in parte,videtur esse non uera in totum.Soc.in consi. 73.col. 3.in 3.uolu.ad rem faciunt trad per Rom.in consi. 26.& per Feli.in d.c.si cautio,col. antep. Quid autem si confessio est euidenter falsa in totum,ut putà,confitetur aliquis se recepisse id,quod nõ recepit : utrũ tanquam ab errore proueniens esse inualida censeatur,an uerò præiudicet tanquam facta scien ter de eo,quod est falsum ? Imol.in consi. 1.Attende tamen,quia si aliquis,ubi agitur de crimine,fateretur id,quod non est, ut se esse vsurarium cùm non sit : & se furtum commisisse, cùm
23 res esset sua,non præiudicat ueritati,nec sibi. Crauet.in consi. 48.nam confessio † in ijs, quæ à confitentis uoluntate non pendent,nocere non potest.Feli.in c.tuis quæstionibus,de testib.Illud etiam scias,confessionem,quæ calore iracundiæ fit,irritam esse.Rom.in sing. 508.ubi multa alia scitu digna commemorat de ijs,quæ iræ impetu proferuntur,vel fiunt.cui adde Dec.in l.quicquid calore.ff.de regul.iur.& Felin.qui planè rem hanc enucleauit in c.sicut ex literis,de iureiur.& in c.dilecti filij.nu. 15.cùm seq.de excep.& in ca.Matthæus.de simon.& in c.cùm te. nu. 9.de sent.& re iud.Abb.in c.olim,de rescrip.& in d.c.sicut ex literis,Ias.in l.si quis filiam. C. de inoff.testa.& Marcum Antonium Bauarium in tract.de uirtute iuramenti, num. 144. Iratus
24† enim à furioso non distat,nisi in tempore.& ideò non dicitur delictum incipere,si delinquit, sed ille,qui eum ad iram prouocauit,secundum Arist.quem refert Bal.in consi. 143.Super quæ stione,in 2.uol.quæ omnia diligenter attende pro illius defensione,qui iræ impetu deliquisset.
25 Ad rem autem redeundo,sciendum est confessionem † quoque à patre in testamento factam, in quo se Titio centum debere confitebatur,non probare quò ad minuendam legitimã filiorũ
26 nisi hoc uerum esse probaretur.Ias.in l.j.ff.de eo,per quem fact.Et an & quando confessio † facta in testamento præiudicet,& quid si ipsum testamentum postea reuocetur, vide Angel. in consi.

consi.181.Alex.in consi.45.in 1.uol.& in consi.122.in 7.uol.Soc.in consi.71.col.2. in 1. vol. & in consi.294.eod.uol.& in consi.74.col.2.in 3.uol.& Alex.in l.& si pepercerit.§. si ita testa-
27 toris.in fi.ff.de lib. & posthu. An autem confessio † facta absente parte pro exoneratione conscientiæ suæ probet? Bal.in l.generaliter.C.de non num.pec.Alex.in consi.195.in 7.vol. Aret. in consi.64.col.pen. Canonistæ. & præsertim Feli. in d.c.si cautio,& in c.olim,ubi etiam Abb.
28 de rescript.Non est silentio prætereundum,confessionem † ab errore prouenientem,etiam sæpe repetitam non nocere.Bald.in l.j.C.de erro.calc.Alex.in consi.12.in 1.uolu. Quid si uigore huiuscemodi confessionis fuisset lata sententia, quæ in rem iudicatam transiuisset? dic eam per restitutionem in integrum esse delendam.testis est Alex.in consi.60.col.pe.in 4.uol. Illud etiã scias,confessionem, quæ à parte non est acceptata, non sufficere, & ideò testes, qui de confessione facta,parte præsente testantur,debent addere,parte petente,& instante, uel acceptante,
29 alioqui non probant.Alex.in consi.111.col.4.in 3.uol. Confitens † autem propositionem aliquam,censetur solùm dictum principale fateri,non autem qualitatem ei annexam.ut si accusatus est pro eo, quòd cum Berta Titij uxore adulterium commiserit, & ipse fateatur se Bertam cognouisse,non propterea intelligitur,eam esse uxorem Titij cõfiteri.Bar.in l.si cui.§.si à filio. ff.de leg.1.Dec.in cons.593.An & quando confessio facta in instrumento dicatur causam continere,& quando non,ita quòd reddatur inefficax,secundum.l.cùm de indebito.§.fi.ff.de probat.vide Alex.in consi.83.in 1.vol.ubi bene loquitur in materia.d.l. cùm de indebito. Tamen
30 attende, quia si confessio † facta esset in iudicio, vel interueniente iuramento ualeret, etiam si causa non subesset.Marcus Antonius Bauarius,qui aliquos refert in tract.de virtute iuramenti.nu.114.Ad rem faciunt trad.per Feli. in d.c. si cautio. An autem confessio facta in instrumẽto (ut aiunt) confessionato probet actualem numerationem? Alex. in consi.167.in 1.uolu.aliquid per Soc.in consi.4.in 1.vol.Et si probari posset, nihil fuisse numeratum tempore confessionis,ei si esset minor,in integrum restitutio concederetur.& ad probandã huiusmodi læsionem,unus tantùm testis plenæ sufficeret probationi. Bal.& Salic.in l.vnica. C. de confess. quos
31 sequitur Soc.in consi.73.col.3.in 3.uol.Confessio † autem facta in libello precatorio porrecto Principi plenè probat.l. conditioni.& ibi Iaſ.C.de instit.& subst.An confessio facta in carcere, tàm in iudicio ciuili quàm criminali ualida sit? Raph.Cuma.in cons.157.Ad rem faciunt trad.
32 in l.qui in carcerem.ff.quod met.cau.vbi agitur de contractibus carceratorum, † qui quamuis ualere non soleant,alioqui tamen est quãdo utiles sunt ipsis carceratis.Bal.in rubrica. C.de rescin.vend.versic.Hoc uerum nisi contractus sit utilis carcerato.Dec.in consi.691.num.5.& de hac materia vide Bar.in l.qui à latronibus.ff.de testa.& quę addidi ad Bar.in d.l.qui in carcerẽ,
33 quia deseruire poterunt huic confessioni factæ à carcerato.Nunquid autem confessio † extraiudicialis facta in causa criminali præiudicet? & dicendum est quod non. sed hoc fallit in multis casibus,ut uidere est apud Feli.& alios in d.c.olim,de rescript.in c.qualiter & quando,de accus.in d.c.at si clerici,vbi Abb.de iudic.& in d.c.si cautio,de fid.instr.vbi nu.20.ait,eam facere iudicium ad torturam.idem ait Abb.in c.quã graue,de excess.prælat.citat Bar.in l.capite quin-
34 to.ff.de adult.Quid si fieret talis confessio † coram magna hominum multitudine,utrum præiudicet confitenti? Feli.in d.c.olim.nu.10.Hic tamen animaduerte quia & si confitens crimen extra iudicium pœna ordinaria puniri non possit,tamen est pœna extraordinaria condemnandus,tanquàm maledictus,qui gloriatur cùm malè fecerit,ita sing.dixit Innoc.in c.quàm sit, de excess.prælat.Abb.& Feli.in d.c.olim.Et an talis confessio irroget infamiam clerico, pro qua
35 priuari debeat beneficio: Abb.& alij in d.c.olim.Confessio † autem criminis facta à minore, si non apparet eum esse culpabilem,nisi ex sola confessione,debet restitui. Angel.in l. certum. §.in pupillo.ff. de confess. Alex.in cons.115.in 3.uolu.Quid autem si maior spontè confiteatur delictum absque aliquibus indicijs,an ipse condemnari poterit,quando pœna sanguinis inge-
36 ritur? Alex.plenè in consi.19.in 7.uol. Quid si cõfessio † rei à iudice dolo fuit extorta,ut promittendo illi impunitatem,si delictum confitetur,an ex tali confessione puniri possit? opiniones sunt pro utraque parte,tamen ueritas est,quòd non,secundum Dec.in l.ea est natura cauillationis.

lationis.ff.de reg.iur.quamuis contrarium sentiat Feli.in c.afferte,col.1.de præsumpt. An con
fessio rei super inquisitione formata contra eum ineptè,sit potens ad condemnandum confi-
37 tentem? Ang.in consi.178.quid si confessio † criminis facta est metu,dic non nocere. Ang.in
consi.377.& de hac re uide Feli.in c.qualiter & quando.§.licèt autem, de accusat. Pariter etiã
38 confessio † facta in causa criminali,non præcedentibus legitimis indicijs, irrita est & inanis,ne
que confirmatur quamuis post habitam quæstionem indicia superueniãt.glo.est sing.in l.mari-
tus.ff.de quæst.quam extollit Bal.in l.fi.C.de accusat.& Rom.in sing.131.Alex.in cõsi.1. & in
consi.52.in 3.uol. Et hoc procedit etiam si huiusmodi confessus in ea confessione perseuera-
ret.l.pe.vbi gl.& Bar.ff.de quæst. Ang.& alij in l.qui in aliena.§.Celsus.ff.de acqu.hæred.Alex.
in consi.325.in lib.in quo primi & secundi uolu.consilia continentur.Imol.in consi.109.Et de
39 hac re uide Felin. in c.ad nostram,de probat.& Curt.in consi.59.Adde quòd confessio † hæc,
etiam si post tormenta sit repetita, iure spontanea dici non potest; quoniam uiget adhuc illa
torquendi potestas.Aret.in consi.14.col.12.ubi refert Bar.sibi ipsi fuisse contrarium. ad quod
uide Soc.in consi.263.in 1.vol.quantum uerò quiescere debeat tortus ad hoc vt cõfessio spõ-
tanea intelligatur,Bart. in l.si quis in ea,de custod.re.dixit not. tortum saltem per diem uel no-
ctem debere quiescere.ad quem accedit Anan.in consi.17.nu.6.Ang.uerò in d.§. Celsus, ait,
40 hoc in iudicis arbitrio residere. Quæ autem indicia † dicantur sufficientia ad torturam, tradit
Dec.in consi.362.Alex.in consi.183.habita super contentis,in lib. primi & secundi uolu. & in
consi.14.Ponderatis,in 3.vol.& in cons.89.Viso themate,eod.vol.Quid dicemus de confessio
ne socij criminis,utrum præiudicet socio? Dec.in consi.234.inquit, eam nullum prorsus indi-
cium facere,quo contra socium procedi possit.De hac re uide Abb.in c.1.de confess. in c. ve-
niens,& ibi Feli.de testi.idem Abb.in c.significasti,de adulter. Tamen aduerte quoniam multi
41 sunt casus,in quibus socius † criminis potest interrogari,ut in crimine hæresis, & alijs traditis
per Specul.in titulo de accusatore,col.4.versi.Item repellitur.ad quod omninò uideas Bart. &
ibi addita in l.repeti.ff.de quæst.vbi inter cætera inquit; socium in causa furti socio præiudica
re.Accedit Alex.in d.consi.89.in 3.vol.& prædicta intellige quando criminaliter agitur, sed si
ciuiliter ageretur,socius potest semper interrogari,secundum Aret.in cõsi.61.in 1.col. An cõ-
42 fessio † facta in iudicio ciuili probet in criminali inter easdem personas? Soc. in consi.8. col.2.
in 1.uol.Feli.in c.qualiter,& quando.2.de accusat.An confessio facta in foro poli, noceat in fo
ro fori? & dic eam non probare.Io.Andr.in addit.in c.fi.de tempor.ord.Tyndarus in tract. de
testibus,cap 15.de teste,qui unum dixit prima vice in iudicio,deinde aliud uult. An autem cõ
43 fessio † qualificata acceptari possit sine illa qualitate: Alex.in consi.87.in 1.uolu. Et ideò si ali-
quis fatetur se homicidium perpetrasse ad suam defensionem, utrum talis confessio ei noceat,
si qualitas illa defensionis probari non potuit:vide quæ posui supra in l.vt uim.ff.de iust. & iur.
44 Quid dicendum de confessione † facta in instrumento habente executionem paratam ex for-
ma statutorum:dic eam plenè probare.Soc.in consi.66.col.1.in 1.uol.declara tamen,ut ibi per
45 eum in 3.col.Hoc in loco opportunè inuestigandum est,numquid confessio † facta inter per-
sonas prohibitas probet: ut si maritus se dotem uxoris habuisse fateretur. qua in re dicendum
uidetur huiusmodi confessionem factam constante matrimonio irritam esse tanquàm factam
animo donandi,quæ quidem donatio inter uirum & uxorem prohibita est.tot.tit. ff.de donat.
int.uirum & uxor.& ideò cùm facta esse in fraudem censeatur,non videtur aliquod prẹiudiciũ
afferre confitenti.l.quod de suo.C.de dot.cau.non numer.Io.And.in addit.ad Specul.in tit.de
donat.int.uir.& uxor.Bar.& Alex.in l.si diuortio.ff.de uerb.oblig.Alex.in consi.165. in 6.uol.
* vbi ait * communiter nõ teneri documentum Bart.in l.assiduis.C.qui pot.in pign.hab.Aret.in
consi.34.vbi inquit huiusmodi confessionem non ualere,etiam si sit iuramento firmata. Et de
hac re vide eundem Aret.in consi.86.& Soc.in consi.60.65.& in consi.66.in 1.uol.Contrariũ
tenuit Petr.de Ar.char.in consi.307.& Alex.in consi.123.in 6.vol.sed hoc intelligi debet, quã
do facta fuit ante matrimonium,ut per eundem Alexand.in d.consi.165.in 6.vol. & in re pro-
posita semper vide Angel.in consi.5.Fulg.in consi.133. & in consi.207. & melius quàm alibi

in cons.

in consi.216.vbi uult confessionem huiusmodi semper uiribus esse subnixam,quãdo præcessit promissio.id quod nõ est sine dubio,nisi alia concurrant,ut paulò post declarabitur. Vide etiã Alex.in consi.142.in 5.vol.& Feli.in d.c.si cautio,de fid.instru.Abb.in consi.73.in 2.uolu. Io. Campegium in tract.de dote,in 1.par.quæst.52.53.& 54.Bal.nouell.similiter in trac.de dote. Crauet.in consi.40.& in cons.44.Prædicta tamen declarantur, ut scilicèt dicta confessio tunc ualida sit,quando lapsa sunt tempora ad opponendam exceptionem nõ numeratæ dotis. item quando fuit in ea oppositum iuramentum, ac etiam vbi non solùm ipse uir, uerùm etiam aliæ personæ confessæ sunt dotem recepisse.hæc Soc.in cons.82.in 3.uol.ubi subiungit etiam, confessionem probare quando apparent indicia solutæ dotis,ut putà,si uir per vim alimenta uxori exhibuisset. hoc idem uoluit Bald.in l.1.C.de priuileg.dot.& Curt.in consi.69.nu.3.vbi ait, d.confessionem sufficienter probare,quando alia cõcurrunt indicia,etiam leuia,quibus conij-
46 ci possit confessionem suspicione carere. An autem ex huiuscemodi confessione † agi possit etiam contra tertium possessorẽ,Soc.in d.cons.82.in 3.uol.cuius dicta omnia confirmat Dec. in consi.536.Quid si maritus post hanc confessionem dicat,uerum non esse id, quod est confessus.Rom.in sing.593. Adde, quod videtur limitari titulus de donat. inter uirum & vxorem ut locum non habeat nisi quando matrimonium est consummatum; quoniam copula parit affectionem,alioqui uerò quando solùm per uerba de præsenti fuit contractum. Azo in summa de donat.ant.nupt.Imol.in l.si socer.§.Lucius.ff.sol.matr.& ex hoc aliqui uolunt inferre, ita &
47 de huiusmodi confessione dicendum esse.Quam autẽ prælationem † habeat dos confessa quò ad anteriores creditores,vide latissimè apud Bal.nouell.in d.tract.de dote.in 10.par.dum agit de priuilegijs dotis,& Io.Campeg.in d.suo tract.de dote,in 1.par.quæst.93. Quid si post confessionem dotis sequitur immediatè promissio? Dicas istam promissionem uim solutionis habere: quia non dicitur facta sub spe futuræ numerationis,sed sub spe futuræ promissionis,secũ
* dum * comm.opin.de qua per Soc.in cons.63.in 3.vol.& in consi.88.col.pen.in 4.uol.Scias ta
48 men confessionem † dotis receptę semper censeri factam in fraudem,quando quantitas excedit qualitatem ipsorum iugalium: ita inquit Alex.in consi.86.in 7.vol.Confessio.n.à qualitate personarum normam accipit.hinc not.inferũt doct.confessionem,quam facit maritus ignobilis ducens uxorem nobilem,validam esse,etiam si animo donandi facta intelligatur,eò quòd illam nobilitatem acquirit.Feli.in d.c.si cautio,nu.6.& in c.super eo,nu.5.& 6.de testi.& aliquid
49 per Ang.in d. cons.5.An autem confessio † dotis receptę facta in testamento mariti ualida sit, vide apud Angel.in consi.181.& alios,quos iam anteà memorauimus. Et omninò in re propo sita vide quæ latiùs & pleniùs posui in lucubrationibus meis in rubrica.ff.de donati.int. uir. & vxor.ubi disputatum est ad saturitatem;quoniã de hac re multoties dubitare contingit,& ideò multa inuenies,quæ tàm in disputando quàm in iudicando poterunt deseruire.Cætera uerò ad rem hanc pertinentia videantur apud eos,qui speciales tractatus de dote composuerunt.Non
50 est silentio prætereundum, an confessio † reuocari possit. Dic confessionem reuocari posse communiter antequàm sit redacta in scriptis.Alex.in consi.34.in 1.uol.Et an & quando reuocari possit,uide Soc.in cons.97.in 4.vol.Quid si confessio facta est in testamento,præsente par
51 te,& dic eam reuocari non posse, secundum Soc.in cõs.73.col.2.in 3.uol.An confessio † ficta, & per contumaciam facta,vel per errorem possit reuocari? Respõ. posse,ut per Alex.in consi. 145.in 6.vol.Quo modo uerò fieri possit,ut confessio facta per errorẽ nequeat reuocari: Cę-
52 poll.in cautela 69.Quid dicendum de confessione † geminata,an & quando sit reuocabilis,vide Feli.in c.cùm uenerabilis,nu.4.de excep. Quid si aliquis confitetur positionem alterius partis,dum ei respondet,an possit dicere,se errore ductum fuisse ad confitendum, & ideò confessionẽ reuocare? vide Bal.in l.absentẽ.ff.de pœn.& omninò Rom.in sing.300. Reliqua,quæ ad materiam cuiuscunque confessionis attinent,vide apud doct. quos anteà memorauimus; longumenim & superfluum esset,uelle sigillatim ea omnia recensere.

Sum-

De officio Præfecti vrbis.

Summarium in l.j.ff.de off.Præfec.vrb.

1 *Præfectum vrbis tempore quo Imperator coronatur, debere ab omnibus ſuis debitis liberari.*
2 *Donatio eccleſiæ facta à Conſtantino ualida eſt.*

Bar.in l.j.ff.de offi,præfect.vrb.

1 IN hoc titulo vbi agitur de Præfecto vrbis, ſcias ante omnia præfectum † vrbis, tempore quo Imperator coronatur, debere ab omnibus ſuis debitis liberari. hoc tamen non habet locum, ſi ſub iſta ſpe multa debita contraxiſſet. Cæpol.in cautel. 118.
2 Bar.in d.l.j.in princ.ait, glo.ibi affirmare, donationem † eccleſiæ factam à Conſtantino ualidã extitiſſe, & remittit ad ea, quæ de hac re tradidit in proœm.ff. vbi ego quoque multa in mediũ attuli, quæ hic aliter non repetuntur.

Summarium in d.l.j.§.cum vrbem.de off.Præf.vrb.

1 *Verba enunciatiua à principe prolata plenæ ſufficiunt probationi.*
2 *Verba enunciatiua nunquid diſponant & probent.*
3 *Verba enunciatiua prolata à Papa de his, quæ à ſe geſta ſunt, probant.*
4 *Ex vrbis enunciatiuis in libello conceptis propter aliud, inducitur diſpoſitio.*
5 *Geminatio in reſcripto idem operatur quòd clauſula non obſtante.*
6 *Verba enunciatiua inſtrumenti referentis aliud inſtrumentum confectum inter eaſdem perſonas an probent.*
7 *In antiquis probatio inſtrumentorum cæteris probationibus antecedit.*
8 *Verba nunciatiua probant præſcriptiuè quando emanant à Principe in literis ſcriptis motu proprio.*
9 *Verba enunciatiua ſuper benemeritis inter perſonas non ſuſpectas probant.*
10 *Verba enunciatiua an probent in priuilegijs.*
11 *Verba enunciatiua an & quando faciant fidem.*
12 *Verba narratiua, quæ apponuntur in gratia à principe conceſſa, ſi gratia inutilis redderetur, tantùm operantur quantùm clauſula ex certa ſcientia.*
13 *Ex vrbis committo tibi talem locum, plenam iuris dicendi tribui poteſtatem.*
14 *Si Papa uel Imperator concedunt caſtrum in feudum, cenſetur conceſſa omnis iuriſditio.*

Bar.in d.l.j.§.cùm vrbem.de off.Præfec.vrb.

1 BART. in d.l.j.§.cùm vrbem, in princ.inquit, uerba enũciatiua †, à Principe prolata plenæ ſufficere probationi. iſta eſt res, de qua plenè agunt Bart. & alij doct.in l.Ex hac ſcriptura.ff.de donat.& quoniam utilis eſt inueſtigatio, libet in ea paulùm immorari. Quærendum eſt igi-
2 ur, nunquid uerba enunciatiua † diſponant, & probent. Salice.in l.qui ſe patris.C.und. liber.& in l.qui accuſare.C.de accuſat.expreſsè tenet, quòd non.pro quo uidetur tex.in capitulo ſi Papa, de priuileg.in 6.Bar.in l.extat.ff.quod met.cau.& multa alia, quæ plenè Iaſ. cumulauit inſt. de action. in rubrica. in 2.col.ad quæ accedat Dec.in conſi.522.dicens, uerba enunciatiua nõ probare, etiam ſi notarius faciens mentionem de mandato alicuius aſſerat id conſtare inſtrumento per eum rogato.idem not.ait Soc.in conſi.266.in 1.vol.ubi bene in hac materia loquitur.Iaſ.verò in d.rubri. prædictę concluſioni dat unam limitationem, pro qua facit.l.ex his verbis.C.de teſta.milit.& cap.illud.de præſumpt.not.in ca.ex ratione, de appell. Limitatur etiam
3 præfata concluſio † non habere locum in verbis enunciatiuis prolatis à Papa de ijs, quę à ſe geſta ſunt: quoniam uſquè adeò probant, ut in contrarium probatio non admittatur. in ijs uerò quæ ab alijs geſta ſunt, probant, donec contrarium probaretur.Soc.in conſi.266.col.10.in 1.vol.Item uerba enunciatiua prolata etiam per modum cauſæ in ultimis uolũtatibus fauore piæ cauſæ probant. Abb.in conſi.11.col.2.in 1.uolu.Alex.in conſ.190.colum.7.in 1.uolum.& in conſi.112.in 7.uolu. Immo etiam ſi prolata ſint propter aliud, probant. Iaſ.in conſi.155.in 4.uol.

4 4.uol.Rursus ex uerbis † enunciatiuis in libello conceptis propter aliud, inducitur dispositio. tex.est sing.secundum Rom.in l.ne satisdatio.ff.rem rat.hab.licèt contrarium senserit Bar.in d. l.ex hac scriptura.Aliam limitationem tradit Bar.in l.cùm scimus.C.de agric.& cens.lib.11.scilicèt quando huiusmodi uerba essent geminata.ad quod faciunt trad.in l.Balista.ff.ad Trebell.
5 & in l.mulier.C.ad Velleia. Geminatio † enim in rescripto idem operatur, quod clausula non obstante. & multa de effectu geminationis vide apud Feli.in c.nonnulli,nu.52.de rescript. & in c.si quando,eod.tit.& in c.si cautio.nu.30.de fid.instru.Corset.in tract. de ui & potentia geminationis. Scias etiam huiusmodi uerba prolata inter easdem personas probare quò ad effectum illius rei,de qua in instrumento principaliter continetur,alioqui uerò,si de ipsa re enunciata disputaretur.Soc.in consi.39.col.2.in 3.uol.Et an & quando probent,vide Feli.in c.cùm in iure,de off.deleg. ubi ait, si dico aliquem esse meum procuratorem, dicitur ex hoc de mandato constare.Soc.in consi.68.in 2.vol.Declara tamen,uerba enunciatiua inter easdem personas probare solùm in ijs,quibus ipsæ partes renunciare possunt.Et Fel.in c.ea quæ,col.pen.de
6 re iud.An uerba enunciatiua † instrumenti referentis aliud instrumentum cõfectum inter easdem personas probent? & videtur quod non.Doct. in auth. si quis in aliquo.C. de eden.Quid si notarius dicat,se de eo rogatum fuisse? Respon.fidem non facere, ut per Soci.in consi.266. in 1.volu.Dec.in consi.522. Quid si sumus in antiquis? adhuc non sufficit unum solum instrumentum,sed plura sufficiunt: quia tunc ex eo oritur communis opinio,quæ probat. Soci.in d.
7 consi.266. & ideò in antiquis † probatio instrumentorum cæteris probationibus antecellit. Dec.in consi.595.Alex.in consi.90.in 7.vol.Faciunt trad.per Feli.in c.cùm causam, de proba. & Mar.Soc.iunio.in consi.65.nu.7.& Ias.in consi.34.in 1.vol.& in consi.81. & 114.eod. volu.
8 Illud etiam intelligas, uerba † enunciatiua probare præsumptiuè, quando emanant à Principe in literis scriptis motu proprio. Alex.in d.consi.112.in 7.uol. Item uerba enunciatiua prolata in sententia per modum modi inducunt dispositionem.tex.est sing.secundum Bal.in l.cùm eorum.C.de senten.Item uerba enunciatiua negatiua reuocationem donationis causa mortis inducunt,etiam si falsum exprimant.glo.est sing.& ibi Bal.in l.verba.C.de testa.Item verba enũ-
9 ciatiua † super benemeritis inter personas non suspectas probant.Ias.in consi.154.in 2.vol.An talia verba probent in antiquis si agitur de agnatione aliquorum.Ias.in cons.81. & in cõsi.114. in 1.uol.vtrum probent consanguinitatem.Feli.in c.series,de test.de cuius limitationis uerita-
10 te uide Feli. in c.quoniam contra,col.18.uersi. quinta conclusio, de probat. An probent † in priuilegijs? Feli.in c.cùm causam,de probat.Attende etiam ea probare fauore dotis.tex. videtur sing.in l.ij.C.de dot.promiss.Alex.in d.consi.190.in 1.uol.& in d.consi.112.in 7. uol. Bal. nouell.& Io.Campeg.in tract.de dote,& Baptista à sancto Blasio in trac.de priuileg.dot.in pri
11 uilegio 233.Et an & quando uerba enunciatiua † faciant fidem? uide Abb.& alios in c.Albericus,de testi.Quid dicemus de uerbis narratiuis prolatis à Principe,ut si dicant Titium procuratorem Caij,vel aliquid simile: vtrum stetur huiusmodi assertioni? & quid in verbis narratiuis alicuius scripturæ particularis? Feli.in c.sunt & alij. nu.12.cùm seq.de rescrip. Adde quod
12 uerba narratiua, † quæ apponuntur in gratia à Principe concessa, si gratia alioqui inutilis redderetur, tantùm operantur, quantùm clausula,ex certa scientia.Felin.in cap.si aliquando, de senten.excomm.

13 Bar.in eodem.§.in 2.not.ait, ex his verbis: Committo † tibi talem locum,plenam iurisdicendi tribui potestatem.vide Ang.in conf.35.vbi docuit,quid hæc verba significent: Commendo tibi talem locum.Quid uerò hæc uerba: Concedo,vel assigno,indicent,vide apud Soci. in consi.93.col.2.& 7.in 1.vol.& Feli.in c.cùm uenerabilis,col.1.de except.

14 Bar.in d.§.cùm urbem,versi.in tex.ibi centesimum, inquit,quòd si Papa, † uel Imperator cõcedunt castrum in feudum,censetur concessa omnis iurisdictio. item omne castrum siue uilla existens in comitatu alicuius ciuitatis censetur esse sub ea, nisi speciale aliquod priuilegium habeat. Vide tu Oldrad.in consi.12.in 1.quæst.& ult.& in consi.152. Alex. in consi.34. Viso processu,in 4.uol.Aret.in consi.15.in princ.latè Barbat.in cap.præterea,in gl.fin.de off.deleg.

Bertach.

Bertach.in ſuo tract.de gabellis,in 9.quæſt.& in 13.qu.primæ par. princ. Iaſ. in l. ius dicentis. nu.17.ff.de iuriſd.omn.iud.Quæro,an caſtro conceſſo,etiam munitiones conceſſæ intelligantur? & an ueniant prædia ſita in territorio ipſius caſtri,& huiuſmodi genus alia.vide Iaſ.in l.beneficium.ff.de conſt.princ.

Summarium in d.l.j.§.cura carnis.ff.de off.Præfec.vrb.

1 *An aliquis cogatur rem ſuam uendere vel minori pretio, tempore præſertim neceſſitatis.*
2 *Tempore neceſſitatis omnia fiunt communia.*
3 *Aliquis cogitur uendere rem ſuam pro commoditate eccleſiæ ædificatæ uel edificandæ quando neceſſitas hoc expoſtulat.*
4 *Cogitur aliquis uendere rem ſuam fauore piæ cauſæ uel libertatis.*
5 *Nuncio ſeu officiali qui iurauit exercere officium ſuum fideliter, an ſit credendum.*
6 *An credatur alicui dicenti ſe nuncium.*
7 *Credendum eſt relationem officialis ſeu nuncij quò ad hoc ut inquiſitio formari poſſit.*
8 *Quòd de relatione conſtat an eò ipſo cenſeatur iudicis commiſſio præceſſiſſe.*
9 *Officiali creditur ſolùm in pertinentibus ad officium ſuum.*
10 *Si nuncio fuit à Judice commiſſum ut aliquem citaret perſonaliter, & ſi eum non inuenerit ad domum, & nuncius ſe ad domum citaſſe referat, utrum intelligatur id feciſſe in ſubſidium prout ei fuit mandatum, an non.*
11 *Si nuncius refert ſe aliquem citaſſe et cõtempſiſſe, & is ſolitus ſit parere, & præſumptio ſit pro eo, quòd non contempſiſſet, non eſt credendum nuncio talia referenti.*
12 *Cardinali aſſerenti ſe eſſe legatum an credendum ſit.*
13 *Cardinalis non iurati teſtimonium nihil probat.*
14 *Cardinales quando in generali ſermone comprehendantur.*
15 *Dicto unius cardinalis de conſuetudine Ro.Curiæ etiam in alterius præiudicium creditur.*
16 *In cauſis Cardinalibus commiſſis ſtandum eſſe eorum aſſertioni.*
17 *Dicto Papæ credendum eſt.*
18 *Officiali credendum eſt in pertinentibus ad officium ſuum.*
19 *Notario an ſit credendum ſi in aliquo inſtrumento aliud inſtrumentum referat, dicens ſe de illo rogatum fuiſſe.*

Bar.in d.l.j.§.cura carnis.ff.de off.Præf.vrb.

1 Bart. in d.l.j.ff.de off.præfec.urb.§.cura carnis.ibi propè principium,quærit,an aliquis cogatur † rem ſuam uendere,vel minori pretio, tempore præſertim neceſsitatis. De hac re vide tu Abb.in c.1.de empt.& uend.& ibi Barb.in col.fi.Bar.in l.j.C.ut ne lice.in empt.ſp.lib.11. Fabianum de Monte in tract.de empt.& uendit. in 3.quæſt.princip. nu.32.Doct.in l.1. C.de Epiſcop.aud.& in d.c.1.de empt.& uend.Soc.in tabula regular.cum fallen.in uerbo,uendere. Et an & quando aliquis rem ſuam uendere compellatur, præſertim tempore neceſsitatis, & à quo ſit ſtatuendum pretium, vide pulchram diſtinctionem apud Ambroſ. de Vignate in ſuo tract.de uſuris,nu.157.cum ſequ.& plenè Doct. in l. inuitum, & in l.dudum.C.de contr.empt.
2 & Bar.in l.annonam.ff.de extra.crim.Ad rem facit,quia tẽpore † neceſsitatis omnia fiunt communia.l.2.uerſi.Eò magis.ff.ad l.Rhod.de iactu.& c.diſcipulos,de conſecr.diſt.5.Dec.in conſ. 667.num.17.Iaſ.in l.ſi ex toto.ff.deleg.1.in l.j.ff.de off.eius.& in.l.Marcellus. §. res quæ. ff.ad
3 Trebell.Adde etiam ad prædicta,quod aliquis cogitur † uendere rem ſuam pro commoditate eccleſiæ ædificatæ,uel ædificandæ, quando neceſsitas hoc expoſtulat: ita Cæpoll. in tract. de ſeruit.urban.prædi.cap.ultimo de ſepulchro.Iaſ.in l.ij.nu.4.ff.ſolu.matr.Soc.in d. tabula regul. cũ fallen.in uerbo uendere, Rocchus de Curte in tract.de iure patronatus,in uerbo,cõſtruxit.
4 nu.3.& Feli.in c.1.col.1.de Iudæ.Rurſus cogitur † aliquis uendere rem ſuam fauore piæ cauſę, uel libertatis,Iaſ.in l.ſi ſeruus.nu.5.ff.de uulg.& pupi.& alijs quoque ex cauſis,illa eadé coactè

fieri

fieri ſolet. Iaſ.in l.ſi eum.§.1.nu.37.cum ſequentibus.ff.ſi quis caut.& in l.vnica, nume.7.ff.de acti.æſtimat. & quomodò facere debeat ille,qui cupit rem emere ab eo, qui eam uendere non vult, Cæpoll.in cautel.208.

5 Bar.in d.l.j.§.cura carnis, verſicu.oppo. ad hoc de l.Diuus,diſputat, an ſit credendum † nuncio ſeu officiali,qui iurauit exercere officium ſuum fideliter. & ait,ei credi debere in pertinentibus,ad officium ſuum,quod aliquem citauerit,& reliqua,vt ibi per eum. Vide tu Alex.in cõſ. 346.In cauſa & lite,in lib.in quo primi & ſecundi volu.conſilia continentur. Feli.in ca.propoſuiſti,col.1.de probat.vbi concludit ei credendum eſſe, niſi contrarium probaretur. Limitat tamen dupliciter,vt ibi per eum. Et ad prædicta uideas eundem Feli. in c.poſt ceſsionem, col. 4.eodem titu.& Cæpoll.in conſi.40.col.8.in quarto dubio.Abb.& Areti. in c.1.de iudi. Abb. in cap.cum parati, colum.3.de appell.Iaſ.in l.ſenium,col.1.C.qui teſta.fac.poſſ.Bald.in conſi.
6 34.in quinto volu.vbi tradit etiam, an credatur † alicui dicenti ſe nuncium. Soci. in conſi.55. colu.3.in primo volu.vbi tradit, quando adeſt ſtatutum, quòd nuncio ſiue officiali credatur. ad idem uide Bald.in l.j.C.ſi aduer. liber, & in l.ſi tutor. C. de peric. tuto. & in l.j.C.de iureiur. Paul.de Caſtr. in l.ij.ff.ſi ex nox. cau.aga. Bald. in dicto capitulo cùm parati, & in l.magis puto, §.illud. de rebus eorum. Et quoniam Barto.in dicto §.cura carnis, in fin. ait, credendum
7 † eſſe relationi officialis ſeu nuncij, quò ad hoc, ut inquiſitio formari poſsit: & ita intelligendum eſſe, quod de nuncio traditum eſt. vide Iaſ.in §.quadrupli, columna tertia, inſtitut. de action.& ad prædicta omnia uide Abb. in capitulo præterea, de teſti. cog. & Felin. in capitulo quoniam contra, nume.23. de probatio.& in capitulo ad petitionem, nume. 15. de accuſa.in
8 quibus locis habetur etiam, an eò ipſo, quòd de relatione † conſtat, cenſeatur iudicis commiſsio præceſsiſſe. Adde, quòd ſi officialis aliquem iudicis mandato citat, & falsò, tenetur criminaliter pœna falſi, & ad intereſſe partis ciuiliter. Roma.in ſingul.313. vbi ait, de hoc eſſe text.ſingul.in l.qui Romæ,de falſ. ad quod facit.l.prima. & ibi Angel.ff.de concuſſ.& Spec.
9 in titu.de executore,verſiculo ſed quæritur. & huic officiali † creditur ſolùm in pertinentibus ad officium ſuum. & ideò, ſi dicat citatum ei iniuriam intuliſſe, non creditur ei. Felin. in capitulo cum ordinem,numero 17.de reſcript. Quid ſi diceret ſe Epiſcopum citaſſe, & Epiſcopus iurat ſe nunquam fuiſſe citatum ab eo; cui maior fides habebitur, an uili nuncio, an Epiſcopo in dignitate conſtituto? vide Abb. in dicto capitulo cum parati, verſiculo Quid enim,
10 de appellatio. Quid ſi nuncio † fuit à iudice commiſſum, vt aliquem citaret perſonaliter, & ſi eum non inuenerit, ad domum, & nuncius ſe ad domum citaſſe referat, vtrum intelligatur id feciſſe in ſubſidium, prout ei fuit mandatum, an non? Anton. de Butr. & alij in capitulo cum cauſam,de dolo & contuma.& Barto.in l.iiij.§. prætor.ff. de damn.infec. tenuere, quòd non. Contrarium docuit Bald.in l.ſcire oportet.ff. de excuſa. tutor. dicens hoc in practica iudiciorum obſeruari: quia præſumitur nuncius diligenter officium ſuum exercuiſſe: id, quod æ-
11 quitate videtur eſſe ſubnixum. Quid ſi nuncius refert ſe aliquem † citaſſe, & contempſiſſe, & is ſolitus ſit parere, & præſumptio ſit pro eo, quòd non contempſiſſet? Ioan.And. in dicto capitulo cum parati, ait non eſſe credendum nuncio talia referenti. ad quod omninò uideas Bald.in dicta l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum, & quæ ad materiam huiuſmodi nunciorum attinent,uide plenè apud Specul.in titulo de citatione.§.quarto.& Bart.in l.eum qui rem, in uoce, per nuncium. ff. commod. & in dicta l.magis puto.§. vetera. Alberic.in l. ea quidem. C.de accuſat. Docto.in capitulo Romana, de teſti.in ſexto. Iaſ.in l.properandum. §. & ſi quidem. C.de iudic.in l.in illa ſtipulatione.ff.de uerbor. obligatio.& in l.nec is, num.12.ff. de acquiren.hæred.& in l. age cùm Geminiano, nume.5. de tranſact. Nunquid autem credendum
12 † ſit Cardinali aſſerenti ſe eſſe legatum, ſiue aliquid ſibi commiſſum fuiſſe uiuæ uocis oraculo? Abb.& alij in capitulo quod ſuper, de fide inſtrumen. Ego uerò hac in re has duas inueſtigationes diſtinguendas cenſeo. ſcilicèt primo loco uideamus, an fides habenda ſit Cardinali dicenti ſe eſſe legatum, deinde quid ſi affirmet, ſibi aliquid mandatum fuiſſe à Papa viuæ uocis oraculo? Circa primum, uidetur dicendum ei omninò eſſe credendum, maximè, cùm

sine legatione Cardinales extra curiam ire non consueuerint. glo. videtur singul. in capitulo nobilissimus. 79. distinct. cuius sententia confirmatur per Ioan. Andr. in capitulo ad apostolicæ, in uoce, proponi, de re iudic. in sexto. Quapropter concludendum uidetur eis fidem semper habendam esse, quando sibi aliquid specialiter iniunctum fuisse testantur, secundum Bal. in capitulo cum in iure, de off. deleg. Abb. in consi. 18. colum. 11. versiculo & profectò, in 11. volum. glo. in extrauag. execrabilis, de præben. & ita inquit Bar. tenere canonistas. in l. j. C. de superind. lib. 10. In contrarium uidetur esse tex. apertus in dicta l. j. per quem ita ibi Bart. affirmauit, inquiens per dictã l. probari euidenter, etiam Cardinali se habere aliquid specialiter demandatum asserenti nullam fidem adhibendam esse, nisi ab eo literæ apostolicæ ostendantur. & sententiam hanc approbarunt etiam Ioan. Andr. & alij in capitulo primo. de off. lega. in 6. & in capitulo ad eminentiam, de senten. excommunic. accedit glo. in capitulo cum olim. j. in uo-
13 ce, quorundam fratrum, de priuileg. ex qua colligitur, Cardinalis non iurati † testimonium nil probare. quam glo. uti singul. extulit ibi Abb. sed Marti. Laud. in secundo tract. de Card. quæst.
✱ 56. contrariam partem amplectitur, & ita* comm. à sapientibus traditum fuisse perhibet Dec. in l. vnica. C. de mand. princip. vbi id limitat non procedere in reseruatis principi, ac speciale mandatum exigentibus, vt ibi per eum latius, qui de hac materia copiosè locutus est. Ang. in consi. 182. incip. Mandatum principis, distinguit: aut Cardinalis affirmat, sibi aliquid specialiter mandatum esse, quod principaliter est in præiudicium tertij, & tunc ei, nisi ostensis literis fidem habendam non esse ait. Aut non, & tunc secus. videas etiam plenè Felin. in ca. quod super his, de fide instrumen. Mihi autem pro negatiua parte uidetur tex. in extrauag. Bonifacij viij. incip. Iniuncta. vbi habetur, nemini se legatum asserenti, credendum esse. & ibi glo. adducit illa met iura, quæ superius à me deducta fuere. An autem Cardinali se esse delegatum dicenti, non ostensis literis fides adhibeatur? Abb. affirmatiuam sententiam approbauit in dicto capitulo quod super his, de fide instrumen. de cuius dicti ueritate uidendus est Felin. in capitulo cum in iure, de off. delegat. & in dicto capitulo quod super his. sed tex. videtur clarus, vt ei non credatur, in dicto extrauag. nisi respondeatur, eam Cardinales non includere, secundum not. per Bartol. Belenc. Auditorem Rotæ, in tracta. de charit. subsid. quæst. 66. vbi se præsente à Rota iudicatum fuisse testatur. dict. extrauag. iniuncta, Cardinales non complecti. Sed de
14 hac materia, quando scilicèt Cardinales † in generali sermone comprehendantur, dic vt inferiùs aperiemus. Et de ijs hactenus. Nunc uidendum est, an ei credatur si affirmet, aliquid sibi uiuæ uocis oraculo mandatum fuisse? & ei credendum esse tenuit Lap. alleg. 33. Cui assentiunt Bald. & Salicet. multa cumulantes. in dicta l. iusiurandi. Ias. in dicto consilio 104. latè Alexan. in consilio 92. in sexto volumine. in quibus locis aiunt, etiam duobus Cardinalibus sine iuramento fidem esse præstandam, per capitul. cum olim. j. vbi Innocen. de priuileg. idem tradidit Marti. Lauden. in primo tracta. de Cardi. quæst. 20. & quæst. 28. licèt contrarium sentiat
15 Felin. in capitulo tuis quæstionibus, columna prima. de testi. Et dicto unius Cardinalis † de consuetudine Romanæ curiæ etiam in alterius præiudicium credi atteſtatur Dec. in capitulo constitutus. secundo de appellat. & Ias. in l. nec is. ff. de acquiren. hæredita. uidendus tamen est Angel. in dicto consilio 182. & Ias. in repetitio. l. admonendi, columna 85. ff. de iureiuran. Reperitur etiam apud Gentiles morem fuisse, vt uiris grauibus absque iuramento fides haberetur. vnde Cicero in quadam ad Atticum epistola scribit: Athenienses passos non fuisse, vt Xenocrates Philosophus in quodam testamento iuraret. & cum his faciunt multa in proposito notabilia, quæ per Felin. habentur, in capitulo in literis, numero septimo. de testi. & in ca-
16 pitulo super his, columna fina. de accusatio. In causis uerò Cardinalibus † commissis standum
17 esse eorum assertioni, affirmat Aegidi. in decisi. 183. Quid dicendum † de Papa? Respondeo, eius solius dicto esse credendum. capitulo cum à nobis, de testi. sed an hoc locum habeat in ijs, quæ Papa uiderat antequàm summus Pontifex eligeretur? & dic etiam in ijs ei credendum esse, secundum glo. in cap. primo. de renunciat. in sexto. & glo. in cap. ad apostolicæ, de re iud. in sexto. idque ait Rom. in singu. 126. vbi inquit, se de hoc interrogatum fuisse ab Eugenio

nio Papa in quodam pulchro casu. Declara tamen, Papæ usque adeò credendum esse, si facit relationem de gestis coram se, ut in contrarium probatio non admittatur, de gestis uerò coram alio, eius relationi creditur donec contrarium probetur. Soc. in consi. 266. col. 11. versic.
18 Præterea, in primo vol. Sed redeundo ad rem de qua potissimùm agitur, scilicèt, officiali † credendum esse in pertinentibus ad officium suum, animaduertendum est, mirum uideri, quòd ei credatur, si referat se aliquem citasse, & huiusmodi genus alia. cùm non incogniti iuris sit,
19 notario, qui fide dignior est, non esse credendum, si in aliquo instrumento † aliud referat instrumentum, dicens se de illo rogatum fuisse. Soc. in consi. 166. col. 1. in 1. volu. Dec. in consi. 522. trad. Docto. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. sed dicas hoc ex eo procedere, quoniam notarius ea de re non principaliter agit, sed enunciatiuè tantùm. ea uerò enunciationis est natura ut communiter non probet, vt in præcedentibus dictum est. verùm ea, quæ de officiali prædicta sunt, principaliter & potissimùm ad eius officium pertinent.

Summarium in l. Barbarius. ff. de off. Præto.

1 *Error communis facit ius propter publicam utilitatem.*
2 *Gesta delegati non ualent nisi habeant titulum, & sit electus.*
3 *Si notarius officio notariatus foret priuatus, & in loco in quo huiuscemodi priuatio ignorabatur, conficeret instrumenta, ea nullius fore momenti.*
4 *Instrumenta ab eo confecta, qui Tabellio putabatur, & non erat, an ualida sint.*
5 *Notarius, qui se gessit pro notario per decennium, præsumitur esse solenniter creatus.*

Bar. in l. Barbarius. ff. de off. Præto. in lectura.

1 BART. in d. l. Barbarius, in princ. colligit ex isto tex. errorem † communem facere ius propter publicam utilitatem: & gesta ab inhabili, qui habilis credebatur, valere. Ad materiam huius l. & quo modo intelligatur, & quibus in casibus procedat, vide tu Soc. elegant. in consi. 59. in 1. volu. Feli. in c. cum dilecta, de rescrip. Abb. & Feli. in c. sciscitatus, col. 4. eod. tit. Feder. in consi. 112. colu. 2. & omninò Alex. plenè in consi. 138. Opportunè consideratis, in primo volu. Sed limita illam sing. l. Barbarius, non procedere in litigatore, qui sciebat inhabilitatem iudicis: quia quò ad eum gesta coram illo, qui habilis existimabatur, nullius sunt roboris & momenti. Feli. in c. ex parte Decani. nu. 41. de rescrip. vbi ait hanc esse au-
2 ream limit. ad l. Barbarius. Limita secundò, vt non habeat locum in delegato † à delegante, qui habilis credebatur, cum non esset: nam gesta delegati non ualent nisi habeant titulum, & sit electus, vt declarat Bald. in l. ij. C. de sent. & Alexan. in d. consi. 138. Limita tertiò, & singul. d. l. vt non procedat in dependentibus ab ordine, & à sacramentis ecclesiæ, in quibus attenditur veritas, & non opinio. Abb. in c. 2. in fi. de presb. non baptiz. Limita quartò regulam hanc locum habere solùm ubi agitur de toto fundamento iurisdictionis, vt quia putabatur Episcopus siue prætor, qui re uera non erat: nam eo casu ob utilitatem publicam, eius gesta non fiunt irrita: alioqui uerò, si huiusmodi error respectu vnius personæ tantùm contigisset: quia non excusaretur. l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. Tunc enim cessat utilitas plurimorum, quæ in d. l. Barbarius, potissimùm consideratur. Abb. in d. c. cum dilecta. & in ca. consultationibus, de iure patro. Limita quintò. d. l. procedere solùm quando ille cum debitis solennitatibus foret electus, quoniam alioqui eius gesta forent inania. Bart. in l. actuarios. C. de numerar. & actua. libro duodecimo. & Alexand. in dicto consilio 138. Hinc infert Bald. in l. secunda. C. de ma-
3 numiss. uind. si notarius † officio notariatus esset priuatus, & in loco, in quo huiuscemodi priuatio ignorabatur, conficeret instrumenta, ea nullius fore momenti. neque obstare. lege Barbarius, quoniam ipse fuit Prætor à principe constitutus. idem ait Ias. in dicta lege Barbarius. Hoc tamen intellige & declara, nisi decretum superioris intercessisset, quo

casu licèt non esset tabellio, tamen eius gesta sustinerentur, secundum Bald.Salic. & Angel.in l.j.C.de testa.& ibi Ias. Et quia Bar.propè fin.dict. l. Barbarius, disputat, nunquid instrumenta † ab eo confecta, qui tabellio putabatur, & non erat, valida sint, & concludit, ea ualere. Vide omninò Alexand.in dicto consi.138.& Cardina.in consi.74.colum.penulti. Paul.de Castr. & Alexand.in dicta l.j.columna fin.C.de testa.Alexand.in consilio 8. & in consil.105.in secundo volumine.Anchara.in consilio 213. Dec.in consilio 42.in primo dubio. quòd notarius & assessor si semel fuerunt priuati, iterum ad illud officium eligi non possunt. Felin.in capitulo ex literis,numero 32.de constitu. Adde etiam ad prædicta, notarium, † qui se gesit pro notario per decennium, præsumi esse solenniter creatum, secundum Ias.in l.qui aliena,nume.160. ff.de acquiren.hæred.In hac autem re animaduertas, quia si ille, qui nunquam fuit creatus tabellio conficiat instrumenta, incidit in crimen falsi, & pœna mortis est puniendus,alioqui uerò si fuisset creatus à Principe, quamuis eius creatio fuisset inualida. Ias.in l.præscriptionem. C. si contr.ius uel util.publ.Ad prædicta uide omninò tex. singul.quem ibi not. Bart.in l. quid si fugitiuus.§. apud Labeonem.ff.de ædilit.edict. ex quo colligit Bart. quòd faciens actum, qui erat illicitus, sed communiter licitus putabatur, est excusatus. vbi ad contractum usurarium infert. quod documentum ut ualde singulare extollit Baptista Caccialupus in tracta. de ludo, nume.22.tamen ego uereor dictum illud Bartoli veritate carere: quoniam et si consuetudo inualida excuset à pœna temporali, non tamen quò ad Deum excusat. Anchara.in consi.283. Roma.in singu.19.Alexand.in consi.8.& in consi.233.col.pen.in sexto vol.Soc. in consi.219. in primo vol.Ias in l.ait prætor.§. iurari.ff.de iure iur.& in l.de quibus.ff.de legi.& Dec.in cons. 9.Quinimmo neque in foro fori uidetur excusare posse, quando id, quod prohibitum est de iure positiuo,reperitur etiam esse prohibitum de iure diuino,quemadmodum est usura: ita Felin.in c.ea quæ,de simon.

Summarium in repet.l.Barbarius.ff. de off.prætor.

1 *Papa non committit simoniam.*
2 *Quædam est simonia quæ tam in nouo quàm in ueteri testamento fuit prohibita.*
3 *Papa eò grauius delinquit, quò in celsiori dignitate est constitutus.*
4 *Papa, qui supremus est Princeps in ecclesia Dei supra iuris positiui censuram habet imperium.*
5 *Princeps solutus est legibus.*
6 *Posse non dicimur, quæ honestè non possumus.*
7 *Vbi agitur de periculo animæ tutior uia est eligenda.*
8 *Obtinentes officia secularia & dignitates intercedente pecunia, sunt culpabiles & detestandi.*
9 *Simoniacus est peccatorum scelestissimus.*
10 *Delictum simoniæ propter eius fœditatem inter crimina publica refertur.*
11 *Simoniacus uerè & propriè non modò est ille qui intercedente pecunia beneficium obtinet, sed etiam qui eam remittit debitori suo ob istam causam turpem.*
12 *Idem indicium fit de pollicentibus, quod de dantibus pecuniam.*
13 *Inter simoniacos illi quoque referuntur, qui sine pecunia & præmio, sed precibus, obsequio atque humana gratia sacros ordines largiuntur.*
14 *Simonia etiam sola mente potest committi quando aliquis ꝑat lucrum de spiritualibus, quamuis non paciscatur.*
15 *Canonici rei sunt & simoniam committunt, qui ad diuina officia principaliter pro quotidianis distributionibus ire solent.*
16 *Si pecunia datur ab alio, ut putà à coniuncto, ut suus affinis beneficium consequatur, eo tamen inscio et ignorante, an per hoc committatur simonia.*
17 *Ille, qui pro aliquo simoniacè pecuniam dat, eam amplius ab illo repetere non potest.*
18 *Simonia an committatur si pater dat siue promittit pecuniam monasterio monialium, ut accipiat filiam suam in monacham.*

19 *Episcopus*

19 *Episcopus an committat simoniam si propter consanguinitatem concedat beneficium alioquin non concessurus.*
20 *Quid sit simonia, & vnde dicatur, & quot modis contrahatur.*
21 *Simoniacus an & quando & à quibus possit dispensari.*
22 *Vtrum contra Papam agi possit, & dici eius electionem esse simoniacam.*
23 *Cardinales formam ipsius electionis à legibus traditam mutare non possunt.*
24 *Papa canonicè electus, est Deus in terris.*
25 *Nullitas notoria & expressum errorem præ se ferens, à lege quascunque exceptiones refellente, nunquã intelligitur esse exclusa.*
26 *Nunquam censetur exclusa exceptio proueniens culpa ipsius, contra quem excipitur.*
27 *Lex, quæ reijcit quascunque exceptiones est intelligenda, vt leues tantùm, non aũt essentiales excludat.*
28 *Papa an & quando possit accusari de simonia.*

Bart.in repet.l.Barbarius.ff.de offic.prætor.

1 BART. in repet.d.l.Barbarius,col.2.inquit,Papam † non committere simoniam, & ab huiusmodi crimine esse immunem ob supremam,quæ in eo est,dignitatem.idem sensit Bar.in l.j. ff.ad leg.Iuli.de ambit.Pro illustriori huius materiæ intellectu multa sunt declaranda.& in pri-
2 mis quædam esse simoniaca, † quia tam in ueteri, quàm in nouo testamento fuere prohibita: vt est uendere sacramenta, atque pro spiritu sancto mercedem accipere. & huiuscemodi crimini Papam esse subiectum nemo unquam iure dubitauit,vt habetur per glo.& doct.in cap.ex
3 parte.j.de offic.deleg.& per glo.iuncto tex.in c.Saluator.1.q.3.immo Papa † eò grauius delinquit,quò in celsiori dignitate est constitutus: secundum B.Thom.2.2.qu.c.3. ad quod facit.l. quædam delicta.ff.de pœn.& l.presbyteri.C.de episc.& cleri.idque exemplo Adæ confirmari potest,qui quantò magis fuit Deo proximior,tantò magis dicitur deliquisse.ca.consideret,de pœnit.dist.5.& exemplo luciferi.c.principium, de pœnit.distinct.2. Quædam uerò simoniaca sunt,quoniam à sacris constitutionibus prohibentur,ut est,accepto pretio beneficia conferre, & huiusmodi genus alia. & isto casu dicendum uidetur,Papam eo crimine non teneri.atque in
* hanc sententiam * communiter itum esse,colligitur ex trad.per Ant.de Butr.Imol.& Feli.in d. c.ex parte.& Feli.in c.ad audientiam,2.nu.8.de rescrip.Et ea est ratio, quoniam cùm ista prohibitio à sanctionibus ecclesiæ tantùm proueniat, non autem ex diuina constitutione, consequens est,ut supra eas sit pontificia potestas: secundum glo.in c.cùm pridem,de pact.Card.in
4 c.1.de simon.Ant.de But.Imol.& Feli.in d.c.ex parte. Papa † enim, qui supremus est princeps in ecclesia Dei, supra iuris positiui censuram habet imperium.c.per uenerabilem,qui fil.sint legit.cap.1.de homic.in 6.c.nemo,& cap.cuncta per mundum, 9.quæst.3.extrauag.vnam sanctam,de maior.& obed.& ita definitum fuit in Concilio Florentino. Princeps † autem solutus
5 est legibus.l.Princeps.ff. de legi. immo uoluntas principis contraria positiuo iuri legis habet vigorem.l.Cæsar.ff.de public.l.j.ff.de const.princip. Tamen Card.in d.capitulo primo, inquit rem hanc esse mali exempli,& ideò ab ea bonos Pontifices abstinere debere, vt habetur in ca. cùm ab omni specie,de vit.& honest.cleric.facit.l.si quis aliud.§.qui abortionis.ff.de pœn.vbi punitur is,qui egit rem mali exempli. nam omnis indecentia pro impossibilitate habenda est:
6 quia posse non † dicimur,quæ honestè non possumus. glo. in l.vulgò.ff.de stat.homin.Soci.in consi.8.col.fi.in 3.volu.& hoc maximè dicendum est in Papa. Quis enim sanctum dubitet quẽ apex tantæ dignitatis attollit? cap.non nos. 40.dist. & propterea Host.in d.cap.1.ait, Papam isto casu saltem notari infamia. Attende hic, quoniam quicquid dicant præfati doctores,contrarium tenuit Panor.in cap.extirpandæ.§.quia uerò,de præben.vbi intrepidè ait, Papam sem per in simoniæ crimen incidere, quando beneficium cum administratione ordinis & clauium, accepta pecunia conferret; alioqui uerò,si administrationem ordinis & clauium non haberet: vtputà, si esset hospitale, vel aliqua administratio temporalis. hoc idem apertissimè sensit in d.cap.cùm pridem,vbi latè Barb.de pact.& eiusdem sententiæ fuit.S.Thom.in secunda secũdæ

quæſt. 100. articu. 1. & in quarto ſententiarum diſt. 25. quæſt. 15. & Card. ſancti Sixti in tract. de poteſt. Papæ, quæſt. 65. & Felin. in d. cap. 1. verſic. in quantùm. D. Abb. de ſimon. & iſta opi-
* nio in hac parte uidetur eſſe * communis, & omninò tenenda in dubio; quia ubi agitur de pe-
7 riculo animæ tutior uia eſt eligenda. cap. iuuenis, de ſponſal. Hic alia ſuboritur difficultas, ſcilicèt in caſibus in quibus Papa poteſt abſque labe ſimoniæ accepto pretio ob ſummam, quæ in eo eſt, dignitatem, aliqua beneficia conferre, vtrum illi, qui ei pecuniam dant, excuſentur? de hac re agit Bar. in hac eadem repet. & eos non excuſari, immo ſimoniacos eſſe docuit Abb. in d. cap. extirpandæ. §. quia verò. Felin. in cap. de cætero, in fin. de re iudic. & in dicto cap. 1. & propterea acquiſitio hoſpitalis facta interueniente pecunia, ſimoniaca eſt, ſecundum Calder. in titu. de religioſis. in primo conſilio. & Felin. in cap. de quarta, verſiculo quartò acquiſitione hoſpitalis, de præſcript. tamen eum, qui cum Papa ipſo ſimoniam commiſit, eſſe tutum quò ad Deum, & uitium ſimoniæ propter Papæ authoritatem, purgari ait glo. in cap. ex parte. j. de offic. delega. & Dec. in conſilio 436. & hoc in ijs, quæ ſimoniaca ſunt, quia prohibita. confirmant Archid. & Domin. de ſancto Gemin. in cap. primo. 12. diſtinct. & Ioan. de Ana. in dicto capitulo primo. de ſimon. ſed indiſtinctè puto prædictæ opinioni eſſe firmiter innitendum tan-
8 quam tutiori. Quinimmo etiam obtinentes † officia ſecularia, & dignitates intercedente pecunia ſunt culpabiles, & deteſtandi ſecundum Barto. in l. ij. in fi. C. de murileg. lib. 10. & in l. j. ff. ad leg. Iul. de ambitu. & ideò in eos uehementer inuehitur legislator in auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. & ad rem hanc vide omninò multa ſcitu digna apud Rom. in ſingul. 327. incip. Si do iudici. & in ſing. ibi ſeq. quapropter hoc longè facilius eſt concedendum in ijs, quæ ſpiritualia ſunt. Proinde Bart. in d. l. j. exclamat contra curiam Romanam: dicens, ſimoniam non pu-
9 niri ut deberet. nam ſimoniacus † eſt peccatorum ſceleſtiſsimus, ut habetur in cap. tanta, & in cap. per tuas, de ſimon. & hæretico æquiparatur, ut ait Hoſt. in ſumma de hæreticis. §. 1. immo ſimonia largè hæreſis eſt, ſecundum. glo. in cap. ſi quis pecunia. 79. diſt. vide Abb. in c. quoties, de ſimon. & Feli. in rubrica de ſimon. qui tradit, ſimoniacos dici eſſe hæreticos. & multa attulit ad rem optimè facientia, ideò uide omninò. Et crimen iſtud uſque adeò abhominabile eſt, ut à ſententia lata pro ſimoniæ reatu, non liceat prouocare; quemadmodum nec in crimine lę-
10 ſæ maieſtatis: ita Feli. in c. ſicut, de ſimon. & hoc delictum † propter eius fœditatem inter crimina publica refertur, ita ut quilibet de populo audiatur, ut videre eſt in l. ſi autem. C. de epiſc. & cleri. & apud Bar. & Bal. in rubrica. C. qui accuſ. nō poſſ. Abb. in c. ſi dominus, de ſimon. nam ubicunque eccleſia læditur, quilibet admittitur in concernentibus iura ipſius eccleſiæ. Feli. in c. dilecti, ver. quilibet, de clero, de maior. & obed. ad rē facit tex. in l. ſi quis in hoc genus, & ibi
11 Bar. C. de epiſc. & cler. & in re propoſita ſcias ſimoniacum † uerè & propriè non modò eſſe illum, qui intercedente pecunia beneficium obtinet, ſed etiam qui eam remittit debitori ſuo ob iſtam cauſam turpem. Feli. in c. veniens, verſiculo nota tertiò, de teſti. & idem eſt in eo, qui eam pollicetur, vt inquit Bald. in c. 1. de teſti. in ſexto. ad quem ibi Anchar. & Philip. Franc. acceſſerunt, ad quod facit tex. in l. j. & in l. generaliter. §. 1. ff. de calumn. & tex. in d. authen. vt iudic. ſin.
12 quoq. ſuffrag. vbi idem iudicium † fit de pollicentibus, quod de dantibus pecuniam. Illud quoque intelligas non minùs ſimoniacum eſſe illum, qui pecuniam dat familiari ad obtinendum beneficium, quàm ſi daretur ipſi collatori. Abb. in c. tuam, de ætat. & qualit. quamuis illa fuerit lectura Ant. de Butr. idem ait Feli. in c. ad noſtram, in fi. de probat. in ca. tua nos, & in c. tanta, de
13 ſimon. & Dec. in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur. Quinimmo inter ſimoniacos † illi quoque referuntur, qui ſine pecunia & præmio, ſed precibus, obſequio, atque humana gratia ſacros ordines largiuntur, vt habetur apud glo. & Anto. de Butr. in d. c. tuam, & Abb. in cap. per inquiſitionem, de elect. Aduerte tamen, quoniam hæc propriè ſimonia dici non poteſt, niſi ubi pre-
* ces enixè porrigerentur, vt indignus excluſo digno admitteretur; * ita cōmuniter aiunt doct. in c. cùm. M. de conſt. ſed precibus ſimpliciter probatis nō inducitur ſimonia punibilis. Feli. in
14 d. c. tua nos, & in c. cum eſſent, de ſimon. ſic ēt traditum eſt, ſimoniā † ſola mente poſſe cōmitti, qñ aliquis ſperat lucrum de ſpiritualibus, quāuis non paciſcatur. & iſta dicit ſimonia mentalis.

tamen

tamen & hæc propriè & uerè non est simonia; ideoq; ad restitutionem aliquam non tenetur. sed tantùm ad pœnitentiam peragendam. hæc Felin. in cap. suam, de simon. & huius simoniæ
15 reos esse canonicos, † qui ad diuina officia principaliter pro quotidianis distributionibus ire solent, docuit Feli. in d.c.ex parte.j.de offic. delega. vera autem simonia non committitur nisi
* pecunia uel promissione intercedente, vt * communiter aiunt doct. & præcipuè Feli. in d.c.tua nos, in glo.fi.de simon. & quomodo simonia committatur, vide Dec. in consi. 118. Et ideò qñ sumus in pœnis iniungendis, cùm sit materia odiosa, hæc tantùm simonia, quæ uera est, continetur, non autem mentalis, neq; illa, quæ precibus fit & obsequio: vt traditum est in d.c.cùm super, & in c.Matthæus, de simon. & per Card. & Abb. in c.cùm clerici, de pact. & Feli. in c.insi-
16 nuatum, de simon. Quid si pecunia datur † ab alio, vt putà à coniuncto, vt suus affinis beneficium consequatur; eo tamen inscio & ignorante? de hac re agit glo. & Barto. in d.l.j.de ambit. dicas hunc puniri non debere, sed beneficium consequi re uera non posse. vide Abb. in c.ex insinuatione, de simo. in c.pen. de elect. & in c.à nobis, de iur. patron. ij enim non sunt simoniaci,
17 sed simoniacè ordinati. Item scias eum, qui pro aliquo † simoniacè pecuniã dat, eam amplius ab illo repetere non posse. glo. est in l.quæ utiliter. ff. de nego. gest. in princ. Et ad quem spectet pecunia ob turpem causam accepta, vide apud Rom. in sing. 329. incip. Accipiens pecuniam. Quid si aliqui in resignatione beneficij sibi inuicem aliquid pollicentur, saluo semper beneplacito apostolicæ sedis? respondeo, crimen simoniæ propterea non euitari, nisi beneplacitum præcedat Romani Pontificis. Anchar. in c.quæsitum, & in c.cùm uniuersorum, de rer. permut.
18 An autem simonia † committatur, si pater dat siue promittit pecuniam monasterio monialiũ, vt accipiat filiam suam in monacham? vide glo. Abb. & Feli. in c.non satis, de simon. & ad rem hanc faciunt trad. per Bar. in l.ij.C.de instit. & sub.vbi ait, si legatum monasterio factum est ab aliquo, vt filiam suam accipiat in monacham, conditionem hanc tanquam turpem esse reijcien dam. quamuis Bar. contrarium sensisse uideatur in l.Titio centum.§.1.ff.de condi. & demonst.
* in hac autem re illa uidetur * crebrior esse sententia, legatum huiusmodi, & promissionem uiribus esse subnixam, quando redditus monasterij sumptibus non sufficiunt, ut per glo. Abb. & alios in d.c.non satis. Quid si aliquis renunciat literis suis ut sibi detur annua pensio? Dic simo-
19 niam committi. Abb. in c.ad audientiam. 2.de rescrip. & ibi glo. An episcopus committat † simoniam si propter consanguinitatem concedat beneficium, alioqui non concessurus? vide gl. in c.vt nostrum, vt eccles. benef. & glo. in d.c.tuam. Attende etiam in hac re obligationem antidotalem esse potentem ad faciendam simoniacam beneficij collationem: nam si donatarius procurat in curia Romana beneficium obtinere pro donatore, ut se liberet ab ista obligatione antidotali, simonia committitur, secundum Imol. in c.tuam, de æta. & Ang. in l.sed si lege.§.con
20 suluit. ff. de petit. hered. Et quid sit simonia, † & unde dicatur, & quot modis contrahatur, & qui ad accusandum, & dicendum testimonium admittantur, vide plenè. 1.qu.1.in summa, & in tra-
21 ctatibus, qui de simonia editi sunt. An autem & quãdo † & à quibus possit simoniacus dispensari, vide etiam Abb. in c.post translationem, de renunc. quamuis illa sit lectura Ant. de Butr. & an & quando ab inferiore à Papa ualeat dispensari, vide Felin. in c.de simoniacè, de simon. ubi quædam memoratu digna adducit de nonnullis extrauagantibus reuocatis: ideò eum uide omninò. Sed redeundo unde digressi sumus, scilicèt, ad hoc Bartoli documentum, in quo agitur
22 de simonia, † quæ non cadit in Papam, opportunè quærendum est, utrum contra Papam agi possit, & dici eius electionem simoniacam extitisse? Respondeo prima fronte dicendum uideri quòd non, per glo. & Archid. in c.siquis pecunia. 79. dist. & per trad. per Abb. & alios in c.licèt, de elect. Gemin. post glo. in c.vbi periculum, de elect. in 6. & Ias. in hac l.Barbarius. Et ratio est, secundum glo. in d.cap.siquis pecunia, quia potest Pontifex Maximus dicere: nemo (Deo excepto) iudicandi me authoritatem habet. c.aliorum. 9.qu.3.c.si Papa. 40.dist. item in d.cap. omnes exceptiones, quæ contra electum à duabus partibus opponerentur, reijciuntur. Sed proculdubio uerior est diuersa sententia: nam de uero & legitimè electo Pontifice non est nostra quæstio, vt sentiunt ij, quos in contrarium adduximus, sed de electo per simoniam loqui-

mur,atque ita ipſe Papa non iudicatur, ſed factum eligentium ipſum Pontificem oppugnatur: quo caſu indiſtinctè procedit obiectio. quoniam, & ſi Pontifex Maximus poſtquam legitimè eſt electus,ſupra ius poſitiuum omne imperium habeat, & ideò in eius factis diſtinguatur, an committat ea,quæ prohibita ſint,quia ſimoniaca, an verò ſimoniaca, quia prohibita,ut ſuprà latè fuit oſtenſum. Papę tamen electionem ſacris conſtitutionibus eſſe ſubiectam, non incogni
23 ti iuris eſt: quia Cardinales † formam ipſius electionis à legibus traditam mutare nequeunt, ut eſt tex.in clem.ne Romani,de elect. cum ſimil. ſed ipſa lex non niſi legitimè electo Pontifici tribuit poteſtatem, & ille, qui legitimè non fuit electus, nomen Pontificis non meretur: vt in ſimili traditum eſt in l.iiij.§.condemnatum,ff.de re iudic.ſententiam,in qua quod ius poſtulat, obſeruatum non eſt,nomen ſententiæ non mereri. Sic etiam filius non legitimè exhæredatus, dici exhæredatus non poteſt. & inſtrumentum, cui ſolennia defuere, inſtrumenti nomine, ac ui carere exploratum eſt.l.diuus,& ibi Bar.ff.de milit.teſta.ita pariter & Papa non legitimè ele
24 ctus,Papa dici non poteſt. Hinc dixit Bal.in l.fi.C.ſenten.reſcind.non poſſ. Papam † canonicè electum,eſſe Deum in terris,& non canonicè electum eſſe dęmonem, claues non regni cœlorum,ſed inferni gerentem. citatque.d.c.ſi quis pecunia. & ad eum accedit Feli.in c.Ego.N.colu.2.in fi.de iureiur.atque ideò concludendum eſt, longè diſtare electionem Papæ à ueri Pontificis poteſtate: nam dum eligitur,nondum eſt factus; & ideò ipſius electio, quæ à Cardinalibus fieri debet ſeruatis ſeruandis,iuri poſitiuo abſque dubio eſt ſubiecta.Pro iſta concluſione Dec.attulit textum in c.in nomine Domini.23.diſt.ego verò affero tex.cum glo.in c.Deus.3.q.1.vbi apertiſsimè habetur huiuſmodi electionem uſque adeò eſſe irritam & inanem,vt ſi huiuſmodi electus de ſede eijciatur,amplius reſtituendus non ſit, ſecundum glo.ibi. Et hoc ratione ualidiſsima confirmatur: nam, ſi (vt ſuprà fuit iure cõcluſum) ipſe Papa,qui eſt ſupremus, ſi beneficium cũ adminiſtratione ordinis & clauium conferat,in crimen incidit ſimoniæ, quanto magis Cardinales,qui longè ſunt inferiores, electionem Papæ intercedente pecunia facere nequeunt,in qua & ſuprema clauium adminiſtratio, & ſumma totius eccleſiæ poteſtas continetur? nam ſi de quo magis uidetur ineſſe, & non ineſt, ergo nec de quo minus. Nec obſt.d.c.licèt,& d.ca.vbi periculum,cum ibi trad. vbi traditum eſt, nullam exceptionem obijci poſſe contra electionem à duabus ſuffragiorum partibus approbatam: quia reſpondeo, eas tantùm exceptiones refelli,quę circa numerum eligentium oriuntur,ſcilicèt minor ne an maior eligentium numerus exigatur. & pro hoc reſponſo uidetur elegans tex.in c.eccleſia veſtra.2.§.denique,de elect.quoniam in ſimili caſu attulit Raph.Cuma.in conſi.126.Sed eſto etiam quòd à.d.c.omnes exceptiones reijcerentur,propterea tamen exceptiones, quæ ab alia parte iuris inſurgunt,non excluderentur.argumento.l.primæ.ff.quod ui aut clam, tradit latè Soci.in conſil.38. in primo volu.Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari.ff.de iureiur. & Felin.in c. ex parte.2.de offic.delega. ſed iſta obiectio prouenit à defectu formæ ab ipſis conſtitutionibus traditæ,igitur &c. Prætе-
25 reà nullitas notoria † & expreſſum errorem præ ſe ferens à lege quaſcunque exceptiones refellente,nunquam intelligitur eſſe excluſa.Bal.in l.j.C.ne lice.potenti. & clarè Aret.in conſ.75. in fi.idque prius dixerat Bal.in rubrica.C.de probat.vbi nullo legis uigore probationem, quæ habetur per euidentiam rei excludi poſſe aperuit.ad quem accedit Alex. in conſi.60. in quarto uolumine.& in conſilio 97.in 6.volum.ſed iſta obiectio eſt huiuſmodi,ſi probatur: nam eſt euidens & notoria nullitas,igitur nunquam cenſetur excluſa. Alex.in conſi.77.in 3.volumine. Aret.in conſilio 75.& Abb.in conſilio 55.in ſecundo volumine.Prætereà dico nunquam cen-
26 ſeri excluſam † exceptionem prouenientem culpa ipſius, contra quem excipitur, aut agitur. tex.eſt not.in l.veteres,in fi.ff.de itin.act. priuat.per quem ita inquit Soc.in conſi.27.colu.6.in quarto volumine. ſed iſta eſt huiuſmodi propter interuentum pecuniæ uel promiſsionis, igi-
27 tur &c. Prætereà lex † quæ reijcit quaſcunque exceptiones, eſt intelligenda,vt leues tantùm, non autem eſſentiales excludat. ita in ſtatuto quamcunque exceptionem excludente, decidit
* Barto. in l.omnes populi, colum.penult.ff.de iuſt.& iur. quæ deciſio eſt * communiter approbata ſecundum Alexan.in conſi.90.in primo vol.& Alber.in prima par. ſtatutorum quæſt.82.

quem

quem sequitur Alexand.in consi.113.colu.fi.in 5.volu.& in consilio 97.in sexto volumi. Non prætermitto hanc simoniacæ electionis exceptionem propriè exceptionem dici nõ posse, sed nullam esse,ut de Papa hæretico dixit Bal.in d.c.licèt,de elect. Et exceptionem hãc in Concilio Constantiensi Ioanni antipapæ obiectam fuisse testatur Fulgos. & refert Ias.in hac.l. Barbarius. Denique de hac ipsa re extat bulla Iulij.II.Romani Pontificis, qua & huiuscemodi electiones irritæ fiunt.& ideò electos nõ apostolicos,sed apostaticos appellandos esse prȩcipitur: Cardinalesque ita Pontificẽ eligentes beneficijs & dignitatibus ipso iure priuatos esse decernitur.Antiquitus autem eos esse deponẽdos iure cautum erat.C.si transitus.79.dist.Quare ex ijs cõcludendum est,electionem summi Pont. simoniacè factã euerti posse ac debere,ne Christi vices agens in terris tanti criminis reus,fœdum Dij immortales facinus,inueniatur. Et an &
28 quando Papa † possit accusari de simonia,vide gl.in c.si Papa.40.dist.& Abb.in c.quoties. de simon.An autem necessitas excuset à simonia etiam in spiritualibus,vide Abb. in c. cùm ecclesia, de simon.

Summarium in l.j.de off. Præfec. vigil.

1 *Incendia plerunque fieri eorum culpa, qui in domo commorantur : et ideò eos esse de negligentia puniẽdos.*
2 *Culpa, quæ contra habitantes præsumitur, est leuissima.*
3 *Incendiarij qua pœna puniantur.*
4 *Si plures erant habitantes in domo combusta, quis eorum teneatur.*

Bar.in l.j.ij.& lij.ff.de off.prefect.uig.

1 BART. in d.legibus,quas omnes una tãtùm lectura complectitur.ibi.in principio ait, incendia † plerunque fieri eorum culpa,qui in domo commorantur : & ideò eos esse de negligentia puniendos.Adde doct.in l.si uendita.ff.de peric.& commod.rei vẽdit.Alex.in consi.50.Visis & oportunè,in 1.vol.Io.de Anan.in consi.71.Visis & diligenter. Salic.plenè in l.quæ fortuitis,& in l.si creditor.C.de pignor.acti.Doct.in c.2.depos.Ang. in cons. 197.Incendium est ortum.Anch.in consi.394.Conductor domus.Felin.in c.Tua nos.de sent. excomm.Cæpol.remissiuè in tract.de seruit.rustic.prædi.in capitulo de igne.Thom.Ferrat. in cautel.36.in quibus locis colligitur,probato incendio,probatam esse contra ipsos habitantes intentionem actoris,nisi ipsi contrarium probent,scilicèt sine eorum culpa sequutum fuisse incendium.& ita Bar.Ang.& alij tradidere in l.si quis ex argentarijs.§.fi.ff. de eden. Animaduer-
2 tendum tamen est,culpam, † quæ contra habitantes præsumitur,esse leuissimam.glo. est sing.
* in §.Præterea,& ibi Ang.de Aret.instit.quib.mod.re contr.obli.in gl. fi. quæ est * communiter approbata,secundum Ias.in l.domus,in princ.ff.de leg.1.vbi multa ad rem incendij pertinentia declarauit,& in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis caut.Et quoniam Bart.in d.legibus, de off.
3 præfec.vigi.prosequitur aperiendo,qua pœna incendiarij † puniantur, vide Salic.in l.data opera.C.qui accus.non poss.Feli.in d.c.tua nos,de sent.excomm.glo.in uoce incendium.in c.cùm deuotissimam.12.q.2.Host.in tit.de rapt.in rubrica de incendiar. in uoce, qua pœna. & Inn.
4 in c.sicut dignum,de homic.Quid si plures erant habitantes † in domo combusta, quis eorum teneatur ? Rom.in consi.401. Si incendium factum est in re locata, siue data in dotem, cuius erit damnum ? Bar.cum ibi additis in l.in his,in princ.ff.sol.matr.Et cuius culpa præsumatur in cendium euenisse, quis de tali incendio teneatur, & quæ in huiusmodi casu probari debeant, docuit Alex.in consi.74.in 6.vol.ultra eos, quos anteà memorauimus.

Summarium in l.obseruare.ff.de off. proconsul. & lega.

1 *Processum factum & sententiam latam à iudice incompetente, non ualere, & ratum haberi non posse à superiore, neque à partibus.*
2 *Pontifex potest sententiam nullam ratam habere & confirmare.*

Bar.

Bar.in l.obſeruare.ff.de off.proconſ.& leg.

1 BART. in d.l.obſeruare,uerſi,quæro aliquis, ait proceſſum † factum, & ſententiam latam à iudice incompetenti,non ualere,& ratam haberi non poſſe à ſuperiore,neque à partibus. idē ait Alex.in conſ.174.col.fi.in lib.primi & ſecundi.uol.& in conſi.78.Viſo,col.pen.in 5.uolum. Aret.in c.1.col.pen.de judic.Alex.in l.eius qui in prouinciam,col.3.in fi.ff.ſi cert.pet. gl.Bald. Ant.de Butr.& Imol.in c.prudentiam,de off.deleg.Bal.in conſi.42.in 1.uol.& Dec.in d.c.prudentiam, nu. 24. ubi deinceps limitat regulam hanc non habere locum in ſummo Pontifice,
2 † qui ſententiam nullam ratam habere poteſt & confirmare,iuribus ibi per eum adductis.Rurſus limitatur,ut à partibus rata poſsit haberi, non ut ſententia, ſed in uim pacti prouenientis à cōſenſu partium.id quod etiam ſenſit Bar.in d.l.obſeruare,in fi.Et ratio eſt,quia cōſenſus partium non ſupplet,niſi defectum conſenſus,non autem defectum formæ.Felin.in ca.ſunt & alij, col.2.de reſcript.

Summarium in l.ſolent.§.non uerò.ff.de off.Proconſ.& lega.

1 *An ille, qui aliquid ſoluit annuatim, poſſit etiam ad id ſoluendum futuris temporibus iure compelli.*
2 *Vbi de ſolutione conſtat, & de cauſa ipſius ſolutionis non liquet, præſumitur facta ſolutio ob cauſam, quæ procedit, quamuis foret inhabilis.*

Bar.in l.ſolent.§.Non uerò.ff.de off.proconſ.& leg.

1 BART. in d.l.ſolent.§.non uerò,uerſi.Item quæro,diſputat, an ille, † qui aliquid ſoluit annuatim,poſsit etiam ad id ſoluendum futuris temporibus iure compelli.vide tu ad hoc Feli. in cap.veniens,col.5.de teſti.& omninò Abb.in conſ.74.in 1.uol.
2 Bar.in d.§.Non uerò,uerſi.ego dico contrarium,ait,ubi de ſolutione † conſtat,& de cauſa ipſius ſolutionis non liquet,præſumi factam ſolutionem ob cauſam,quæ pręcedit,quamuis foret inhabilis.vide Soc.in conſi.9.col.pen.in 1.uol.Alex.in conſi.25.in 2.uol.Ad rem facit.l.fi.C.de alim.pupill.præſt.Bar.in l.cùm ſeruus.ff.de verb.oblig.Soc.in conſi.205.col.3.in 1. uolu. & in conſi.16.in 3.volum.

Summarium in l.ne quicquam.§.vbi decretum.el 1.ff.de off.Procon.& lega.

1 *Nunquid in officio iudicis libellus ſit neceſſarius.*

Bar.in l.ne quicquàm.§.vbi decretum.j.ff.de off.procon.& leg.

1 AD materiam iſtius.l.vide Aret.in l.quod in rerum.§.ſi quod poſt.ff. de leg.1. & dum Bar. ibi in verſiculo Quæro pro hoc,tradit, nunquid in officio † iudicis libellus ſit neceſſarius, vide tu ad hoc Bar.Ang.& Paul.de Caſt.in l.ij.C.de ſeru. fugit.& aliquid per Bal.in l.j.C.de eden.

Summarium in d.l.ne quicquam.§.ubi decretum.el ij.ff.de off.Proconſ.& lega.

1 *Citationem eſſe neceſſariam, non etiam ubi ſententia diffinitiua non deſideratur, ſed interlocutoria.*
2 *Libellus utrum ſit neceſſarius ubi officium iudicis proponitur, & lis conteſtatur.*
3 *Impery cauſa de iure canonico delegari poteſt.*

Bar.in d.l.ne quicquam.§.vbi decretum.ij.ff.de off.procon.& leg.

1 BART. in.§.vbi decretum.2.in principio uerſi.ſecunda regula,ait,citationem † eſſe neceſſariam, etiam ubi ſententia diffinitiua non deſideratur, ſed interlocutoria, ut ibi per eum, & reliqua. Ad quæ uideas tu Abb.in conſi.16.col.3.in conſi.34.col.4.& in conſi.68.col.fi.in 2. uol.Rom.in conſi.72.& Card.in conſi.62.col.fin.in ultimo dubio.Alex.in l.recuſare,in 2.not. ff.ad Trebell.& in l.apud Iulianum.§.vtrum,eod.tit.col.fi.& in conſi.100.col.2.in 5.uolu. vbi concludit,citationē exigi in omni interlocutoria,quæ alicui parti præiudicare poſſet. vide eundem Alex.in l.ſi opus.ff.de oper.nou.nunc.Io.de Anan.in conſ.26.colum.2.Feli.in c.Eccleſia

ſanctæ

sanctæ Mariæ,col.2.uersi.quartò not.de const.& in c.2.col.10.uersi. quintò quæro, de testib.

2 Bar.in d.§.vbi decretum,col.3.uersi.sequitur,in gl.ibi,vnde dicas secundum Iac.Butr. tradit, vtrum sit necessarius † libellus,ubi officium iudicis proponitur, & lis contestatur. vide tu Ias. inst.de act.in princ.col.2.nu.67.& Alex.in l.j.col.2.ff.de eden.

3 Bar.in eod.§.col.5.uersi.item adde,ait,imperij † causas de iure canonico delegari posse.Vide Alex.in l.j.col.2.in fi. ff.de off.eius.& in l.Imperium.colum.8.in fin.ff.de iurisd. omn.iud. & ibi vide etiam alios.

Summarium in d.l.nequicquam.§. de plano.ff.de off.Proconsi.& lega.

1 *Vbi causa committitur terminanda de plano,intelligitur sine processu,& sine causæ cognitione.*

Bar.in d.l.nequiquam.§.de plano.ff.de off.Proconsi.& leg.

1 Bart. in d.l. nequicquam.§.de plano, colligit ex isto text. quòd ubi causa † committitur terminanda de plano, intelligitur sine processu,& sine causæ cognitione.vide Alexan. in cons. 156.colum.1.in 2.uolum.

Summarium in d.l.nequicquam.§.obseruare.ff.de off.Procon.& lega.

1 *Iudex officium suum exercet quamuis non petatur.*

Bar.in d.l.nequicquam.§.obseruare.ff.de off.Procon.& leg.

1 Bart. in d.l.obseruare,colligit ex isto tex.quòd iudex † officium suum exercet, quàmuis non petatur.Vide tu Barb.in cons.8.col.4.& seq.in 1.uol.& in consi.12.col.18.eod.vol.

Summarium in l.meminisse.ff.de off.Procon.& lega.

1 *Consul seu potestas potest causas cognoscere & omnia agere usque ad successoris aduentum.*
2 *Dictio, ad,cohærentiam significat.*
3 *Dictio,usque,quid significet.*

Bar.in l.meminisse.ff.de off.proconsi.& leg.

1 Bart. in d.l.meminisse,in princ.colligit ex isto tex.Consulem † seu potestatem posse causas cognoscere,& omnia agere usque ad successoris aduentum.Hoc idem tradunt cano.in c.& si Christus,de iureiur.sed quæritur,nunquid finito suo tempore,ipso in magistratu perseuerante,salarium habere debeat? vide Rom.in sing.390.ait etiam Bar.hìc,iudicem finito suo tempore posse causas cognoscere & diffinire: quia non dicitur finitũ esse officium suum, donec successor adueniat.Adde quòd idem tenuit Ang.in §.in iudicio,col.6.inst.de action.& Bal.in rep. l.nequicquam.ff.eod.tit.de off.procon.in addit.153.

2 Bar.in d.l.col.2.in princ.ait, dictionem, † ad,cohærentiam significare,vide Aret.in l. si cui, in princ.col.2 ff.de leg.1.& aliquas remissiones apud Alex.in l.cætera.§.hoc senatu.ff. de leg. 1.& dum ibi Bar.infert ad quæst. si statutum dicat, si eum assalierit ad domum, an is, qui eum assaliuit ad apothecam,incidat in pœnam;uideas Alex. in l.Diuus.ff.de feri.Et de dictione,ad, vide infrà in uoce Dictio.

3 Bar.ibidem agit,de dictione,vsque.Vide Bal.in auth.hoc amplius,in fi.C.de fideicom.gl.in l. id est usque.ff.de dol.mal.Oldr.in consi.49.Abb.cum ibi addit.in c.cùm dilecti,de dol.& contum.& in c.j.de ordin.ab episc.& episcop.renunc.licèt illa sit lectura Ant. de But.& Mar. Soc. iuni.in consi.6.nu.28.

Summarium in l.fi.de off.Procon.& lega.

1 *Si consuetudo est in ecclesia sancti Laurentij ut Archipresbyter habeat oblationes dominicales, & Sacrista eas, quæ fiunt in festo sancti Laurentij, & festum sancti Laurentij in die Dominico uenire contingat, quid fieri debeat.*
2 *Nunquid de iure canonico ex præsentia iudicis maioris amittitur iurisditio inferioris.*

Bar.

Bar.in l.fi.ff.de off.proconſ.& leg.

1 BART. in d.l.fi.quærit,ſi conſuetudo † eſt in eccleſia ſancti Laurentij ut Archipresbyter ha beat oblationes dominicales (ut eius verbis vtar) & Sachriſta eas,quæ fiunt in feſto ſancti Lau rentij,& feſtum S.Laurentij in die Dominico uenire contingat, quid fieri debeat; & conclu- * dit,oblationes eſſe Archipresbyteri.Adde quod hæc opinio Bar.* communiter reprobatur,vt per doct.quos refert Iaſ.in l.ſi arrogator,col.22.cum ſeq.ff.de adopt.aiuntque oblationes eſſe diuidendas,ut tradit idem Iaſ.in l.ſi eadem,in fi.ff.de off.aſſeſſ.De hac re videri poterit Aret. in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.& Alex.in l.ſi quis poſthumos, in princ.ff.de lib. & poſthum.
2 Et dum Bar.poſtea tradit,nunquid de iure canonico ex preſentia † iudicis maioris amittatur iu riſdictio inferioris.ad hæc vide tu Barb.in conſ.45.col.3.in 2.uol.

Summarium in l.illicitas.ff.de off.Præſid.

1 *Quæ ad præſidem pertinent.*

Bart.in l.illicitas.ff.de off.præſid.

1 BART. in d.l.illicitas,in princ.colligit in ſumma, quæ † ad præſidem pertinent. Tu de hac re vide Feli.in c.fi.col.1.uerſi.amplia tertiò,& ibi Barb.col.9. & Aret.colu.3.& ſeq.de conſt.& Alex.in conſi.118.col.2.in fi.in 3.uol.& quæ latius poſui ad Bar.in l. j.infrà.de off.aſſeſſ.

Summarium in d.l.illicitas.§.ueritas.ff.de off.Præſid.

1 *Judex iudicare debet ſecundum allegata & probata,non autem ſecundum conſcientiam ſuam.*
2 *Papa vel Imperator iudicare poteſt ſecundum conſcientiam ſuam.*
3 *Iudex in notorijs poteſt iudicare ſecundum conſcientiam ſuam.*
4 *Judex quando poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta,tunc poteſt ferre ſententiam ex cauſa ab ipſa parte non deducta,ſed probata.*
5 *Judex an & quando poſſit pronunciare ex iure non deducto,& ex præſumptione, quæ non fuit allata.*

Bar.in d.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſid.

1 BART. in d.§.veritas,colligit in ſumma, iudicẽ † iudicare debere ſecũdum allegata & pro bata,non autem ſecundum cõſcientiam ſuam.Vide Abb.& Feli.in c.paſtoralis.§.quia uerò, de offi.deleg.& S.Thom.in 2.ſecundæ quæſt.77.art.2. Limita hoc non habere locum in iudice, cuius animum poteſt mouere aliqua confeſsio facta coram eo uiua uoce. Feli.in c.cùm uenera bilis de except.Item limita non habere locum in iudice,qui non habet ſuperiorem,ut eſt Papa
2 † vel Imperator: quoniã iudicare poteſt ſecundum conſcientiam ſuam.Bart.& Bald.in l.vnic. C.ut quæ des.aduoc.Innoc.in c.cùm inter,de elect.Feli.in d.§.quia uerò. nam huiuſmodi iudi ces etiam ſuper non petitis poſſunt ſuam proferre ſententiam: ita Bal. ſing. per illum text.in l. Aemilius Largianus.ff.de minor.Alex.in conſi.48.col.4.in 7.vol.& ideò cùm ius fori ſuæ con ſcientiæ,& non ius rigoroſum ſequi teneantur,iudicare debent id,quod ipſe Deus eſſet iudica turus,ut ait Bal.in l.fi.in princ.6.quæſt.C.de iur.deliber.& Albert.Brun.in conſi.82.Et ad præ dicta vide Dec.in conſi.463.& Franciſcum Lucanum in tract.de fiſco & eius priuilegijs.num.
3 139.Item limita prædictam regulam in notorijs † non procedere,quia iudex ſequi debet con ſcientiam ſuam ab huiuſmodi notorietate inſtructam,ut ait Dominic.de S.Gemin.in c.iudicet. 3.q.7.de qua re uide Feli.in d.§.quia verò.Limita etiam nõ procedere in criminalibus cauſis, in quibus iudex ſequi debet conſcientiam ſuam,ſecundum Innoc.in d.c.quia uerò,& ibi Abb. in uerſi.gl.in uerbo tenetur.Et ideò quęri ſolet,utrum iudex,qui uidit homicidium perpetrari, poſsit abſque aliqua probatione homicidium punire? Azo, Hugo, & Accurſius reſponderunt quòd non,per tex.in hoc.§. ueritas.tamen contrarium ſenſit glo.not.in ca. Deus omnipotens.

§.quando

§.quando autem.2.q.1.& ideò pro opinionum concordia, nescio debeat ne placere distinctiõ illius gl.an non,quæ ea est: Aut iudex sedebat pro tribunali,& tunc possit,iuribus ibi per eum allatis: Aut non sedebat,& tunc secus. nam ista sessio mihi non uidetur esse tanti ponderis, ut tam magnam differentiam inter unum casum & alium facere debeat. Et ideò ad illud recurrẽdum est,quod ait Bar.utrum constet iudici ut iudici,an uerò ut priuatæ personæ. de qua re uide Alex.in consi.82.col.2.in 3.vol.& Paridem in tract.Syndicatus, in uoce, allegatione.col.5. & Iaſ.in l.ij.ff.de in lit.iur.& tex.in l.fi.in fi.ff.de probat.& Bal.in cõsi.205.in 1.uol.Limita quo
4 que regulam hanc non procedere quãdo iudex † potest procedere sola facti ueritate inspecta, quia ferre potest sententiam ex causa ab ipsa parte non deducta sed probata. Soci.in cons.11. in fi.in 3.vol.Item ubi à iudice in scriptis & sine scriptis potest ferri sententia, tunc ferri poterit secundum cõscientiam ipsius iudicis. Bar.in auth.nisi breuiores,C.de sent.ex peric.recit.& Feli.in d.§.quia uerò,uersi.quintò limita.Et de hac re uide Anchar.in rep. capituli primi de re iud.in 6.Ana.in c.tuarum,de sortileg.& Ant.de Butr.in ca.ueram,de cohabit.cleric.& muli. Et iudicem posse etiam in quibusdam alijs casibus iudicare secundum conscientiam suam, habetur apud gl.c.1.in uoce,canones,de offi.ordin.& ibi Abb.& Barb.latè post Imol.& alios tradi-
5 derunt,& S.Thom.in loco prædicto. Et an & quando † iudex possit pronunciare ex iure non deducto,& ex præsumptione,quæ non fuit allata,uide Feli.in c.afferte, nu.6. cum seq. de præsumpt.Ad regulã uerò,quæ ex isto tex.colligitur,uide omnes in d.l.unic. C.ut quæ des.aduoc. Ana.in consi.34.Anc.in c.canonum statuta,col.9.uersi.postremò,& col.seq. de constit. & in c. possessor,col.8.& seq.de reg.iur.in 6.Alex.in l.bonorum,in fi.C.qui admit.Bal.in c.dilecto,de testi.Feli.in d.c.cùm uenerabilis,col.14.de except.Imol.in cons.8.& in cons.pen. col.8. & seq. & Bonifacium in tract.maleficiorum.

Summarium in d.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de off.Præsid.

1 *Ad præsidem Prouinciæ spectat ne impotentes à potentioribus opprimantur.*
2 *Judex & Princeps est legatus & Proconsul Dei.*
3 *Potentia aduersarij an tollat solennitatem iuris.*
4 *Vidua diues & potens an inter impotentes & miserabiles personas sit numeranda.*
5 *Securitas est legitimum præsidium.*
6 *Ille, qui cum aliquo confœderationem fecit, potest se cum inimico illius copulare propter suam securitatẽ, quando timet se ab eo offendi.*
7 *An illæ, qui promisit me non offendere, teneatur etiam si me offenderet in alio territorio.*

Bar.in d.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsid.

1 Bart. in ead.l.§.ne potentiores,colligit,ad præsidem † prouinciæ spectare ne impotẽtes à potentioribus opprimantur. & ex hoc infert, si aliquis timet se offendi, ut possit officium iudicis implorare.Vide tu de hac re quando & quomodò aliquis possit petere securitatem ab inimico suo.Bar.in l.centum.ff.de rer.diuis.Abb.& Feli.in rubrica de treg.& pac.colu.5.uersi. qui timet. Iaſ.in l.si super possessione,in 4.not.C.de transac. Iudex enim debet sua sapienti potentia,& potenti sapientia suffragari oppressis,ut ex multis memoratu dignis docuit Fulgo.in
2 cons.147.inter consilia Imol.nam iudex & Princeps † est legatus & proconsul Dei,secundum gl.in rubrica in auth.de hęred.& Falc.tradit Bal.in tract.de pace Constantiæ in principio.ideò debent inuigilare,ne iustitiæ prævaleat potẽtia diuitiarum,ut not.habetur in §.si uerò illi quidem,in auth.ut omnes obed.iudic.prouinc.hoc enim frequenter contingit. & ideò legislator inuehitur in iudicantes,qui ut plurimùm potentioribus magis quàm iustitiam petentibus præstant,ut habetur in.§.latet,in d.auth.ut omnes obed.iud.prouinc.vbi gl.subiungit,hoc esse mirabile uerbum. Vtinam non sit uerum,ab illo enim abusu præsumitur semper debiliores à potentioribus opprimi,crediturque aduocatos nolle litem suscipere pro paupere; ut hæc & alia multa ad rem facientia tradet Matth.de Afflictis in tract.prothomiseos.§.5. Hinc etiam inquit

Bar.

Bar.in l.Ad splendidioris.C.de diuer.offic.& appari.lib.12. clauem iustitiæ in hoc uehemẽter
3 errare,quòd delicta maiorum cœlantur. Vtrum autem potẽtia † aduersarij tollat solennitatem iuris? vide Fel.in c.2.col.4.uers.sextò limita,de testi.Quæro qui dicantur potentiores esse alijs, vide in tit.C.ne lice.potent.& Specul.in tit.de cess.in princ.versi.quod intelligo.& in tit.de his
4 quæ ui met.cau.fi.in fi.& Barb,omninò in c.1.col.5.de offi.deleg.nunquid uidua † diues & potens inter impotentes & miserabiles personas sit annumeranda? tex.not.in c.ex parte B.& ibi Abb.& alij.de for.compet.sentiunt eam esse miserabilem personam; tamen de hoc uide Feli. in c.significantibus,de off.deleg.& Dec.in l.iusdicenti.nu.8.ff.de iurisd.omn.iud. Quid autem deducendum sit,& probandum,quando aliquis cautionem petit,ne offendatur, cuius rei paulò ante mentionem fecimus,aperit Alex.in consi.88.col.5.uersi.quartò principaliter,in 5.uol.
5 Posteà Bar.hic quærit,quid sit securitas,dicitque † eam esse legitimum præsidium, & reliqua. Adde tu quotuplex sit securitas,& quomodò intelligatur, & quo iure debeatur, & alia ad rem facientia,ut per Bar.in l.j.in princ.ff.ad leg.Iul.maiest.Et siquis promisit aliquem securum facere,ita fieri debet, ut nihil ei obijci possit,ut sentiat læsionem.Ant.de But.& Abb.in c.quoties, de pact.Bar.in l.illa institutio.ff.de hære. inst. Ang.in l.j.ff.qui satisd.cog.vbi Ias. tradit quid sit securitas.Bal.in l.sancimus.C.de uerb.signif.gl.sing.in l.j.C.si aduers.sol. Bal.& Ang.in l.Papianus.§.mortis causa.in uoce,securè.ff.de inoff.testa.vbi Ang.citat.l.primam.ff.de prætor.stipu. & loquitur de fidantia data bannitis ut ueniant ad ciuitatem.vide Corse.in singul.suo. incip.Si
6 aliquis promisit,in uoce,securus.Vnum etiam scias,& obliuioni non tradas,illum,† qui cũ aliquo confœderationem fecit,posse se cum inimico illius copulare propter suam securitatẽ,quã do timet se ab eo offendi.Bal.in cons.369.in 1.vol.Et dum Bar.in d.§.ne potẽtiores,col.2.agit de cautione præstãda à re personæ,vt de damno infecto,vide Alex. in rubrica.ff.de dam.infec. Subiungit deinde Bar.ibi cautionem præstari à persona personæ, & hãc esse præstandã officio iudicis causa cognita.vide Cæpol.in cõs.8.in fi.& Alex.in l.ij.in princ.ff.sol.matr.Et dũ ibi paulo post quærit an in huiusmodi securitate dari debeant fideiussores,vide quæ dixi in præcedentibus.& attẽde quoniam hæc uox,securus,satisdationem significat.l.si cuius rei.ff.de usufr. vbi videtur tex.not.Et dum Bar.hic,in 2.col.uersi.Quæro si Titius,disputat, nunquid ille,qui pro-
7 misit † me non offendere,teneatur etiam si me offenderet in alio territorio? De hac quæst.vide Ias.in l.fi.ff.de iurisd.omn.iud.ad rem faciunt trad.per Ang.in cõsi.113.incip.Magnifici Antiani.& dum ibi paulò post concludit Bar.eũ conueniri posse ubique.vide Feder.de Sen.in consi. 13.col.4.& aliquid per Cor.in cons.243.col.14.in 2.uol.

Summarium in d.l.illicitas.§.Præses.ff.de off.Præsid.

1 *Mulcta remitti potest ob necessitatem & paupertatem.*
2 *Paupertas an quò ad remissionem pœnæ prosit,uel noceat.*
3 *Paupertatis priuilegia quæ sint.*
4 *Mulcta,quæ est extraordinaria,potest minui à Iudice.*
5 *Pœna remitti potest alicui propter amorem, quem habet Princeps erga illum, si talis amor à uirtute procedit.*
6 *An & quando pœna differri possit.*

Bar.in d.l.illicitus.§.præses.ff.de off.præsid.

1 Bart. in ead.l.§.Præses,colligit,mulctam † remitti posse ob necessitatem & paupertatẽ, & quamuis ille postea efficiatur soluendo,non debere exigi. Vide in simili casu eundẽ Bar. in l.si cõstante,in fi.ff.sol.matr.Et dum ibi Bar.ait,bannum imponi posse propter inobedientiam & contumaciam,hoc idem sequitur Ias.in l.j.in princ.ff.si quis iusdic.non obtemp.uer.adde tu
2 duo.Et dum Bar.hic propè fi.tradit,an paupertas † quo ad remissionẽ pœnæ prosit,an noceat, & distinguit,ut ibi per eũ.Ad hoc uide Ias.in l.Si quis id quod.ff.de iurisd.omn.iud.col.6.versi. quartò limita.Quid si aliquis culpa sua pauper efficeretur? Bal.in c.quæ in ecclesiarũ. de cõst.

uoluit,

voluit hoc ei non obesse. Contrarium uerò ibi Io.And.& Imol.tradiderunt.de qua re vide Feli. in c.si quis testium,uersi.& ista procedunt,de testi.& in d.c.quæ in ecclesiarum.nu. 91.& Alex.
3 in cons. 176.in 7.vol.quæ autem sint priuilegia † paupertatis,docuit Feli.in c.significantibus, de off.deleg. & Dec.in c.1.nu.54.de probat. Et quomodò probetur paupertas, vide Alex. in cons. 37.in 7.vol. Item quis dicatur pauper,ita vt perfrui possit beneficio paupertati concesso, vide Soc.in cons. 30.in 4.vol.& ad rem faciunt trad.per Abb.in c.cùm causam, de testi. & per Ias.in l.si constante.ff.sol.matr.& quia hic Bar.sentit pœnam, quæ est ordinaria, à iudice minui
4 non posse,sed mulctam,quæ est extraordinaria.vide Ias.in l.j.in princ.col.ult.in fi.ff.si quis iusd. non obtemp. vbi ponit rationem diuersitatis. Et an & quando ordinaria pœna possit à iudice minui, & quæ sit iusta causa minuēdi eam,vide apud Feli.in c.qualiter.2.§.ad corrigendos nu. 17.cum seq.de accusat.& omninò Raph.Fulgos.in cons.124.& in cons.ultimo.& Aret.in cōs.
5 130.in fi.Abb.& alios in c.de causis,de offi.deleg.Attende, pœnam † remitti posse alicui propter amorem, quem habet Princeps erga illum, si talis amor à uirtute procedit, non autem ab affectione carnis. & quid in iudice inferiore? Abb.in c.nisi speciales,de off.lega.Hìc non ab re est intelligere,vtrum pœna mortis mitigari possit? idque ex iusta causa fieri posse, ut putà quā do reus longum carcerem passus fuisset,docuit gl.not.in l.si diutino,in gl.mag.ff.de pœnis. de qua re vide Alex. in consi.19.in fin.in 7.vol.& Dec.in consi.535.vide Cæpol.in cautel.1.& in caut.5.Similiter quando ille,qui est puniendus,uir est utilis in exercitu,& fortis in bello,pœna
6 est minuenda.Cæpol.in consi.36.in fi.An & quando pœna † differri possit,Cæpol.in cautel.2. Et an & quando iudex possit mutare,uel moderare pœnam à lege impositā,vide Paulum Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum, in 6. quæst. Pœna quoque minui debet ratione ætatis tàm in minore quàm in sene.Dec.in l.ferè in omnibus pœnalibus.ff.de reg.iur.Quot uerò sint genera pœnarum tàm capitalium quàm non capitalium, & quæ imponi possint tam de iure ciuili, quàm de iure canonico,vide Felin.in c.qualiter & quando.§. ad corrigendos. nu.7. cum seq.de accusat.& Io.de Lignano in trac.de censura ecclesiastica,nu.4.cum seq.

Summarium in l.sæpe.ff.de off.Præsid.

1 *Verba rescripti directa ad iudicem,an importent necessitatem.*

Bar.in l.sæpe.ff.de off.præsid.

1 Bart. in d.l.sæpe. tradit, an uerba † rescripti directa ad iudicem importent necessitatē. & accedit ad gl.ibi,quæ distinguit,ut ibi per eum.Adde tu illam glo.sequi etiam Rom. in l.ij.ff. de off.eius.Ant.Corset.in suo sing.incip. Verbū potest. vbi plenè agit de hac re.& Imol.in cle. sæpe.col.6.de uerb.signif.Card.in clem.procuratorem,de procur. hoc idem sentit gl. in uoce, antequam,in l.& quia.ff.de iurisd.omn.iudic.Bal.in c.1.in princ.de off.deleg.Feli.in c.nam cōcupiscentiam,col.2.de const.& in c.3. col.1. de off.deleg. vide omninò quæ posui suprà in lucubr.ad eundem Bar.in l.j.ff.de iust.& iur.

Summarium in l.congruit.ff.de off.Præsid.

1 *Furiosus puniri non debet pro crimine perpetrato,nisi tempore,quo erat sanæ mentis.*
2 *Semel furiosus semper præsumitur furiosus,nisi contrarium probetur.*
3 *Furor superueniens an & quando non excusēt à pœna.*
4 *Furore amoris nihil est uehementius.*
5 *Furiosus est puniendus pro delicto,quod commisit quando erat sanæ mentis.*
6 *Furiosus,demens,& mente captus in quibus differant.*
7 *In casibus in quibus iudex procedere potest per inquisitionem, inquirere non debet nisi præcedentibus legitimis iudicijs.*
8 *Inquisitio formari non potest contra aliquem,nisi prius constet de delicto.*
9 *Judex in his quæ respiciunt priuatā utilitatem & periculum animæ, ex officio procedere potest,& debet,etiam si agens malè egerit.*

10 *Judex, qui uult inquirere de crimine, tenetur prius monere offensum & alium cuius interest, an uelit eum accusare an non, & debet ei statuere & præfigere terminum ad deliberandum.*

11 *Inquisitio si contra aliquem formata est ineptè, & reus crimen confiteatur, utrum ex huiusmodi confessione condemnari poterit.*

12 *Si Judex in inquisitione dicit aliquem scienter et dolosè aliquod crimen commisisse, tenet illud probare, quo non probato reus debet absolui.*

13 *Quotuplex sit inquisitio.*

14 *Vbi delictum notorium est, sed delinquens ignoratur, debet iudex ex officio inquirere, non tamen cõtra certam personam, sed generaliter.*

15 *Inquisitus ordinaria pœna, an uerò mitiori sit puniendus.*

16 *Inquisitio an sit iudicium ordinarium, an uerò extraordinarium.*

17 *Si inquisitio contra aliquẽ formata sit propter formam, & pendente inquisitione superueniat fama contraria, non per hoc derogatur huic inquisitioni, quæ pendet, sed impeditus non debet subijci tormentis.*

18 *Si inquisitor hæreticæ prauitatis aliquem condemnauit, eumque iudici seculari puniendum tradidit, an ipse denuò possit de hac inquisitione cognoscere.*

19 *Judices & potestates terrarum uel prouinciarum an possint prouinciales & ciues ad faciendum inter ipsos pacem compellere.*

20 *Quid sit pax, & qui nam à pace producuntur effectus.*

21 *Quotuplex sit pax.*

22 *Pax est uinculum charitatis, charitas autem est dilectio Dei & proximi.*

23 *Pacificus dicitur esse is qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis uinculo corrigere non potest, æquanimiter suffert.*

24 *Quomodò pax & concordia differant.*

25 *Tanta est utilitas pacis, & usque adeò legibus est amica, ut concessum sit bona priuatorum auferri posse propter hanc publicam utilitatem.*

26 *Sex sunt causæ discordiarum, quæ inter homines uigent, & quæ paci atque mortalium tranquilitati potissimum reluctantur.*

27 *Illi, qui pecuniam recipiunt, ut iustitiam non ministrent, etiam si re integra pœniteant, sunt puniendi.*

28 *Judex an semper debeat studere paci.*

29 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

30 *Pax si uiolatur ab una parte, utrum hoc idem altera pars facere possit impunè.*

31 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*

32 *An & quando dicatur pax uiolata.*

33 *Si pax facta fuit ab aliquo pro se & adhærentibus suis sub pœna inter eos conuenta, & unus adhærentium offendatur antequam ratam habuerit pacem, utrum pœna committatur si posteà ratam habeat.*

34 *Si pax fiat à pupillo sine decreto an teneat.*

35 *Quando sit pax siue compositio siue transactio cum aliquo, qui culpatur crimen aliquod perpetrasse, an is tacitè delictum confiteri censeatur.*

36 *Aliquis potest compelli ad faciendam pacem cum inimico, si ea secuta sedaretur tumultus in ciuitate.*

37 *Si pater propter pacem uiolatam fiat extorris, filius non tenetur ei alimenta præstare.*

38 *Si pax fiat hoc pacto, ut qui primus uiolauerit pacem incidat in pœnam applicandam ecclesiæ, & pax uioletur, & posteà sequatur reconciliatio cum omnium iniuriarum plena remissione, an propterea præiudicetur ecclesiæ.*

39 *Si aliqui pacem faciunt, & sibi inuicem remittunt omnia damna, expensas et interesse, utrum proter hoc censeatur remissum esse ius petendi rem aliquam, quæ ab alio iniustè possidetur.*

Bar. in l. congruit. ff. de off. præsid.

1 Bart. in d. l. congruit, in summa, & in 1. not. ait, furiosum † puniri non debere pro crimine perpetrato, nisi tempore, quo erat sanæ mentis. Adde tu quomodò hoc procedat, & quare

quare etiam furioſus contrahere non poſsit,& quomodo præſumatur ſiue probetur aliquis furioſus,vt per Dec.in l.in negocijs,& in l.furioſi.ff.de reg.iur.cum ibi ad eum addit.& illum, qui
2 ſemel eſt furioſus,† ſemper præſumi furioſum niſi contrarium probetur, ait gloſ.in uoce compotem,in c.fi.vbi Abb.de ſucceſſ.ab inteſt. Anch.in conſi.v.vbi tradit etiam an id, quod fit ab habente dilucida interualla,cenſeatur factum tempore furoris, an non? ad quod uide Alex. in conſi.147.in 7.volu.Et rurſus ex quibus coniecturis conijci poſsit,aliquem eſſe furioſum,vide Barto.in l.his qui.§.Diuus,cum ibi addit.ff.de tutor.& curat. dat. ab his. Anch.in d.conſilio 5. Alexand.in conſi.10.in 6.volu.vbi optimè loquitur in materia.l. furioſum.C. qui teſtam. face. poſſ.& ad prædicta uide pleniſsimè & eleganter Soci.in conſi.98.in 3.volu. & Dec.in conſilio
3 448. Et an & quando furor † ſuperueniens non excuſet à pœna,Barto.in l.ſi quis in tantam,in ſecunda oppoſ.C.vnde ui. Et an talis furor reuocet mandatum; Bar.in l.qui ſeruum.ff.de acq. hæred. Dic etiam furioſum non poſſe contrahere matrimonium, ſi tamen contrahit non ſeparatur.cap.neque furioſus.32.quæſt.7.ad quod uide trad.in capitulo dilectus, de ſponſal. Et
4 quoniam furore † amoris nihil eſt uehementius.§. illud,in authen. quibus mod.natur. efficlegit.ideò de hac re uide multa ſcitu digna apud Alberi.in l.vnic.C.de ſenatuſconſ.Claud.toll. & Oldrad.in conſi.210. Regularis habet traditio. vbi ait amore captos effici quodammodo inſanos. & ideò eorum crimina eſſe leuius punienda. quemadmodum & dementes intuitu furoris ab eorum criminibus excuſantur. Hæc Oldrad.atque ita captos amore mulierum, & inſanos,in excuſandis eorum delictis æquiparat. quod diligenter attende. Ad rem uerò propoſi-
5 tam redeundo,de qua hoc in loco agitur, quamuis Bart. dicat furioſum † eſſe puniendum pro delicto, quod commiſit quando erat ſanæ mentis, tamen dicas ſi pro tali delicto pœnam ultimi ſupplicij meretur,eum non debere puniri durante furore. Iaſ.in l.ex facto,nu.30.cum ſequ. ff.de vulg.& pupill.& in l.ſi ſeruum,nu.39.ff.ſi ex nox.cau.aga. in quibus locis habetur etiam, Vtrum furioſus, qui ante furorem commiſit peccatum mortale nulla contritione ſecuta, ſi mo
6 riatur,iudicetur damnatus. Quomodò † autem differunt furioſus, demens, & mentecaptus. Iaſ.in l.ſoluto matrimonio.§.uoluntatem.ff.ſol.matr.& in d.l.furioſum.C.qui teſt.fac.poſſ.ſcias etiam furioſum haberi pro conſentiente in eo caſu,in quo ſi ſanæ mentis fuiſſet, non habuiſſet cauſam contradicendi.Iaſ.in d.§.voluntatem.

7 Bar.in d.l.congruit,uerſi. Et aduerte, ait in caſibus, in quibus iudex † procedere poteſt per inquiſitionem, inquirere non debere niſi præcedentibus legitimis indicijs, aut fama publica referente. De hac re uide Fulgoſ.in conſi.107.& Aret.in c.cùm oportet, col.1.& 7. de accuſat.Bald.in l.iubemus.C.de probat.col.2.verſiculo,Item dixi,& col.3.verſiculo quartò præmittendum.& Dec.in conſi.175.Iaſ.in l.j.C.de ſacroſanc. eccl. & in l.ſi ſrc legatum.ff.de lega.1.&
8 Feli.in cap.auditis num.47.& 48.de præſcript.ubi ait etiam inquiſitionem † formari non poſſe contra aliquem,niſi prius conſtet de delicto, ut putà, ſi inquiritur de homicidio, neceſſe eſt ut conſtet hominem fuiſſe occiſum. Quæro an iudex ex officio procedere poſsit contra uſurarios, & contra alios ad priuatam utilitatem abſque aliqua petitione, & non præcedente diffa-
9 matione? uide Soc.in conſi.219.in 1.uolu. Attende, iudicem in † ijs,quæ reſpiciunt priuatam utilitatem,& periculum animæ,ex officio procedere poſſe & debere, etiam ſi agens malè egerit.Aret.in conſilio 183. Nam iudex tolerans delictum ſiue negligens in inquirendo, punitur vt conſcius. Bald.in l.non ſolùm.C.de comm.& merc.Bar.Bald.& alij.in l.mancipia.C. de ſeru. fugit.Barto.in l.j.ff.de offic.præfect.vrb.cum alijs citatis per Albert.Brun.in conſilio 31.colu.
10 tertia.Animaduertendum tamen eſt,iudicem,† qui vult inquirere de crimine,teneri prius monere offenſum,& alium,cuius intereſt,an uelit eum accuſare an nō: & debet ei ſtatuere & prefigere terminum ad deliberandum. Cæpol.in cautel.25. vbi tradit cautelam ad euitandam inquiſitionem. An autem iudex, qui poteſt inquirere, poſsit abſoluere? vide Felin. in capitulo
11 non poteſt,columna tertia.de re iudic. Quid ſi inquiſitio † contra aliquem formata eſt ineptè, & reus crimen confiteatur, vtrum ex huiuſmodi confeſsione condemnari poterit? Angel.in conſilio 178.& in conſilio 298. Adde quòd damnatus ex inquiſitione non efficitur infamis.

glo.& Barto.in l.tutor.§.præterea. ff. de suspe. tut. Inquisitio autem in foro ecclesiastico quomodò & qualiter fieri debeat, vide plenè apud Bonicontum in tracta. de accusat.& inquisitio.

12 Attende, quia si iudex † in inquisitione dicet,aliquem scienter & dolosè aliquod crimen commisisse, tenetur illud probare: quo non probato reus debet absolui. Dec.in consil. 256. Propter quid autem inuenta sit inquisitio, an communiter sit permissa, an prohibita, Barto.in l.ij. §.si publico.ff.de adulte.vbi multa scitu digna inueniuntur. vide etiam quæ ibi ad eum addidi. & ad prædicta uide Ange.in tracta.maleficiorum,columna prima,secunda,& sequ.Quotuplex

13 sit inquisitio,† tradit Barto.in l.fina.ff.de quæstion.& quid sit, docuit idem Barto.in l.transigere.C.de transact.Et an & quando & in quibus casibus procedi possit per inquisitionem,& quę sit forma procedendi, & quæ probari debeant, vide Specul.in titu.de accusat.& inquisit.Bart. omninò ad reprimendum,in uer.per inquisitionem. vide etiam in Specul.aduocatorum,in sexta parte princip. vbi inter cætera inquit, inquisitionem contra aliquem formari non posse, quando ille fuit absolutus, nisi absolutio per collusionem facta esse probaretur. & modos etiam probandi eam tradidit ibi, nume.44. Illud uerò in hac re potissimùm scias, vbi delictum

14 † notorium est,sed delinquens ignoratur,vt si homo reperitur mortuus, vel furtum esse commissum, debet iudex ex officio inquirere, non tamen contra certam personam, sed generaliter. & si aliqui nominantur in illa inquisitione generali,debet posteà contra eos procedi: quoniam processus ille generalis fidem non facit in specie contra eos,cùm non fuerint citati. Hæc Abb.post Innocen.in capitulo Bonæ memoriæ.j.de elect. & Abb. in d. capitulo cùm dilectus,

15 de ordi.cognit.& in c.ad petitionem, in princip.de accusat. An inquisitus † ordinaria pœna, an uerò mitiori sit puniendus,saltem de iure canonico? Abb.in capitulo per inquisitionem, in fin.eodem titu.de elect. & in capitulo inquisitionis.j. de accusat. Quid si iudex domicilij vult procedere per inquisitionem contra subditum pro crimine commisso in alio territorio,an pos-

16 sit? Vide Abb.in capitulo cùm contingat,de for.competen. An inquisitio † sit iudicium ordinarium,an uerò extraordinarium? Barb.plenè in rubrica de iudic. Bald. in capitulo 1.de offic. ordin.in capitulo super literis,de rescrip.& in l.ea quidem.& ibi Ange.& Salicet.C.de accusat. & plenè Docto.in capitulo qualiter & quando, de accusat. Item inquisitio fieri non debet de occultis criminibus; quia fieri non potest nisi infamia præcedente,vt uisum est suprà,& tradit Abb.in cap.qualiter & quando.2.de accusat.accusatio verò etiam de occultis fieri solet, dum-

17 modò probari possit, vt per Abb. in dicto capitulo qualiter. j. Quid si inquisitio † contra aliquem formata sit propter famam, & pendente inquisitione superueniat fama contraria? dic propterea non derogari huic inquisitioni, quæ pendet, sed impeditus non debet subijci tormentis,secundum Ias.in l.is potest.ff.de acquir.hæred. Quid si contra aliquem formata est inquisitio pro vulnere, an puniri possit pro homicidio, si constet illum ex dicto vulnere decessisse? & dic quòd non,secundum Alberic.in l.damni.§.Sabini.ff.de damno infec.Quid si inquisi-

18 tor † hæreticæ prauitatis aliquem condemnauit, eumq; iudici seculari puniendum tradidit, an ipse denuò possit de hac inquisitione cognoscere? affirmatiua pars uidetur esse potior apud legistas.pro qua est tex.in §.si uerò crimen,in auth.de sanctiss.epis.& glo.in auth.clericus,in uoce,per episcopum.C.de epis.& cler.Bar.in l.Diuus.ff.de cust.reo.& alij. vt per Feli.in c.ad abolendam,de hæret.vbi citat etiam Abb.& alios,qui contrarium tradiderunt.Vide doct.& maximè Ias.in l.magistratibus,& omninò quæ ibi posui ad Bar.ff.de iurisd.omn.iud.Abb.in c.1.de off.ordi.& Thom.Ferrat.in caute.53.vbi ait,sententiam iudicis ecclesiastici non esse exequendam quando est iniusta. In cæteris uerò, & in ijs,quæ ad inquisitionē hæreticæ prauitatis attinent,remitto ad dominos Canonistas in eorum locis ordinarijs,& ad illos,qui hac de re speciales tractatus ediderunt. Vide etiam ad præcedentia Ang.in consi.276.vbi ait,iudicem,qui sententiam alterius iniustam exequitur,facere litem suam.

19 Barto.in d.l.propè fin.versicu.& inducitur in argumentum, quærit nunquid iudices † & potestates terrarum uel prouinciarum possint prouinciales & ciues ad faciendam inter ipsos pacem compellere. De qua re uide Alexan.in l.j.§. & post operis, colum.tertia.in secundo not.

ff.de

ff.de oper.nou.nunc.Abb.in consi.108.in secundo volu.& in cap.si quando,colu.fin.de off.de leg.in cap.cùm inter.R.de elect.& in rubrica.vbi etiam Feli.plenè de treg.& pac. & de hoc uide etiam in Specul.aduocatorum,in sexta par.princip.nu.135.& omninò Anto.Corsett.in tracta.de priuilegijs pacis, posito in tractatu de potestate regia, vbi multa scitu dignissima memorauit. Abb.autem in cap.nouit.de iudic.ait, partes ad pacem cogi non posse, cum septem fallentijs nunquam obliuioni tradendis. Hic de multis opportunè quærendum est. Et primò
20 quid sit pax,& qui nam à pace† producantur effectus. Oldr.in consi.94. in sexta colum. referens Cassiodorum ita inquit: Pax est vnitas multitudinis,in qua bonum & salus populi consistit. Et ideò omni regno desiderabilis debet esse tranquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium custoditur. hæc est bonarum artium mater decora, hæc mortalium genus multiplicat,& facultates, protendit mores. & propterea congruit legislatori ac bono & graui præsidi curare vt pax & quies sit in sua prouincia: nam pace remota uitæ perit utilitas. Hæc
21 Oldr.in d.consi.Et quid sit pax† vide omninò Bart.in consi.66.incip.Ad declarationem quæstionis. & quotuplex sit, vide etiam apud Iaſ.in l.cùm proponas.2.C. de pact. Proinde cum talis,ac tanta sit pacis utilitas, unusquisque debet se facilem reddere ad amplectendam pacem: nam parcere inimicis est magnum & honestum genus uindictæ,teste Seneca,in libro de virtu-
22 tibus.quem refert Panor. in cap.1.de postul.prælat. Pax enim† est uinculum charitatis,charitas autem est dilectio Dei & proximi,& est spiritualis uirtus, qua seruamur.c.charitas, de pœnit.distin.2.& propterea pax non quæritur ut bellum exerceatur, sed bellum geritur,ut pax habeatur.c.bonorum.23.quæstio.1.& ideò bella non crudelitate & cupiditate', sed pacis studio
23 sunt gerenda.c.apud.eadem cau.& q.& pacificus† dicitur esse is, qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis vinculo corrigere non potest,æquanimiter suffert.c.quisquis. 23.quæstio.4. Quomodò pax & tregua differant, vide Iaſ.in l.cùm proponas.2.C.de pact. & Doct.in cap.significauit,de Iudæ. pax enim cùm sit finis discordiæ debet esse in uoluntate,tregua uerò in necessitate: nam pugnare debet aliquis,vt habeat pacem.ca.noli. 6.quæst.1. Hostien.& Abb.in
24 c.2.de treg.& pace.& paulò ante dictum est. Quomodo pax† & concordia differant? Respon. Pax est plena discordiarum sedatio cum interuentu amicitię: Concordia uerò est remissio iniuriæ sine interuentu amicitiæ. & ideò rumpens pacem dicitur proditor, non sic rumpens concordiam. hæc Baptista Caccialupus in tract.de pact. in 2.quæst. vbi nonnulla memoratu digna in re proposita inueniuntur. Et quæ sit differentia inter pacem & concordiam, vide etiam apud Felin.in c.causam quæ, colu.1.de testi.& Iaſ.in l.j.ff.de pact.& in l.de fideicom-
25 miss.C.de transact. Tanta igitur est utilitas† pacis, & usque adeò legibus est amica, ut concessum sit bona priuatorum auferri posse propter publicam hanc utilitatem.Dec.in consilio 220. De qua re uide plenè apud Ioan.Lupi. in tracta.de bello & bellatoribus,in §.Rogo, cum sequ. Quæro quare pax inter homines non seruatur? Archid.cuius tanta est authoritas,ut multa eius documenta communi aliorum sententiæ præferantur, secundum Felin. in ca.1.nume.104.de constitutio.& Domin.de Rota,quorum meminit Thom. Ferra.in sua cautel.19.inquit in cap. noli.24.quæst.1.& idem ait glo.in capitulo ad apostolicæ,de re iudic.in sexto.& Panorm.in c.
26 fin.de restitu.spoliat. Sex esse causas† discordiarum, quæ inter homines uigent,& quæ paci, atque mortalium tranquillitati potissimùm reluctantur. Quarum prima est, quoniam malefi cia non puniuntur. Ecclesiastes.4. Non enim præsides contra malos proferunt eas,quæ iure ferri deberent, sententias,& eorum nepharios ausus, quibus alij deficiente iustitia ad iracundiam prouocantur, sua potestate compescere non curant. hæc enim,vt à multis acceptum est experimentis, omnium ferè malorum causa est. Hinc bella intestina ciuium, hinc cædes, hinc denique euersiones familiarum & urbium oriuntur, quorum omnium rei sunt præsides ipsi, qui vel prece, vel pretio à iustitiæ & æquitatis tramite declinantes, nonnunquam probis uiris infesti sunt, eis detrahunt,innocentes damnant, & sæpe quos iure deberent opprimere, impudenter extollunt,eorumque familiaritate uirulentissima delectantur, atque illorum uitia & scelera augere indulgentia non uerentur, contra id, quod eleg. traditum est in l.si appari-

tor.C.de cohart.lib. 12. & memoria non repetunt, eos,qui malis parcunt,nocere bonis,secun
dum glo.in §.homicidia, in uoce, supplicium,in auth.de mand.princip.Bald. super pace Con-
stantiæ, in princ. eumque misericordem non esse, qui parcit uitijs, ne turbet delinquentem.
capitulo qui uitijs.23.quæstio.5. Misericordia enim crudelis est uni parcere in aliorum discri-
men. capitulo sed illud. 45. distinct. tenetur enim ad omnia damna resarcienda. Felin.in cap.
quoniam contra, nume.38. de probat. Quis nescit uirtute præditos inuideri,non uiles? vt in-
quit glo.not.in l.nequicquam.§.fin.ff. de offic. procons. & ideò à malis hominibus illuduntur,
deridentur & opprimuntur,nisi iniquitas impiorum æqua iusdicentis authoritate coerceatur.
ij sunt, in quos inuehitur Salomon Ecclesiastes.4.dicens: Vidi calumnias, quæ sub sole gerun
tur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum uiolen-
tiæ cunctorum auxilio destitutos; & laudaui magis mortuos quam uiuentes. & reliqua. ij
sunt, qui semper in pessimis rebus lætantur & exultant,teste Specul.in titu.de excep.§. 3. ver-
siculo penultimo, & propterea ex hoc infinita propè scandala euenire solent. sed uæ præsidi-
bus illis, quorum negligentia uel fauore tot & tanta inter mortales discrimina contingunt.
non solùm etenim Deo rationem sunt reddituri, vt idem ipse Deus affirmat Ezechiel.34.Ego
ipse gregem meum requiram de manu eorum, qui super specula præsidebunt, Væ uobis, qui
imperabatis cum seueritate, & quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non
sanastis, & reliqua. Verùm etiam hoc in seculo pœnas luere deberent tanquam consci & con-
socij delictorum, secundum Bald.in l. non solùm.C.de comm. & merc. tradunt Barto. Bald.&
alij.in l.mancipia.C.de seru.fugit.cum concord.adductis per Albert.Brun.in consi. 31. Quin-
27 immo illi,qui pecuniam † recipiunt, vt iustitiam non ministrent, etiam si re integra pœniteãt,
sunt puniendi.tex.est singu.in l.& generaliter.§.si igitur.ff.de calumn.quem ad hoc citat Rom.
in singul. 328.caueant igitur à Deo ultore, & sciant, quòd non omnis, qui parcit, amicus est,
nec omnis, qui uerberat, inimicus: melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate de-
cipere.cap.nimium sunt inquieti. 23. quæst. 4. Non est crudelis, qui crudeles iugulat, & qui
malos percutit, minister est Dei. capitulo non est crudelis, cum capitulo seq.23.quæst.5. Ad
conseruandam itaque humanam societatem, pœnæ malis debentur, & honores ac dignitates
bonis sunt tribuendæ: quoniam illorum audacia comprimitur, & horum uirtus recipit incre-
mentum. honores enim augent & illustrant graues, & constantes animos, qui perinde ac au-
ra inspirante ad honesta opera concitantur. eos namque non tanquam recepta mercede, sed
quasi dato pignore ne gloriam deserant, uerecundia continet. hæc Plutarchus in vita Corio-
lani. Sed redeundo unde digressi sumus, dicimus secundam causam esse, qua pax inter homi-
nes non seruatur, abundantiam temporalium. Genes. 3. Facta est rixa inter pastores Abraam
& Loth. Iac.4. Vnde bella & lites, & reliqua. Tertia verò causa est, quia non occupamur in
pugna contra dæmones. Genes. 25. Quarta, quia non consideramus damna discordiæ, in
qua & animam,& corpus,& diuitias perdimus. Hierem.6. Fortis incidit in fortem. Quin-
ta est,quia non cogitamus quàm dubius sit rixæ & belli euentus. Sexta & ultima ac potissima
est, quoniam Dei mandata non seruamus. Hierem. 3. Vtinam attendisses mandata mea.
Hæc Archid.in d.capitulo noli.24.quæst.1.glo.in capitulo ad apostolic.de re iudic.in sexto.&
28 Panorm.in dicto capitulo fi.de restitu.spoliat. An autem iudex † debeat semper studere paci?
& dicas quòd non, nisi quando bona & æqua est: ita dixit Bald.in rubrica de treg.& pac. ideò
inter malos non pax, sed diuisio est procuranda. Oldrad. in consilio 71. Et attingendo mo-
dos faciendæ pacis, damnanda est praua illa, quæ inoleuit consuetudo, vt offensus dicere so-
leat, se cum inimico non esse pacis fœdera initurum, nisi ille in eius manibus & arbitrio se con-
29 stituat. id quod à iure ipso abhorret, & fieri ullo pacto non potest, cum nemo † sit dominus
membrorum suorum, vt uidere est apud Bartol.in l.j.§.vsque adeò. ff. de iniur. & Dec.in l.pa-
cta quæ contra.C.de pact.Hic alia suboritur quæstio, An pax inter aliquos facta iure possit uio
lari? Idque ex noua causa fieri posse,traditum est. Et an & quando hoc ex noua,aut ueteri cau-
sa fieri censeatur,atq; alia ad rem facientia,vide apud Alex.in consi.113.in 4.vol.Feli.in c.per-

uenit.

uenit secundo.de iureiur.Dec.in consi.531.in fin. & Ias.in l.qui serui. ff. de verbor. obligatio. & in l.quid ergo.§.si hæres.ff.de lega.1. vbi subiungit etiam, an pax dicatur uiolata ob adulte-
30 rium commissum cum uxore illius, cum quo facta est pax Pacem † autem si uiolat una pars, utrum hoc idem & altera pars facere possit impunè. idque licere ait Dec. in consilio 380.Socin. in consilio 262. in fine. in primo volumine. & in consilio 90. in 3. volumine. Bald. in ca. sicut tertio.de iureiuran.vbi ait, primum offensorem eum esse, qui pacem rumpit, non secundum, qui non dicitur pacem rumpere, sed ruptam inuenire. ad quæ uideas omninò Barto. in
31 l.cùm pater.§.libertis.ff.de legat. secundo. Verùm, quia regula illa: Frangenti † fidem fides frangatur eidem, multas patitur exceptiones,ideò de hac re uideas in l.fi.§.penul. ff. de eo per quem fac.erit. Doct.& maximè Ias. in l.cùm proponas. secundo. C.de pact. Abb.in ca.sicut & infrà, de iureiuran. & in rubrica de treg.& pac. & in dicto capitulo peruenit, & omninò Soci. in consilio 110.inter consilia Albert. Brun.& in consilio 48. eiusdem Brun.Felin.in ca.dilecti, nume.15. de except. & ad hæc uideri poterit etiam Ioan. Baptista Caccialupus in tracta. de
32 transact.in 14.quæstio.An autem & quando dicatur pax † uiolata, tradit Socin. in consil.87. colum.7.versiculo capio nunc septimam difficultatem,in tertio volumine. Alex. in dicto consilio 113.& Felin. omninò in dicto capitulo peruenit.2. de iureiuran. Quid si fuit facta pax inter plures ex utraque parte cum adiectione pœnæ, & unus eorum offenditur, poterit ne agi contra omnes in solidum an non? Alexand.in dicto consilio 113. in quarto volumine. Quid si
33 pax † facta fuit ab aliquo pro se & adhærentibus suis sub pœna inter eos conuenta, & unus adhærentium offendatur antequam ratam habuerit pacem, vtrum pœna committatur si posteà ratam habeat? Respon.quòd non,secundum Bar.in l.si uxor.§.si quis planè uxore. ff. de adulter.& Dec. in l. contractus. numero 15. & in l. semper qui non prohibet.ff.de reg.iur.Quid si
34 pax † fiat à pupillo sine decreto an teneat? Abb.eam ualidam esse ait in consilio 108. in secundo volumine.tamen Specul. in titulo de homic.videtur aliter sentire,quando pax fieret cum occisoribus patris. An autem tutor & curator possint facere pacem de offensione facta pupillo
35 vel eius patri? Ias.in l. pactum curatoris. C. de pact. Quæro quando fit pax † siue compositio siue transactio cum aliquo, qui culpatur,crimen aliquod perpetrasse, an is tacitè delictum confiteri censeatur? & quibus uerbis uti debeat, vt hoc ei nocere non possit. Cæpoll.in cautel. 188. Quid si fiat pax inter principes hoc pacto, vt de damnis datis subditis utriusque partis ulla quæstio moueri nequeat, an detinentes huiuscemodi bona sint propterea tuti in foro conscientiæ? & dicendum est quòd non, vt legitur apud Felin.in capitulo primo, nume.7.de probat. Scias etiam quòd pax facta inter principes, non porrigitur ad eorum adhærentes, nec ad bona eorum, nisi de illis facta sit specialis mentio. Vide in c.ad apostolicæ, de re iud.in sexto. Abb.in c.1.de postula.prælat. sed quoniam hic agimus de pace inter priuatas personas
36 procuranda, ideò sciendum est, aliquem † posse compelli ad faciendam pacem cum inimico, si ea secuta, sedaretur tumultus in ciuitate.l.æquissimum.ff.de vsufruc. & fuit conclusio Guid. de Suza.in consi.incip.Pone aliquis. & propter pacem permittitur contractus matrimonij inter personas non habentes ætatem habilem ad matrimonium contrahendum. Abb. in cap. 2.
37 de despon.impub.& usque adeò à legibus ipsis desideratur, vt si pater propter † pacem uiolatam fiat extorris, filius non tenetur ei alimenta præstare,quamuis alioqui teneatur.§.1.& ibi Nicol.de Neapo.in auth.de incest.nupt.Ad quod facit tex. in cap.1.§.si quis omnem, de pac. tenen. & viol.eius. An pacem uiolare censeatur ille,& in pœnam promissam incidere,qui promisit me non offendere, & posteà fratrem meum offendit? Ias.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerborum obligatio. Et pax facta etiam cum adhærentibus intelligitur de præteritis & præsentibus,non autem de futuris. Ias.in l.si stipulatus fuerim.§.cùm stipul.ff.eodem tit.
38 vbi subiungit, idem esse de filijs, vt de natis tantùm intelligatur. Quid si fiat pax † hoc pacto, vt qui primus uiolauerit pacem, incidat in pœnam applicandam ecclesiæ: & pax uioletur, & posteà sequatur reconciliatio cum omnium iniuriarum plena remissione, an propterea præiudicetur ecclesiæ,cui iam à die ruptæ pacis quæsitum est ius ad consequendam pœnam? Ias.in l.

si reus.ff.de pact.& in l.j.C.de iur.emphyt.nu. 155. ait hoc ipsum ecclesiæ præiudicare nõ pos-
39 se. Quid si aliqui pacem † faciunt,& sibi inuicem remittunt omnia damna, expensas & interesse,vtrum propter hoc censeatur remissum esse ius petendi rem aliquã, quæ ab alio iniustè possidetur? & dicas quòd non,ut egregiè tradit Alex.in consi.20.in 5.vol.

Summarium in l.Senatusconsulto, de off.Præsid.

1 *Actiones præsidi vel eius familiæ competentes, intentari non possunt durante officio.*
2 *Detestabile est iudicem habere tantum pro quolibet centenario.*
3 *Impedito an currat præscriptio.*
4 *Bona prohibita alienari, non possunt præscribi.*
5 *Jura Ecclesiæ Romanæ spatio centum annorum præscribuntur.*
6 *Statutum uel consuetudo de bonis ecclesiæ disponens, nullius est roboris & momenti.*
7 *An & quando præscribi possit à laico ius decimandi.*
8 *Præscriptio quæ memoria hominum excedit, non intelligitur exclusa, etiam si statuto cautum esset, nullam exceptionem obyci posse.*
9 *Contra non ualentem agere non currit præscriptio.*
10 *Præscriptio an & quando currat impedito.*
11 *Præscriptio non currit tempore pestis & belli.*
12 *Licèt ignoranti currat præscriptio, tamen ex capite ignorantiæ poterit petere restitutionem.*
13 *Triginta casus reperiuntur, in quibus non currit præscriptio.*
14 *Quotuplex sit præscriptio.*
15 *Quot sint species præscriptionum.*
16 *Præscriptio dicitur esse iniquissimum præsidium.*
17 *In dubio fit interpretatio contra opponentem præscriptionem.*
18 *Licèt aliquando præscriptio locum habere non possit circa substantiam alicuius obligationis, tamen locũ habere poterit circa modum & qualitatem illius obligationis.*

Bart.in l.senatusconsulto.ff.de off. præsid.

1 Bart. in d.l.senatusconsulto,in principio ait, actiones † præsidi, uel eius familiæ competentes,intentari non posse durante officio. Adde hoc procedere ratione præsumptæ affectionis. & ideò nec aliquis potest esse iudex in prouincia, in qua habet castra siue bona, siue uxorem,secundum Albert.Brun.in consi.52.citat.l. si eadem.if.de off.assess. & l.hi qui, cum seq.ff.
2 ex quibus cau.maio. Hinc etiam dicitur detestabile esse, iudicem † habere tantum pro quolibet centenario. Dec.in l.j.nume.14.C.de secun.nupt. & ad prædicta omnia vide Felin.in cap. literas,col.1.de præsump.& ad prædicta uide Bal.in l.parabolani.C.de episco.& cleric.Quid si filius præsidis uel eius uicarius uxorem habeat in illa prouincia uel ciuitate? vide in simili casu Bal.in l.j.C.si rect.prouinc.

Barto.in d.l.colu.1.versiculo oppono, dicetur hic, tradit an actiones peremptæ restitui possint officialibus per rescriptum, de qua re uideas Bald. in l.j.in 23.oppo.C.qui admit.& plenè apud Cyn.in l.quoties.in 4.q.C.de precib.imper.off.

3 Barto.in dicta l.columna secunda.versiculo Quæro hic secundum. Iaco.But.tradit,nunquid impedito † currat præscriptio,& nunquid impedimentum tollat præscriptionem inchoatam, vel inchoandam? & distinguit: Aut impedimentum est ex parte rei, quæ non est præscriptibilis, Aut ex parte agere debentis,& reliqua,vt ibi per eum. Circa primum membrum de impedimento,quod in ipsa re consistit, dicas bona, quæ acquiri non possunt,præscribi non posse.Io.Mon.Io.And.& Domi.de S.Gemi.in c.2.de præben.in 6.Soc.in consi.86.col.fi.in primo
4 uolu. Et ideò bona † prohibita alienari non possunt præscribi.Alex.in consi.101.col.6. & pen. in 7.vol.ad quod uide Feli.in c.cùm non liceat,nu.8.cum seq.de præscript. An iura principis præscribi possint absq; eo q̃ princeps hoc sciat? dic ea præscribi ex lapsu tanti tẽporis cuius nõ

extat

* extat memoria in contrarium. & hanc eſſe * cõem opin. teſtatur Dec. in conſi. 468. De qua re uide etiam Soc. in conſi. 110. col. fi. in 1. vol. & Crauet. in conſi. 54. vbi ait etiam regalia hoc tempore præſcribi in præiudicium principis. vide Abb. in c. per uenerabilem, qui fil. ſint legi.

5 in c. quod translationem, de off. deleg. & in c. bonæ. ij. de poſt. præla. An iura † eccleſiæ Romanæ præſcribantur? dic ea centum annorum ſpacio poſſe præſcribi, vt habetur apud Feli. in ca. ad audientiam, nu. 30. cum ſeq. de præſcrip. & de modo probandi præſcriptionem centum annorum, tradit idem Feli. in cap. cùm nobis, col. 4. eod. titu. ac etiam bona aliarum eccleſiarum præſcribuntur. c. de quarta, de præſcript. & iſta faciunt ad donationem Cõſtantini, de qua egi-

6 mus in prima conſti. fforum. Sed hic ſuboritur difficultas, quare eſt quòd ſtatutum † uel conſuetudo de bonis eccleſiæ diſponens nullius eſt roboris & momenti, & tamen præſcriptio ualida eſt? Reſpond. eam eſſe rationem differentiæ, quia vigore ſtatuti, clerici efficerentur de iuriſdictione laicorum, id quod fieri non poteſt expreſsè nec tacitè, alioqui uerò eſt in præ-

7 ſcriptione. Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, nu. 129. de conſti. An & quando præſcribi † poſsit à laico ius decimandi, ius patronatus, & aliud ius ſpirituale, vide Felin. in c. cauſa, de præſcrip. Ioan. And. in cap. quod alicui, de regul. iur. in ſexto. Abb. in cap. querelam, de elect. Federic. in conſi. 234. Alexand. in conſi. 74. in quarto volumi. Et in re propoſita attende unum ſcitu dignum ſcilicèt iuriſdictionem eccleſiaſticam à laico præſcribi non poſſe, & tamen à clerico poteſt præſcribi iuriſdictio temporalis. id quod ualdè animaduertendum eſſe, ait Felin. in cap. ſignificauerunt, de iudi. Et quia de præſcriptione prædiximus, quæ memoriam hominum ex-

8 cedit, ſcias tantam eſſe huiuſcemodi † præſcriptionis uim & potentiam, vt non intelligatur excluſa, etiam ſi ſtatuto cautum eſſet, nullam exceptionem obijci poſſe. Feli. in rubr. de præſcrip. & Mari. Soci. iuni. in conſi. 76. nu. 87. & ibidem nu. 93. ait, eam non tolli, etiam per clauſulam, non obſtante lapſu temporis, citat. Ioan. Andr. in c. 1. de præſcript. in 6. Circa ſecundum uerò membrum Bar. in quo tractat de impedimento exiſtente in eo, qui agere deberet, dum ait, con-

9 tra non ualentem † agere, non currit præſcriptio. l. j. §. fi. C. de anna. except. Limita hoc non procedere, quando in ipſius facultate eſſet poſſe agere. Alex. in conſi. 62. in 6. volu. Quid ſi hoc impedimentum ipſius creditoris culpæ aſcriberetur, an iſta exceptio illi obijci poſsit? Alex. not. tenet quòd non in conſi. 58. col. fi. in 5. volu. dicens de hoc eſſe tex. ſingu. cum glo. in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. quod diligenter attende pro intellectu rei propoſitæ. Et an &

10 quando præſcriptio † currat impedito, & nunquid impeditus teneatur proteſtari de impedimento, vide plenè apud Feli. in c. ex tranſmiſſa, de præſcript. & de hac re uideas eundem Felin. in c. 1. de præſcript. in quibus locis habetur etiam, an præſcriptio contra eum currat, qui ideò non petit, quoniam ſcit ſe exceptione poſſe repelli. Adde quòd ratione impedimenti de præſcriptione detrahuntur tempora, in quibus ſuſpenſum eſt ius. Alex. in conſi. 208. in fin. in 7. vo

11 lu. Similiter & tempora † peſtis & belli deducuntur. Abb. in conſi. 46. in 2. volum. pari ratione etiam contra carceratum non currit præſcriptio, vt habetur in c. ſignificante, de pigno. & tradit Soc. in conſi. 80. colu. 2. in 3. volu. An præſcriptio ignoranti noceat? Reſpon. vbi agitur de odio finiendo, non ſolùm currit præſcriptio, ſed etiam tempus dicitur eſſe continuum. Socin. in conſi. 108. in 4. volum. vbi ponit exemplum in delinquente, cuius fauore tempus eſt continuum. Et an præſcriptio currat ignoranti, Abb. in c. 1. in fi. & in c. vigilanti, & in cap. ad audien-

12 tiam, de præſcript. Et poſito quòd ignoranti † currat præſcriptio, tamen ex capite ignorantię poterit petere reſtitutionem. Mar. Soc. iuni. in conſi. 70. nu. 22. vbi Alexan. & alios retulit. vide Alexan. in conſilio 71. in primo volumine. & qualis debeat eſſe ignorantia, ad hoc ut reſtitutio concedatur, vide Felin. in capitulo vigilanti, de præſcript. Ad quod uide eundem Soc. in conſilio 2. columna penultima. in tertio volu. & Aret. ſingu. in conſi. 103. Denique ſcias, triginta

13 † caſus reperiri, in quibus non currit præſcriptio, & multa alia ad rem facientia, quæ habentur apud Ioan. Mon. in tracta. nuncupato, Defenſorium iuris, in §. contra præſcriptionem. Rurſus, quæ res præſcribi non poſſunt, & quibus in caſibus non currat præſcriptio, & quæ ſint perſonæ, quæ præſcribere non poſſunt, & contra quas non præſcribatur, vide pleniſsimè

apud glo.in capitulo cum non liceat, de reſcript.Specul.in titu. de præſcript.per totum. Dyn. in capitulo poſſeſſor, de regul.iur. in ſexto.& Barto. in l.fin.C. de fun.limi. lib.11. Quotuplex
14 ſit præſcriptio, † vide Barto.in l.j. & in l.naturaliter.ff.de vſucap.in l.ex hoc edicto.ff.de eo per quem fact.erit. in l.traditionibus.C.de pact. & in l.ſicut, ac per tot. C. de præſcript. 30.anno. & in l.nemo poteſt.ff.de lega.primo. Adde etiam quòd Rayn. in §.31. narrat ſeptem caſus, in quibus non currit præſcriptio, qui faciunt ad prædicta. & vide Abb. in dicto capitulo ex tranſmiſſa. Et an in caſibus,in quibus non currit præſcriptio, id fiat ipſo iure, an uerò reſtitutio exigatur? Abb.in dicto capitulo ex tranſmiſſa. & ad præcedentia uide omninò Feli.in cap.
15 ad aures, in princi. de præſcri. Et quot ſint † ſpecies præſcriptionum, & de effectu cuiuslibet earum,vide apud Dyn. à Mugilo in tractatu præſcriptionum ,& Ioan. Franciſcum Balbum in tractatu de præſcriptionibus, in prima parte quartæ par. quæſt.4. Illud quoque ſcias præſcriptionem appellari odioſam defenſionem. Bald.in l.inſtrumenta.C. de fideiuſſ. quem ſequitur
16 Dec.in c.1.colum.26. de probat. & dicitur † eſſe iniquiſsimum præſidium. Felin.in c.ex parte.2.de offic.delega.Socin.in conſi.86.colu. fin. in 1.volumine. & ideò ſecundum aliquos poteſt arbitrator reijcere præſcriptionem ſecundum Fulgoſ.in conſil. 108. & eundem uide omninò in conſilio 123. Tamen Felin.in c.fin.columna vlti.de præſcri ait, præſcriptionis exce-
17 ptionem cum bona fide fauorabilem eſſe. ſed quicquid ſit, in dubio fit interpretatio † contra opponentem præſcriptionem. Crauet.in conſi.29.in fin.& præſcriptionum quædam ſunt fauorabiles, quædam odioſæ, & quædam mixtæ, ſecundum Iaſ.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc.eccleſ. Sed Marian.Socin.iuni.in conſi.128. & in conſi.145.ait, omnem præſcriptionem odioſam eſſe, & contra rationem naturalem. Non eſt ſilentio prætereundum in hac ma-
18 teria, quamuis aliquando præſcriptio † locum habere non poſsit circa ſubſtantiam alicuius obligationis, tamen locum habere poterit circa modum & qualitatem illius obligationis, ſecundum Anton.de Butri.in capitulo cum ex officij, propè fin.de præſcri. & ibi Abb.columna quarta,& Feli.colum.quinta,verſiculo limita primò.& plenè de hac re habetur in conſilio quodam Collegij Papienſis poſito poſt tractatum monetarum Alber.Bruni.& dum Bart. in d.l.fenatuſconſulto, colum.ſecunda, in progreſſu huius diſputationis de impedimento inſiſtit circa opin.Iacob.de Butr. ſcilicèt,quòd ſi impedimentum ſuperuenit ante actionem competentem currit præſcriptio,ſed datur ei reſtitutio. Vide tu ad hæc Abb.in conſi.5.colu.fi.in 2.dubio. & in conſ.22.colum.2.in 2.volum.Felin.in d.c.ex tranſmiſſa,colum.4.& ſeq. de præſcript.Areti. in conſi.101.

Summarium in l.ſi fortè.ff. de off.præſid.

1 *Ignorantia aliquando plus operatur, quam ſcientia.*
2 *Geſta à legato reuocato in publico Conſiſtorio ualent antequam habeatur notitia.*
3 *Ignorantia an delinquentem excuſet.*

Bar.in l.ſi forte.ff.de off. præſid.

1 BART. in dicta l.ſi fortè, colligit ex iſto text. ignorantiam † quandoque plus operari quàm ſcientiam. quoniam geſta à præſide, qui ignorabat ſucceſſoris aduentum, valida ſunt; alioqui uerò ſi id ſciuiſſet. Adde tu, text. illum eſſe ſingul. ſecundum Roman. in ſingul.57. per quem ait deciſum fuiſſe in Rota, collationem à vicario Epiſcopi factam, qui ignorabat alium vicarium fuiſſe creatum, uiribus eſſe ſubnixam. Idem tenuit Calderi.in conſilio tertio.
2 ſub rubrica de off.delega.vbi ait, valere geſta à legato † reuocato in publico Conſiſtorio ante habitam notitiam, & eſt text.in ca.ſuper eo. 2.de appell.vbi Philipp.& alij. Ad rem faciunt tradita per Innocen.in ca.licèt undique,de off.delega.& per Bar.in l.more, columna penult.ff. de iuriſd.omni.iud.ubi agit,nunquid geſta à delegato, qui ignorat mortem delegantis, ualida ſint.Accedant alia quoque quæ citat Caſtill.in addit.ad Rom.in d.ſingul.58.Limita tamẽ præ dictam concluſionem,ſcilicèt amotionem à magiſtratu non præiudicare eius geſtis, niſi ſciat,

non

non habere locum quando amotus esset propter delictum: quoniam tunc etiam ignorantem afficit.tex.est.sing.in c.1.§.adijciebatur, de concess. præben. in 6. quem ad hoc citat Rom. in sing.58.ad quod uideas etiam Abb.in c.ueritatis.col.pe.de dol. & contum. Rursus limita prædictam conclusionem,vt non procedat,quando ignorans potuit scire per se uel per alium, secundum.gl.not.in c.1.84.dist.& Felin.in c.1.col.4.de off. deleg. An autem ignorantia † delinquentem excusetꝫ & an præsumatur? & quomodò probetur ignorantia,vide apud Feli.in c.2. de except.Et ignorantiam eius,quod publicè notum est,non esse tolerabilem uoluit glo. sing. secundum Bal.in l.fi.ff.de decret.ab ord.facien.vide Abb.in c.1.de postul.prælat. ubi multa ad rem facientia inueniũtur.& de hac re vide eundem Abb.& omninò Feli.in c.quosdam, de præsumpt.Adde,quod si procurator fuit constitutus ad renunciandum,siue cedendum beneficiũ ecclesiasticum,& posteà reuocetur,sed ei non notificatur reuocatio priusquam cesserit,uel renunciauerit,renunciatio ualida est.tex.est in clem.cùm illusio,de renunc. & multa de procuratore reuocato vide apud Abb.in c.mandato,de procurat.

Summarium in l.plebiscito.ff.de off.Præsid.

1 *Præsidem munera accipere non debere.*

Bar.in l.plebiscito.ff.de off. præsid.

1 Bart. in d.l.plebiscito, colligit ex gl.Præsidem † munera accipere non debere. quod tamen reprehenditur,ut ibi per eum.vide Alex.in consi.351.col.3.in lib.primi & secundi uol.& Bal.in consi.378.in 5.uol.Munera enim faciunt dantem & recipientem à iustitia declinare.c. pauper.& c.qui rectè.11.q.3.Et ideò munera non debet recipere iudex etiam delegatus.c.sta tutum.§.insuper,de rescrip.in 6.& c.fin.§.officium.de off.deleg. in 6.sed de hac re scilicèt quæ munera iudex possit recipere,& à quibus debeat abstinere,plenè tradit Specul. in tit. de salar. §.1.uersi.sed quid si delegatus.

Summarium in l.obseruandum.ff.de off.Præsid.

1 *Magistratus non debet esse nimis lenis cum subditis.*

Bar.in l.obseruandum.ff.de off.præsid.

1 Bart. in d.l.obseruandum,ait,magistratum † non debere esse nimis lenem cum subditis: quia ex familiaritate æquali nascitur contemptus.Dicas tu hoc,quod de nimia familiaritate dici solet,habere locum dumtaxàt inter fatuos,non autem inter prudentes.glo.est not.in c.quando.86.distin.quam refert & sequitur Feli.in c.repellantur.de accusat. & ad prædicta uide Cæpoll.in consi.40.colum.6.

Summarium in l.legatus.ff.de off.Præsid.

1 *Renunciatio siue abdicatio ab imperio fieri non potest nisi in manibus superioris.*

2 *Renunciatio imperij,quam fecit Carolus quintus imperator sine consensu Papæ nullius est roboris.*

Bar.in l.legatus.ff.de off.præsid.

1 Bart. colligit ex d.l.legatus,cum gl.renunciationem † siue abdicationem ab imperio fieri non posse nisi in manibus superioris. De hac re vide Abb.& alios in c.quod in dubijs, de renunc.& Abb.in c.quod Dei,de stat.monach.col.2.uersi.in glo.2.vbi citant hanc.l.legatus. vide eundem in c.ex insinuatione de simon.ubi refert documentum Innoc.ut non modò renunciatio fieri debeat in manibus solius confirmatoris, uerùm etiam electorum exigatur assensus; quoniam eorum interest,& quasi quidam contractus geritur inter electores & electum. proinde sicut in contrahendo requiritur etiam consensus eligentium,ita & in destituendo.argu.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.vide Card.in clem.gratiæ.cum ibi addit.in uer.in manibus.de rescrip.

scrip.& Paul.de Castr.in consi.303.Viso tenore suprascriptæ bullę.Et ad rem faciunt trad.per glo.& Doct.in c.si electio,de elect.in 6.& in c.fi. de renunc. Quæ omnia sunt diligenter attenda. Et faciunt ad renunciationem † Imperij,quam fecit Carolus.V. Imperator sine consensu Papæ.Et ideò eam esse nullius roboris & momenti affirmabat Paulus.IIII.Pont. Max.& propterea inferrebat etiam inualidam esse electionem Ferdinandi successoris eius in Imperio.Dũ verò Bar.dicit in d.l.legatus.Iac.But.dixisse,donationem Constantini fuisse inualidam, cum se non potuerit abdicare ab Imperio nisi in manibus populi Romani.vide quæ plenè de hac donatione diximus in proœm. fforũ.vbi est locus proprius.Præterea negatur,populum Romanũ in proposito casu esse superiorem,sed ipsum dicimus esse Pontificem,ut latè probauimus in l.j. supra de legi.& in l.fi.infrà de iurisd.omn.iud.& ista est ratio,cui Paulus iiij.innitebatur.

Summarium in l.fi.ff.de off.Præsid.

1 *Acta in causa ciuili an probent in causa criminali & nu.3.*
2 *Acta iudicij inducunt notorium.*

Bar.in l.fi.ff.de off.præsid.

1 Bart. in d.l.fi.tangit,an acta † in causa ciuili probent in causa criminali. Adde Doct.in l. is apud quem.C.de eden.Cyn.in l.j.C.quãd.ciuil.act.crimi.prę iud.Ad rem facit tex.in §.quod si delinquẽtes,in auth.de mand.princ.& in l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.Iaſ.in d.l. is apud quem,& plenius in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.In hac re ualde attendendum
2 esse censeo,quòd acta † iudicij inducunt notorium: ita not.inquit Innoc.quem omnes sequuntur,& præsertim Abb.in c.Ex insinuatione.de appell.pro quo videtur tex.in c.cùm olim,& ibi Abb.in 2.not.de uerb.signif.Bald.in auth.ad hæc col.4.C.de usur.allegat pro opinione Innoc. tex.in l.pro sententia.C.de pœn.idem tenet Ang.in consi.249.& Iaſ.in l.ait prætor.2.§.si damnetur.ff.de iureiur.in l.eius qui.ff.si cert.pet.& in l.si vnus.ff.de pact. Generaliter autem quan-
3 do acta † facta in uno iudicio probent in alio,& quæ acta,& inter quas personas, docuit plenè Abb.in c.causam quæ.j.de testi.gl.& doct.in cle.sæpe,de uerb.signif.Bart.in l.cùm lite mortua. ff.iud.solu.& Doct.in d.l.is apud quem,& d.§.nihil commune.

Summarium in l.j.ff.de off.Procu.Cæſa.

1 *Acta & gesta per procuratorem Cæsaris ualent, dummodò diligenter & non contra commodum Cæsaris sint gesta.*
2 *Si in instrumento dicitur.N.constituit & ordinauit procuratorem ad ista & ista,& subiungit in fine, promittens dictus constituens habere ratum & firmum quicquid per eum gereretur: an per hæc uerba uideatur libera administratio concessa.*
3 *Procurator cum libera an possit donare.*
4 *Si procurator transgreditur mandatum nunquid obliget dominum.*
5 *Procurator cum generali mandato, potest delinquere, ita ut eo modo siue aliter obliget dominum ad pœnam.*
6 *Quæ sunt ea,quæ in generali mandato continentur.*
7 *Quæ exceptiones contra procuratorem obijci possunt.*
8 *Procurator cum generali & amplo mandato an explicare possit ea, quæ pendent ab animo sui principalis.*
9 *Procurator constitutus cum clausula,ut ea omnia possit,quæ potest eum constituens,an possit ea,quæ speciale mandatum exigunt.*
10 *Mandatum an possit fieri duraturum post mortem mandantis.*
11 *Si procurator constitutus ad gerendum aliquem actum cum Sempronio,si uidet Sempronij conditionem usque adeò esse mutatam,ut mandans uerisimiliter id non mandasset,debet abstinere.*
12 *An & quando procuratoris reuocatio uel aduersario uel publicè sit notificanda.*

Bar.

Bar.in l.j.ff.de off. proc. Cæsar.

1 BART.in d.l.j.colligit in summa,acta † & gesta per procuratorẽ Cæsaris tenere & uali da esse,dummodò diligenter,& non contra cõmodum Cęsaris sint gesta. vide Barb. in cons.29.col.9.in fi.in 2.vol.

2 Bar.in d.l.colum.4.uersic. Quæro secundum. Petr.& Cyn.tractat,si in instrumento † dicitur. N. constituit & ordinauit procuratorem ad ista & ista: & subiungit in fine, promittens dictus constituens habere ratum & firmum quicquid per eum geretur; an per hæc uerba uideatur li bera administratio concessa? Tu de ista quæst.vide Alex.in consi.41.col.3.in 3.volu.Rom. in consi.94.colum.3.Aret.in consi.100.gl.in c.per tuas,& in cap. ex parte, de arbitr. & ibi doct. Vide etiam Bar.Alex.& alios in l.procurator cum libera.ff.de procurat.Bal.& Ias.in l.si procurator.C.eod.tit.& Ias.in l.si procurator.ff.de cond.indeb.facit tex.in arg.in c.1.de rescrip.in 6. & est tex.in l.creditor.§.Lucius.ff.mand.Abb.in c.cùm contingat,col.1.de transac. in c.fi.in fi.

3 de dilat.in c.petitio,de procur.& in c.dilecti,de iudic. An autem procurator † cũ libera possit donare? Respond.quòd non.Soc.in consi.43.in 1.volu.Dec.in consi.402.Immo si huiusmodi procurator soluit indebitum,non transfert dominium. tex.est memoratu digniſsimus in l.si is cui.§.Flauius.ff.de solut.quem extollit Fulg.in consi.190.& l.ij.in fi. An autem confitendo debitum noceat domino? Dec.in consi.493.ubi loquitur de procuratore confitente debiti solu-

4 tionem. Quid si procurator † transgreditur mandatum,nunquid obliget dominum? communiter ei non præiudicat, tamen hoc fallit in multis casibus tam in ciuili quàm in criminali causa,ut per Feli.in c.cùm olim.j.de off.deleg.Quid si procurator est constitutus cum libertate ad accipiendam possessionem alicuius rei, siue ad exigendum aliquid, an præiudicet domino si confitetur se id exegisse,uel fecisse? & dic quòd non:quia aliud est habuisse,aliud est confiteri. Aret.in consi.4.Alex.in cons.130.in 4.vol.& Feli.in c.si cautio,col.pen.de fide instrum. Adde

5 quòd procurator † cum generali mandato nõ potest delinquere,ita ut eo modo siue aliter obliget dominum ad pœnam.Bar.per illum tex.in d.l.si procurator.ff.de cõd.indeb.ubi Ias.& alij. quod amplia & restringe,ut per Feli.in c.1.nu.17.cum seq.ut lit.non cõtest.& in c.nouit post numerum 28.de iudic.Alex.in consi.17.in 6.uol.Soc.consi.221.in 1.uol.Et ideò huiuscemodi procurator non potest impetrare capturã alicuius,neque relaxationem carcerati.Soc.in cons. 120.col.3.in 1.vol.Feli.in c.1.nu.21.& 22.de iudic.citat Bar.in consi.83.Causa Stasij.Et quæ

6 nam † sunt ea,quæ in generali mandato contineantur, & non,docuit plenissimè Abb. in d.c.1. vt lit.non contest.& in c.cùm olim,de cauſ.poſſ.& propri.& in hac re attende, neminem contra honorem alterius ut procuratorem admitti,nisi speciale mandatum habeat.tex. est cum gl. in l.non solùm.§.fi.ff.de procur.An mandatum huiusmodi per testes probari possit? Variæ fuerunt legistarum sententię,ut refert Abb.in c.1.de procur.ubi concludit,id fieri posse.Scias etiã gesta procuratoris, qui nullum uel non sufficiens habet mandatum,à domino rata posse habe ri. sed ad euitandam huiusmodi ratihabitionem cautela est, ut à principio aduersarius protestetur,se non intendere cum eo litem habere nisi si & inquantum sufficiens habet mandatum.

7 Cæpoll. in caut.15. Et quæ exceptiones † contra procuratorem obijci possint,tradit Inno.in tract.exceptionum,in titulo de exceptionibus contra procuratorem. An procurator cogi pos

* sit à iudice ex officio ad ostendendum mandatum? * comm. opinio est quòd non. quæ fallit in tribus casibus ut per Feli.in c.causam,de iudic.An procurator habens mandatum ad uendẽdum,intelligatur etiam habere mandatum ad solutionem recipiendam? & dicendum est illud

8 habere.tex.est singul.in l.filiæ, & ibi Barto.ff.de solut. An procurator † cum generali & amplo mandato explicare possit ea,quæ pendent ab animo sui principalis? ut est,interpretari siue declarare libellum.Dicas quòd non,nisi habeat speciale mandatum. Alex.in consi.26.colu.3. in 6.uol.citat Bar.in l.fi.in antepe.quæst.ff.si quis aliq.testa.prohib.Attende etiam quòd & si procurator generalis possit tradere possessionem per ueram traditionem, tamen non potest tradere per fictam. ideò clausulam constituti apponere non posset sine speciali mandato.Soci.in

consi.

9 consi.139.col.fi.in 1.vol.An procurator † constitutus cum clausula,ut ea omnia posit,quæ po
teſt eum constituens,posit ea,quæ speciale mandatum exigunt? dicas posse: ita Alex.in cons.
* 133.in 4.vol.An autem posit constitui procurator ita ut nequeat reuocari? Doct.* frequen-
tioribus uotis tradiderunt, hoc fieri non posse,etiam iuramento interueniente. Dec. in consi.
193.& in consi.475.nu.16.Felin.in c.ex parte Decani.nu.22.de rescript. vbi refert.Alber.ad
contrariam accessisse sententiam,& malè. vide eundem Feli.in c.si diligenti.nu.44. cum seq.&
in col.pen.de for.compet.ubi infert ad multos alios casus,in quibus non obstante iureiurando
10 actus reuocari possunt. An autem fieri posit mandatum † duraturum post mortem mandan-
* tis? idque licere aiunt* comm.Doct.per tex.in l.idem est, iuncto.§. præcedenti.ff.mand.Hæc
Soc.in consi.60.col.4.& in consi.87.in 1.vol.Et in re proposita scias, si procurator efficitur ini
micus constituentis, siue aliter conditionem suã in deterius mutet, eò ipso reuocatum esse in-
telligi, secundum Bart. in l. si cùm Cornelius. ff. de solut.quod intellige & declara, ut habetur
11 apud Feli.in d.c.ex parte Decani.num.42.Item si procurator † constitutus ad gerendum ali-
quem actum cum Sempronio, si videt Sempronij conditionem usque adeò esse mutatam, ut
mandans ueriſimiliter id non mandasset,debet abstinere; quoniam ex sola uoluntate coniectu
rata censetur reuocatum mandatum.d.l.si cùm Cornelius. facit ad rem hanc ratio.l.si hominẽ.
ff.mand.& id quod habetur in l.si quis cùm sciret.ff.pro empt.Quid si procuratorẽ constituẽs,
eum statim reuocaret? dic eum teneri de dolo ei, qui est læsus.gl.& Bar. in l.quidam debitor.
12 ff.de dol.mal.Et ideò,an & quando procuratoris † reuocatio vel aduersario vel publicè sit no-
tificanda,vide apud Raph.Cum.in cons.148.& Alex.in cons.83.in 7.vol.

Summarium in l.fi.ff.de off.Proc.Cæs.

1 *Ratio non debet esse eadem cum dicto.*
2 *Ratio legis dicitur esse anima legis.*
3 *Vbi adest casus in quibus militat eadem ratio, ita sub ratione comprehendi, sicut species sub genere continentur.*
4 *Ratio quædam est finalis,& quedam impulsiua.*
5 *Ratio ita potest afferri sicut autoritas legis.*

Bar.in l.fi.ff.de off.procur.Cæsar.

1 Bart. in d.l.fi.colligit ex isto tex.rationem † esse non debere eandem cum dicto. Hinc
sumpta occasione quæro,quid sit ratio,& quæ sit eius uis & potestas. Respondeas licèt, ratio-
nem eam esse,quæ uel necessariò,vel probabiliter infert,ut ait Bal.in d.l.fi. Ratio etiam secun-
dum alios dicitur esse coniunctio quædam diuersorum casuum ad eundem finem.& ideò quos
rationis identitas connectit, non potest iuris dispositio separare. Socin. in consi.30. colum.3.
2 in 1.uol.Nam ratio † legis dicitur esse anima legis. & propterea vbi militat illa ratio,ibi lex ip-
sa disponit, non per interpretationem extensiuam, sed intellectiuam.Soc.in d.consi.30.col.2.
& 3.atque ita magis attendenda est ratio legis,quàm ipsa lex.secundum Gemin.in c. vbi peri-
culum,de elect.in 6.& Alex.quem uide omninò in consi.75.in 5.uolu.ubi ait, omnes casus,in
3 quibus militat eadẽ ratio,ita sub ratione † comprehendi sicut species sub genere continentur.
& Dec.in consi.284.col.2.ad hæc vide Abb.in c.fin.de rescript. Similiter etiam ratio posita in
legato vel fideicommisso ampliat & restringit dispositionem testatoris. Soc.in consi.249. col.
antepe.in 1.uol.& multa scitu digna de ui rationis vide apud Abb.in consi.79.in 1.uolu.Felin.
in c.tua nos,de iureiur.in ca. si quando,de rescript.& in cap.1.de re iud. Ratio autem quædam
4 † est finalis,& quædam impulsiua,ut habetur remissiuè per Feli.in d.c.si quando.num.23.& in
c.postulasti.num.8.cod.titulo de rescrip.vbi tradit etiam de effectu cuiusque earum. Ratio au
tem cuiusque dispositionis ex proœmio sumi solet, secundum Bart.in l. fin. ff.de hæred. instit.
quod tamen declara & limita, ut per Soc.quem uideas omninò in consi.24.in 4.par. Quid di-
5 cemus de ratione naturali? Dic eam ita posse afferri † sicut authoritas legis: nam quærere le-

gem

gem ubi habetur ratio, est infirmitas quædam mentis & intellectus, secundum Arist. & ita dixit pulchrè And. de Isern. in proœm. feud. quæ omnia refert & sequitur Ias. in l. quotiens, nu. 25. C. de rei uend. ad quæ uideas Feli. in d. c. tua nos, de iureiur. & omninò Cravet. in consi. 31. nu. 5. Et huiuscemodi rationis tanta est uis, ut qui uult omnia sibi subijcere, se rationi subijciat. ita inquit Seneca in epist. 37. ad Lucilium, quam citat glo. in capitulo ex eo quod, in uoce, rationis de elect. in sexto.

Summarium in rub. ff. de off. eius.

1 *Iurisdictionem delegatum extraordinariam esse.*

Bar. in rub. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.

BART. continuat hanc rubricam dicens, suprà uisum esse de officio iudicum ordinariorum, ideò nunc uidendum esse de officio iudicum delegatorum. Atque ita uidetur sentire Bar. iurisdictionem † delegatam extraordinariam esse. ad quod uidetur tex. quem ibi not. Bar. in l. si quando. C. de dila. & est bonus tex. cum glo. in fin. in ca. de cætero, & ibi doct. de transact.

Summarium in l. j. ff. de off. eius.

1 *An delegatus possit non solum habere cognitionem, uerum etiam executionem in causa meri imperij.*
2 *De iure canonico delegati possunt ea, quæ sunt meri imperij.*
3 *An quemadmodum causa meri imperij delegari potest quando præses recedit à Prouincia, idem potest fieri etiam ob ipsius Præsidis infirmitatem.*
4 *Delegatus dicitur esse is, cui mandata est iurisdictio eorum, quæ alioquin ad eum non pertinebant.*
5 *An delegatus de non iurisdictione delegantis cognoscere possit.*
6 *Delegatus si pronunciat se iudicem incompetentem, quamuis postea in eum partes consentiant, tamen amplius in ea causa ius dicere non potest.*
7 *Delegatus an subdelegare possit quando electa est personæ industria.*
8 *An & quando post latam sententiam delegatus possit in causa illa quicquam agere.*
9 *Delegatus si procedit ut delegatus, asserens se esse delegatum, e. non creditur nisi ostenso mandato.*
10 *Dictio quanquam, est nota in proprietatis.*
11 *Dictio quasi, & quanquam, æquiparantur.*

Bar. in l. j. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd.

1 BART. in d. l. j. col. 2. dum agit, an delegatus † possit non solùm habere cognitionẽ, uerùm etiam executionem in causa meri imperij; ait delegatum in aliquo casu eam habere posse, ut si esset insignis latro cuius pœnam differre periculosum esset. Ad hoc uide Bal. in c. 1. qualit. vasal. iura. & in l. falsus. C. de furt. & moder. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. nou. nũc. Ad-
2 de quòd de iure canonico delegari † possunt ea, quæ sunt meri Imperij. Et quotuplex sit merũ & mixtum imperium, uide Abb. in c. quod sedem, de off. ordin. Et dum ibi paulò post subiungit Bar. quòd ubi monosyllaba, si ponitur causaliter, iure sumitur argumentum à contrario sensu, vi de Aret. in cons. 143. col. 3. in fi.

3 Bar. in d. l. j. col. 3. uer. Quæro dicitur hic. disputat an quemadmodum † causa meri imperij delegari potest, quando præses recedit à prouincia, idem possit fieri etiam ob ipsius præsidis infirmitatem. aitque utriusque casus eandem esse rationem. De hac re uide quæ plenè posui suprà ad Bar. in l. vna. ff. de offi. Consul. vide eundem Bar. in l. fi. ff. de in integrum restit. & in l. naturaliter, col. pen. ff. de usucap. Limita tamen ut per Innoc. in c. prudentiam, de off. deleg. Et vide Feli. in c. si pro debilitate, col. 3. & in c. accedens. 2. §. quoniam frequenter. col. 7. cum seq. vt lit. non contest. Et in hac materia delegatorum nonnulla sunt animaduertenda, quorum primũ est,

est,etiam si delegatus delegantis præsentiam exhibeat, tamen hoc intelligendum est in ijs,quę
uerisimiliter ei commissa fuere,alioqui uerò, si id non est uerisimile,ut est; quia ei non uidetur
mandata iurisdictio cõtra personas præcellentes & dignas speciali nota.Feli.in c.graue, de off.
4 ordin.Item delegatus † dicitur esse is, cui mandata est iurisdictio eorum, quæ alioqui ad eum
non pertinebant; si uerò ad eum pertinebant,tunc eius iurisdictio dicitur excitata,non delega
ta. & ideò talis iurisdictio non expirat morte mandantis,& seruare debet iuris ordinem in pro
cedẽdo.Feli.in c.eam te,col.7.de rescrip.& in rubrica de off.deleg.in fi.Abb.in c.licèt. de off.
5 ordin.An delegatus † de non iurisdictione delegantis cognoscere posit? Respon. non princi-
paliter,sed in consequentiam.Bal.in l.2.C.si à non compet.iud.Feli.in c.super literis,in fi.de re
script.Item delegatus iure mulctare non potest,& multa ad rem facientia, vide apud Angel.in
6 consi.8.ad quod uide Feli.in c.de causis,de off.deleg. Delegatus † si pronunciat se iudicem in-
competentem,quamuis posteà in eum partes consentiant,tamen amplius in ea causa ius dice-
re non potest.Feli.in c.significantibus,de off.deleg.Quid si delegatus Papæ delinquat in causa
sibi commissa,ut si accepta pecunia sententiam protulisset, utrum coram ordinario conueniri
posit? Distingue,aut causa est finita,& conueniri potest, alioqui uerò, si nondum est extincta
Petr.de Anch.in repet.c.postulasti,col.11.de for. compet.de hoc vide Soc. in consi.46. col.3.
7 in 4.par.& Abb.& alios in c.fi.de rescript.An delegatus † subdelegare posit quando electa est
personę industria? Soc.in consi.59.in 1.uol.Feli.in cap.quoniam.§.1.de offi.deleg.An subdele
gare posit quando est impeditus; Felin.in d.c.si pro debilitate,eod.titu.An delegatus in peti-
torio posit iurisdictionẽ suam exercere quando aliquid innouatur in possessione; Philip.Frãc.
8 in sua disput.petitorij in secundo dubio.An & quando post latam sententiam delegatus † pos-
sit in causa illa quicquam agere. Feli.in c.in literis,de off.deleg. Vtrum delegatus committen-
do alteri executionem suæ sententiæ,desinat esse delegatus.Abb.in c.significasti,de off.deleg.
9 Delegatus † si procedit ut delegatus asserens se esse delegatum, ei non creditur nisi ostenso
mandato.Feli.in c.cùm in iure,eod.tit.reliqua uide apud Doct.in eodem tit.de off. deleg. & in
alijs locis,in quibus hac de re communiter agi solet. Et quod alicui asserenti se esse delegatum
non credatur,etiam si esset Cardinalis,nisi literæ ostendantur; vide in lucubr.ad Barto. in l. ex
quacunque,infrà si quis in ius uoc.non ier.num.3.Barto.in d.l.j.in fi.principij, ait, dictionem,
10 † quanquàm, esse notam improprietatis. Vide Alex.in consi.1.col. antepen. nu.16. in 5. vol.
Et quòd non sit semper nota improprietatis,uide eundem Alex.in consi.45.col.4.in 1.uolu.&
Feli.post alios,in c.Solitæ,de maior.& obed.col.2.Et de hac dictione tradunt Bald.& alij in l.si
pater.§.qui duos,ff.de adop.Archid.in c.1.de homic.in 6.& Neapol.in lectura Bar.in l.tutor.§.
11 qui tutoribus.ff.de excusat.tut.Quid de dictione,quasi, nam istas duas dictiones ex mẽte alio-
rum æquiparat Alex.in d.consi.15.Dicas,quando ponitur per uiam causæ exprimere authori-
tatem & proprietatem,alioqui uerò,si ponitur per uiam similitudinis. Bald.in l. qui Romæ.§.
duo fratres,propè fin.ff.de uerb.oblig.quem refert & sequitur Iaſ.in l.re coniuncti.nu.93.ff.de
leg.3.Et quòd ista dictio hæc duo principaliter significat quandoque diminutionem & simili-
tudinem, quandoque ueritatis expresionem,ut diximus, habetur in l.j.ff.de regul.iur. *ibi glo.*
& in l.si ante nuptias,cum glo.ff.fol.matr.vide Bar.in l.constitutus.ff.de action.& oblig.& in l.
ij.per illum tex.C.de inoff.testa.& in l.qui res,§.qui stipulatur.ff.de solut.Abb.in c.ad nostram,
de iureiuran.& in ca.gratum,de offi.deleg.Et in multis alijs locis Bar.& alij agunt de huius uo-
cis significatione,qui breuitatis causa prætermittuntur.

Summarium in l.j.ff.de off.Assess.

1 *Assessor potest inquirere an ille, qui postulat, sit infamis.*
2 *Licèt allegans turpitudinem suam, non audiatur, tamen hoc aliquando limitatur.*
3 *Omnes tenentur turpitudinem suam detegere, ubi agitur de periculo animæ.*
4 *Ille, qui allegat turpitudinem suam, non est audiendus.*
5 *Libellus malè conceptus, qui coram assessore producitur ab eo potest lacerari & respui.*

6 *Libellus in casu, in quo non requiritur, tunc etiam si ineptus produceretur, tenet, licèt lacerari possit.*
1 *In quibus officium assessoris consistat.*
8 *Ille, qui ex ui officij sui tenetur loqui, si tacet an in sui præiudicium consentire videatur.*
b *Grauius est delictum in committendo quàm in ommittendo.*
c *Potius est tolerandum quodlibet scandalum, quàm ueritas relinquatur.*

Bar. in l.j. ff. de off. assess.

1 BART. in d.l.j. in principio colligit ex glo. assessorem † posse inquirere an ille, qui postulat, sit infamis. Adde Cyn. in l.j. C. ut quæ des. aduoc. Bal. in c. domino guerram, in tit. Hic fin. lex. Corr. & Felin. in c. cùm causam, col. 10. uersi. in ea glo. de testi. Et dum Bar. ibi subiungit, eum si interrogatur ab assessore de sua infamia, non debere patefacere turpi-
2 tudinem suam, secundum gl. in c. 1. de except. Adde tu quamuis allegans turpitudinem † suam non audiatur, tamen hoc locum non habere in multis casibus, ut per Felin. in ca. lator, in princ. de re iud. in cap. tertio loco, nu. 8. cum seq. de præsumpt. & in c. debitores. num. 12. de iureiur. vide etiam Abb. & alios in c. ex tenore de testi. & eundem Abb. in ca. cùm. M. Ferrarien. nu. 13. de const. & in ca. cùm super, de concess. præben. in cap. inter dilectos, de donat. in ca. super eo, de consang. & affin. & in cap. ex diligenti, de simon. Bar. plenè in l. iusiurandum, quod ex conuẽ tione. §. procurator. ff. de iureiur. Doct. in l. cùm profiteatis. C. de reuoc. donat. Soc. in cons. 21. col. 3. in 1. uol. Doct. in d. ca. lator, & in c. consanguinei, de re iud. Et in multis alijs locis hac de re iuris interpretes tradiderunt; quæ omnia longum esset recensere. Inter cætera tamẽ scias,
3 quemcunque † teneri turpitudinem suam detegere ubi agitur de periculo animæ. d. c. lator, & d. c. consanguinei. hoc idem fieri debet fauore ecclesiæ. cap. quod quis cõmisit. 35. q. 9. sic etiã dicimus fauore libertatis, ut traditum est in l. interrogatam. C. de liber. cau. & quamuis commu
4 niter dici soleat, eum qui allegat † turpitudinem suam, non esse audiendum, an excipiendo id poterit? Abb. & Bar. in d. c. inter dilectos. Ioan. de Anan. in c. significaui. colu. 2. de adul. & Abb. in d. c. cùm. M. Ferrarien.

5 Bar. ibi paulò post ait, libellum † malè conceptum, qui coram assessore producitur, ab eo posse lacerari & respui. De hac re vide Abb. in c. cùm inter, in fi. de consuet. & glo. not. in ca. sacerdotibus, in uerbo, incedit. 11. q. 1. quæ ait, iudicem debere libellum destruere quando non est legitimè compositus. Innoc. in cap. 1. de off. uicar. Abb. in c. examinata, de iudic. & in c. si clericus laicum, de for. compet. Alex. post Bar. in l. prohibitis. C. de iur. fisc. ubi inquit, à iudice hoc posse fieri parte tacente & non opponente, secundum Bal. in l.ij. C. ut nem. priua. Quod tamen
6 limita, nisi simus in casu, in quo libellus † non requiritur: nam tunc etiã si ineptus produceretur, teneret, licèt lacerari posset. gl. sing. in l. vinũ. ff. si cert. pet. vide ad prædicta Bar. in extraua. Ad reprimendum, in uoce, sine figura. Abb. in c. fi. in fi. de libel. oblat. & Feli. in c. dilecti. in fi. de iudic. & in c. ex parte. 2. col. 4. de off. deleg. Attende tamen, quia etiam si assessor possit libel lum ineptum lacerare, non tamen cogitur, secundum Paul. de Castr. in l. ubi pertium. C. de tran
7 sact. per. l. non quicquid. ff. de iudic. Subiungit posteà Bar. in quibus officium † assessoris consistat. cuius documentis adijcias, assessores teneri resistere præsidi malè sentienti. l. quoniam. 2. cum glo. 3. C. de appell. Feli. in c. siquando, in princ. de rescript. nam assessores inuenti fuere ut subueniant imperitiæ præsidum. Angel. in cons. 271. Primus punctus, col. 1. & ideò in condemnationibus reorum iniustis pati non debent, ut scribatur in actis, eas ipsis consentientibus fuisse prolatas: quia eadem pœna, qua & ipsi præsides, tenerentur. nec etiam tacere debent, ne consentire uideantur, sed protestandum est in scriptis, hæc fieri ipsorum sententia re luctante. Cæpoll. in cautel. 35. & in cautel. 215. Ad quæ accedant tradita per Feli. in cap. 1. col. 4. de offic. delega. dum agit de consiliarijs principum. Et hoc ratione ualida confirmatur: nam ij, qui ex ui officij sui tenentur loqui pro commodo & bono pertinente ad id, in quo officium eorum cõsistit, tacere non possunt. arg. capituli primi de his quæ fi. à maio. par. cap. & tacendo

censentur

8 censetur † in sui præiudicium consentire.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.actio.c.post præ
stitum,de const.in 6.Et hac ratione motus Abb.post Innoc.in d.c. 1.intulit unumquemque de
collegio astrictum esse ad liberè loquendum in ijs, quæ ad commodum capituli spectant, alio-
qui uehementer errare.Et idē uoluit Abb.in c.continebatur,eod.tit.in c. dilectus.2. de simon.
in c.uestra,de loca.& in c.in causis,de elect.& Ias.in l.quæ dotis.ff.solut.matrim.nu.89.Is enim,
cui dicendæ ueritatis onus incumbit,pariter peccat tacendo,ac si malè loqueretur: quia utro-
que casu dicitur proditor ueritatis.c.nolite timere.11.q.3.& ita in simili casu ait Alex.in l. Ar-
gentarijs.§.cùm autem.ff.de eden. dum agit de teste.citat.c. primum de crim. fal.ad idem est
tex.in c.quisquis metu. 9.qu. 3.vbi paria esse decernitur, uelle nocere, & prodesse negligere.
Et hic est casus exceptus à regula,quæ colligitur ex glo.in l.mora.ff.sol.matrim.scilicèt grauius
9 † esse delictum in committendo quàm in omittendo.nam hoc non habet locum, ubi ex ui offi-
cij aliquis ad ueritatem dicendam astringitur: nam ueritas ante omnia est amanda. l. j. C. de
dedit.liber.toll.l.cùm ita legatum.ff.de cōd.& demonstr. Ex quo infertur, quemadmodum as-
sessores & consiliarij,qui mala præbent consilia, tenentur ad resarcienda quæcunque damna,
quæ inde proueniunt,teste Innoc.in c.sicut dignum,de homicid.vbi Abb.& Felin.in d. c.1.de
offic.deleg.facit ad rem tex.in l.quoniam iudices,& ibi Bal.C.de appell. ita pariter eos teneri,
qui tacendo nolunt prodesse. Hinc dixit Bar.in tract.repræsaliarum,in 6.q. contra huiusmodi
10 consiliarios repræsalias posse concedi.magis enim tolerandum † est quodlibet scandalū,quàm
quod ueritas relinquatur.c.qui scandalizauerit,de reg.iur.Hinc dicitur Paralip.39. Nolite ne-
gligere,uos enim elegit Dominus ut stetis coram eo pro salute populi. Et alibi Dominus per
prophetam ait, Non ascendistis ex aduerso,neque oppositistis uos murum pro domo Israel.&
alibi per Esaiam ait: Clama ne cesses.Dixit etiam Dominus Moysi,Exo.18. Prouide de omni
plebe uiros sapientes,in quibus sit ueritas. An autem assessoris imperitia magistratui,qui eum
elegit ascribatur, trad.Alex.in consi.19.col.5.in 7.uol.

Summarium in l.diem functo.ff.de off.Assess.

1 *An mortuo prætore ante completum officium, possint eius hæredes salarium integrum consequi.*
2 *An iudici delinquenti siue remoto ab officio culpa sua, salarium debeatur.*

Bar.in l.diem functo.ff.de off.assess.

1 Bart. in d.l.diem functo,col.1.tradit, An mortuo † prætore ante completum officium,
possint eius hæredes salarium integrum consequi:quia per eū non stetit. De hac re vide Rom.
in consi.85.Abb.in c.1.de cleric.ægrot.in fi.& in c.cùm ab omni,in fi.de uit.& honest.cleric.vi
de etiā in l.si quis in sacris.C.de prox.sac.scri.lib.12.in l.3.C.de agen.in reb.eod.lib.& in l.post
duos.§.fi. C.de aduoc.diuers.iudic.& in l.j. C.de primip. Et dum in d.l.Barto.tractat, an iudici
2 delinquenti siue remoto ab officio culpa sua salarium debeatur; vide Bar.in l.Iudæis. C.de an-
no.& trib.lib.10.& in l.Mæuio,in princ.ff.de annu.lega.Ad rem faciunt trad.per Bal.in l.Nen
senius.ff.de excusat.tut.& in l.Mancipia.C.de seru.fugit.& Abb.in cap.cùm non sit,de iudi.Et
apud multos ex prædictis authoribus habetur etiam,an salarium debeatur famulo infirmo,&
similibus.Ad not.per Bar.in l.in consilio.ff.de off.assess.vide Rom.in cons.116.col.1.

Summarium in l.j.de iurisdictione omn.iud.

1 *Officium iudicis est genus generalissimum.*
2 *Illud est genus generalissimum, quod nihil habet supra se.*
3 *Judex debet habere duplex sal, scilicèt scientiæ & conscientiæ.*
4 *Iurisdictio quid sit.*
5 *Officium iudicis & iurisdictio an sint ijdem.*
6 *Officium iudicis licèt dicatur remedium extraordinarium, tamen quandoque dicitur etiam remedium ordinarium.*

7 *Officium*

7 *Officium iudicis nullam præsupponit obligationem.*
8 *Differentia quæ sit inter officium iudicis, & actionem.*
9 *Si statuto cautum esset, filiam dotatam non succedere, quòd nihilominus tunc (etiam si aliunde habeat dotem) fratres eam excludentes ei denuò dotem constituere compelluntur.*
10 *Statutum excludens exceptiones omnes, intelligi debet, vt propterea non prohibeat quominùs aliquis possit officium iudicis implorare.*
11 *Actio ubique potest intentari.*
12 *Actio iudicati quando intentatur coram ordinario sententiarum, tunc actio non intentatur.*
13 *Officium iudicis misericorditer imploratur.*
14 *An à denegata iudicis audientia appellari possit.*
15 *Judex negare potest officium suum, neque propterea dicitur inferre iniuriam.*
16 *Quando emphyteosis est extincta per generationis deficientiam possunt propinqui petere ut eis refirmetur, & nisi fiat, dicitur eis fieri iniuria.*
17 *Princeps facilè censetur concedere beneficium, quod concedere consueuit, & si petenti denegatur, dicitur ei fieri iniuria.*
18 *Ille, qui fundum sterilem reduxit ad fertilitatem, non potest expelli, etiam si esset conductor ad tempus: quia ei fieret iniuria.*
19 *Officium iudicis nobile, est illud, quod per se stat.*
20 *Officium mercenarium esse potest multiplex.*

Bart.in l.j.ff. de iurisd. omn. iud.

1 BART. in d.l.j.ex illa uoce, latissimum, colligit, officium † iudicis esse genus generalissimum, eò quòd omnia continet, & nullum genus habet supra se. idque dicit pro bari in l.cùm post.§.gener.ff.de iur.dot. sed Barto.voluit citare gl.in d.§.gener. nam ille tex.parum probat. Adde glo.in §.si generaliter, instit.de legat. Attende tamen quòd istud
2 Bart.documentum non videtur verum: nam id esse genus † generalissimum dicitur, quod nihil habet supra se; sed iudicis officium supra se habet iura & leges, & ideo iudex non dicitur habere liberam uoluntatem, sed coarctatam à lege. Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.Soci.in consi.92.colum.8.in 1.volum. Habet etiam supra se rationem illam naturalem, cui omnia subsunt, secundum gl.in cap.ex eo quod, in uoce, rationis, de elect.in sexto pariter quo
3 que iudicis officium supra se habet conscientiam, quoniam iudex † debet habere duplex sal, scilicèt scientiæ, & conscientiæ. nam conscientia sine scientia insipida est, & scientia sine conscientia diabolica est. hæc Bald.in l.hac lege.C.de senten.quem sequitur Feli.in cap. ex parte. 2.de off.delega.& multa alia considerari possunt, quibus officium iudicis subesse debet, igitur non est genus generalissimum. neque hoc probatur in d.l.j. quia ista collectio non procedit: Iusdicentis officium larissimum est, ergo est genus generalissimum. sicut etiam si diceretur; est doctissimum, igitur est genus generalissimum. & quoniam multa potest? ideo nihil habet supra se. nam secundum logicos genus generalissimum est substantia supra quam nihil est. & Barto.considerat solùm hoc dici genus generalissimum, eo quòd non habet aliud genus supra se. Verùm, si ita rectè colligeretur etiam animal in genere suo esset genus generalissimum, id quod est falsum, ut melius quàm alibi aperit rem hanc idem Barto. in l.legato generaliter.ff.de leg.primo.
4 Bar.in d.l.j.colu.2.versic.Item quæro quid sit † iurisdictio, prosequitur hanc rem, vt ibi per eum. Adde Azo. in summa de iurisd.omn.iudic.in princ.& in §.fin.& Feli.in cap.licèt, in primo not.de probat.& quomodò diffinitur iurisdictio, quot modis sumitur & diuiditur, habetur in §.ipsos quoque, & in §. oportet, in auth.de defensor.ciu.& per Alber.in l.possideri.ff.de acq. poss.& per eundem Bar.in l.j.ff.de off.eius, & Abb.in c.quod sedem, de off.ordin.& Iaf.in l.qui condemnare.ff.de re iud.

5 Bart.in d.l.j.colum.3.versicu.expeditis glo. disputat, an officium † iudicis, & iurisdictio sint idem. & rursus, an officium iudicis & actio idem sit. Adde nonnulla de hac uoce, officium, quæ habentur apud Felin.in capitulo post cessionem, columna prima. de probat. & Rapha. Cuma.in consil. 18. colum.7. & sequ. in tertio volumine. Et plenè omnia, quæ ad iudicis officium pertinent, uide apud Specul. in titu.de offic.omni.iud. per totum, & in titu.de expensis. §.quarto.& in titu.de action.seu petit. §.fin.versicu.dicendum officium iud.& multa singularia in re proposita habentur in Margarita Bald.in hac uoce, officium. Innocen.quoque de hac re tradit in capitulo ex insinuatione,in vlti. glo.de procura. Alber.& Bar. in l.Quintus.ff. de ann. leg.Abb.in capitulo sedem,de offic.ordin. & in capitulo primo.vbi plenè Felin.de offic.iudic.

6 & idem Feli.in capitulo 2.eodem titu.& quamuis officium † iudicis dicatur remedium extraordinarium, tamen quandoque dicitur etiam remedium ordinarium, secundum glo.sing.in l. si is à quo,in princip.ff.vt in poss.lega. & vbicunque æquitas suggerit,quid fieri debeat,docuit glo.in l.si seruus.ff.de usufru.& in locum exceptionis deficientis, vide text. singul. in l.fin.ff.de petit.hæred.& reliqua uide apud Barto. & alios, in l.iiij. ff.de damn.infec. Et quoniam Bart.in

7 eadem l.j.colu.4.propè fin.ait,officium † iudicis nullam præsupponere obligationem, & citat tex.in l.qui per collusionem.ff.de action.empt. Attende tu in illa l.qui per collusionem. §. fin.

* agi tantùm de officio iudicis mercenario, & ideò ibi non bene probatur opinio Bartoli & * commu.pro qua uidetur melior tex.in l.deducta,in princip.ff.ad Trebell.

8 Barto.in eadem l.columna quarta.in fin.tradit differentiam, † quæ est inter officium iudicis & actionem, tum quando conficitur libellus, tum etiam aliter. Adde quatuor alias differentias inter officium iudicis & actionem, quas docuit Ias. in d.l.j.ff.de iurisdic.omn. iud. & ultra eas,quas & ipse & alij tradiderunt, nonnullæ aliæ sunt adijciendæ. Quarum prima est, quando executio unius sententiæ petitur ab alio iudice officio iudicis, ille exequi non potest nisi literas habeat à iudice, qui sententiam protulit, alioqui verò ubi executio iure actionis peteretur: quoniam actio ubique potest intentari.l.fin.in fi.ff.de præscript.long.temp. Paul.de Cast. in l.properandum.§.sinautem reus.C.de iudic.Bart.in l.à diuo Pio.§.1.ff.de re iudic. Secunda est differentia,quia ubi petitur executio officio iudicis nobili, tunc non nisi maioribus magistratibus competit, alioqui uerò si iure actionis. Lancil. in l.iubere cauere, columna vltima.ff. de iurisd.omn.iud. Tertia est differentia,quoniam ubi aliquis tenetur ad aliquid officio iudicis,eius hæres non obligatur.l. si quis à liberis. §. item liberum.ff.de liber.agnoscen. Alexan.in l.si socer.ff.solut.matrimo. & si huic differentiæ aliqua iura reluctari uidebuntur, solue secundum documentum Barto.in l.si tertius.§. 1.columna prima.ff.de aqua pluu.arcen. Quarta est differentia,quia vbi expensæ debentur iure actionis,vt quia promisit in instrumento: peti possunt etiam post latam sententiam super sorte principali, alioqui vbi officio iudicis deberentur. glo.in l.iij. §.si rem,in voce fortasis. ff. de lega. tertio. Quinta est differentia, quoniam iusta causa litigandi excusat ab expensis, quæ ueniunt officio iudicis, alioqui si iure actionis debentur.glo.in dicta uoce, fortasis. Sexta est differentia, quoniam ubi condemnatio expensarum fit officio iudicis,sine scriptura fieri potest, alioqui si iure actionis. Ias.in l.nequicquam.§.*vbi* decretum,columna 13.ff.de offic.procons. Septima est differentia, quia si æstimatio fieri debet officio iudicis, attendetur tempus æstimationis in illa mora & durat usque ad sententiam. Si uerò æstimatio fieri debet iure actionis, attenditur tempus contractus,& vltra non porrigitur: ita declarat Bart.in l.vinum,columna prima versiculo,Ad idem oppono, & columna ter-

* tia, versiculo reassumo, in primo casu.ff. si certum peta.cuius opinio * communiter approbatur. Octaua est differentia, quia si fructus ueniunt officio iudicis, cumulari debent cum ipsa actione principali, alioqui si iure actionis: quia tunc huiuscemodi cumulatio fieri non potest. Ias.in l.edita,columna decima,versiculo, Ego autem. C. de eden. Nona est differentia, quoniam si filia officio iudicis est dotanda,hoc intelligitur quando aliunde non habet alimenta & dotem, quoniam cessat æquitas, atque ita etiam officium iudicis; ideò eam dotare non tenetur. Bar.in l.mulier.§.cum proponebatur.ff.ad Trebell.alioqui verò,si iure actionis; vt si

9 statuto cautũ esset, filiam dotatam † non succedere; nam tunc etiam si aliunde habeat dotem, tamen fratres eam excludentes ei denuò dotem constituere compelluntur: quia statutum intelligitur eam excludere solùm à bonis eorum, qui ei dotem constituerunt, glo. & Bal. in l.j.C. de legit.hæred. Alexan. in consilio 29. colu. penult. in 1. volu. Soc. in consi. 30. col. 7. & in consil. 84. colu. 2. in primo volu. & Dec. in consi. 346. Et de hac re uide quæ posui ad Bar. in l. obligamur. ff. de action. & obliga. & Barto. & Ias. in authen. res quæ. C. commun. delegat. Decimam differentiam collige ex tradit. per Bart. in l. quod iussit, colu. fin. ff. de re iudic. Vndecima est differentia, quoniam officium iudicis mercenarium deseruit actioni, non tamen deseruit officio iudicis nobili. glo. in l. hæres furiosi. §. fin. ff. de petit. hæred. quam not. ibi Ange. Aliam differentiam ponit Barto. in d.l.j. scilicèt, actionem nunquam negari, officium uerò iudicis quandoque negari posse. alias differentias tradit Ias. in d.l. nequicquam. §. vbi decretum, col. penul. ff. de offic. proconsi. & in l. diuortio, col. 6. ff. solu. matrimo. vbi ponit duas ex eis, quas ego supe-
10 riùs memoraui. Fortè etiam præcedentibus adijci posset, statutum † excludens exceptiones omnes, intelligi debere, vt propterea non prohibeat quominùs aliquis possit officium iudicis implorare, vt not. concludit Barto. in l.j. ff. quod ui aut clam. & Socin. in consilio 8. in fine. in quarta parte. & tamen dicendum uideretur actionem excludi debere; quia, si cui damus actionem, multò magis datur exceptio, tanquam aliquid minus. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regul. iur. ita & contrà, cui negatur exceptio, multò magis negari debet actio tanquam plus, ut contrariorum eadem sit ratio, iuribus vulga. nam, si de quo minus videtur inesse, & non ineſt, ergo nec de quo magis, ut habetur in authen. multò magis. C. de sacrosanc. eccles. Tamen contrarium egregiè tenuit Aretin. in consil. 75. columna penult. dicens ab huiuscemodi statuto non excludi, quin aliquis possit principaliter agere. Item quamuis iudex sententiæ appellationis, sententiam ab ipso confirmatam exequi debeat, tamen hoc procedit solùm quando executio petitur officio iudicis, alioqui verò, si iure actionis peteretur. Alexand. in l. à diuo Pio, columna quarta. ff. de re iud. Rursus, quando petitur executio officio iudicis, non requiritur libellus, neque litis contestatio. l. intra dies, vbi Barto. & omnes. ff. eodem tit. Item interlocutoria lata officio iudicis nobili, quando alia diffinitiua non expectatur, potest reuocari, alioqui verò si petitum fuerit officio iudicis mercenario actione proposita: quia tunc reuocari non potest. Barto. in d.l. quod iussit. columna fin. eodem titu. vbi Ias. in 7. quæst. Barto. colu. 4. vbi ponitur alia differentia: quia in uno casu sine causæ cognitione reuocari potest, in alio
11 non. Rursus actio † potest ubique intentari. l. fin. in fine. C. de præscript. long. temp. ex quo tradit Alexand. in dicta l. à diuo Pio, in principio. colum. 9. versicu. quod limita, etiam si iudex appellationis confirmans primam sententiam, eam exequatur, hoc tamen locum non habere,
12 quando actio † iudicati intentatur coram ordinario sententiarum. Rursus iudex ab expensis absoluens, intelligitur ab expensis absoluere, quæ debentur officio iudicis, non autem iure actionis. Ias. in dicta l. properandum. §. finautem alterutra. C. de iudic. Rursus expensæ debitæ ratione uictoriæ debentur officio iudicis, neque in eis habetur ratio damnorum & interesse; sed in his, quæ debentur ratione contumaciæ, & ueniunt iure actionis, debentur etiam damna & interesse. glo. in l.j. ff. de alien. iudic. mut. cau. fac. Rursus agens interdicto uti possidetis, & sic actione illa, repellitur exceptione dominij, quam incontinenti aliquis offerat se probaturum, alioqui uerò si iudicis officium imploratur: quoniam tunc non repellitur. Areti. in l. si de eo. §. fina. columna secunda. versiculo, Aduerte. ff. de acquiren. possessio. Rursus, quando rei restitutio petitur officio iudicis, cumulatio non impeditur. Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. columna quinta. in sua lectu. versiculo si uerò. ff. eodem titu. vbi Aret. colum. 7. versiculo secundò, præcisè hoc dixit, alioqui si iure actionis. & ibi citat Barto. in l.ij. §. hoc edicto, columna secunda. ff. ui bono. rapto. vbi ait, regulam prohibitiuam cumulationis, scilicèt, absolutionem latam in uno posse parere præiudicium in alio, non procedere quando petitur officio iudicis, atque ita ibi ponitur alia differentia. Reliquas tradit Abb. in c. ex parte. 2. colu. fi. de rescrip. aliam ponit Bart. in l. fi. in princ. ff. de appell. recipien.

13 Bart. in d.l.j. colum. 4. versicu. Item ex hoc concluditur, ait, officium † iudicis misericorditer implorari: quia illud, quod pars petit, sibi non debetur, sed iudex potest ex officio suo facere, vt sibi detur; licèt quandoque esset iniuria si denegetur. Tu de hac re quando scilicèt fiat iniuria petenti, & quando ei liceat appellare ab hoc officio iudicis denegato, vide Felin. in capitulo exceptionem, colum. 1. & 2. de except. & hæc uerba Barto. declara ut per Felin. in cap.
14 fin. de offic. iud. An autem † à denegata iudicis audientia appellari possit, vide modern. in c. ex ratione, & in capitulo cùm cessante, de appell. & circa rem propositam, de qua Bar. agit, vide Ias. inst. de act. in princ. colu. 2. versicu. Subde tamen. vbi ait, iniuriam non fieri in ijs, quæ reposita sunt in mero iudicantis arbitrio. An autem si quid potestati iudicis relinquitur, appel-
15 lari possit. Ias. in l. quod iussit, in 2. quæst. Bart. ff. de re iudic. Adde quòd iudex † negare potest officium suum, neque propterea dicitur inferre iniuriam, quando pars habet aliud remedium, quod proposuit. Bart. in d.l. naturaliter. §. nihil commune, colum. 5. ff. de acquiren. possess. & in simili casu uide Feli. in capitulo at si clerici. §. de adulterijs, colu. 9. de iudic. Adde ad præ-
16 dicta casum memoratu dignum, quando emphyteosis † est extincta per generationis deficientiam, possunt propinqui petere ut eis refirmetur, & nisi fiat, dicitur eis fieri iniuria, adeò ut licitum sit prouocare ad superiorem. Bart. in l.j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. Fulgo. in consi. 222. in fin. Curt. in consi. 47. & in consi. 49. vbi ait ita in facti contingentia fuisse iudicatum. vide omninò Rom. in consi. 22. vbi multa notatu digna, quæ ad alios etiam casus afferri possunt, inueniuntur. Et in dictis locis habetur etiam, quid de feudo. & per illum text. in
17 d. §. permittitur, ait Aret. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de legat. 1. principem † facilè censeri concedere beneficium, quod concedere consueuit: & si petenti denegatur, dicitur ei fieri iniuria. licèt Bolog. dicat id non probari in illo tex. Et in re proposita attende aliud scitu dignum,
18 nam etiam ille, qui fundum † sterilem reduxit ad fertilitatem, non potest expelli, etiam si esset conductor ad tempus: nam ei fieret iniuria. l. quicunq;. C. de omn. agr. deser. lib. 11. Paulus de Castr. in consi. 142. in 2. volu. Curt. in consi. 47.

19 Bar. in eadem colum. versicu. sic dicas, quòd est triplex, ait, officium † iudicis nobile esse illud, quod per se stat. Hic quæritur, utrum si iudex ad postulationem partis aliquid facit, quod ex mero officio suo facere potest, dicatur id fieri officio nobili, an mercenario? vt si iudex, qui per inquisitionem procedere potest contra delinquentẽ, aç etiam ad instantiam partis, si procedit parte petente, intelligatur procedere officio nobili, an non? vide Ias. in l. Imperium, colu. 6. versic. secundò aduerte. ff. eod. tit. de iurisd. sui. iudic. Et dum ibi paulò post Bar. declarat,
20 officium † mercenarium esse posse multiplex; quia quandoque deseruit actioni proponendę, ut in citationibus, & interrogationibus & alijs, quæ fiunt ante litem contestatam; vide eundẽ Bar. in l. in prouinciali. §. 1. col. 1. versi. & ideò. ff. de oper. nou. nunc. Et dum Bart. ait in ead. col. fi. versi. Quædam sunt iura debita personæ in re. vide Alex. in consi. 35. colu. 1. in 4. vol. & dum Bar. in fi. d.l. primæ ait, quædam sunt personæ repræsentatæ, & reliqua. Vide Alexan. in d. consi. 35. in fi. & Paul. de Cast. in consi. 320. in primo dub. vbi infert ad pulchrum casum.

Summarium in l.ij. ff. de iurisd. omn. iud.

1 *Delegato uno, omnia delegata esse existimantur, sine quibus illud expediri non potest.*
2 *Delegato nunquam uidetur esse concessum, vt pœnam publicationis bonorum imponere possit.*
3 *An & quando iudex possit in his, quæ eius arbitrio commissa sunt, arbitrari pœnam mortis seu relegationis.*
4 *Ei cui iurisdictio est delegata, non censeri mandata esse ea, quæ sunt maioris iurisdictionis.*
5 *Seruo proprio censetur data libertas, vt institutio ualeat.*
6 *Potestatem habens beneficium conferendi, si ponat aliquem in possessione, an existimetur ei beneficium contulisse.*
7 *Ea, quæ sunt maioris iurisdictionis censentur mandata, dum tamen sint eiusdem speciei.*
8 *Mandatum factum ad extraiudicialia, continet etiam iudicialia, quæ sunt alterius speciei.*

9 *Iudex*

9 *Iudex criminalis nunquam cognoscere potest de causa ciuili, quæ est diuersæ speciei.*

10 *Iudices tam ordinarij, quam delegati mittere possunt in possessionem ex primo decreto contra contumacē.*

11 *Ille, qui habuit mandatum ad litem iam extinctam, censetur habere mandatum ad eam resuscitandam per restitutionem in integrum.*

12 *Iudex secularis an possit incidenter cognoscere de re spirituali.*

Bar. in l.ij.ff.de iurisd.omn.iud.

1 BART. ex d.l.ij. colligit in summa, delegato † uno omnia delegata esse existimari, sine quibus illud expediri non potest. Vide Ang. in consi. 290. vbi de hac re memorabiles textus adducit. Et uide multa ad rem propositam facientia apud Feli. in cap. de causis, col. fin. de off. deleg. vbi subiungit tres limit. Quarum prima est, vt prædicta locum habeant solùm quādo illud principale sine his ullo modo expediri non potest, alioqui uerò ubi expediri potest, quamuis non ita commodè. Secunda est, nisi hæc essent de reseruatis Papæ. Tertia est, nisi hæc alio iure huic delegato essent prohibita. Et ibi tradit Felin. iura, & authoritates, quibus hæ limitationes probantur. Quibus adijcienda est alia limitatio, scilicèt, vt prædicta non procedant, quando uoluntas est simpliciter declaratiua, non autem dispositiua, vt docuit Aret. in rubr. ff. de acquiren. hæred. col. 3. versic. præterea, quando voluntas. Attende etiam quia delegato † nunquam uidetur esse concessum, vt pœnam publicationis bonorum imponere possit. Barb. in c. 1. colu. 8. de off. deleg. & in c. præterea, col. 2. vbi etiam Feli. col. 2. & seq. eod. tit. Bart. in l.j. ff. ad leg. Iul. maiest. Abb. in c. prudentiam. §. sextam, de off. deleg. Aret. in consi. 85. & in consi. 158. in 2. dubio.

2

3 in fi. Sed de hac re, ac etiam an & quando iudex † possit in ijs, quæ eius arbitrio commissa sunt, arbitrari pœnam mortis, seu relegationis, vide Feli. in c. ex literis, nu. 43. 45. & 47. de constit. Et an & quando iudex in causa principali possit esse iudex super dependentibus & connexis, & quæ nam esse dicantur dependentia, & connexa, vide omninò Imol. in consil. 139. & in consi. 140. & aliquid apud Abb. in consi. 18. nu. 7. in 2. vol. vbi ait iudicē super matrimonio posse incidenter etiam cognoscere de dote. & omninò uide Ang. in d. consi. 290. reliqua de connexis in locis proprijs uideantur.

4 Bar. in d.l.ij. col. 2. versi. Respondeo cui iurisdictio, ait, ei cui † iurisdictio est delegata, nō censeri mandata esse ea, quæ sunt maioris iurisdictionis, quàm sint ea, quæ principaliter ei mandata fuere, quamuis sine ipsis ea expediri non possent. Ad quod faciunt quæ in præcedenti lucubratione posita sunt. Sed contra istam limit. Bart. atque ita ut etiam maiora intelligantur esse concessa, facit tex. in princ. insti. de hære. instit. & in l. pen. C. de necess. seru. hæred. instit. in prin.

5 vbi dicitur, seruo proprio † censeri datam libertatem, vt institutio ualeat. & sic ad ualiditatem institutionis censetur data libertas, quæ multò maior est. l. libertas. ff. de regul. iur. Item documento Bar. reluctatur. l. non cogendum. §. si procuratori, & ibi Barto. ff. de procur. vbi habetur, mandatum factum ad extraiudicialia, porrigi debere etiam ad iudicialia extraiudicialibus necessaria, quæ tamen sunt maiora. Rursus obstat. l.ij. C. de dot. promiss. vbi ait Bal. promissorem usurarium dotis, censeri etiam dotem ipsam promisisse, quæ est maior. Rursus refragatur com-

✱ mun.* illa conclusio canonistarum in c. transmissam, de elect. quæ est, vt si † potestatem habens

6 beneficium conferendi, ponat aliquem in possessione, existimetur ei beneficium contuliſſe. Rursus refragatur; quia mandata iurisdictione, videntur mandata etiam ea, quæ sunt maioris iurisdictionis, vt vult Barto. ibi in d.l.ij. versiculo secundo modo, per text. in l. quoties. C. de iudic. qui procedit etiam in delegato. Bartol. in l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. instituen. atque ita ille text. hoc in loco repugnat huic Barto. documento. cui etiam obstat. l. prima. in fine. & l. fin. in fine. ff. de offic. eius. vbi mandata iurisdictione uenit etiam imperium, quod est maius. Item obstat. l. denique. §. interdum. ff. de pecul. lega. Tamen pro opinione Bartoli videtur. l. hæreditas ad Statium. ff. de hæredi. instituen. quod declara ut per Iaſ. in l. Centurio, columna 33. de vulga. & pupill. Item pro hac opinione Bartoli facit tex. in l. penultima. §. illo. C. de necess. seru. hæred. instit. per quem ita limit. Rom. in l. illud. ff. de acquiren. hæred. &

istam limitationem & alias ad hanc regulam ponunt Alex. & moder. in l. fin. C. de hæred. instit. Vide Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. colum. 3. & Dec. in rubric. de appell. colum. 3. versiculo Vlteriùs. & tenendo opin. Bart. ad obiecta in contrarium scilicèt de l. pen. in princip. C. de necess. seru. hæred. instit. fortè responderi potest, id procedere fauore libertatis, vt ibi text. expressè aperit. Et similiter ad obiectionem illam de promissione usurarum dotis, dici potest, illud esse fauore dotis. potest etiam & ad hæc, & ad alia obiecta paulò ante in contrarium adducta responderi, ea scilicèt quæ ueniunt in consequentiam, & pro executione primi mandati, non posse diei esse aliquid maius, cùm accessoriè ueniant. argumẽto. capitulo super eo, de præben. in sexto. & l. cùm aurum. §. fi. ff. de aur. & argen. lega. & ita inquit Dec. in consi. 77. colu. 4. vbi multa memoratu digna in re proposita explicauit. Id uerò quod Bar. in versiculo secundo modo ait, scilicèt mãdata iurisdictione censeri mandata ea etiam, quę sunt maioris iurisdictionis, non uidetur sine dubio ex ijs, quæ paulò ante deduximus. Sed esto, dicẽdum est, hoc procedere in iurisdictione ordinaria, quæ tantùm simplicem iurisdictionem continet, alioqui verò si de iudice ordinario loqueremur habente merum & mixtum imperiũ; quoniam tunc dari non possent maiora expressis.

7 Bar. in d. l. ij. col. 2. versicu. Sed contra hoc oppono, ait, ea etiam † quæ sunt maioris iurisdictionis censeri mandata, dum tamen sint eiusdem speciei, alioqui non. Sed contra hoc Bartoli documentum, quòd immo ueniant ea etiam, quæ sunt alterius speciei, multa uidentur urgere, ut est tex. in l. j. in fi. & in l. fi. ff. de off. eius. vbi in delegatum censetur translatum mixtum imperiũ, quod est alterius speciei. Item tex. in l. non cogendum, §. si procuratori, & ibi Bar. ff. de procur.

8 ubi mandatum † factum ad extraiudicialia continet etiam iudicialia, quæ sunt alterius speciei Item urget text. in capitulo penul. de in integr. restit. vbi arbiter in necessariam consequentiam cognoscit de causa restitutionis in integrum, quæ tamen petitur officio iudicis nobili. & ita est diuersæ speciei. Rursus reluctatur tex. in l. solemus. §. latruncunlator. ff. de iudic. iuncta.

9 l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. & ibi Bolo. ubi iudex † criminalis nonnunquam cognoscere potest de causa ciuili, quæ est diuersæ speciei. Rursus obstat etiam text. in l. fina. §. sed & si quis. C. de admin. tutor. ubi in consequentiam, & incidenter is quandoque tutorem dare potest, qui alioqui dare non posset, tanquam quid diuersum à cognitione sua. Similiter contra Barto. facit tex. in §. si uerò etiam quidam iurent, in authen. de exhiben. reis. vbi iudices

10 † tam ordinarij quàm delegati mittere possunt in possessionem ex primo decreto contra contumacem. id quod est diuersæ speciei. & contra Bart. faciunt trad. per eundem Bar. in l. indebitum. ff. de condit. indebi. vbi habetur, mandatum factum ad ea, quæ non requirunt speciale mandatum, in necessariam consequentiam, ad ea etiam, in quibus exigitur speciale mandatũ,

11 dilatari. Ad hæc accedat Rom. in sing. 638. vbi ait, eum qui habuit mandatum † ad litem iam extinctam, censeri habere mandatum ad eam resuscitandam per restitutionem in integr. quæ tamen est diuersæ speciei. Neque obiectionibus istis repugnant adducta per Bart. quoniam loquuntur principaliter, vt tunc ea, quæ diuersæ sunt speciei non contineantur. id quod uerũ est, alioqui uerò in consequentiam & incidenter. l. quoties. C. de iudic. & propterea non remo uentur obiecta contra Bart. adducta; quia ipse vult omninò maiora expressis, sine quibus principale expediri non potest, non contineri quando sunt diuersæ speciei, & tamen contrarium colligitur ex prædictis: quoniam ea incidenter & in consequentiam uidentur esse mandata. & de re proposita vide Dec. in dicto consil. 77. colu. 3. versicu. succesiuè non obst. & in c. præterea, versicu. 4. colu. 4. de off. deleg. Abb. in cap. 4. colu. fin. de for. compet. Feli. in cap. cæterùm, colu. 3. in fi. de rescrip. & aliquid in simili per eundem Feli. in cap. licèt causam, col. 4. in 5. not. de probat. & in cap. sedes, colu. 2. & seq. de off. ordin. & in cap. sedes, colu. 4. de rescrip. & Aret. in consi. 158. colu. penult.

12 Bart. in d. l. ij. columna fin. versicu. iuxta prædicta, quærit an iudex † secularis possit incidenter cognoscere de re spirituali? & distinguit vt ibi per eum. Ad quem accedit Ias. in l. quoties. col.

* pen. in 3. not. C. de iudic. vbi ait, hanc Bartoli distinctionem * uotis frequentioribus approbari, quamuis

quamuis quosdam citet, qui contra Bar. senserunt. Ibique multa ad rem propositam facientia memorauit. & dum ibi Bar. in versicu. circa hoc, subiungit, quædam esse, quæ sequuntur ad id, quod conceditur ex significatione uerbi, & reliqua vt ibi. Vide tu aliqua per Felin. trad. in cap. translato, col. 3. de const.

Summarium in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud.

1 *Merum & mixtũ imperium non est species iurisdictionis immediatè, sed imperium simpliciter sumptũ.*

Bar. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud.

1 BART. in d. l. imperium, col. 2. in princ. ait, merum † & mixtum imperium non esse species iurisdictionis immediatè, sed imperium simpliciter sumptum. Attẽde, nam si uerum est, quòd merum & mixtum imperium sint species imperij simpliciter sumpti, imperium in genere poni deberet in diffinitione meri & mixti imperij, sed non ponitur, vt tradit Bar. in ead. col. versicu. Dic ergo, dum ait, merum imperium est iurisdictio, igitur ista non uidetur bona diffinitio. Debebat enim dicere merum imperium, est imperium, & non iurisdictio; quoniam imperium in genere diuiditur in merum & mixtum, vt prædixit Bart. quare imperium est proximum & immediatum genus imperij meri, non autem iurisdictio, quæ est genus remotum. Diffinitio autẽ constat ex genere proximo, non autem mediato, vt in diffinitione hominis dicitur: Homo est animal, quod est suum genus immediatum, non autem dicitur est substantia, & sic per genus mediatum. Et hoc sentit Bart. in l. j. ff. de testam. vbi ait, diffinitionem debere continere genus sub quo res est diffinita. Et hæc eadem difficultas pariter militat ẽt in diffinitione mixti imperij. Quotuplex sit merum & mixtum imperium, tradit Abb. in c. quod sedeñ. de off. ordi.

Summarium in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud.

1 *In officio iudicis nobili requiritur libellus. quod limita.*
2 *Quando petitur executio iudicati, ea petitur officio iudicis nobili.*

Bart. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud.

1 BART. in d. l. iubere cauere. col. fin. versic. Dices tu, ait regulam, quæ habet, vt in officio † iudicis nobili requiratur libellus, non habere locum quando iudicis officium imploratur super eo, quod notum est, & liquidatum in iudicio. Attende quoniam hanc limitationem ad illam regulam extollit Ias. in l. intra dies, versiculo quærit Bart. ff. de re iudi. & ibi hac limitatione subnixus respuit quoddam argumentum Alex. & alia multa tradidit ad officium iudicis nobile pertinentia. Ad quæ uideas etiam quæ pono ad Bar. in l. à diuo Pio. §. 1. col. 1. eod. titu. & quæ tradit Soci. in consi. 267. colu. 6. in 1. volu. Item dum ibi in d. l. iubere, subiungit Bar. quando pe-
2 titur † executio iudicati, eam peti officio iudicis nobili. Aduerte quòd Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, colu. 2. versic. Item intelligas. ff. de acquiren. poss. interpretatur Bartolum uoluisse restitutionem, quæ debet fieri ubi est intentata rei uendicatio, debere fieri officio iudicis nobili. & hac fretus authoritate quosdam redarguit, qui dixerunt eam officio iudicis mercenario fieri oportere. idem uoluit Ias. in l. j. colu. 6. & 7. versic. Item dum. ff. eod. titu. de iurisd. omn. iudic. & idem tenet Bart. in d. l. à diuo Pio. col. 1. vbi uide quæ ego posui. & Ias. in l. si prius. col. 7. versiculo tertia cõclusio. ff. de oper. no. nunc, quamuis in l. in actionibus, col. 8. versi. decimò. ff. de in litem iur. aliter sentire uideatur.

Summarium in l. more. ff. de iur. omn. iud.

1 *Quando princeps uel populus, qui dare possunt iurisdictionem ordinariam, tradendo iurisdictionem, an existimentur ordinariam tribuisse, an uerò delegatam.*
2 *Quis est ille, qui dare possit iurisdictionem.*

3 *Iurisdictio delegati extinguitur morte delegantis, si res est integra.*
4 *Delegatio facta per uiam legis & statuti, non expirat morte delegantis.*
5 *Si plures causæ delegantur, uel contra plures personas, & incipiatur lis contra unam, an desinat res esse integra quò ad omnes.*
6 *Vbi extinguitur mandatum morte mandantis, utrum extinguatur tanquam reuocatum, an non.*
7 *Si delegatus ignorat mortem mandantis an gesta per eum teneant.*
8 *An morte delegati extinguatur mandatum.*

Bar. in l. more. ff. de iurisd. omn. iudic.

1 BART. in d.l.more, col. 3. iuxta hoc, Quærit quando Princeps † uel populus, qui dare possunt iurisdictionem ordinariam, tradendo iurisdictionem, existimentur ordinariam tribuisse, an uerò delegatam? & distinguit ut ibi per eum. De hac re uide not. apud Soc. in consi. 260. colu. 6. seq. & Corn. in consi. 15. in 3. uolu. & dum ibi Bar. subiungit, vbi quædam negociorum uniuersitas conceditur, in dubio iurisdictionem ordinariam concessam esse censeri. vide Alex. in consi. 182. col. 2. in 2. volu.

2 Bar. in d.l.more, ead. col. versic. quærit glo. tradit quis ille † est, qui dare possit iurisdictionē. & ait lex, princeps, & reliqua. Tu rem hanc declara ut legitur apud Bar. in l. ij. §. data. ff. de opt. lega. & vide Abb. in c. cæterùm, col. 1. de iudic. in c. pastoralis, in 1. & 3. not. de off. deleg. in c. licèt undique, col. 2. & in c. suspicionis, col. 2. eod. tit. & glo. magna in c. P. & G. eod. titu. & Alex. in l. j. in princi. col. 1. ff. de damn. infect.

3 Bar. in d.l.more, col. pen. in princi. quia ibi in tex. habetur, iurisdictionem † delegati extingui morte delegantis, si res est integra; quærit quando res integra esse desinat. De hac re uide aliqua apud Alex. in rubr. C. de ius uocan. colu. 2. & Corn. in consil. 15. in 3. volu. & plenè Feli. in c. relatum, & in c. gratum, de off. deleg. idem ait Feli. in c. eam te, de rescript. & Dec. omninò
4 in consi. 404. col. fin. Attende tamen quia delegatio † facta per uiam legis uel statuti non expirat morte delegantis. Abb. in c. irrefragabili. §. cæterùm, de off. ordi. & ad prædicta uide Abb. in c. relatum, & in c. mulieres, de senten. excommu.

5 Bar. in ead. col. versic. Quæro quid si committuntur plures. quærit, quid si plures † causæ delegantur, vel contra plures personas, & incipiatur lis contra unam, desinat ne res esse integra quò ad omnes an non? De hac re uide Feli. & Dec. in c. pastoralis. §. quoniam, de reseri. Rursus
6 in ead. col. versic. Quæro morte. quærit ubi † extinguitur mandatum morte mandantis, utrum extinguatur tanquam reuocatum an non? & respondit quòd non, sed eò quòd cesset uoluntas mandantis. De hac re uide Bar. in l. centesimis. §. fi. ff. de verb. obli. & ibi Ias. col. 6. & 7. & dum
7 Bar. in ead. l. more, col. pen. quærit, quid si delegatus † ignorat mortem mandantis, an gesta per eum teneant? & accedendo ad opin. Inno. respondet ea ualida esse. Ad rem hanc faciūt ea, quę posui ad Bar. suprà de off. præsid. quæ hic pro repetitis habeantur. vbi concluditur ea valere, vt etiam hoc in loco ait. Aduerte tamen, quia Abb. in c. gratum, de off. deleg. ait, processum agitatum post mortem delegantis à delegato, qui eius obitum ignorabat, nullius esse roboris & momenti: qm̄ ignorantia non potest iurisdictionem tribuere non habenti. l. priuatorū. C. de iurisd. omn. iudi. c. significasti, de for. compe. Sed prædicta magis placent. Quamuis enim ignorantia iurisdictionem non tribuat, tn̄ non adimit eam, quæ iam tributa fuerat delegato. Subiungit de-
8 inde Bar. in d.l.more, propè fi. nunquid morte delegati † extinguatur mādatum? & distinguit, aut facta est delegatio sub nomine dignitatis, & reliqua, vt ibi per Bart. Ad quæ uideas Abb. in consi. 93. in 2. vol. Bal. in l. Aemilius, col. 2. in fi. ff. de minor. Barb. in consi. 2. in 2. vol. col. 6. & in consi. 18. col. 5. eod. volu. & latè apud Doct. maximè Barb. in c. quoniam Abbas, de off. delega. Alex. in consi. 175. in 5. vol. Attende tamen unum in re proposita, scilicèt, vbi moritur delegatus, cui facta fuerat commissio sub nomine dignitatis, debet iterum exhiberi rescriptum successori. argumento. l. mutari, cum ibi trad. ff, de procur. quamuis hoc non sit necessarium secundum Abb. in d. c. quoniam.

Summa-

Summarium in l. si quis id. ff. de iur. om. iud.

1 *Olim in ciuitate Romana erat murus dealbatus, in quo ponebantur edicta prætorum.*

Bar. in l. si quis id, de iurisd. omn. iud.

1 BART. in d. l. si quis id, ait ad euidentiam sciendum esse, quòd olim † in ciuitate Romana erat murus dealbatus, in quo ponebantur edicta prætorum. De hac re vide Iaſ. in §. pœnales, instit. de action.

Summarium in d. l. si quis id. §. serui quoque. ff. de iur. om. iud.

1 *Qui delet figuram alicuius hominis positam in pariete propter falsitatem uel proditionem tenetur pœna illius edicti.*
2 *Sacræ imagines uenerandæ sunt à Christianis.*
3 *Sanctus Lucas Euangelista imaginem Christi & eius matris propria manu pinxit.*
4 *An imagines Imperatorum sint uenerandæ.*
5 *Quinque modis à sanctis consequimur auxilia.*
6 *Cuius esse debeant oblationes & legata, quæ sanctis imaginibus fiunt.*
7 *Imagines Christi uel sanctorum, qui contemnunt & uiolant, pœna ultimi supplicij puniuntur.*
8 *Qui soluere non potest in ære, luere debet in corpore.*

Bar. in d. l. si quis id. §. serui quoque. ff. de iur. omn. iud.

1 BART. in §. serui quoque, ait, eum, qui deleret † figuram alicuius hominis positam in pariete propter falsitatem uel proditionem, teneri pœna illius edicti. Attende, quia non solùm ea, quæ in alicuius ignominiam, sed ea etiam quæ in ipsius honorem posita est, deleri non debet. Iaſ. in d. §. pœnales, colu. 3. in 1. not. de action. Hoc in loco est opportunè inuestigandum, quid de imaginibus Dei & Sanctorum iure sit constitutum, contra quas hęretici huius temporis more solito impudenter insurgunt. Attende, quia, ut illustrior huiusce rei sit intellectus, sciendum est, olim edicto Leonis. iij. Imperatoris sancitum fuisse, eas esse delendas, tollendæ (ut ipse dicebat) idolatriæ causa. Sed Leo priuatur imperio à Gregorio III. Rom. Pont. consentiente clero Romano, propterea quòd sanctas imagines è sacris ædibus abrasisset, & statuas demolitus esset. Rursus hoc idem de tollendis imaginibus impiè statutum fuit inter Græcos in quadam synodo Constantinopolitana, quamuis synodus appellari non possit illa, quæ fuerat sine Apostolicæ sedis authoritate collecta. quod quidem decretum abrogatum fuit in Cõcilio solenniter collecto in Lateranensi basilica sub Stephano. III. Rom. Pont. ut tradit Vincẽtius historiarum fidelis relator in lib. 24. cap. 174. fuitque ab illis sanctis patribus constitutum, ut eędem statuæ ubique restituerentur; anathematizantes execrabilem & pernicioſam synodum illam Constantinopolitanam, qua Dei immortalis conditio peior quam hominum fieret. quibus licèt maiorum suorum bene de republica meritorum statuas erigere, ac etiam uenerari, tum ne ingrati uideantur, tum etiam ut præclara eorum gesta hoc exemplo imitari compellamur. Dei uerò, cuius ineffabilia sunt merita erga humanum genus, imaginem habere non liceret, pariter quoque sanctorum, qui pro defendenda religione, & pro consequendis æternæ uitæ præmijs tot & tanta perpesi sunt, imagines esse delendas, dicere impij non uerebantur: cùm res eorum tam sanctè tam piè, & tam fortiter gestas, semper, si fieri posset, ante oculos habere deberemus. Audi Damascenum in libro quarto de fide orthodoxa, dicentem, sanctis statuas erigamus, & uisibiles imagines, & nos ipsi animatę statuæ ipsorum uirtutum imitatores efficiamur. nam eorum fortia facta cum à nobis conspecta fuerint, præparant nos ad uirtutem, & zelum, & imitationem uirtutis eorum & gloriam Dei. Hinc septima synodus œcumenica, quæ fuit secundò in Nicæa ciuitate Bythiniæ collecta sub Constantino. vj. & Irene matre, anno Domini septingentisimo nonagesimo tertio, & sub Adriano primo Romano Põtifice, cuius uices ibi agebãt Petrus Cardinalis, & Abbas sanctæ Sabbæ, & in ea tercentum sexaginta patres interfuerunt, damnauit

damnauit sacrarum imaginum cõtemptores, quos ipsi patres Christianocatigoras appellarũt. Decreuitq́ue ut qui sanctas imagines delendas esse dicerent,perpetuo anathemate notarẽtur. Hoc idem colligitur ex traditis in sexta synodo Constantinopolitana, quæ relata sunt in c. ue-
2 nerabiles,de consecrat.dist.3.Declaratum enim fuit,uenerandas † esse à Christianis sacras imagines,ac etiam non cultu latriæ, sed duliæ esse adorandas. Ad quod accedant quæ B. Gregorius ad Serenum episcopum scribit,ut relatum est in c.perlatum, ead. dist. Serenus enim sacras imagines prohibuit adorari, & hac ratione eas frangi præceperat. Gregorius uerò eum commendat in eo,quod eas cultu latrię prohibuerat adorari,sed eum redarguit uehementer in eo, quòd eas frangi mandauerat: quia quod scriptura legentibus tribuit, hoc idem apud illiteratos imagines operantur. Rursus audi eundem Gregorium,qui imagines Christi, ac eius almæ Genitricis, & Apostolorum Petri & Pauli ad Secundum suppliciter eas petentem transmisit, dicens: Imagines,quas tibi dirigendas per Dulcidium Diaconum rogasti,misimus; unde ualde nobis tua postulatio placuit: quia illum toto corde diligis,cuius imaginem præ oculis habere desideras: non ab re facimus si per uisibilia inuisibilia demõstramus. Et ibi paulòpost: Scio quidem quòd imaginem Saluatoris non ideò petis,ut quasi Deum colas, sed ob recordationẽ in eius amore recalescas: Et dum nobis pictura ad memoriam filium Dei reducit,animum nostrum aut de resurrectione lætificat,aut de passione demulcet.Hæc ille.Et hęc uiua ratione corroborantur; nam Christus & eius ministri semper student consulere humanæ utilitati, homo autem uisibili cognitione ducitur,ac ei facilè credit. Proinde sicut uidemus, eum, qui est omnium conditor, & cuius ineffabilis est maiestas, & indeficiens uirtus, quàmuis ea omnia solus gubernare potuisset,quæ creauerat solus uoluisse tamen rerum à se creatarum habere participes & cooperatores,ut inquit Vgo de sancto Victore in prologo sui commenti super angelica hierarchia. & propterà instituisse,ut homines tanquam eius uiuæ imagines,& uices agentes in terris prædicarent, peccata dimitterent, sacramenta conferrent, & per sensibilia panis & uini accidentia inuisibilem gratiam acciperent. c.sacrificium,de consecrat.dist.prima.ita uel facilè cõcedendum est, pari ratione ecclesiam quoque voluisse per uisibiles ipsius Christi & sanctorum eius imagines eum solum adorari, ad quem hæc omnia referuntur. & nisi earum usus per utilis fuisset,utique illas iampridem in suis ecclesijs non habuissent Ambrosius,Augustinus,Basilius,& Chrysostomus,& multi præterea sancti patres,quos longum esset recensere. Et quàm antiquus sit imaginum usus,uidere est ex ijs,quæ dominus præcepit Moysi,mandans tabernaculum fieri debere,in quo esset arca cum duobus cherub.habentibus alas.Et horum imitatione duo alia fecit Salomon,quorum prophetæ mentionẽ faciũt,& præsertim Ezechiel.Et quamuis Dominus Hebræis prohibuisset, ne sculptilia conficerent, illud ideò fuit, ne ad idolatriam laberentur, ad quam erant faciles admodùm: propterea cùm Dominus sculptile prohibuit, statim subiunxit; Non adorabis ea, neque coles. Cæterum apud Christianos sacrarum imaginum semper fuit laudabile institutum.quod quidem ab ipso Seruatore nostro & ab eius Apostolis & ab ijs,qui in locum eorum successerunt,credimus originem habuisse: ut Abagaris Edessennorum regis probatur exemplo,qui cum uidendi Christum miro quodam desiderio teneretur,aut saltem habere pictam ipsius effigiem, & ob hãc causam pictorem ad Dominum trãsmisisset,pictor autem tantæ maiestatis splendorem sufferre non posset,uolens Iesus piæ regis satisfacere uoluntati,detersa facie sua impressam imaginem misit ad eum.hæc Damascenus uir sanctus & integer in lib.quarto de fide Orthodoxa.Et ad hunc eundem regem sanandum,cum ægrotaret,posteà fuisse missum à Domino Thaddæum eius discipulum testatur Eusebius Cæ-
3 sarienſis in sua historia. Refert prætereà B.Augustinus Lucam † Euangelistam imaginẽ Christi & eius glorioſisimæ matris propria manu pinxisse. & ex hoc infert,sacrarum imaginum uenerationem ab Apostolorum traditionibus originem traxisse. hæc Augustinus in lib.de doctrina Christiana. Eusebius quoque in 7.libro suæ historiæ inquit,mulierem illam, quæ profluuio sanguinis premebatur, postquàm ei sanitas fuit à Domino restituta,posuisse ante fores domus suæ imaginem Christi ei manum salutiferam porrigentis,& alias imagines hoc miraculum exprimentes.

primentes. & ideò subiungit Eusebius, nil mirum esse si Gentiles pro acceptis à Domino beneficijs,ei hæc ueluti munus quoddam offerebant,cùm etiam illis temporibus imagines Petri
4 & Pauli,& ipsius Seruatoris in tabulis pingerentur. Quid? si imperatorum † ac aliorum hominum magni nominis statuas, & imagines tanquam nescio quid uenerandum esse custodiendas ipsæ leges constituerunt,ut videre est in l.Statuas.ff.de acq.rer.dom.in l.statuæ.ff.de usufr. in l. j.C.de his qui ad statu.confug.& in rubrica & toto titulo. C. de statu. & imagin. quantò magis uenerandæ sunt imagines Christi seruatoris nostri,à quo omnia accepimus;nec non & sanctorum eius,quorum mors pręciosa est in conspectu Dei,& quorum uita & gesta nos ad æmulationem excitant,documenta erudiunt,& merita suffragantur; vt habetur in c. 1.de reliq.& uener.
5 sanct.Quinque † etenim modis à sanctis consequimur auxilia. Primo per suffragia orationum. Secundò per eorum merita. Tertiò eorum exempla. Quartò eorum doctrina. Quintò per fructum,quem fecerunt in ecclesia,qui hucusque apparet: ita Archid.& Præpos.in c.sacrosancta.22.dist.Hinc etiam Damascenus ait, imaginem crucifixionis Christi uidentes,in passionis eius memoriam redimus,& procidentes adoramus non materiam,sed imagine repræsentatũ. & ad hæc accedant quæ B.Hieronymus contra Vigilantium scribit. Ecce quàm magna in nos beneficia ab huiusmodi imaginibus conferantur. Quantum autem & utilitatis & honoris Constantino magno signum Crucis attulerit,docet uictoria huius auxilio contra Maxentium parta. fuerat enim ei promissus triumphus his uerbis; In hoc signo uinces. Quàm magnam quoque opem Heraclio imperatori hoc idem signum Crucis præbuerit ad fugandum Cosdram potentissimum Regem Persarum,satis puto esse compertum. Quot uerò aliorum etiam beneficiorum genera nobis inde perueniant;quoties immundi spiritus apud sacras imagines eiecti sint, & quantum ipsi eas reformident,nemo est qui nesciat. prętera quàm magna gratiarum copia earum ope fuerit semper accepta,docet experientia tum præteritorum,tum etiam nostrorum temporum. docent eorum munera,qui pro consequendis gratijs uouerunt,& reddiderunt. & quàm magnificiat Deus imagines istas,infinitis propè cõprobari posset exemplis. sed ea prætermittendo reticere illud nõ possum nec debeo,de quo agit Athanasius, in libello de imagine Christi,quæ in Beritho ciuitate Syriæ relicta fuit à Christiano in domo cuiusdam Iudæi, à quo illam conduxerat. fuit enim ueneranda illa imago à Iudæis perfidis lacerata, & compluribus percussa uulneribus,ex quibus statim immensa copia sanguinis emanauit,cuius tactu sanabantur infirmi,& cæci uidebant, multaque alia miracula fiebant. qui quidem libellus hæc omnia referens lectus fuit in septima synodo,quæ fuit in Nicæa urbe coacta. Et portio huius sanguinis ea est, quæ Venetijs in templo Diui Marci summo honore habetur, & in passione Domini quotannis ostenditur. Et huius sanguinis meminit etiam B.Thom.in tertia par. summæ. Non possum aliud quoq; memorabile exemplum silentio pertransire, quod usque adeò recens est, ut hucusque uiuentium memoriam non excedat. In Pharia urbe Dalmatiæ,quæ uulgò Lesina nũcupatur,superioribus temporibus orta est inter ciues & plebem intestina discordia. & ideò quidam ex plebe iurarunt super signum crucifixionis Christi, uelle ciues interficere. ibiq; aderat sacerdos quidam tanti sceleris particeps,qui cùm illud signum uenerãdum ad locum suum referret, magnum subitò ab illa sacratissima imagine profluuium sanguinis multis cernentibus effluxit; & hactenus in ea sanguis ita est recens,ita est uiuus,ut quilibet uidẽs stupeat,& lacrymas continere non possit: nam quotannis ob tanti miraculi memoriam cum processionibus per illam urbem statuto die gestatur. Ecce quantum honoris sit sacris imaginibus deferẽdum: propterea tàm ciuilis quàm pontificij iuris interpretes & ueteres & recentiores, & illi potissimùm,qui doctrinæ præcellentia cæteris præstiterunt,rationum ui disputarunt, cuius es-
6 se debeant oblationes, † & legata,quæ sanctis imaginibus fiunt. id quod proculdubio ridiculũ foret,nisi omnes uno animo sensissent,summum honorem huiuscemodi imaginibus habẽdum esse: ut uidere est apud Ant.de Butr.& Panor.in c.pastoralis,de his quæ fi.à mai.par.cap. Ant. de Butr.& Imol.in c.per literas,de præben.Panor.post eundem Butr.in rubrica de paro. tradit idem Panor.in c.quoniam,de decim.& in c.dilectus,vbi plenè Feli.in 1.col.de off.ord.Ang.in

auth.

auth.similiter.C.ad leg.Falcid. & in auth.omnes peregrini.C.comm.de succeſſ. & in ſua diſputatione incip.In refulgenti palatio.& omninò uide eundem in l.in rem. §. item quęcunque. ff. de rei uendic.& in l.ſtatuæ,& ibi Flor.ff.de uſufr.& de hac re pleniſsimè traditum eſt in nõnullis tractatibus, qui editi ſunt, De oblationibus imagini factis. Accedant ad præcedentia text. & gl.in c.ſi canonici.§.fi.ubi doct.de offic.ordin.in 6.& trad.per Archid.in c.ſextam, de conſecrat.diſt.iij.& per.Paul.de Caſt. in l.fi.C.de feri.& Barb.in c.indicante,de teſta.Hoc idem confirmatur per Bar.in l.lineam margaritarum.§.quæſitum eſt.ff.ad l.Falc.ubi ait,legatum factum ut picturæ fiant ſanctorum dici legatum ad pias cauſas: & ideò falcidiam deduci non poſſe. quoniã ſequitur Aret.relatus per Iaſ.in l.precibus.col. 5.uerſi.& poſſet.C.de impuber. Præterea quàm utilis ſit imaginum uſus,ex eo etiam liquet, quoniam eas uidentes memoria repetimus quantum nobis prodeſſe poſsint eorum preces.ideoque ſtatim eos exoramus, qui deeſſe non ſolent,cùm hoc ad perfectionem beatitudinis ſpectet,ſecũdum gl.not.in clem. 1. de reliq. & uener.ſanct.hac enim fiducia fretus B.Hieronymus rogauit Paulã uita functam dicens: Vale Paula,& cultoris tui ultimam ſenectutem orationibus iuua.Hac eadem fretus etiam B.Auguſtinus in libro meditationum erga ſanctos,hæc protulit: Fœlices ſancti per ueſtram charitatẽ, qui ſecuri eſtis de uobis,ſolliciti eſtote de nobis: per ipſum uos rogo,qui uos elegit,eſtote iugiter memores noſtri,ſubuenite nobis miſeris,qui adhuc in ſalo huius mundi agitamur procellis: date manum & erigite iacentes,& orate conſtanter pro nobis miſeris peccatoribus, ut per ueſtras orationes ſancto conſortio veſtro coniungamur; quia aliter ſalui eſſe non poſſumus.Gregorius quoque cõplures ſanctos orauit,ut videre eſt in ipſius dialogo, & in alijs locis in quibus agit de ſanctis. Audi Chryſoſtomum in ſermone ſanctorum Martyrum Maximi & Iuuentini di centem: ſæpe eos inuiſamus,tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum contingamus,ut inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites uulnera, quæ in prælijs fuere ſibi inflicta regi monſtrantes fidenter loquuntur; ita & illi manibus abſecta capita geſtãtes,& in medium afferentes,quæcunque uoluerint apud Regem cœlorum impetraſſe poſſunt. Hæc ille.Poſſent quoque infinita propè alia his ſimilia afferri exempla. ſed his quid adhuc egemus teſtibus? cùm ad obtinendas à Deo gratias rogationes ſanctorum fuerint ab ipſa eccleſia inſtitutæ? cui uſqueadeò deferendum eſt,ut diuus Auguſtinus dicat: Euangelio non crederẽ niſi eſſet eccleſia. Legitur etiam in Apocalypſi, uiginti quatuor ſeniores ornatos ueſtimentis albis & coronam auream geſtantes habere cytharas & Phialas aureas plenas odoramẽtorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.Denique ut omnis de cultu imaginum difficultas amputaretur, nouiſsimè ſolennis ea de re fuit edita ſanctio in Concilio Tridẽtino ſeſsione 25.Quare ex prædictis omnibus tum deciſionibus Conciliorum, tum rationibus ualidiſsimis, tum authoritatibus & exemplis apertiſsimè conſtat,morem hunc probatiſsimæ & uetuſtiſsimę conſuetudinis robore eſſe ſubnixum.Immo eum iam inde ab initio pullulantis eccleſiæ fuiſſe ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus receptum teſtantur B.Auguſtinus,Euſebius,& authores Hiſtoriæ tripartitæ. Propterea nefas eſt uelle amplius de illarum cultu decertare, cùm ea ſcriptæ legis uim habere noſcantur, quæ certam interpretationem à cõſuetudine habuerunt.l.minimè,& l. de quibus.ff.de legi.Hinc B. Auguſtinus ait, in rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei,& inſtituta maiorum pro legibus debent diligentiſsimè cuſtodiri. hæc ille ad Caſulanum,quæ relata ſunt in c.in his rebus,40.diſt.pari quoque ratione B.Hieronymus Vigilantium eſſe ait hæreticum propterea quòd reliquias ſanctorum non uenerabatur ſecundum eccleſiæ conſuetudinem. proinde Ludouicus imperator petentibus ab eo oratoribus Michaelis Conſtantinopolitani imperatoris delendæ ne an reſtituendæ eſſent imagines ſanctorum, reſpondit,hoc ad Romanum Pontificem pertinere. Quinimmo legum ſanctionibus cautum eſt,
7 eos,qui uenerandas † Chriſti vel ſanctorum imagines contemnunt & uiolant,pœnæ ultimi ſupplicij eſſe ſubijciendos,ut videre eſt in l.unic.vbi Sali.C.nemi.licer.ſign.Salua. & Ang.docuit in d.diſputatione,incip.In refulgenti.& in l.ex ſenatusconſulto.ff.ad leg.Cornel.de ſicar. Alex. in conſi. 233.in 6.uol.Ana.in c.fi.col. 17.de maled.doct.poſt gl.in c.ſi canonici.§.fi.de offi.ordin.

in 6.

in 6. Anch. in c. ea quæ, col. 3 5. de reg. iur. in 6. & in consi. 1 4. incip. Spiritualis iudex. & ad rem facit tex. in l. sacrilegij, in principio. ff. ad l. Iul. pecul. & huiusmodi contemptores pœna mortis esse plectendos aperuit insignis doctor Paris de Puteo in tract. de ludo. nu. 6 1. ubi testatur ita multoties iudicatum fuisse. Et ideò quàm impiè agant, qui tẽporibus nostris sanctas imagines denuò esse abolendas dicere non uerentur, ex prædictis colligi potest. nunc pergamus.

8 Bar. in d. §. serui quoque, uersic. venio ad versiculum in seruos, ait, eũ qui † soluere non potest in ære, luere debere in corpore. Quod declara ut per Soc. in tractatu debitor. suspec. & fugit. in 1. q. colum. 1. Et limita quinque modis, ut per Ias. in §. pœnales, col. 1 0. de action. & per Feli. in c. ad liberandum de Iudæ. Et dum Bart. in fi. d. §. serui quoque, tradit de multis officialibus delinquentibus, ut una tantum pœna teneantur: vide Angel. de malefic. col. 3. uersiculo decimo quæro, ubi plenè.

Summarium in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. om. iud.

1 *Si duo sunt domini, & unus delinquat, quis debeat esse iudex.*

Bar. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.

1 Bart. in d. l. qui iurisdictioni, tradit, si duo sunt † domini, & unus delinquat, quis debeat esse iudex. Vide in hac re Albert. Brun. in consi. 3 1. & quæ plenè posui ad Bar. in l. si quis uiola uerit. ff. de rer. diuis.

Summarium in l. si idem. ff. de iur. om. iud.

1 *An & quando summarum coaceruatio fieri possit in petitionibus, quæ coram iudice fiunt.*

Bar. in l. si idem. ff. de iurisd. omn. iudic.

1 Bart. in d. l. si idem cum eodem, in principio tradit, an & quando summarum † coaceruatio fieri possit in petitionibus, quæ coram iudice fiunt. Tu in primis collige ex illo tex. tot esse petitiones, quot sunt capitula, sicut tot sunt sententiæ, quot capitula. l. etiam si à patre. §. 1. ff. de minor. nisi capitula essent connexa, ut tradunt gl. & doct. in d. §. 1. Ad rem uerò propositam, in qua agitur de coaceruatione, an & quando fieri possit, vide Alex. in consi. 1 34 col. 1. in 4. uol. & quod ex hoc Bar. documento consuluit idem Alex. in cons. 1 1 3. col. 2. in 5. uol. & uide eundẽ omninò in cons. 97. in 6. uol. & Fulg. in cons. 1 1 0. & Feli. in c. In nomine. 2. col. 1. de testi. Et dũ ibi Bar. quærit, quid si causa creuit per inficiationem partis? vide Feli. in c. 2. col. 7. de probat. Et dum Bar. ibi paulò post in fi. principij d. l. si idem, ait distinguendum esse, an sit una actio pro toto tempore, an sint plures: vide quid ex hoc pulchrè inferat Alex. in cons. 5 0. col. 2. uer. Hoc probatur, in 5. vol. Ad rem faciunt trad. per Abb. in consi. 5 1. & in c. 2. vbi etiam alij doct. de libel. oblat. & Bar. & latè in l. edita. C. de eden. Quid de cumulatione accessorij & principalis, Ias. in l. j. C. de iudic. Quomodò autem cognoscatur, nunquid cumulatio petitionum principaliter fiat, an accessoriè. Ias. in l. si eum. §. qui iniuriam. ff. si quis caut.

Summarium in d. l. si idem. §. si una. ff. de iur. omn. iud.

1 *Clausula in fine posita, ad omnia referri debet.*
2 *Quando clausula posita post multa specificata restringatur ad præcedentia.*
3 *Clausula generalis si est posita post species enumeratas, utrum locum habeat etiam in his, quæ sunt maiora expressis.*
4 *Clausula, quæ specialem & perfectam habet determinationem, non suppletur ex clausula præcedenti neque sequenti.*
5 *Clausula præcedens maioris est efficaciæ ad interpretationem sequentium, quàm contrà.*
6 *Clausula ad omnia præcedentia referri non debet quando sequeretur absurditas.*
7 *Clausula in fine posita post plures specificata refertur ad omnia præcedentia, nisi in cõtrariũ ratio urgeat.*

Bar.

Bar.in d.l.si idem.§.si una.de iur.omn.iud.

1 BART. in d.§.si una,cum gl.colligit, clausulam † in fine positam ad omnia referri debere simpliciter,si fieri potest,si verò non,tunc refertur ad proxima; ubi uerò neque ad proxima referri potest,tunc refertur ad præcedentia. Attende quia de hoc text. est melior de iure in §. at econtrario.inst.quib.alien.lic.vbi habetur,quemcunque dare posse pupillo sine tutoris authoritate.subiũgit posteà ille tex.ideoque si debitor soluit pupillo non liberatur, nisi tutoris accedat authoritas.sed ista illatio ad proxima fieri non potest,in quibus tutoris authoritas non exigitur,& propterea refertur ad præcedentia,quę in antecedenti.§.continentur,ubi habetur pupillum alienare non posse sine tutore: ideò nec liberare. atque ita ibi hoc glo. & Bartoli documentum optimè probatur.Et ad rem facit tex.in §.pœna,cum gl.in uoce quasi in magna,instit. de iniur.Et in re proposita vide in l.j.in princ.iũcta l.doli.& ibi Bar.ff.de seru.corrup. Alex.plenè in cõsi.48.in 1.vol.& oĩnò in cons.226.in 6.vol. vbi ponit quatuor vel quinq; casus scitu dignos, in quibus clausula in fine posita non refertur ad omnia præcedentia. Soc. in consi. 183. col. 3.& in consi.200.in 1.vol.& in consi.21.col.3.& in consi.22.in 3.vol.Dec.in consi.92.&
2 Feli.plenè in c.causam quæ,nu.15.cùm seq de rescript.Et quando † clausula posita post multa specificata restringatur ad præcedentia,Alex.in consi.117.in 1.vol. Item clausula siue in fine, siue in medio posita semper refertur ad omnia, quando id commodè fieri potest, secundum Ang.in consi.28. Intellige tamen hoc uerum esse, quando clausula per se principaliter ponitur,alioqui verò,si alicui capitulo adijceretur:quia illud solum qualificaret,ut utar uerbis doct.
3 ita Bar.in l.fin.ff.de reb.dub.& Mar.Socin.iuni.in cons.128.num.243. Quid si clausula † generalis posita est post species enumeratas,utrum locum habeat etiam in ijs,quæ sunt maiora expressis? an uerò ad similia restringatur, uide Dec.in c.sedes,de iudic.vbi etiam Abb.& Feli.latè & alij tradiderunt. & idem Abb.in c.dilecto,de off.Archid.licèt illa sit lectura Ant.Scias etiã
4 in hac materia,clausulam, † quæ specialem & perfectam habet determinationem,non supplere ex clausula præcedenti neque sequenti,neque inducitur aliqua repetitio. Ias. in l. transigere. C.de transact.nu.18.Limita tamen ut ibi per eum. Ad quod uide Soc.in d.consi.22. in fi.in 3. vol.& in consi.43.in 4.vol.& Mar.Soc.iuni.in consi.97.num.20.Attende etiam quòd clausu-
5 la † præcedens maioris est efficaciæ ad interpretationem sequentium, quàm contra. Dec.in
6 consi.500.num.8.citat Bar.in l.quisquis.ff. de leg.3. Rursus intelligendum est, clausulam † ad omnia præcedentia referri non debere,quando sequeretur absurdum,seu aliud inconueniens, seu correctio iuris,seu quãdo militat diuersa ratio inter præcedentia & sequentia.Bar.in l.prætor.2.ff.de ui bonor.rap.& in l.talis scriptura.ff.de leg.1.plenè Abb. in c.secundo requiris, de appell.& de hoc est tex.sing.secundum Abb.ibi in c.Ecclesia uestra.2.de elect.tradit Mar.Soc. iuni.in consi.1.num.29.Et in re proposita an & quando clausula sit referenda ad præcedentia, & non,vide Bar.in l.si ita stipulatus. §.Chrysogonus.ff.de uerbo.oblig.& in d.l.prætor.2. & in consi.5.Ang.in consi.83.In facti contingentia.vbi loquitur,quando militat diuersa ratio.Bald. in l.j.C.de legit.hæred.& in l.j.ff.de postul.& in l. omnes populi.col.11.ff.de iust. & iur. & *in l.* j.C.de liber.præter. Ang.in auth.de hæred.& Falc.§.hinc nobis.Abb.in d.c. causam quæ,& *in* d.c.secundò requiris.Rom.in consi.129.Paul.de Cast.in consi.344.Imol.& Barb.in *cap.1. de* pac.& Barb.in c.cùm dilecti,de dol.in fi.Vide etiam gl.in clem.ne Romani,de elect.& *in* cap.1. de postu.prælat.in 6.& omninò Aret.in d.l.talis scriptura.ff.de leg.1.Mar.Soc.iuni.in cõs.103.
7 nu.29.& in consi.139.vbi uult,clausulam † in fine positam post plura specificata,referri ad omnia præcedentia,nisi in contrarium ratio urgeat. Vide eundem in d. consi.128. Et ad ea quæ in d.consi.50.si idem.§.si cum,in fi.tradit in hac re,adde Paul.de Cast.in cons.326.col.2. Bald. in cons.358.in 5.vol.& Aret.in cons.330.

Summarium in l.magistratibus.ff.de iur.omn.iud.

1 *Si inquisitor hæreticæ prauitatis condemnauit aliquem tanquam relapsum in hæresim, eumque tradidit curiæ seculari, utrum iudex secularis possit denuò de iustitia sententiæ inquirere.*

2 *Judex secularis sententiam iudicis ecclesiastici exequi non tenetur, quando uidet eam esse iniustam.*
3 *Judex nunquam debet exequi sententiam criminalem iniustè latam, etiam si princeps hoc ei præciperet.*
4 *Si iudex secularis eam exequitur sententiam tanquàm iustè latam, & bona hæretici sint publicata, an portio bonorum, quæ ad officiales pertinet, haberi possit de bonis sitis in alieno territorio.*

Bar. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud.

1 BART. magistratibus, propè fi. quęrit, si inquisitor † hæreticæ prauitatis condemnauit ali quem tanquam relapsum in hæresim, eumque tradidit curiæ seculari, vtrum iudex secularis possit denuò de iustitia sententiæ inquirere, an verò eam simpliciter exequi teneatur? Et concludit eum posse inquirere. De hac re vide Barb. & Feli. in c. at si clerici, col. fi. de iudic. Abb. in
2 c. ea quæ, in fi. de stat. monac. & in c. 1. de offi. ordin. Et quod iudex † secularis sententiam iudicis ecclesiastici exequi non teneatur, quando uidet eam esse iniustam, docuit Thom. Ferrat. in caute. 53. & de hac re vide omninò quæ latius posui in l. congruit, suprà de off. Præs. Ad hæc
* facit id, quod * communiter traditum est, scilicèt, iudicem † nunquam debere exequi sententiã
3 criminalem iniustè latam, etiam si princeps hoc ei præciperet; eumque potius officio & magistratui cedere debere, quàm eam exequi. Feli. in c. consanguinei, de re iudic. & Dec. in l. & si ni
4 hil facilè. ff. de reg. iur. cum ibi addit. Verùm, si iudex † secularis eam exequitur tanquàm iustè latam, & bona hæretici sint publicata secundum cap. cùm secundum, de hæretic. in sexto, dubitari solet, vtrum portio. d. bonorum, quæ ad officiales pertinet, haberi posit de bonis sitis in alieno territorio: Idque fieri posse docuit Petr. de Anch. in repet. capituli postulasti, in 8. quæstione de for. compet.

Summarium in l. est receptum. ff. de iur. om. iud.

1 *Maior potest sponte se subijcere iurisdictioni minoris.*
2 *Pontificiæ potestatis amplitudo à Deo est.*
3 *Pontifex est omnium iudex.*
4 *Pontificem usque adeò maiorem ipso Concilio potestatem habere, ut tam & si uelit, se Concilio submittere nequeat.*
5 *Pontifex Papatui renunciare potest.*
6 *Sanctus & peccator simul quis esse non potest.*
7 *Eius est restringere potestatem, cuius est ampliare.*
8 *Cardinales dum pro eligendo Pontifice in conclaui essent, licèt omnes iuramento se obstrinxerint, ut qui eorum Pontifex esset, nisi fratrum accedente consensu neque Cardinales creare, neque bona ecclesiæ posset in feudum concedere, tamen non tenetur pontifex ea obseruare.*
9 *Pontifex Dei uices gerit in terris.*

Bar. in l. est receptum. ff. de iurisd. omn. iudic.

1 BART. in d. l. est receptum, colligit ex isto tex. maiorem † posse sponte se subijcere iurisdictioni minoris. Ex hoc nonnulli inferre uoluerunt, Papam posse se concilij iudicio submittere, vt Rom. in consi. 423. & alij, qui pro hac opinione afferunt text. in c. nos. si competenter. 2.
* q. 7. vbi videtur probari, Pontifices nonnunquã se Concilio subiecisse. Sed cõtraria opinio *
2 votis est frequentioribus approbata. Dicunt enim eum amplitudini † pontificiæ potestatis, quæ à Deo est. c. 1. 22. dist. quicquam detrahere non posse: ita Io. And. & Feli. post alios in c. ecclesia. S. Mariæ de constit. Rom. in singul. 143. & Ias. post Alex. in d. l. est receptum. vbi testatur hanc esse communem sententiam, & rectè. hic enim actus sibi inuicem repugnant: nam concesso Romani Pont. principatu, qui citra hæresim negari non potest, ut latè diximus in l. j.
3 ff. de legi. impossibile est, illum, qui aliorum † omnium est iudex, ab alijs iudicari. & ista est ratio illa ualidissima, cui innititur tex. in c. Si Papa. 40. dist. non enim possunt repugnantia uno & eodem tempore stare in eodem subiecto. l. vbi repugnantia. & ibi Dec. ff. de regul. iur. Ange. in consi.

consi. 187. in fi. Hinc Synodus contra Symmachum Papam Theodorici regis authoritate coacta, eidem Theodorico antequam res agi cœpta esset, duo obijciebat, scilicèt Concilium absq; ipsius, licèt accusati Pontificis iussu congregari non posse, nec primæ sedis antistitem minorũ iudicio subiacere. quasi diceret, etiam si Concilium præcedente ipsius præsulis authoritate cõuocaretur, nobis tamen qui inferiores sumus contra Pontificem Max. ferre sententiam non liceret: quod & re ipsa comprobauit. quamuis enim deinde Symmachus authoritatem suam interposuisset, atque se illi suppossuisset: Synodus tamẽ de eo sentẽtiam proferre haud ausa fuit. Sed hoc modo arbitrata est; Symmachus Papa sedis apostolicæ præsul ab huiusmodi petitionibus impetitus, quantùm ad homines respicit, sit immunis & liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus. hæc habentur in §. Hinc etiam. 17. dist. Quorsum enim illi patres Symmachũ & Papam & Apostolicæ sedis præsulem, & se homines esse memorarunt? certè non ob aliam causam, nisi ut ostenderetur, non licere hominibus in eum, qui supra homines est, ius dicere. Et quamuis Symmachus criminum sibi obiectorum reus repertus non fuerit, tamen Concilium non tam hominis innocentiæ, quàm dignitatis celsitudini detulit, ut videre est si latæ sententiæ verba considerantur. non enim Synodus illa usa est uerbo, absoluimus & liberamus, ut in sententijs, quæ pro innocente proferuntur, communiter dici solitum est, sed ipse, qui est Papa, & Apostolicæ sedis præsul, quantùm ad homines respicit, sit immunis & liber. Perinde ac si diceret; non sit liber, quia eum nostra sententia liberemus, neque sit immunis quia eum nostra authoritate absoluamus; sed quia ipse est Papa, ipse est sedis Apostolicæ præsul; nos homines sumus, quibus de eo non licet ferre sententiam, qui aliorum omnium iudex est constitutus. Ista enim geminatio dignitatis, eam ab illis patribus potissimùm habitam fuisse præ oculis indicat, ut habetur in l. Balista. ff. ad Trebell. & tradit Bar. in l. cùm scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. & in multis alijs locis Doct. prodiderunt, in quibus agunt de vi geminatorum verborum. Hoc idem probatur optimè in c. nunc autem. 21. dist. addito. c. mandastis. 2. q. 5. nam in d. cap. nunc autem, Nicolaus Papa uolens probare maiores ab inferioribus iudicari non posse, Marcellini & Sixti pontificum adducit exempla: aitque Concilia contra eos congregata dixisse: Nemini primam sedem iudicare licere. ac eis propterea dictum fuisse, ut ipsi se ipsos iudicarent. Attende exemplum Sixti: nam Concilium in quo ipsius causa agebatur, Valentiani Augusti iussu cõuenerat, cui quidem Concilio Sixtus à quodam Basso accusatus se sponte subiecerat, vt habetur in d. c. mandastis. Et tamen hac subiectione non reluctante dicitur in d. c. nunc autem, eum à Concilio illo tanquàm ab inferiore iudicari non potuisse, atque ita ipsum Concilium declarasse. Igitur ibi est tex. irrefragabilis addito. d. c. mandastis, probans Pontificem † usque adeò maiorem ipso Concilio potestatem habere, ut tam & si uelit, se concilio submittere nequeat. quod optimis utique rationibus ex mẽte Bellemerę affirmat Card. Alex. in c. inferior. 21. dist. Nec obstat, Pontifices se quandoque Concilio subiecisse: quia id de facto, non iure factum fuisse aiunt Ioan. And. & Feli. in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. vel ibi iudicium sumi debere, aiunt, pro discretione. ad quod accedit Rom. in d. singu. 143. qui non erubuit dicere se erasse, quando contrarium cõsuluit. Potest etiam huic obiectioni aliter responderi, & dici; Pontifices *id in* sua tamen celsitudine permanentes egisse, non vt se imperio Concilij submitterent, *sed ut quadam* honestate rationem vitæ suæ redderent. exemplo Dei, quem quandoque *facti sui* rationem reddidisse diuina monumenta commemorant, ut Esaiæ. 44. & exemplo Iob 31. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo &c. & Io. 8. ait Dominus: Quis ex uobis arguet me de peccato? Sic quoque Io. 18. inquit; Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Hoc enim modo uidemus Christum etiam ipsum obiecta crimina diluisse; idque ex perfectione modestiæ. c. testes. 2. q. 7. quod de Pontificibus quoque, qui id aliquando fecerunt, respondẽdum est, ut sentit tex. in d. c. mandastis, ibi, suspicionem fugiens. & hoc modo soluitur quæcunque obiectio. Neque verò illud obstiterit, quod nouimus, Pontificẽ † Papatui renunciare posse. c. 1. de renunc. in 6. atq; hinc argumentũ duci posse, quòd multò magis Concilio possit se submittere, quod utiq; videtur minus. Respondeo enim actum renuntiacionis nullã in se repugnantiã continere;

4

5

continere: quoniam Papa renunciando,abdicat se à Pontificatu,atq; ita superior esse desinit; sed si Papa retenta dignitate se Concilio subijceret, hoc esset uelle vt is, qui aliorum omnium est iudex,ab alijs iudicari possit: quæ quidem sibi inuicem sunt cõtraria,vt prædiximus.nemo enim eodem tempore & superior & inferior esse potest; quemadmodum etiam aliquis & sanctus † & peccator simul esse nõ potest.c.sicut Christus. 1. q. 1. nec legitimus & illegitimus.c. fi. cum ibi trad.de cland.despon.neque liber & seruus.l.duobus.ff.de libera. cau. Atque ita ex his liquere arbitror Pontificem Max.se Concilij potestati subijcere non posse. Nam eius est † restringere potestatem,cuius est ampliare.arg.l.qui uetante.§.eius.ff.de regu.iur.Sed Papæ potestatem à Deo esse nemo est,qui nesciat.c. quamuis. 21. dist. & suprà latè fuit ostensum in l.j.ff. de legi.atque ideò à nemine,præterquam à solo Deo amplitudo pontificię potestatis restringi potest,vel dilatari. Si enim à Deo authoritatẽ sumpsit,quomodo potest humana Pontificis uoluntas ullo pacto facere,ne pontificiæ dignitati liceat, quod ei à Deo ipso traditum est? Et ista conclusio à maioritate rationis confirmatur ex ijs,quæ plenè docuit Alex.in cõsi.224. in 6.volu.& Barb.in consi.1.in 1.vol.dum enim Cardinales† pro eligendo Pontifice in cõclaui essent, omnes iuris iurandi religione se obstrinxerunt,vt qui eorum Pontifex esset, nisi fratrum accedente consensu,neq; Cardinales creare,neque bona ecclesiæ posset in feudum concedere. Prę dicti uerò celeberrimi iureconsulti Paulo ij.ad Pontificatũ assumpto consuluere,eum hæc peragere posse iuramenti religione non uiolata. aiunt enim huiusmodi uota & iuramẽta irrita esse: qm̃ amplitudini Pontificiæ reluctantur. ad quæ accedãt trad.per Abb.in c.sicut nostris, de iureiur.per illum tex.si igitur Papa hæc agere non potest,multò minus poterit se ipsum, & dignitatem suam subijcere Concilio,quod est multò plus, quàm in illis tãtùm capitulis suam restringere potestatem. Prætereà citra hæresim nemo potest quicquam detrahere iuribus apostolicæ sedis.c.omnes.22.dist.sed minuere suæ potestatis amplitudinem,est lædere iura Pontificiæ maiestatis,vt de clerico traditum est, qui se ipsum uulnerans non modò propter propriũ ipsius consensum non excusatur,sed excommunicationis pœnæ subijcitur. propterea q̃ priuilegia clericalia læsit,& dignitati suæ iniuriam intulit: vt ait Alberic.in l.peculium autem.§.si ipse seruus.ff.de pecul.& Dec.in l.seruus.C.de pact. & ideò pari ratione etiam Põtifex eo modo diceretur lædere iura sedis Apostolicæ,vt docuit Nicolaus Papa, qui ad Michaelem Imperatorem scribens ait; Priuilegia Apostolicæ sedis nullatenus possunt minui,infringi,vel commutari: qm̃ fundamentum,quod Deus posuit,humanus non ualet amouere conatus.hæc ibi. quam * conclusionem tenuit etiam Io.de Lign.post Vin.in d.c.ecclesia. S.Mariæ, cæteriq; eam * uotis frequentioribus approbauere,teste Dec.in d.c. Ecclesia, & Ias.in d.l.est receptum, & eandem (ut dixi) amplectitur Rom.in d.sing.143.vbi se erasse,quia prius contrarium senserat,confitetur. Pro cuius solidissimæ conclusionis corroboratione non est silentio prætereundum, Pontificem † Max. qui Dei uices gerit in terris,non posse sibi pares & multò minus superiores constituere: quia secundũ Arist. stantibus terminis discretiuis nullum inferius potest esse id, quod superius,nec participare. Hæc sunt egregia dicta Bal.de Imperatore loquẽtis in præludijs feudorum,versic.expedita definitione.quæ extolluntur à Curt. in consi.64. & si hæc in Imperatore militant,multò magis locum habent in Papa,qui à voce ipsius Christi tantæ amplitudinẽ potestatis accepit. & ideò Carolus Frãcorum rex.& Pipini pater in basilica S.Petri astante populo & clero & Epis omnibus,qui eo ex Francia & Italia tota cõuenerant, snias rogat de uita & moribus Leonis iij.Ro.Pont.verũ ab oĩbus una uoce responsum est: sedem Apostolicã à nemine iudicari debere, cũ ipse sit oĩum aliarum ecclesiarum iudex. & quãuis Pan or.malè sentiens contrarium dixerit in trac.de Concilio Basil.tamẽ hoc ipsum fatet in c.quantò, de transl.præl.

Summarium in l.si per errorem.ff. de iur.omn.iud.

1 *Iurisdictio sine consensu partium, prorogari non potest.*
2 *Iurisdictio an & quando tam à laicis quàm à clericis prorogari possit.*
3 *Supradicta prorogatio fieri põt tacitè in aliorũ iudicẽ coram eo litigando, nec requirit expressius cõsensus.*

4 *Quot modis sit dicta prorogatio.*
5 *Prorogatio iurisdictionis illius iudicis, qui non potest cognoscere ultra certam summam an fieri possit à partibus, ita quòd illam summam iudicare ualeat.*

Bar. in l.si per errorem.ff.de iur. omn.iud.

1 BART. in d.l.si per errorem,colligit ex isto tex.iurisdictionem † sine consensu partium prorogari non posse: & eum,qui errat,non consentire. De hac re uide plenè Feli.in c.P. & G.de off.deleg.Alex.in consi. 182.colu.2.in 2.volu.Abb.in cap.ad petitionem,colu. 2.de accusat.&
2 Feli.in cap.cùm dilecta,colu. 3.de rescrip. Et an † & quando tàm à laicis quàm à clericis prorogari possit, Abb.in c.significasti,de for.comp.An autem de iure comm.iurisdictio inuito ordinario prorogari possit,uide Io.And.in addit.ad Specul.de compet. iudic. adit. §. 1. in addit. incip.Quare. & Bald.in l.si qui ex consensu.C. de episc. aud. & in l.j. C. de iurisd.omni. iudic. Facit ad rem.C.ex transmissa,de for.compet.& quod ait Imol.in capitulo verùm, eodem titulo
3 Attende tamen circa prædicta, prorogationem † fieri posse tacitè in alienum iudicem coram eo litigando, nec requiritur expressus consensus,vt tradit Bar.in l.j.ff.de iudic. Doct.in d. c. significasti, & præsertim Abb.de for. com.idem Abb.in c.ad petitionem,de accusat. tamen sola patientia in sustinendo alium iudicem procedere, non prorogat iurisdictionem iudicis,sed ali quid facti requiritur ex parte ipsius iusdicentis, vt colligitur ex tradit. per Innoc. in capitulo
4 olim.3.de restit.spoliat.& Abb.in d.capitulo ad petitionem. Et quot modis fiat † prorogatio, vide apud Bar.& Paul.de Castr.in l.2.in fi.ff.de iudic.Et in quibus casibus prorogari possit iurisdictio,& non,vide doct.in l.ij.C.qui pro sua iurisd. Item prorogatio non habet locum in ijs, quæ sunt meri vel misti imperij. Abb.in c.causam,de in integr.restit.An verò & quando iuris error impediat prorogationem,vide Doct.in d.l.ij.de iudic.& in c.1. eodem titulo, & Abb.in d.c.ad petitionem. Et ad omnia præcedentia vide Bald.in l.si cùm dies.ff.de arbit.& cõsilium Oldra.incip.An si capitulum,vbi multæ quæstiones ad rem propositam facientes positæ sunt. & aliquid apud Abb.in c.Rodulphus,de rescrip.in fi.& in c.de causis,de off.deleg.& in c.innotuit,de arbi.& Specu.aduocatorum in 12.dist.iudic.Sed de uno dubitari contingit, an prorogatio † iurisdictionis illius iudicis, qui non potest cognoscere ultra certam summam, fieri possit à partibus; ita quòd ultra illam summam iudicare ualeat? Bal. in l.certa ratione. C. quand. prouoc.non est necess.tenet quòd non, sed ibi cum reprobat Sali.dicam infrà ad Bart.in l.si cõuenerit.ff.eod.tit.de iurisd. omn.iud.

Summarium in l. solet.ff.de iur.omn.iud.

1 *Vtrum ille, cui causæ castri seu uillæ delegantur, possit eas alijs subdelegare.*

Bar.in l.solet.ff.de iurisd.omn.iud.

1 BART. in d.l.solet propè fi.quærit,vtrum† ille cui causæ castri siue uillæ delegantur,possit eas alijs subdelegare. Ad rem hanc faciunt tradita per Bar.Bal. & Ang. in l.j. vbi est optima gl. C.qui pro sua iurisd.Doct.in l.j.ff.de off.eius.& Alex.in cons.248.Perspectis,col.7.versicu.sed delegatus principis,in lib.primi & secundi volu.& plenè de hac re uide regulam cum quinque amplationibus,& quattuordecim limitationibus apud Ias.in l.à iudice.C.de iudic.

Summarium in l.prætor.ff.de iur.omn.iud.

1 *Judex potest uel in totum uel in partem delegare, maximè, ubi causa subest.*

Bar.in l.prætor.ff.de iurisd. omn.iud.

1 BART. in d.l.prætor colligit in summa iudicem † posse uel in totum,uel in partẽ delegare: maximè ubi causa subest. Ad istam l.uide Aret.cõsi.37.not.Inno.in c.irrefragabili,de off.ordi. & Abb.in c.si quis contra clericum,quem uide omninò colum.5.in fi.versicu. & per hoc tollitur alia obiectio.

Summa-

Summarium in l. si conuenerit. ff. de iur. omn. iud.

1 *Nemo cogitur stare pacto de litigando coram iudice non suo.*
2 *Judex damnorum datorum, qui in illis tantum causis limitatam habet iurisdictionem, utrum possit consentientibus partibus cognoscere causam dominij, quando principaliter de eo ageretur.*
3 *Iudex damnorum datorum an possit de dominio cognoscere incidenter.*
4 *Verba ista, nemo alius possit cognoscere, quid significent.*
5 *Iurisdictio non uidetur prorogata ex satisdatione præstita de iudicio sisti.*
6 *Si statutum prohibet iurisdictionem prorogari posse de iudice ad iudicem, utrum censeatur etiam prorogationem de causa ad causam prohibere.*
7 *A sententia iudicis cuius prorogata fuit iurisdictio, utrum licita sit appellatio, & ad quem.*
8 *Iurisdictio quæcunque si fuerit prorogata propter metum, corruit ipso iure.*
9 *Si iudex delegatus pronunciauit se iudicem incompetentem, utrum posteà possit in eadem causa consentientibus partibus se immiscere.*

Bar. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iud.

1 BART. in d.l.si conuenerit, colligit ex isto tex. in summa, pacto de litigando † coram iudice non suo aliquem stare non cogi. Tu declara & limita d.l.vt per Feli. post alios in c.1. de iudic. Vide etiam Matthæsyll. in notabili 106. Bal. in c. de causis, col. 2. de off. deleg. & Ancha. in cons. 192. & quid operetur pactum de respondendo coram iudice, uide l. si manente. ff. de precar. Bal. in l. si cùm dies. ff. de arbitr. & Oldr. in consi. incip. An si capitulum. in quibus locis habetur etiam nunquid iurisdictionis prorogatæ possit aliquis pœnitere. de qua pœnitentia tradit idem Bar. in d.l.si conuenerit, versic. oppono dicitur hic. ad quod uide etiam Ant. de Butr. in d.cap.1. de iudic. vbi ait, si iuramentum interceſsit, pœnitentiæ non esse locum, etiam ante-
2 quam iudex adeatur. Sed circa prædicta quæritur, vtrum † iudex damnorum datorum, qui in illis tantùm causis limitatam habet iurisdictionem possit consentientibus partibus cognoscere causam dominij, quando principaliter de ea ageretur, atque ita an hoc in casu possit eius iurisdictio prorogari? Pro solutione huius quæstionis vide Archi. in c. quoties. 1. q. 7. Inno. in c. pastoralis, de rescrip. Sali. in l. ex morte, in fi. C. ad leg. Aquil. glo. in l. si fortè in fi. C. de iurisd. omn. iud. Abb. & Imol. in c. P. & G. de off. deleg. Imol. in c.1. de mut. petit. Roma. in consi. 289. Fulgos. in consi. 106. ad rem faciunt tradi. per Bald. in l. ex hoc edicto. ff. nau. caup. stab. Nunquid
3 autem iste † iudex damnorum datorum possit de dñio cognoscere incidenter? Vide Bar. in l. interdum. §. primo. ff. de furt. & ad rem faciunt trad. per Innoc. & Abb. in cap. cùm ueniſſent, de iudic. Quid si lex uel statutum disponat, quòd nemo de causis damnorum datorum possit cognoscere nisi iudex deputatus ad eas, utrum partes possint in alium consentire? & credo quòd non, argumento l. repetita. C. de episco. & cleric. & l. consulta. C. de testa. & l. certa ratione. C. quan. prouoc. non est neces. ad rem faciunt trad. per Bart. in l. j. colum. 2. ff. de iudic. dum loquitur de criminalibus. & Bal. in l. illud, colum. 3. C. de sacrosanc. eccles. Huc accedit, legem negatiuè disponentem, quòd nemo alius, &c. operari, ut uoluntas contraria ipsarum partium nullius sit roboris & momenti. Barb. in d.c. de causis, colum. 14. de offi. deleg. & in rubrica. de fide instrumen. Alber. in 2. par. statutorum quæst. 191. & Bald. in l. testator. C. de testa. & in l. j. C. de
4 sportu. Et quid significent illa uerba; Nemo † alius possit cognoscere, vide apud Barb. in cap. studuisti, colum. 14. de offic. deleg. Bart. in extrauag. ad reprimen. in uoce, Non obst. Rom. in consi. 40. & in consi. 393. & in consilio 456. Quid si lex uel statutum illis uerbis, nemo alius, non uteretur, sed alio modo disponeret; vt putà, iudices uillarum non posse cognoscere nisi à uiginti solidis infrà, & ab inde suprà iurisdictio sit prætoris: an eorum possit iurisdictio prorogari? ita ut etiam supra viginti solidos cognoscere ualeant. Bald. in l. certa ratione. C. quan. prouoc. non est neces. tenet quòd non. idem sensit etiam in quæstionibus statutarijs, char. quadragesimaquinta in voce, Iudex iudicare. Et rationem affert, quoniam ex quo ab inde supra concessa est iurisdictio prætori, prorogatio impeditur uigore huius prohibiti, & alteri

concesi. sed ibi Salic. eum redarguit, dicens, rationem hanc non urgere: quia verum est, iudices prædictos ratione prohibiti & concesi summam eis limitatam excedere non posse uirtute iurisdictionis, quæ eis prohibita est, alioqui verò ex ui prorogationis, quæ prohibita non reperitur. Attende, ego credo quod virtute concesionis factæ prætori prorogatio non impediatur, quia etiam si hoc non foret expressum, tamen ex quo iudicibus illis est limitata iurisdictio à 20. soldis infrà, censetur tacitè esse permissa iudici ordinario. Et tamen eo casu prorogatio hoc respectu fieri non prohiberetur: ideo neque illa permisio eius, quod tacitè inerat. et hoc iuribus uulga. Sed alia ratione opinor in casu proposito prorogationem dici prohibitam, scilicèt propter illa uerba negatiua à lege prolata, quòd non possint cognoscere nisi à 20. solidis infra, ex quibus (ut prædiximus) contraria partium uoluntas impediri solet, ut per Barb. in c. de causis, col. 14. de off. deleg. et per alios, quos paulò ante memorauimus. cogita. Dũ aũt Bar. in d.l. si conuenerit, et ibi paulò post quęrit, quando partes dicãtur in iudicem consentire.

5 et inter cætera inquit, iurisdictionem † non uideri prorogatam ex satisdatione præstita de iudicio sisti. Vide ad hoc Feli. in c. inter monasterium, col. 6. uersi. quinta declaratio. de re iudic. vbi in tertia, & quarta colu. tradit etiam alios modos, ex quibus in iudicem cõsentitur, & Aret. in dicto cap. 1. colum. penul. de iudic. & ibi plenè Abb. & Alexan. in l. quidam consulebat, colu. penultima & fin. ff. de re iudic. Attende tamen, quia licèt fideiusio de iudicio sisti tantùm, non inducat prorogationem iurisdictionis, sed illa non obst. dici potest de incompetentia iudicis, alioqui est si præstita esset fideiusio, etiam de iudicata soluendo. Soc. in consilio 113. colum. 2. in 3. volum. & de hac re uide notabiles casus apud Aret. in consi. 87. Quid si lex uel statutum prohibent aliquem se submittere alicui iudici: Vide multa scitu digna apud Imol. in cons. 139.

6 & in consi. 140. Quid si statutum † prohibet iurisdictionem prorogari posse de iudice ad iudicem, vtrum censeatur etiam prorogationem de causa ad causam prohibere. Bal. in d.l. certa ratione. Et an & quando possit iurisdictio prorogari, & de multiplici genere prorogationis, tradit Feli. in c. ad petitionem, nu. 12. cum seq. de accusat. & omninò Spec. in tit. de compet. iu-

7 dic. adit. & Abb. in c. cùm olim Abbas, de off. deleg. an autem à sententia † iudicis, cuius prorogata fuit iurisdictio, licita sit appellatio, & ad quẽ; vide in l. consensu. C. de appell. & apud Paul. de Cast. in l. speciale. C. de episc. audi. scias etiam iurisdictionem in criminalibus prorogari posse coram iudice consimilem iurisdictionem habente. Sed an hoc locum habeat in clerico, ut si-

8 ne sui iudicis licentia prorogari possit; Abb. in consi. 25. in 1. volu. iurisdictio † autem quæcunque si fuit prorogata propter metum, corruit ipso iure. Abb. in consi. 51. num. 4. in 2. volumi.

9 Quid si iudex † delegatus pronunciauit se iudicem incompetentem, utrum posteà possit se in eadem causa consentientibus partibus immiscere? et dicas communiter non posse, tamen hoc limitatur non habere locum in multis casibus, in quibus prorogatio ualida est, ut per Feli. in c. significantibus, de off. delega.

Summarium in l. cum quædam puella. ff. de iur. omn. iud.

1 *Mutatione fori post sententiam uel litem contestatam prioris iudicis iurisdictio non impeditur.*
2 *Mulier an debeat sequi forum uiri, si maritus in uno loco habeat originem, & in alio domicilium.*
3 *Mulier efficitur de domicilio uiri, & retinet etiam mortuo marito donec manet in uiduitate.*
4 *Laicus, qui post commissum delictum factus est clericus utrum puniri debeat à iudice seculari, an uerò ab ecclesiastico.*
5 *Laicus effectus clericus in quibus causis non possit amplius coram seculari iudice conueniri, etiam in causis cœptis.*
6 *Laicus qui votum fecit ingrediendi religionem ante delictum commissum an de delicto commisso possit puniri à iudice seculari.*

Bar. in l. cùm quædam puella, in princ. ff. de iur. omn. iud.

1 BART. in d.l. cùm quædam puella, in principio, colligit ex isto tex. mutatione † fori post senten-

sententiam uel litem contestatam prioris iudicis iurisdictionem non impediri. Item ait, mulierem sequi forum uiri. Ad istam l vide Paul.de Castr.& Aret.in l.si seruus plurium.§. si quis ante.ff.de legat.primo.& Paul.de Castr.in l.episcopali.C.de episc.aud.Feli.in c.iurauit, propè fin.de probat.vbi ait hoc, quod dicitur de muliere,non habere locum in matrimonio putatiuo: quia mulier non sequitur forum uiri. & in hac re de muliere, quæ sequitur forum uiri, vide pulchrum casum apud Anchar.in consilio 213.vide etiam Bald.in consilio.439. in 4.volumine vbi dicit quid iuris sit in muliere nupta, quando matrimonium est nullum. Et quoniam hoc, quod dicitur in d.l.cùm quædam, pertinet ad l.exigere dotem. ff. de iudic. vbi ponitur eadem regula,ideò pro intellectu pleniori totius materiæ vide Dec.in consi.19. in principio & plenè & eleganter in consilio 283.& in consilio 402. Rapha.Cuma. in consilio 26. &
2 in consilio 109. Quid si maritus † in uno loco habet originem, & in alio domicilium? Dic vt per Alexand.in consi.100.in 3.volu. & ad prædicta uide omninò eundem Alex.in consi.155. in 7.volum.& Feli.in cap.1.nu.30.de sponsal.& omninò Mar.Soc.iuni.in consi.14.& Io.Campegium in tracta.de dote,quæst.20.in 5.par.vbi ponit quatuor fallentias ad d.l.exigere, & ad rem de qua agitur. Adde quòd non solùm uxor efficitur de foro uiri, sed etiam efficitur ci-
3 uis illius ciuitatis, vnde est uir. Soc.in consi.36.colu.1.in 1.volu.& efficitur de domicilio † uiri,quod retinet etiam mortuo marito,donec manet in uiduitate. Soc.in cons.81.in 3.vol. & ad hæc uide Feli.in c.super eo.2.col.1.de testi.

4 Bart.in d.l.cùm quædam, in princ.quærit, utrum laicus, † qui post commissum delictum factus est clericus, puniri debeat à iudice seculari, an uerò ab ecclesiastico? & de hac eadem re latiùs agit in l.j.ff.de pœn. & solet distingui an sit factus clericus in fraudem, an non. Vide tu Oldra.egregiè in consi.4.incip. Quòd clericus. Imol.in consi.118.& in consi.119. Abb.in c. vno,de oblig. ad ratio.licèt illa sit lectura Anto.de But.ubi latè distinguit. Barb.in tract.de præstantia Cardinalium.quæst.2.in 1.vbi multa ponit, & præsumptiones affert,quibus delinquēs præsumitur factus clericus in fraudem. Dec.in consi.130. Feli.in c.fi.colu.16.versic.& prædicta,nu.29.de const.& in c.proposuisti.de for.compet. Et in quibus casibus laicus † effectus cle-
5 ricus non possit amplius coram seculari iudice conueniri,etiam in causis cœptis, vide eundem Feli.in cap.ex tenore,versic.fallit 11.de rescript. Quando autem iudex secularis debet procedere ad sententiam criminalem contra illum,qui effectus est clericus secundum trad. per Bar. in d.l.cùm quædam, & in d.l.j. de pœn. intellige hoc fieri debere facta prius degradatione ab Episcopo,& non aliter secundum, Bar.in d.l.j. & ideò traditur cautela,ut episcopus degradationem non faciat; quoniam hoc modo in protectione ecclesiæ permanebit. Quæ autem iura attendi debeant in huius condemnatione,an canonica an ciuilia,tradit Feli.in c.2.de const. vers.
6 facerent hæc ad.q. Attende tamen † unum singulare,quoniam id, quod de iudice seculari dicitur,limitatur non habere locum,si iste laicus delinquens uotum ingrediendi religionem fecisset ante delictum commissum: ita Bal.in l.j.C.an seru.ex facto suo.& quando hoc aliter probari non posset, statur ipsius iuramento. Ang.in d.l.j.ff.de pœn.quod diligenter attende. Quid si is efficeretur de fratribus tertij ordinis? Doct.in c.perpendimus,de sent.excomm.& Ant.de But.in d.c.vno.de oblig.ad ratiot.& ad prædicta uide Ias.in l.nemo potest, in prima & secunda lectura.ff.de lega.primo.

Summarium in d.l.cum quædam.§.quoties.ff.de iur.omn.iud.

1 *Coram iudice minoris summæ possunt petere à debitore modicam quantitatem de maxima summa.*
2 *Libellus in quo plures ex diuersis causis, & ad diuersa conueniuntur, non procedit, & ex eo condemnatio sequi non potest.*

Bar.in d.l.cum quædam.§.quoties.de iur.omn.iud.

1 Bart. in d.l.cùm quędam.§.quoties, ait per illum tex.quòd coram † iudice minoris summæ possum petere à debitore modicam quantitatem de maxima summa; quia inspicitur illud,

quod petitur. Vide Alex.in consi.1.col.3.in 5.vol.& in cons.106.col.3.versic.& maximè. vbi per istũ tex.ait,ad hoc ut admittatur libellus uel appellatio, satis esse ex libelli inspectione colligi, nos esse in casu in quo procedat libellus uel appellatio. & in consi.79. in 1.vol. ubi habetur,ad cognoscendum cuius sit iurisdictionis,inspici formam libelli. & magis attenditur libelli conclusio quàm narratio,si conclusio ad narrationem adaptari non potest. Soc.in cõsi.262.colu.1.in 1.vol.Abb.in c.ex parte,de rescrip.Inno.& Abb.in c.ex parte.B.de for.compet. Ideoq;
2 libellus † in quo plures ex diuersis causis,& ad diuersa conueniuntur,non procedit, & ex eo cõdemnatio sequi non potest.Ang.in consi.229.citat Specul.in tit.de libelli conceptio. Et in hac re scias,libellum se habere ad sententiam,vt subiectum, & sententiam, vt prædicatum. & *talia* sunt subiecta,qualia permittunt prædicata.glo.est sing.secundum Abb.ibi in c.dudum, in glo. fi.de decim.& hoc uoluit Pet.de Ancha.in consi.360.incip. nos Petrus de Achar. & Florianus de sancto Petro.colu.3.

Summarium in l.fi.ff. de iur.omn.iud.

1 *Extra territorium impunè iudici non pareri.*
2 *Pontifex omnium est iudex.*
3 *Imperium pendet ab Ecclesia.*
4 *Quomodo Pontifex potestatem habeat utriusque gladij.*
5 *Innocentius appellatur organum veritatis.*
6 *Papa uacante Imperio succedit in iurisdictione.*
7 *Pontifex non solùm habet potestatem super cœlestia, terrestria & infernalia, sed etiam super Angelos bonos & malos.*
8 *Iurisdictio Pontificis adeò potens est, ut contra eam præscribi non possit.*
9 *Contra potestatem Imperatoris præscribitur.*
10 *Si iudex unius territorij decretum suum interposuit? an effectum porrigat etiam quò ad bona sita in alio territorio.*
11 *Nemo extra territorium communiter citari debet.*
12 *Iudex domicily utrum possit inquirere de crimine alibi perpetrato ratione mandati de delinquendo facti in loco sibi supposito.*
13 *Statuta utrum ligent extra suum territorium.*
14 *Statutum simpliciter disponens restringitur ad illa delicta, quæ in suo territorio committuntur.*
15 *Statutum semper in dubio est intelligendum ut disponat solùm de his, quæ fiunt in territorio suo.*
16 *Iudex unius territorij inquirere non potest de criminibus commissis in alio territorio.*
17 *Episcopus utrum possit in aliena diœcesi concedere indulgentias.*
18 *Si iudex ultra summam suæ iurisdictionis sententiam protulit, an ualeat saltem in summa suæ iurisdictioni concessa.*
19 *Donatio, quæ excedit summam 500. aureorum ualet sine insinuatione usque ad quantitatẽ permissam.*
20 *Natura iudiciorum est ut una & eadem res coram diuersis iudicibus non tractetur.*
21 *An utile per inutile uitietur, an non.*

Bart.in l.extra territorium,quæ est.l.fi.ff.de iurisd.omn.iud.

BART. in d.l.fi.ait,istam.l.utilem esse,& propter eius breuitatem nõ indigere summario.
1 Et quia in isto tex.continetur,extra territorium † impunè iudici non pareri; Aret.limitat istam l.in consi.58.col.2.vt non habeat locum in Papa,qui potest citare in terris Imperij. Attende, quia ista limitatio non est bona: quoniam totus mundus est territorium Papæ in pertinentibus ad eum, & nemo ex defectu iurisdictionis uel territorij potest suum declinare iudicium. Panor.in c.licèt ex suscepto,col.antepe.versic.Aduerte quia ubi est Papa,de for. compet. om-
2 nium enim† est iudex, & nemo est creaturarum, qui se ab illius potestate possit eximere. Pa-
* norm.in c.fi.de const.Nam ipse utriusque gladij potestatem habuit,secundum * cõem opin.in capitulo nouit,de iudic.& ita tenendum est,de necessitate salutis. Abb. in consi.28.in 2.volu.

Et im-

3 Et imperium † pendet ab ecclesia, vt tenet etiam idem Aret.in d.consi. 58. col. 2. & ideò sing. ait Bar.in extrauag. Ad reprimendum, in uoce per edictum, Papam posse quemcunque & in quocunque loco existentem citare: quia ubique est Dominus. Et propterea Dantem fuisse quasi damnatum de hæresi: quia tenebat imperium non dependere ab ecclesia, inquit Bart.in
4 l.j.ff.de requir.rei.Et quomodò Papa † potestatem habeat vtriusq; gladij,pulcherrimis rationi bus aperit Panor.in d.c.licèt ex suscepto, & in d. c.nouit. & quomodò à Deo ipso amplissimã hanc habuerit iurisdictionem,& quomodò eam Deus à creatione mundi exercuerit,& de tem
5 pore in tempus,vide egregiè apud Innoc.in d.c.licèt ex suscepto. Innoc.† autem appellatur or ganum ueritatis. ita Archid.quem refert Feli.in c.2.nu.59.de rescript. Et non modò Papa est iudex supremus in spiritualibus, sed in omni casu est iudex, & semper adiri potest, quando id suadet necessitas iuris,uel facti: vt putà, si aliquis de facto conueniri non potest: ita sing. dixit Innoc.in d.c.licèt ex suscepto.& Panor.in d.c.nouit,nu.16.& ideò est iudex competens in cau sa,quæ agitur contra Principem,qui non habet superiorem. vt ibi ait Panor. & alij sequuntur. & quemcunque principem à subdito suo coram Papa conueniri posse docuit Felin.in c.1.nu.
6 12.de probat. Quinimmo etiam uacante † Imperio Papa succedit in iurisdictione, vt tradunt Doct.in d.c.licèt ex suscepto, de for.comp. & Papa tanquam iudex suspectus recusari non potest. Panor.in c.querelam,col.3.de elect.& in d.c.licèt ex suscepto.& de hac amplitudine Pontificiæ potestatis in omnes,etiam maiora ijs dixerunt iuris interpretes, vt uidere est apud Feli.
7 in c.1.col.1.de const.qui ait Papam † non solùm habere potestatem super cœlestia, terrestria, & infernalia,sed etiam super Angelos bonos,& malos,& ecclesiam esse cœlo ipso ualidiorem. Hæc Feli.qui citat B.Io.Chrysostomum. Et usqueadeò potens est ista Romani Pont. suprema
8 iurisdictio,† ut contra eam præscribi non possit. Inno.in c.bonæ.2.de postul.præl. & in c.cùm non liceat,de præscrip.& in c.omnis anima,& in c.cùm instantia,de censi.& Abb. in c.venien-
9 tes,de iureiur. Sed contra potestatem † Imperatoris præscribitur.Abb.in c.fi.de const. Atque ita concluditur contra limitationem,quam tradidit Aret.in d.consi.58. quoniam dici non potest Papam citare extra iurisdictionem uel territorium suum,quamuis citaret aliquem in terris
10 imperij, & ei ius diceret, ut prædiximus. Prætereà circa hanc l.fin.quæritur,si iudex † unius territorij decretum suum interposuit, an effectum porrigat etiam quò ad bona sita in alio terri torio? vide Bar.& quæ ad eum addidi in l.legitimos, in princ.ff.de legit.tut. Sciendum etiam
11 est,aliquem † extra territorium communiter citari non debere. hoc tamen locum non habet in nouem casibus,vt per Feli.in c.licèt ratione,de for.compet. de quo uide etiam Soc.in consi.
12.167.col.6.in 1.vol.An autem iudex † domicilij possit inquirere de crimine alibi perpetrato ratione mandati de delinquendo facti in loco sibi suppositò; Abb.in consilio 24. in 1.vol.vbi etiam docuit, an & quando iudex domicilij remittere debeat captum ad iudicem loci, in quo deliquit. de qua re vide Feli. in d.c.licèt ratione.

13 Bart.in d.l.fin.quærit,vtrum statuta † ligent extra suum territorium; & remittit se ad ea,quæ plenè tradidit in l.cunctos populos. C. de summa Trin. vbi est locus proprius huius inuestigationis, vbi Iaf.latissimè & alij. Et quamuis ibi ego quoque de hac re multa scripserim in lucubrationibus meis ad Bar.ad quæ me remitto,quædam tamen ad rem facientia hoc in loco prę
14 termittere nolo; vt est,quòd statutum † simpliciter disponens restringitur ad illa delicta, quæ
* in suo territorio cõmittuntur,secundum Bart.in d.l.cunctos populos, in 8.q.cuius opinio est * communiter approbata,teste Alex.in consi.111.in 1.vol.ubi multa scitu digna in casu propo-
15 sito declarauit. Similiter idem Bar.in suo tracta. de Guelf.& Gebell.ait,statutum † semper in dubio esse intelligendum,vt disponat solùm de ijs,quæ fiunt in territorio suo. ad quod faciunt trad.per Bar.in l.pupillus.§.territorium.ff.de uerb.signific.dum arguit à cessante ratione.capituli vt animarum,de const.in 6. Accedit tex.in l.j.C. vbi senat. vel.clariss.& circa prædicta uidendus est Io.And.in addit.ad Specul.in tit.de compet.iud.adit.in addit.incip.antequam. vbi
16 inter cætera ait, iudicem † unius territorij inquirere nõ posse de criminibus commissis in alio territorio. Vide Bar.in tracta.repræsal.in 4.qu.Bal.in l.j.C.ne fil.pro patr. Et an statutum liget

extra territorium,vide Alex.in consi.128.in 1.vol.& in consi.202.in lib.in quo primi & secun di vol.consilia continentur. & omninò Io.de Ligna.in tracta. de censura ecclesiastica.§.nono, nu.29.cum seq.vbi generaliter tradit quando statuta ligent, & effectum suum porrigant extra
17 territorium. Hic etiam quæri posset, nunquid Episcopus † posit in aliena diœcesi concedere indulgentias. vide Oldr.in consi.37.& aliquid vide apud Barbat.in consi.4.col.4.in 1.volu.& ad prædicta uide Feli.in c.fi.de for.compet.

18 Bar.ind.l.fin.versic.uenio ad secundam partem, quærit, si iudex † ultra summam suæ iurisdictionis sententiam protulit, an ualeat saltem in summa suæ iurisdictioni cõcessa? Et distinguit, an contineat diuersa capitula, an non,vt ibi per eum. Tu de hac re uideas Deci.in c.cùm, col. 3.cum seq.de except. vbi docuit etiam quæ sint ista capitula,de quibus hic per Bart.& de hac quæst.vide Barb in c.cùm super,col.6.de off.deleg.& ibi Abb.in 2.col.& Alex.in l.j.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.& ualere sententiam tradit Feli.in d.c.cùm super. vbi citat Specul. in tit. de senten.ad quod uide Bar.in l.ea ratione.C.quan.prou. non est necess. & quia Bar.prosequendo istam quæst.in d.l.fi.in fi.ait,vbi unum capitulum solùm fuit productum coram iudice, ui-
19 tiari sententiam in totum: respondetq; ad l.sancimus.C. de donat. vbi donatio, † quæ excedit summam quingentorum aureorum, ualet sine insinuatione usque ad quantitatem permissam, & tamen est unica donatio. Et ait ibi.l.illam disponere. de ijs, quæ diuidua sunt, sed iudicium esse indiuiduum. Attende quoniam hæc solutio dubitabilis redditur: nam illa donatio, quæ erat unica & sola,ideò ualet: quia consistit in quantitate diuidua. Soci.in consi.48. colu. fin.in 1.vol.hoc idem est etiam in iudicio consistente in quantitate,quamuis in uno tantùm capitulo
20 deducatur. Ideò respondet,naturam iudiciorum † esse, vt una & eadem res coram diuersis iudicibus non tractetur,tot.tit.ff.ex quib.reb.ad eund.iud.eat.nam instantia iudicij diuidi nõ debet.l.quoties,cum ibi trad.C.de iudic. & ideò isto respectu iudicium dicitur esse indiuiduum, vt ait Bar.non quia res, de qua quęritur,sit magis indiuidua,quàm in d.l.sancimus, sed propter naturam iudicij: alioqui uerò in donatione. Ad quod facit illud,quod disputari solet, an utile
21 † per inutile uitietur,an non. de qua re uide Feli. in c.cùm super, de off.delega.& Laurentium de Rodulphis,qui pulchra argumenta facit ad utranque partem in tract.de vsuris.q.135.

Summarium in l.j.ff.quod quisque iur.

1 *Qui sint illi magistratus, qui facere possint legem perpetuam uel ad tempus.*
2 *Quam magnæ sint dignitates Cardinalis.*
3 *Dignitas Cardinalis suprema est post pontificatum.*
4 *Statuta obligant etiam ipsos statuentes.*

Bar.in l.j.ff.Quod quisque iur. Vide ad hunc titulum Feli. in c.1.de præsumpt.

1 BART. in d.l.j.in princ.tractat,qui nam sint illi magistratus, † qui facere possint legẽ perpetuam uel ad tempus. & inter cætera inquit, eum, qui vult legem perpetuam condere,oportere esse de iudicibus sublimioribus,ut est Senatus,& præfectus prætorio. & idem ait de Regibus,& Cardinalibus,qui præfecto prætorio æquiparantur. Vide tu ad hæc glo.in extrauag.execrabilis,in uoce,sublimitatem,de præben.& ea quę habentur apud Alex.in l.nemo potest.ff.de leg.1.& in consi.124.in 4.volu. Et dum Bar.æquiparat Regibus Cardinales,idem ex mente Bald.ait Iaſ.in l.Centurio.ff.de vulga. & pupill. nam pars corporis Pontificis appellantur.C.si quis.6.quæst.1.facit.l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiest. & colligitur in
2 cap.felicis,de pœn.in 6. & quàm magnæ † sint dignitatis Cardinales,vide apud Barb.in tracta. de præstantia Cardinalium, & apud alios, qui ea de re speciales libros ediderunt. Et multa de eorum laudibus & dignitate tradit Ludo. Bologn.in addit. suis ad tract. Matthæsyll.de succeſſ.ab intest.in tertio articulo principali, numero 48. quæ omnia adnotanda sunt contra illos,

los, qui aſſerebant Cardinalatum non eſſe dignitatem, ſed officium ſimplex: vt Bald. in capitulo primo de poſtul.prælat.Felin.alios referens in rubrica de off.deleg.Mart.Laud.in 1.tract. de Card.quæſt.19.& in 2.q.17.& Barb.in conſi.1.in 1.vol.cùm enim Papam & Cardinales in ra unum & idem corpus eſſe arbitrentur,vt prædictum eſt. & rurſus cum Papa ſit culmen dignitatum,non debet hoc corpus diuerſo iure cenſeri.argumento.l.eum qui ædes.ff.de uſucap.
3 & hoc vtitur argumento Anch.in conſi.295.ideò Cardinalatum † ſupremam eſſe dignitatem poſt pontificatum teſtantur Hoſt.Io.And.& Imol.in c.dilectus,de præben.& Dec.in c.cùm uenerabilis,de except.& in c.ad præſentiam,in fi.de appell.Mart.Laud.in 2.tract.de Card. queſt. 61.Rom.in cõſ.vltimo. Soc.in conſ.99.in 3.vol. dicens Cardinales poſitos eſſe in maximo culmine dignitatis. & Feli.in rubrica de maio.& obed.

4 Bar.in d.l.j.col.2.uerſi.Ex quo,ait,ſtatuta † obligare etiam ipſos ſtatuẽtes. De hac re vide alii quas remiſsiones apud Feli.in c.1.de conſt.colu.8.in 4.fallen.uerſi.amplia quartò & Alex. in l. cætera.§.item quærit,verſi.An & quando.ff.de leg.1.Aret.in conſi.95.col.2.& Corn.in conſi. 4.in 2.volum.Item Bar.in ead.colum. quærit, an imputetur parti contra quam eſt pronunciatum,ſi non appellauit,quando ſententia iniuſta fuit mandata executioni.vide Soc.in conſi.24. in 2.quæſt.in 1.volum.

Summarium in d.l.j.§.hæc uerba.ff.quod quiſque iur.

1 *Futurum ſubiunctiui,quod formatur à præterito rem perfectam ſignificare.*
2 *Verbum præteriti temporis rei perfectionem indicat.*

Bar.in d.l.j.§.hæc uerba.ff.quod quiſque iuris.

1 Bart. in d.l.j.§.hæc uerba,ait,futurum † ſubiunctiui,quod formatur à præterito rem perfectam ſignificare.Ad hoc accedit ſimilis tex.in l.j.§.cæterùm.ff.ne quis eum qui in ius.Et vide quid ex hoc infert Bal.in conſi.25.col.3.in 1.vol.Et dum ex verbis Bar.ibi ſubſequentibus colligitur,verbum præteriti † temporis rei perfectionem indicare, vide Alex. in conſ.31.columna 2 tertia. in ſecundo volum.

Summarium in l.hoc edicto.ff.quod quiſque iur.

1 *Imperitiam aſſeſſoris magiſtratum excuſare,non ipſum aſſeſſorem.*
2 *Eligens imprudenter aliquem ad aliquam adminiſtrationem tenetur ad omne damnum.*

Bar.in l.hoc edicto.ff.quod quiſque iur.

1 Bart. in d.l.hoc edicto,colligit in ſumma,imperitiam † aſſeſſoris magiſtratum excuſare, non ipſum aſſeſſorem. Tu verò dicas hoc non eſſe ſimpliciter verum. Et an & quando aſſeſſoris imperitia magiſtratui,qui eum elegit,aſcribatur,vide apud Alex.not. in conſ.19.col.fi.in 7. vol. Et ad rem faciunt trad.per eundem Alex.in conſi.65.col.1.in 1.volu.& in l.ſi conuenerit. col.1.in fi.ff.de re iudic.& in conſi.41.in 2.vol. Et pro deciſione huius quæſt. videtur elegans
2 tex.in l.nam & Seruius.§.fi.ff.de negoc.geſt.vbi eligens † imprudenter aliquem ad aliquam ad miniſtrationem tenetur ad omne damnum. Ad rem facit tex.in l.tutore.ff.de cõfir.tut. & Bar. in l.ſi patronus.ff.eod.tit.idem ait Rom.in conſi.138. & multi ad eum acceſſerunt, ſecundnm Dec.in l.ſi quis in conſcribendo. nu.17. C.de pact. vbi ipſe ait hoc non habere locum quando ille eligeretur, qui idoneus putabatur. Et pro prædicta concluſione faciunt tradita per Abb. & alios in c.gratum,de poſtul.prælat.vbi habetur, eos,qui eligunt uel poſtulant indignum, priuari iure eligendi vel poſtulandi.

Summarium in l.ſi quis iniquum.ff.quod quiſque iur.

1 *Textus iſte exponit uerba edicti ſecundi capitis.*

Bar.in l.ſi quis iniquum.ff.quod quiſque iur.

Bart. ait tex.hũc exponere uerba edicti ſecundi capitis. Tu de hoc tex.vide aliqua apud Corn.

Corn.in conſi.25.in fi.Et de uerbo,impetrare,vide tex.in c.in noſtra,& ibi Abb. col.pe. de reſcrip.& Barb.in c.cæterum,eod.tit.Item dum Bar.in d.l.§.ſed ſi impetrauerit,tradit,an requiratur delictum conſummatum,an uerò ſufficiat ſola impetratio ſecuta cõceſsione. Ad intellectũ huiuſce rei vide Feli.in c.ex tenore,col.2.& ſeq.de reſcript.& Bar.in conſi.135.Rurſus ad ea, quæ dicit Bar.ibi in d.l.ſi quis iniquum.§.ſi procurator, verſic. Ex quo not.ibi, quæro an tunc cum non habuit mandatum,nec ratihabitio eſt ſecuta teneatur; vide Alex.in conſi.23.col.fin. in 2.vol.& Bal.in conſ.110.col.2.in 1.vol. Ad ea verò quæ dicit Bart. ibi in §.ſi is pro quo.ſ.an impetratio principalis noceat fideiuſſori,vide Iaſ.in l.fi.ff.ſi cert.pet.ubi limit.

Summarium in l.fi.ff.quod quiſque iur.

1 *Quicquid ſit lege permittente,licite fit.*
2 *Homicidium à iure ciuili in aliquo caſu commiſſum ad uindictam,non excuſat delinquentem à peccato.*

Bar.in l.fi.ff.quod quiſque iur.

1 BART. in d.l.fi.colligit ex illo tex.in ſumma,quicquid † fit lege permittente,licitè fieri: & ideò pœnam aliquam non mereri. Attende,iſta eſt materia.l.Gracchus.C.de adulter.quæ limitatur non habere locum,quando lex permittens eſſet nutritiua peccati, & multas alias limitationes & declarationes patitur.ut habetur apud Feli. plenè in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.nu.40. cum ſeq.de conſt.ubi loquitur de ſtatuto permittente bannitum poſſe impunè offendi. De cuius ſtatuti ualiditate,& quomodo procedat,& alia multa vide per Dec.in c.quæ in Eccleſiarũ,
2 eod.tit.nu.17.Item homicidium † à iure ciuili in aliquo caſu conceſſum ad uindictam, non excuſare delinquentem à peccato,docuit Feli.in c.ad noſtram.col.1.de probat.& ideò delictum, quod impunè committitur.ita diſponente ſtatuto,quamuis tolerabile ſit,tamen laudabile non eſſe,concludit Dec.in l.bonafides.ff.de reg.iur.citat Bal.in l.Decuriones,in fin.C.ex quib.cau. inf.irrog.Et an quilibet homicida irregularis efficiatur, vide omninò Petrum Lenauderium in trac.de oneribus doctorum,in 4.par.q.95.

Summarium in l.una.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.

1 *Dictiones taxatiuæ includunt ſolùm expreſſa,& excludunt non expreſſa.*
2 *Natura dictionum taxatiuarum eſt omnia non expreſſa excludere.*
3 *Dictiones taxatiuæ an & quando recipiant extenſionem.*
4 *Dictiones taxatiuæ non inducunt legis correctionem.*
5 *Mera negatiua probari non poteſt.*
6 *Etiam ſi negatiua probari non poſſit,ea tamen probari debet eo modo,quo fieri poteſt.*
7 *Quomodò fieri debeant poſitiones negatiuæ,& quando admittantur.*
8 *Negatiua probatur per confeſſionem partis.*
9 *Mulctare qui nam poſſint.*
10 *Ius dicens an teneatur iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio.*
11 *Iudex an poſſit plures pœnas contumaci imponere.*
12 *Iudex an poſſit alienam iuriſdictionem defendere.*
13 *Iudex non debet exequi ſententiam alicuius, quæ iniuſta ſit,etiam ſi Princeps hoc ei præciperet.*
14 *Iudex,qui alicui certam pœnam iniunxit, ſi non uenerit,poteſt eam augere.*
15 *Contumacia ubi eſt manifeſta & euidens, citatio aliqua non requiritur.*
16 *Qui eſt contumax in allegando & producendo,debet citari in prolatione ſententiæ.*
17 *In expenſis debitis ratione contumaciæ citatio non requiritur quando in libello comminatum fuiſſet de procedendo ad ulteriora.*
18 *Miſſo peremptorio homini,qui poſteà mortuus eſt,an opus ſit nouo peremptorio contra eius hæredem.*
19 *Si contumacia uel inobedientia coram alio iudice facta eſt,nouus proceſſus fieri debet.*
20 *Quis dicatur eſſe uerè & propriè contumax.*

21 *Contumacia est peccatum mortale.*
22 *Si contumax fuit condemnatus censetur condemnatus potius propter contumaciã, quàm propterea quod malam causam foueat.*
23 *Contumaciam an excuset leuis infirmitas seu uetus, & quartana.*
24 *Contumax an & quando restitui possit aduersus sententiam contra eum promulgatam.*
25 *Contumax an habeatur pro confesso, & tanquàm confessus condemnari possit.*

Bar. in l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtemper.

1 BART. in d.l.vna, in principio, versi. Pro declaratione, ait uoces † taxatiuas, ut est, tantùm, tantummodò, & solummodò, duntaxàt, & huiusmodi genus alia, affirmare & includere solùm expressa, & negare ac excludere non expressa. Hoc idem habetur in c. Ecclesia Sutrina, de cau. possi. & propri. in l. Solemus. ff. de iudic. in l. ob æs, de præd. minor. in l. ij. §. 1. ff. de usu. & habi. & per Bar. in l. si cùm duos. ff. rer. amot. Soc. in consi. 198. in princ. in 1. vol. & Curt. in consi. 35. num. 25. Et de istis uocibus taxatiuis tradit idem Bart. in l. rationes. C.
2 de probat. & Feli. in c. cùm contingat, col. 2. de fid. instr. Et quamuis earum † natura sit omnia non expressa excludere, tamẽ ad casus habentes eandem vel maiorem rationem porriguntur, ut docuit Feli. in c. lator, de homic. Et multa sunt quę ab huiusmodi uocibus non excluduntur, vt egregiè aperit Curt. in consi. 75. num. 14. & Alex. in consi. 128. col. 3. in 4. vol. vbi ait, omnes casus dissimiles excludi, non autem similes. citat glo. sing. in l. j. C. de cond. indeb. idem ait Mar. Soc. iuni. in consi. 1. nu. 138. & ibi paulò ante ait etiam, ab huiusmodi taxatiuis positis in statuto
3 non tolli similem interpretationem ex alio statuto. Et an & quando † recipiant extensionem, vide Bar. in l. serui nomine. ff. de usucap. Bar. Alex. & Ias. in l. si constante. num. 85. cum seq. ff. sol. matr. Scias etiam huiuscemodi dictiones excludere quod est minus, non quod est plus, ut habetur in l. cùm in testamento. ff. de verb. oblig. Et quandoque etiam exponuntur negatiuè, vt inquit Bal. in l. si qui ex consensu. C. de episc. aud. Et in re proposita obliuioni non tradas unũ
4 memoratu dignum, scilicèt, voces taxatiuas † eius esse naturæ, ut inducere nõ possint legis correctionem, sicut neque argumentum à contrario sensu. hæc Barto. in l. iij. §. si cum Titio. ff. de adimen. leg. Aret. in consi. 27. col. fi. & hoc sentit etiam Bart. in hac l. ff. si quis iusd. non obt. Et de earum ui tradit Feli. in c. super literis, de rescript. Circa illationem verò quam facit Barto. in loco prædicto, de quo agimus, ad testẽ, qui dicit Titiũ possedisse 30. annis tantùm, vide Alex. consi. 136. col. fi. in 2. vol. Feli. in c. tertio loco. col. 3. de probat. & Aret. in consi. 44. col. fi.

5 Bar. in ead. l. & col. versi. Et ex hoc sequitur, ait, meram negatiuam † probari non posse. Vide Alex. in consi. 65. col. 2. & in consi. 136. col. 4. in 1. vol. & in consi. pe. col. 5. eod. vol. & in consi. 104. col. fi. in 3. vol. vbi ait testes super negatiua testimonium perhibentes esse suspectos. Immo
6 secundum Crauet. in consi. 9. sunt puniendi. Dicas tamen, etiam si negatiua † probari nõ possit, eam probandam esse eo modo, quo fieri potest, ut declarat Crauet. quem uideas in consi. 1. Et quomodò probari possit, vide Feli. in c. in nostra, de testi. & in c. tertio loco, de probat. & in c. quoniam contrà, in 6. col. uersi. glo. 1. eod. tit. Et de multiplici negatiua facti, & iuris, & an, qualiter, & quomodo unaquæque probari possit, vide Specul. in 2. par. tit. de proba. §. 1. versic. Negatiua. & multa de negatiua uide apud Bald. in Margar. in voce, Negatiua. Et quomodo
7 † fieri debeant positiones negatiuæ, & quando admittantur, vide Specul. in titulo de posit. §. 6. per totum. Et ad prædicta vide Bar. in l. de ætate. col. pen. ff. de minor. & in l. item ait prætor, & in l. ergo. ff. ex quib. cau. maio. & Doct. in l. in illa. ff. de verbo. oblig. & in l. nec codicilli. C. de codicil. Abb. plenè in c. bonæ, de elect. Bar. in l. actor. C. de probat. Bal. in l. hoc amplius. C. de fideicomm. & in l. cùm hi. ff. de transac. & in l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. act. priu. Doct. in l. decem. ff. de uerbo. obligat. & in alijs multis locis, qui breuitatis causa prætermittuntur. Illud ta-
8 men non prætermitto, Negatiuam † probari per confessionem partis, & per iuramentum. Ant. de Butr. in cap. uestra, de cohab. cler. & mul. & Abb. in d.c. bonæ, colu. 9. Et dũ Bar. in ead.

col.

col.verſ.præterea,loquitur de voce implicatiua,vide Alex.in conſ.23.col.2.in 5.vol.

9 Bar.in d.l.vna.col.2.in princ.tradit,qui nam † poſsint mulctare. Adde tu an iudicibus delegatis mulctare liceat: de qua re vide Feli.in c.de cauſis,col.4.de off.deleg.& in c.1.col.fi.eod.tit. & col.16.in fi.Attende tamen,quia niſi ter poſſunt mulctare.l.fi.C.de mod.mulct.Bar.in l.nũquam.ff.de priua.delict. Et dum Bar.ibi paulòpoſt quærit,an arbiter mulctare poſsit,uide Feli. in c.præſentata,col.fi.de teſtib.

10 Bar.in d.l.vna,col.2.verſi.Dicitur hic cõceſſum eſt,quęrit,an † ius dicens teneatur iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio: quia tex.dicit conceſſum eſt. Et diſtinguit utrum intentetur actio,uel accuſatio, vel officium iudicis imploretur. Ad quæ videas Alex.in l.de quare. ff.de iudic.Adde quod iudex contumaci poteſt bannum imponere. Bar.in l.illicitas.§.fi.ff.de off.præſid.Item pœnam confiſcationis bonorum.tex. eſt. & ibi Bald.in cap.2.de teſti. cogen. nec non & pœnam excommunicationis. gloſ. eſt ſing.in c.duo.96.diſt.Abb. in cap. 1.de iudi.

11 An autem iudex † poſsit plures pœnas imponere contumaci? vide tex.in c.quoniam frequenter.§.fi.& ibi Abb.vt lit.non conteſt.& ad prædicta vide Paul.de Caſt.& Alex.in l. prætor ait.§. Si ex cõuentione.ff.de re iud.Adde,quòd ſi iudex eſt requiſitus,non ſolùm poteſt,ſed etiam tenetur.tex.eſt,quem ibi not.Angel.in §.& quoniam, in auth.de teſti. vbi reſpondet ad obiectũ, quod par in parem non habet imperium. Et ad rem bene faciũt trad.per Doct.in l.à diuo Pio. §.ſententia.ff.de re iudic.

12 Bar.in d.l.col.2.uerſi.Quæro dicitur hic,ſuam iuriſdictionem, tradit, an iudex † poſsit alienã iuriſdictionem defendere? Adde tu quòd etiam tenetur; ita Ang.in §.& quoniam,in auth. de teſti.& Iaſ.in l.properandum.§.ſin autem reus.C.de iudic.ubi tradit etiam de iudice ſeculari & eccleſiaſtico,vt ſibi inuicem auxilium præſtent. ad quod vide Abb.in c.1.de off.ordin.Atten-

13 de tamen,quoniam iudex † non debet exequi ſententiam alicuius,quæ iniuſta ſit, etiam ſi princeps hoc ei præciperet; quia magis debet cedere officio, quàm ſuam conſcientiam lædere. Feli.in c.conſanguinei,de ſent.& re iud.Dec.in l. et ſi nihil facilè.ff.de regul.iur. Et idem eſt in iudice laico,qui non debet exequi ſententiam iudicis Eccleſiaſtici quãdo fuit iniuſtè prolata. Thom.Ferr.in cautel.53.vbi alios refert. Et iudex,qui exequitur ſententiam alterius iudicis in iuſtam,facit litem ſuam. Ang.in conſi.276.Et de hac re latiùs egi in l.congruit,ſuprà de offic. præſid.& in l.magiſtratibus,ſupra de iuriſd.omn.iudic.

14 Bar.in d.l.vna,col.3.ait,iudicem, † qui alicui certam pœnam iniunxit,ſi non uenerit, poſſe eã augere. Tu aduerte,hoc uerum non videri; quoniam ille maioris pœnæ metu fortaſſe inobediens non fuiſſet. Et intellige hoc Bartoli documentum,quando præceptum factum fuit ſine cauſæ cognitione. & ita colligitur ex legibus per eum allatis,ut declarat Bal.in l.ius alimentorum.ff.vbi pupill.educ.deb.vide etiã Alex.in l.filiusfamiliàs.§.Diui.ff.de leg.1.& tex.vbi Abb. & Feli.in c.cùm ſuper,de teſti.cogen.Bar.in l.j.C.de fiſcal.uſur.lib.10.Alex. in conſi.91. Ponderatis his,in fi.in 2.vol.Paul.de Caſtr.in conſi.9.Viſis actis. ideò melius eſt in præcepto adijcere clauſulam,de qua habetur apud Paul.de Caſtr.in conſi.5.& Imol.in c.ad aures, de tẽpor. ordin.vbi limitat prædicta. Et dum ibidem paulòpoſt quærit Bar.an in huiuſcemodi condemnatione facienda nouus proceſſus exigatur,& an citatio noua ſit neceſſaria; ſentitque eam ſie-

15 ri oportere,licèt de contumacia liqueat.contra Bar.vrget,quia vbi cotumacia † eſt manifeſta & euidens,citatio aliqua non requiritur. Abb.in c.veſtra,de cohab.cler.& mul.in c.1.de iudi. ubi Dec.col.2.& contumax notorius eſt ille,qui dicit ſe nolle comparere. & ideò etiam in expectato fine termini iudex poteſt illum condemnare.gl.in clem.una.de dol.& contu.& not.in c.ſunt quorum.2.q.6.& in l.ij.C.quor.appel.non recip.Sed iſte non eſt ſimplex contumax, ſed contemptor.& ideò hic de tali non agitur. De hac autem re diſtingue ut per eundem Bart. in l.deſertorem.§.ſi ad diem.ff.de re milit.vbi ait,aut pœna reſpicit primum proceſſum,& non requiritur citatio: aut extrinſecus uenit,& tunc noua citatione eſt opus. Limita tamen dicta in primo caſu, procedere ſolùm quando in prima citatione facta eſſet comminatio procedendi ad vlteriora; quoniam alia citatio non requiritur: alioqui uerò,ſi huiuſmodi comminatio non

præ-

præcesisset,secundum Bar.in l.non ignorat. C.de fruct.& lit.expen.Et de ista regula vide Ias. in l.sancimus,col.4.in 12.quæst.C.de iudic.vbi multa hinc & inde adducit. Attende tamen id,
16 quod dicit gl.in auth.Iubemus.C.de iudic.scilicèt, eum, qui est contumax † in allegando, & producendo,debere citari in prolatione sententiæ. Similiter etiam dicta ibi per Bar.in secundo casu in d.§. si ad diem, quando scilicèt pœna venit extrinsecus, quòd tunc noua citatio requiratur. Limitat Ias.in d.l.vna.ff. si quis iusd.non obtempe.in princ.colu.fi.uer.Tenendo.ubi citat.Bar.in d.l.non ignorat. de qua tradit idem Ias.in d.l.sancimus,col.4.in ver. secundò quæro. vbi ait rationem tex.in d.§.si ad diem, facere contra ibi dicta per Barto.Sed animaduerte, quoniam ista limitatio in secundo casu non videtur ratione subnixa: si quidem Bar.qui citatur
17 in d.l.non ignorat, loquitur de expensis debitis ratione contumaciæ † ita ut citatio non requiratur,quando in libello comminatum fuisset de procedendo ad vlteriora. Immo in his accessorijs non est citatio necessaria.Bal.et alij.in d.l.sancimus.Bar.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam. infec.Inn.Anch. et Card.in c.calumniam, de pœn.Inn.in c. consuluit, de offic. deleg.et plenè Barb.in d.c.1.de iudic.Et Bart.in d.§.Si ad diem,in secundo casu, loquitur de alia pœna extrinseca & principali,ut putà mulctando vel remouendo ab officio. hæc verò dissimilia sunt,vt ait Bar.in d.§.si ad diem. Et istam puto esse puram ueritatem,quamuis hanc limitationem ponat Bar.in l.impuberibus.§.fi.ff.de suspect.tut. Nam attenta ista limitatione & præcedenti, documentum & distinctio Bar.in d.§.si ad diem,eluſoria redderetur: quoniam inter primum & secundum casum,de quo ibi per Bar.nulla prorsus differentia inueniretur: quia utroque casu facta comminatione,ad ulteriora sine alia citatione procederetur. Si verò comminatum nõ fuisset,in nullo casu esset procedendum: atque ita distinctio illa Bar.corruit. nisi fortè diceretur, in primo casu comminationem sufficere generalem; in secundo autem casu specialem exigi. & de hac re vide latè apud Alex.in d.l.si finita.§.Iulianus,col.15.cum seq.ff.de damn. infect. & Barb.& Feli.in d.c.1.col.5.de iudic.vide etiam Imol.in l.quidam consulebat, in fi. ff.de re iud. & plena remissione apud Feli.in c.2.col.2.de testi.cogen.& c.cùm olim,col.6.versic.not. glo. de re iud.& doct.in c.cùm causa,eod.tit.& in c.eum qui,de dol.& cont.in sexto: & multos esse casus in quibus citatio non requiritur,tradit Feli.in c.quoniam frequenter.nu.30.cum seq. vt lit.non cont.& Dec.in c.eam quæ, de rescript. & Specul. aduocatorum in sexta par.principali in §.Proposui. Et an sit opus nouo processu,vide eundẽ Feli.in c.cùm adhuc,col.3.vers. Quid
18 autem,de iudic. Nunquid verò misso † peremptorio homini,qui posteà mortuus est, opus sit non peremptorio contra eius hæredem: vide Feli.in c.licèt in beato,col.2.in fi.de accusat. Et
19 dum Bar.in d.l.siquis ius dicen.non obtemp.subiungit, si contumacia † vel inobedientia corã alio iudice facta est, nouum processum fieri debere. Adde tu an idem etiam fieri debeat corã alterius iudicis successore? Et de hoc vide Feli. in c.quia.C.de iudic. Et quot modis aliquis
20 dicatur esse cõtumax,vide Abb.in c.2.de dol.& contum.Et quis dicatur † esse uerè & propriè contumax: Bar.in l.pen.& fi.ff.de restit.in integr. Ang. in consi.187. & in consi.206.glo.not. in l.si accusatoribus,in uoce,contumacia.C.de accus.Alex.in l.contumacia.ff. de re iud. Contumax etiam esse dicitur aliquis tribus modis.c.certum,cum gl.11.q.3.vide Abb.in c.fi.§.porrò, vt lit.non contest.& contumacia quælibet sufficit ad hoc,ut contumax excommunicetur. glo.
21 sing.in c.duo.16.dist.Et ideò cõtumacia † est peccatum mortale,quoniam alioqui excommunicationis sententia proferri non posset. Abb.in d.c.1.de iudic. Et quare actoris contumacia grauius puniatur,quàm rei,tradit Abb.in c.causam,de dol.& cõtum. Attende autem in re pro-
22 posita vnum,quod est memoratu dignum,scilicèt † si contumax fuit condemnatus, censetur condemnatus magis propter contumaciam, quàm propterea quòd malam causam foueat. Feli.in c.cùm Bertoldus,num.23.cum seq. de re iud. vbi multas fallen. tradit. Ad rem faciunt
23 trad. per Barto.in l.1.ff.quan.ex fac.tut. Vtrum contumaciam † excuset leuis infirmitas,seu vetus quartana? tex.& ibi Barto.& doct.in l.quæsitum.ff.de re iud.& tex.cum glo.in capitu. placuit.18.dist.Abb.in c.tenor.de re iud.& in c.querelam,de procura.Et an uiarum excusent di-
24 scrimina? Abb.in c.ueniens, de accusat. Et an & quando † contumax restitui possit aduersus

sententiam

ſententiam contra eum promulgatam, vide tex.& ibi doct.in l. Diuus.ff.de reſtit.in integ.Forma verò quæ ſeruari debet, quando contra contumacem proceditur, habetur apud Abb.in c. prour, de dol.& contum.& notabiles modos conuincendi contumaces, tradit Abb.in c.cùm. 25 P. de purg. canon. Et poſtquàm de contumace agimus hoc in loco, quæro nunquid † contumax habeatur pro confeſſo,& tanquam confeſſus condemnari poſsit ? Curt.in tract. poſitionum.nu. 16. multa retulit,eumque ait ita demum vt confeſſum cõdemnari debere,ſi cauſæ qualitas huiuſcemodi condemnationem exigat,alioqui non. Nam quòd contumax habeatur pro confeſſo,eſt contra ius commune,ſecundum Aret.in conſi. 146.in principio vbi loquitur de illo,qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, an præſumatur confiteri omnes qualitates *in inquiſitione* contentas,an non. Et vtrum ab aliquo excuſari poſsit, non obſtante huiuſmodi cõfeſsione,& multa alia ſcitu digna ibi reperiuntur. Ang.autem in conſi.46. ait not. contumacẽ haberi pro confitente factum,non autem qualitatem facti,cuius eſſentia non pendet à confeſſione ipſius. vt putà,inquiritur contra te pro cicatrice, quam in faciem alicuius intuliſti, quæ eſt perpetuò permanſura,contumacia te conuincere non poteſt de illa qualitate, eam eſſe perpetuò permanſuram. hæc Angel.quæ non ſunt obliuioni tradenda. Et ad prædicta vide Abb. in c. cùm cauſam,de iuram.calumn.

Summarium in l.una.§.is uidetur.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.

1 *Si duo ſunt collegæ & unus impedit iuriſdictionem alterius, an impeditus poſſit illum punire.*

Bar.in d.l.vna.§.is videtur.ff.ſi quis ius dicere non obt.

1 BART. in d.l.vna.§.is videtur,in fi.quærit ſi duo † ſunt collegæ,& vnus impedit iuriſdictionem alterius,an impeditus poſsit illum punire ? idque fieri non poſſe ait; quia par in parem nõ habet imperium. Adde tu ad hanc rem facere tex.in c.ſtudes,vbi Card.& Archi. in verbo perſuadere,50. diſt. & glo.magnam in medio in cap.cùm cauſam,de off.deleg. Limita tamen niſi eſſemus in caſu in quo mora eſſet periculum allatura.tunc enim licitum eſt punire collegam,licèt alioqui debeat adiri ſuperior: quia par in parem &c. Ita limitat Iaſ.in l.v.col.20. verſi.Pondera diligenter,ſuprà de off.eius. Attende etiam in hac materia, ſi duo eſſent non ſimpliciter delegati,ſed cum clauſula,quòd ſi non omnes, tunc ſi unus requiſitus à collega dixiſſet ſe nolle procedere,& poſteà iuriſdictionem vlterius impediret,is puniri poſſe,ſecundum Gemi. in c.ii contra vnum,in 8.quæſt.de off.deleg.in 6.

Summarium in d.l.vna.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.non obt.

1 *Contumacia procuratoris an & quando noceat domino.*
2 *Procurator non poteſt delinquere neque quicquam aliud agere, quo mediante dominus obligari poſſit ad pœnam.*
3 *Procuratoris contumacia nocet domino in his, in quibus certum non eſt contumaciam cadere in delictũ.*
4 *Ex delicto procuratoris an dominus poſſit conueniri.*
5 *Delictum tutoris an noceat pupillo.*

Bar.in d.l.vna.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.non obtem.

1 BART. in d.l.vna.§.ſi procurator,col.1.verſi.Pro huius ſol.tractat,an & quando contumacia † procuratoris noceat domino.Et primò ait cõtumaciam procuratoris ei nocere in ijs,quæ reſpiciunt proceſſum iudicij. vide Anan.in conſi.25.Et dum ſubiungit Bar.ſi dominus debet aliquid facere,& ipſe procuratorem mittat, qui id non facit, præiudicat domino; quia huiuſmodi contumacia non dicitur eſſe procuratoris, ſed domini. Iſtam concluſionem tenet etiam Alexan.in l.iiij.in principio.colu.2.ff. de re iudic. & Abb.in c.1.colum.4. vt lit. non conteſt. & aliquid tradet in conſi.95.Viſis.col.1.in 2.vol.ſed quia deinde Bar.ibi paulò poſt limitat iſtam concluſionem,non habere locum, ſi procurator id non feciſſet propter impedimentũ aliquod

caſu

casu contingens in personam ipsius procuratoris; quia eo casu dominus excusaretur perinde ac si in eius persona euenisisset. sublimita tu hoc Bartoli documentum vt per Innoc.quem refert Ang. in l.si insulam.ff.de verb.oblig.ad quem accedit Feli. in d.c.1.col. 3.vt lit.non contest. & dictas limit.tradit Cæpol.in cautel.82.Subiungit deinde ibi Bar.prosequendo membra huius inuestigationis,procuratoris contumaciam in ijs,quæ iniuncta sunt ipsi procuratori,nõ nocere domino in ijs,quæ sunt magni præiudicij,ut si de mulcta aut pœna imponẽda ageretur.vide ad hoc Aret.in consi.132.Anch.in cõsi.157.colu.3. Alex.in l.j.§.usufructuarius.ff. de oper.

2 nou.nunc.& in consi.17.in 7.volum. Et ideò procurator † non potest delinquere, neque aliud quicquam agere,quo mediante Dominus obligari possit ad pœnam. Bar.per illum text. in l.si procurator.ff. de condi.indeb.col.2.versi. Et per illum dixi. & Felin.in c.nouit.num.28. cum seq.de iudic.& est lex in l.non est nouum.C.de admin.tut.Hoc tamen intellige nisi procurator ad id speciale mandatum habeat. Quod tamen amplia & limita, vt per Feli. d.c.1.nu.17. cum seq.ut lit.non cont.vide etiam Soc.in consi.120.col. 3.& in consi.231.col.3.in 1.vol. Dum ve

3 rò Bar.ibi in versic.Si verò non est certum,ait,procuratoris † contumaciam nocere domino in ijs,in quibus certum non est cõtumaciam cadere in delictum,ut si omisit appellare: vide tu de hac re Barb.in consi.46.col.8.cum seq.in 2.volu.& Alexand.in consi.115.in 5.vol. vbi tradit, an procurator,Syndicus & prælatus Ecclesiæ possint appellationi renunciare. vide Soc.in cõs. 45.col. 5.in fi.in 1.vol. Et ad prædicta omnia.s.an & quando procuratoris contumacia noceat domino;vide Cæpol.in cautel.57.& Abb in cap. 1.vt lit.non contest.Et dum Barto. deinde in

4 versiculo,Ad secundum vtrum ex delicto † procuratoris possit dominus conueniri, distinguit ut ibi per eũ.vide tu in hac re Rom.in consi.80.Monachus,col.2.& Soc.in d.consi.131.col.3. versic.secunda ratio in 1.vol.Ad illud autem quod tradet Bar.in d.§.si procurator, in fi. scilicèt

5 An delictum † tutoris noceat pupillo: vide tu Paul.de Cast.in l.quicunque col. 3.C.de seru.fugit.Bar.in l.fi.ff.naut.caup.stab.Et in proposito vide elegans dictum Rom.in cons.205.In puncto,col.1.in fi.& Bar.in l.meminerint.C.vnd.ui,col.pe.vbi contrarium videtur sentire.

Summarium in d.l.vna.§.hoc iudicium.ff.si quis ius dicen.non obt.

1 *Contumacia est delictum.*
2 *Contumacia non dicitur esse maleficium.*

Bar.in d.l.vna.§. hoc iudicium.ff.si quis ius dic. non obt.

1 Bart. in d.l.vna.§.hoc iudicium,in fi. colligit ex glo. contumaciam † esse delictũ. Et ideò infert ad bãnitum ex delicto,qui vigore statuti potest impunè offendi,an intelligatur etiam de illo,qui bannitus fuit vt contumax? Hoc idem ait Bar.in l.omne delictum.ff.de re milit. de qua

* re Alex.ait * comm.opinionem esse,bannitum propter contumaciam propriè bannitum ex delicto dici non posse: ita inquit in l.si mora,col.6.ff.sol.matr.& Feli.quem videas in cap.ex lite-

2 ris,de const.vbi habetur,contumaciam † non dici esse maleficium. Vide omninò eundẽ Feli. in c.cùm Bertoldus, de re iud.& in c.quæ in ecclesiarum,col.3.de const.Curt.in cõsi.59.nu.7. Ias.in l.sanci mus,col.6.C.de iudic.Et ad rem faciunt trad.per Bar.in l.j.ff.quand.ex fact.tut.Et an contumacia sit delictum,siue maleficium,vide Petr.de Anch.in rub.de dol.& contum.

Summarium in l.j.ff.de ius uoc.

1 *Vtrum afferre libellum sit uocare in ius.*

Bar.in l.j.ff.de in ius uoc.

1 Bart. in d.l.j.quærit, vtrum offerre † libellum,sit vocare in ius? & utrum iudicium sine citatione procedat? vide apud eundem Bar. in l.prolatam. C.de senten. Et dum ibi Bar.paulò post,agit de litigatore,qui est præsens, & uult litem agere,an citari debeat?

beat? vide ad hoc doct. in l. denique, in principio. ff. de re iud. & aliquid apud Feli. in c. 2. col. 6. versi. 13. limita, de testi. Aret. in c. 1. col. 9. de iudic. Imol. in cons. 112. col. 2. in fi. & seq. & Barb. in c. cùm causa, col. 2. de off. deleg. & in cons. 70. col. 2. & 8. cum seq. in 4. vol. Io. And. in c. fi. de elect. in 6. & Abb. & Barb. plenè in c. 1. vers. Explicitis gl. de iudic.

Summarium in l. in ius. ff. de in ius uoc.

1 *Carceratus citari non debet, & contumax dici non potest.*
2 *Carceratus contrahere non potest.*
3 *Carceratus quando possit facere testamentum.*
4 *Carceratus iustè peccat fugiendo.*
5 *Iudex, qui aliquid facit iniustè, tenetur, & licitum est ei de facto resistere.*
6 *Si iudex esset immoderatus in torquendo carceratum, ut crimen confiteatur, ita ut ille moriatur, iudex tanquam homicida pœnæ mortis est subijciendus.*
7 *Cacer est multiplex.*
8 *Si carceratus suscipit iuramentum de redeundo ad carcerem, & sub fide iuramenti relaxatur, utrum redire teneatur.*
9 *Qui carcerem fregit & fugit, an delictum pro quo detentus fuerat, confiteri censeatur.*

Bar. in l. in ius. ff. de in ius vocan.

1 BART. in d. l. in ius, in fi. ait, eum, qui est † in carcere citari non debere, & contumacem dici non posse. Vide tu Aret. in consi. 152. & Alex. in l. quæsitũ. ff. de re iud. & declara hoc quod carceratus non dicatur contumax, quando citatus esset personaliter: quia ex quo comparere non potest, non dicitur contumax, alioqui verò si pro debito citaretur, pro quo nõ tenetur per sonaliter comparere: nam tunc ita dicitur contumax, ac si in uinculis non fuisset. Ang. in cõsi.
2 65. Adde quod carceratus contrahere non potest, & contractus cum eo factus irritus est. l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. fallit si contractus esset utilis carcerato. Bald. in rubrica. C. de rescind. uend. versiculo hoc autem nisi contractus esset vtilis carcerato. Dec. in consi. 69. num. 51. & ideò potest constituere procuratorem ad se defendẽdum. Ana. in c. significauit, de iudic. Bal. in l. nam & seruus. ff. de negoc. gest. Doct. in c. veritatis, de dol. & contum. Et de hac re vide
3 Bar. in l. qui à latronibus. ff. de testam. vbi tradit etiam quando possit facere testamentum, vide quæ posui ad Bar. in d. l. qui in carcerem, & omninò Abb. in c. cùm locum, de sponsi. vbi tradit, nunquid carceratus possit contrahere matrimonium. An autem carceratus possit esse testis de ijs, quæ in carcere committuntur & fiunt: vide not. in tract. de testibus, qui ascribitur Alberico de Ros. in capitulo Quando testes repelluntur ratione domesticitatis. nu. 17. cum seq. Attende etiam contra carceratum præscribi non posse. c. significanti, de pignor. Soc. in consi. 80. col. 2. in 3. vol. Non ab re est hoc in loco intelligere, an liceat hominem detrudere in carcerẽ? B. Thom. secunda secundæ quæst. 55. inquit in bonis corporis tria esse per ordinem considerãda. primò integritas corporis, quæ læditur occidendo vel mutilando. secundò delectatio vel quies spiritus, quæ læditur quolibet dolore afficiente. tertiò motus membrorum, qui impeditur per detrusionem in carcerem, siue per quamcunque aliam detentionem, & ideò carcerare, vel aliquem detinere, illicitum est, nisi secundum ordinem iustitiæ, & hoc ad solum iudicẽ pertinet. Hæc B. Thom. Ex quo infertur, cùm hoc iudici liceat, quando id iustitia exigit eius contrarium esse illicitum, vt arguunt doct. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Et ideò iustè † carceratus
4 peccat fugiendo. Dec. in l. quod à quoque. ff. de reg. iur. Carceratus uerò iniustè non solùm fugiendo non peccat, sed etiam eum, si potest frangere carcerem, & aufugere, & non fugit, capite esse puniendum, traditur in consi. 12. colum. 25. versiculo tertia ratio, inter consilia Albert.
5 Brun. nam iudex, † qui aliquid facit iniustè, tenetur, & licitum est ei de facto resistere. Alex. in consi. 287. in 1. vol. Abb. & Feli. in c. si quando, de off. deleg. Dec. in d. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Et iudex, qui procedit sine causæ cognitione habetur ut priuatus, & ei non est obediendum.

Feli.

6 Feli.in c.eccleſia.S.Mariæ, nu.32. de conſtit.Immo ſi † iudex eſſet immoderatus in torquendo carceratum,ut crimen confiteatur,ita ut ille moriatur, iudex tanquam homicida pœnæ mortis eſt ſubijciendus, ſecundum Bal.in l.j.C.de emend.ſeruor. & Feli. in capitulo qualiter & quan-
7 do, de accuſat.Carcer † autem eſt multiplex,ut plenè habetur apud Ioan.de Anan. in capitulo à nobis,in principio de apoſt.& in c.ſignificauit, col.4.de iud.& Bal.in authen.ſi captiui. C.de epiſc.& cleric.Et valde illi damnantur, qui aliquem detrudunt in carcerem obſcurum, in quo
8 neminē videre poſsit.Ana.in d.c.à nobis,& in c.de cæterò,in fi.de homic. Quid ſi † carceratus ſuſcipit iuſiurandum de redeundo ad carcerem, & ſub fide iuramenti huius relaxatur de carcere,vtrum redire teneatur, an non? Diſtingue,aut iuſtè fuit detentus, & eo caſu tenetur. glo. in c.ius gentium.prima diſt.& Bar.in l.relegati.ff.de pœn.alioqui verò eſt, ſi detentio fuit iniurioſa, quia tunc iuſiurandum ſine periculo ſalutis corporalis ſeruari non poteſt.glo.eſt ſing.in clem.paſtoralis,in uoce,per violentiam, de re iudic.& ad rem faciunt trad.per Io.Andr. in addit.ad Specul.in rubrica de iureiur.Ad hæc accedit Abb.in cap.ſicut 3.verſicu.not. quartò.de
9 iureiur.& in cap.1.de teſti.cogen. An autem † qui carcerem fregit, & fugit, delictum,pro quo detentus fuerat,confiteri cenſeatur, ita ut puniri poſsit? Feli.in cap.nullus, de præſcript. Quid ſi captus ſeu detentus in carcere, vt exeat, fideiuſsionem præſtitit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, an capturæ cenſeatur conſentire, ita ut amplius de illius nullitate dicere non poſsit? Socin.affirmatiuam partem approbauit in conſi.113.in tertio uolu.ideò cautus debet eſſe aduocatus in præſtatione huiuſmodi fideiuſsionis, vt ſaltem reſeruet ſibi ius dicendi de nullitate capturæ. Soc.in conſi.99.in 4.volu.

Summarium in l.quique.ff. de in ius uoc.

2 *Quæ perſonæ in ius uocari non poſſunt niſi iudice permittente.*

Bar.in l.quique.ff. de in ius uoc.

1 Bart. in d.l.quique.colligit ex iſto tex.perſonas † enarrari,quæ in ius uocari non poſſunt, niſi iudice permittente. Vide tu ad ampliationem iſtius.l.Alex.in l.cogi.§.ſi pater filio, col.2. uerſic.in glo.in uoce obſequium.ff.ad Trebell.

Summarium in l. quia ſemper.ff.de in ius uoc.

1 *Appellatione parentum etiam naturales continentur.*
2 *Fratris appellatione uenit etiam naturalis.*
3 *Qui occidit patrem naturalem tenetur pœna parricidij.*

Bar.in l.quia ſemper.ff. de in ius uoc.

1 Bart. in d.l.quia ſemper, colligit ex iſto text. appellatione parentum † etiam naturales contineri. Ad hoc uide Felin.in cap.in præſentia,colu.9.de probat.& in cap.cùm nuntius, colu.1.de teſt.Alexan.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, colu.16.ff. ad Trebell.in quibus locis habetur etiam an filiorum appellatione naturales contineantur. Ad quod uide Ang.in conſil.366. & in conſi.401. cum ſequ.& omninò Paul.de Monte pico in erudita repet.§. Titia cùm nuberet,in l.Titia cùm teſtamento.ff.de leg.2.nume.54.& 55. vbi ſubtiliter & docte admodum loquitur.& ad rem faciunt,quæ plenè poſui ad Bar.in l.item in poteſtate,ff.de his qui ſunt ſui uel
2 alie.iur. An autem appellatione † fratris ueniat naturalis? vide Angel.in conſi.385. & an frater uterinus ſit propriè frater, adeò ut in ſtatuto excludente fœminas contineatur? vide Soci. in conſi.primo.& in conſi.vltimo.in primo volumine.Felin.in capitulo veniens,de ſimon. Angel.in conſi.119.Mar.Soci.iuni.in conſi.12.& in conſ.23.nu.32. Et quòd frater uterinus præferatur fratri utrinque coniuncto in bonis matris,docuit Matthæſyl. in tract.de ſucceſsionibus ab inteſtato,in 3.artic.principali.nu.18.& nu.20. & dum Bart. ex præcedentibus infert, eum,
3 qui occidit patrem † naturalem, teneri pœna parricidij, ac etiam pœna ſtatuti punientis eos,

qui patrem occidissent: & respondet ad l.ij.C.de adult.ibi tractari de odio, hic de fauore. Dicas tu hoc procedere,quoniam hoc rationi naturali innititur, ibi uerò rationi ciuili: ita inquit Alex.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.col.11.versic.succesiuè.

Summarium in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uoc.

1 *Singulares personæ possunt ferre testimonium in causa vniuersitatis.*

Bar.in l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.

1 BART. in d.§.qui manumittitur, tradit, singulares † personas posse ferre testimonium in causa uniuersitatis. vide ad hæc Bart.& doct.in l.serui electione.§.1.ff. de leg.1. Feli. in c.insuper,de testi.& quæ posui in lucubr.ad Bart.in l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rer.diuis.

Summarium in d.l.sed si hac. §. semper autem.ff. de in ius uoc.

1 *In uerbis edicti poni, quòd non uocentur certæ personæ.*

Bar.in d.l.sed si hac.§.semper autem.ff.de in ius uoc.

1 BART. in eadem l.§.semper autem,inquit,in verbis edicti † poni quòd non uocentur certæ personæ. Ad istum tex.& ad ea,quæ colligit Bar.vide aliquid apud Barb.in cap.sanè, col.1. & 2.de off.deleg. Deinde ait Bar.glo.illam esse notatu dignam. ex qua colligit Alexand.unam & eandem dispositionem pro parte posse esse fauorabilem, & pro parte odiosam, & in eo, in quo est fauorabilis,lata fiet interpretatio,in eo autem in quo est odiosa,fiet stricta. De qua re uideas etiam Bald.& Ias.in l.venia. C. de in ius uoc. & ad hoc optimè faciunt trad. per glo.in l. cùm hi.§.qui transigit.ff. de transf.

Summarium in l. quamuis. ff. de in ius uoc.

1 *Processum factum contra patrem uel patronum non impetrata uenia, validum esse, quando ipsi præsentes fuere & prosecuti sunt.*

Bart.in l.quamuis.ff.de in ius uoc.

1 BART. in d.l.quamuis,versiculo vltimò,dicit Guil.ait,processum † factum contra patrem, vel patronum non impetrata uenia ualidum esse,quãdo ipsi præsentes fuere,& prosecuti sunt. vide Felin.in c.pastoralis, colu.9.de rescrip. & hanc opinionem consulendo sequutus est idem Alex.in consi.319.Viso puncto,in princ.in lib. primi & secundi vol. Vide etiam Bar.in l.fin.C. eod.tit.vbi uidetur contrarium sentire. vide ibi Ias.

Summarium in l. libertus, la prima. ff. de in ius vocan.

1 *Si lex dicit excommunicatum audiri non debere, hoc est intelligendum agendo, sed non excipiendo.*
2 *Sententia lata super exceptione non parit exceptionem rei iudicatæ super actione.*
3 *Illa exceptio nunquam intelligitur exclusa, quæ ex his prouenit, quæ ipsemet agens & petens facit: nam tunc non excluditur ab aduersario, sed à se ipso.*

Bar.in l.libertus.j.ff.de in ius voc.

1 BART. in d.l.libertus.j.ait, si lex dicit excommunicatum † audiri non debere, hoc esse intelligendum agendo, sed non excipiendo. Adde tu an & quando excommunicatus de iure communi possit excipere contra actores, & quas defensiones opponere possit, & non, vt per Feli.in c.cum inter priorem. de except. Sed quid si aliquis prohibitus est opponere exceptionem,vt putà nullitatis, an propterea cẽseatur prohibitus agere principaliter de nullitate? Aret. egregiè in consi.75.colum.penultima ait, eum non prohiberi: quoniam paria non sunt, exceptionem opponere non posse,& principaliter de nullitate agere nõ posse. & ideò exceptioné obijciens,

2 obijciens, si succumbit, propterea accusare non prohibetur: quia sententia † lata super exceptione, non parit exceptionem rei iudicatæ super actione. Felin. in capitulo accedens, numero sexto de accusat. Pari ratione quoque dicendum est, quamuis actio prohibita sit, tamen non esse prohibitum implorare officium iudicis. tex. est not. in l. planè & in l. fin. ff. de petit. hæredit. Socin. in consi. 27. columna sexta. in 4. volu. Quid si prohibita esset exceptio à statuto, nunquid aliqua poterit opponi exceptio? Respondeo, illam exceptionem excluſam non esse, quæ ab alijs statutis insurgit. Iaſ. in l. ait prætor, §. iurari. ff. de iureiuran. Rursus nunquam censetur excluſa contrarietatis exceptio. Dec. in consi. 644. in fin. vide multas quoque alias exceptiones, quæ non obstante huiusmodi prohibitione possunt opponi, vt per Alexand. in consi. 113. in 5.
3 volu. & latius apud Felin. in cap. ex parte. 2. de off. delega. Item illa exceptio † nunquam intelligitur excluſa, quæ ex ijs prouenit, quæ ipse met agens, & petens facit. nam tunc non excluditur ab aduersario, sed à se ipso. tex. est not. in l. veteres. ff. de itin. actuque priua. Socin. in dicto consilio 27. columna sexta. in quarto volumine. & quia ex trad. per Felin. in dicto capitulo ex parte, habetur inter cætera, exceptionem euidentis & notoriæ nullitatis non censeri excluſam, id quod etiam confirmat Alexand. in consi. 77. in tertio volumine. Bal. in rubri. de probat. Aretin. in consilio 75. & Abb. in consilio 55. in secundo volumine. Limita hoc habere locum quando statutum simpliciter quamcunque exceptionem prohiberet, alioqui uerò, si ad tempus permiſſa esset exceptio, & eo elapso prohiberetur, nam tunc opponi non posset. Alexan. in consi. 225. in sexto volu. Ad prædicta uide Alex. in consi. 60. colu. penul. in 4. volu. & Dec. in consi. 410. colu. 3.

Summarium in l. quæsitum. ff. de in ius voc.

1 *Libertus nomine alieno potest in ius vocare patronum sine uenia.*

Bar. in l. quæsitum. ff. de in ius voc.

1 BART. in d. l. quæsitum, colligit in summa, libertum † nomine alieno posse in ius uocare patronum sine uenia, atque ita aliquis potest facere alieno nomine, quod suo facere non posset. Vide Alexand. qui ad hoc istam l. adducit in consi. 91. in fi. in 7. volumine. sed contra hoc uidetur facere text. quem ibi not. Bald. in l. parabolani. C. de episcop. & cleric. vbi habetur eum non posse alieno nomine officium aliquod exercere, qui à principio ad illud eligi non posset. ad quod accedit Feli. in capitulo primo. columna tertia. de summ. Trinit. & Dec. in l. si eadem. ff. de offic. assess. vide text. & ibi Bartol. in l. j. C. de priuileg. scholar. lib. 12. vbi ait, neminem alieno nomine ad aliquod officium assumi posse, ad quod proponi non posset. Quid si actus fieret simul cum eo, à quo licentia est habenda, an ex hoc licentia præstita esse intelligatur? Aret. in consilio 160. columna 11. hoc affirmat, & citat Barto. vide in simili casu Alex. in consilio 8. in quinto volu. & dum Bart. ibi, in contrarium est ueritas, agit, an ille, qui non potest accusare, possit iudicis officium implorare? Vide tu Alexan. in l. j. §. sublata, columna secunda. ff. ad Trebell. & Feli. in capitulo secundo. colum. 2. versicu. excommunicatus non potest. de except. & eum id facere posse, videtur probari in text. not. in l. planè, & in l. fin. ff. de petit. hæred. & ex trad. per Socin. in consi. 27. colu. 6. in 4. volu. vbi habetur, prohibitum agere, iudicis officium implorare non prohiberi.

Summarium in l. eum pro quo. ff. de in ius uoc.

1 *Quicunque potest cogi ad implendum id, quod apud acta promisit.*
2 *Fideiussor qui pro carcerato promisit de illum præsentando & iudicato soluendo non tenetur ad pœnam corporalem.*
3 *Fideiussor non tenetur quando ille pro eadem causa ad manus iudicis peruenisset, licèt fideiussor illum iudici non exhibuisset.*

De in ius vocan.

Bart.in l.eum pro quo.ff.de in ius voc.

1 BART. in d.l.eum pro quo, ait, quemcunque † cogi ad implendum id, quod apud acta promisit. Et ideò dicit Barto. quotidie dari fideiussores de aliquem præsentando. vide Bald. in consilio 177.& sequ.in secundo volumine. & si huiusmodi fideiussor promisit exhibere aliquem iudici toties quoties, tenetur, etiam si illum semel iudici exhibuisset. Alexand.in l.ij.§.fi.
2 ff. qui satida.cogan. & in hac re intelligendum est, fideiussorem, † qui pro carcerato promisit de illum præsentando, & iudicata soluendo, non teneri ad pœnam corporalem,ad quam damnatus esset, neque ad interesse, quod inextimabile est. Rapha. Cuma.in consi. 33. & ideò fideiusio dari non potest à capto vt relaxetur, quando pœna sanguinis posset imponi. Felin.in ca-
3 pitulo 2.versic.interpretatio,de rescrip. Item scias, talem fideiussorem† non teneri,quando ille pro eadem causa ad manus iudicis peruenisset,quamuis fideiussor illum iudici non exhibuisset. Ioan.Andr.in addit. ad Specul.in titulo de accusat.§.sequitur.in addit. incip. exceptionem, ad quem accedit Roma.in consilio 137. & Alexand. in l.si fideiussor. §. in fideiussorem.ff.qui satisda. cogan.

Summarium in l. plerique.ff.de in ius voc.

1 *Aliquis inuito de domo extrahi non debet.*
2 *Quis de ecclesia eijci non debet.*
3 *An aliquis in ecclesia citari possit.*
4 *Citatio verbalis sine iudicis commissione fieri non potest, etiam in casu fugæ, in quo personæ captura permittitur.*

Bar.in l. plerique.ff.de in ius voc.

1 BART. ex d.l. plerique colligit, aliquem inuitum † de domo extrahi non debere. Limita hoc, vt per Alexand.in consi.34.colum.2.in secundo volumine.circa hoc.Bald.in d.l.plerique. voluit debitorem, qui in domum suam fugiens se contulit, eripi non posse. ad quem accedit Felin.in capitulo fin.colu.7 de for.compet.sed Ias.in d.l.plerique, & in l.vinum, columna tertia.ff.si cert.pet. contrarium sensit, dicens, eum non modò eripi posse de domo, uerùm etiam de ecclesia. sed hoc, quod dicitur de ecclesia, non satisfacit: quoniam si talis ac tanta est re-
2 uerentia,† quæ debetur ecclesiæ, vt non solùm ipsa ecclesia, sed & domus, & porticus ecclesiæ tutum faciant delinquentem, qui ad dicta loca confugit. Alexand.in consi.145.in 7.volumine. multò magis tutum debet facere debitorem ad ecclesiam confugientem. id quod ex eo etiam confirmatur: quia si uel debitor,vel delinquens à familia prætoris eò per transitum duceretur,& ibi morari uellet,sciens locum illum esse immunem,aiunt Docto.eum in isto casu ea ratione extrahi posse de ecclesia: quia is non dicitur ad eam aufugisse, ex quo fuit ductus: ita Archidiac.in capitulo sicut antiquitus. 17.quæst.4.& Oldra.in consi. 54.& ita ex pluribus concludit Petrus Lenauderius in tracta.de oneribus doctorum,in quęst.cap.quartæ par.vbi refert casum hunc paucis ante diebus in Gallia contigisse, atque ita Parlamentum, (vt eius uerbis vtar) iudicasse. Sed redeundo ad materiam d.l.plerique, vide in ea re Cæpoll.in cautel.51.& Thom. Ferratium in cautel.vigesimasecunda.ibi enim traditum est, quomodò constitutio.d. l.plerique euitari possit. Et dum Barto. in dicta l. plerique subiungit, citationem realem permitti cuilibet ordinario, non delegato; vide Roma.in consilio 53. Et quia deinde subnectit ibi Bartol. illud, quod dixit de citatione reali, non habere locum in muliere, vide Felin. in capitulo primo,columna quinta, de sponsal. Quærit posteà Bartol. ibi in fine. vtrum possit ali-
3 quis † in ecclesia citari: & ait, verbaliter citari posse, realiter non. Sed contra Bartol. videtur vrgere: quoniam citatio facta die feriato in honorem Dei, ad diem non feriatum inualida est. l.dies festos. C. de feri. tradit Abb. in capitulo fina. de feri. igitur pari ratione dicendum quoque uideretur, citationem, quæ fit in ecclesia,nullius esse roboris,& momenti: quo-

niam

niam rectè ſumitur argumentum de tempore ad locum. Et contrà. l. ſi quis. ff. de aur. & ar-
4 gent.lega. cum ſimilibus. Scias etiam citationem † verbalem ſine iudicis commiſsione fieri non poſſe,etiam in caſu fugæ, in quo perſonæ captura permittitur. Felin.in capitulo cùm ſit Romana,nu. 17.de appell.Et de uiribus citationis vide multas remiſsiones apud Felin. in cap. quoniam contrà.numero 22.de probat.Et an hæres citari poſsit in domicilio defuncti, vide Fulgoſ.in conſi.76.

Summarium in l.ſi.ff. de in ius voc.

1 *De quo aureo intelligatur.*

Bar.in l.ſi.ff.de in ius uoc.

1 Bart. in d.l.ſi.quærit,de quo aureo † intelligatur,Et utrum pœna locum habeat in omnibus, qui citantur indebitè; vide Abb.in conſi.56.in 2.vol.Iaſ.in §.pœnales, colum.17.inſt. de action. Et dum ibi Barto. ſubiungit,alios eſſe, qui officio iudicis puniuntur. Et an in pœnis locum habeat extenſio. Adde benefacere glo.in verbo, impetraſſe, in dicto §.pœnales, inſtitu. de actio. & ad hoc accedat notabile documentum Ioan.And.in capitulo diſpendia,de reſcript. in 6.de quo Abb. in cap.1. colu.fin.de loca.vbi ait,quando lex aliqua extenditur huiuſcemodi extenſionem non fieri cùm pœna.

Summarium in l.j.ff.ſi quis in ius voc.non ier.

1 *Quendam eſſe fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & de ſtando iuri.*

Bar. in l.j.ff.ſi quis in ius voc.non ier.

1 Bart. in d.l.j.in principio ad euidentiam ponit, quendam † eſſe fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & de ſtando iuri. vide Aret. in conſi. 87. colum.fin. & ſcias huiuſmodi fideiuſſionem expirare peremptа inſtantia. Alexand.in conſi.209. in 7.volu. Et dum ibi paulò poſt Barto.in d.l.fin. ait,vbi fit renunciatio fori, hoc prodeſſe; quoniam locum habebit remiſsio; vide Barb. in conſi.52.colum.2. cum ſequ.in ſecundo volu. & dum Barto.in d.l. fin.in fin.tradit, an aliquis debeat renunciare omni exceptioni, an verò ſit renunciandum omni priuilegio fori in ſpecie, vide Alexand.in conſi.153. in lib.primi & ſecundi volu. Angel.de Aret. in conſi.281.inter conſilia Alexandri in eodem lib.Alexan.in conſi.122.colu.3. cum ſeq.in 4. volu.Barb.in conſi.25.colu.2.in primo volu.Feli.in cap.ad aures, verſicu. De qualitatibus, de reſcrip.& in ſimili caſu Aret.in conſi.104.colum.3. & in cap.translato,de conſtit.Bal.in conſi. 4.in primo volu.& omninò Alexand.in conſi.95.colu.1.in 5.volu. & dum glo.in d.l.j.in uoce, pro non dato,ait, fideiuſſorem,qui de illa iuriſdictione non ſit, pro non dato haberi: quia licèt
* detur forum, non tamen datur iuriſdictio. Dicas hanc glo. * cõmuniter approbari, teſte Alex. in conſi.89.in 7.volu.

Summarium in l.ex quacunque.ff. ſi quis in ius voc.non ier.

1 *Citatus debet comparere, alioqui mulctandus eſt, niſi ex cauſa excuſetur.*
2 *Citatus extra territorium an comparere teneatur.*
3 *Citatus ſi priuilegium habet, an & quando comparere teneatur ad allegandum quare reſpondere non teneatur.*
4 *Citatus tenetur reſpondere.*
5 *Qui exceptionem adducit, ad probandam adſtringitur.*
6 *Tanta eſt regulæ uis, vt apud iuris interpretes traditum ſit,eum qui vult diſcedere à regula, afferre debet textum expreſſum, alioquin non eſt à regula recedendum.*
7 *Quando eſt dubium an citatus ſit ſubiectus iuriſdictioni an non, eum reſpondere debere.*

8 *Iudex an & quando possit cognoscere an sua sit iurisdictio, an non.*
9 *Si de totius iurisdictionis defectu ageretur, posset eo etiam in casu iudex cognoscere et proferre sententiã.*
10 *Iudex cui obiecta est incompetentia, si procedit ad ulteriora, utrum tacitè illam obiectionem reijcere censeatur, quamuis id in specie non pronunciauerit.*
11 *Iudex cauere se debeat, qui procedit ne de causis ad solum principem spectantibus se immiscere audeat, quoniam reus læsæ maiestatis uideretur.*
12 *Si iudex pronunciat se iudicem competentem inter aliquos in casu in quo iudex esse non potest, & ab hac sententia non sit appellatum, utrum pro competenti iudice habeatur.*
13 *Utrum & in quibus casibus possit iudex cognoscere de incidentibus, quæ suam ampliant iurisdictionem.*
14 *Iudex cognoscere non debet quando ei obijcitur exceptio defectus in ipsius persona.*
15 *Iudex assistere debet quando aliquid spirituale examinandum esset.*
16 *Quomodò iudex secularis obuiare possit calumnijs litigantium, qui obijciunt exceptiones ad iudicem ecclesiasticum attinentes, vt causa differatur.*
17 *Delegatus quando reum citat, debet in literis ponere copiam sui rescripti, alioquin reus non tenetur comparere.*
18 *Cardinalis asserens se habere aliquid specialiter demandatum an credendum ei sit nisi litteræ ostendantur.*
19 *Nemini se esse legatum asserenti esse credendum.*
20 *Si contra iurisdictionem iudicis aliquid fuit oppositum, & hoc non obstante iudex processit in causa, & sententiam protulit, utrum huiusmodi sententia ualida sit.*
21 *Iudex, qui contra eum aliquid fuit oppositum, an procedere possit contra contumacem.*
22 *Si forensis citatur in aliqua ciuitate eò quòd dicatur ibi contraxisse, & ipse hoc neget, an ille iudex cognoscere posset, sit ne sua iurisdictio an non.*
23 *An reus puniatur quando actoris non interest eum uenire.*

Bar. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ier.

1 BART. in d.l. ex quacunque, colligit ex isto tex. citatum † debere comparere, alioqui mulctandum esse, nisi ex causa excusetur. Limita istam.l.vt per Alexand. in consi. 1. colum. 3. in 4. volum. & amplia eam, & declara, vt per Felin. in capitulo super literis, nume. 41. de rescript. & dum ibi Bart. ait, multis modis posse contingere, quòd citatus comparere non teneatur; vide Alexand. in l. si quis. ff. de oper. no. nunciatio. & Felin. in cap. cum ordinem, de rescript. Et
2 quia Bart. ibi ponit exemplum in eo, qui extra † territorium citatur, de hoc uide Soc. in consil. 147. colu. 6. in 1. vol. Item scias aliquem in nouem casibus extra territorium citari posse, vt uidere est apud Feli. in c. licèt ratione, de for. competen. Ad prædicta accedat, citationem inualidam non cogere citatum ad comparendum. glo. in l. si accusatoribus. C. de accusat. Bald. in capitulo in nomine Domini, in 4. not. de testi. & in c. quoniam contra, columna sexta. de probat. & Albert. Brun. in consi. 87. columna fin. citatio enim euidenter iniusta non obligat citatum. & in quibus casibus citatus comparere non teneatur, vide Felin. in capitulo prudentiam, de
3 offic. delega. & si citatus † priuilegium aliquod habeat, an & quando comparere teneatur ad allegandum quare respondere non teneatur. Felin. in capitulo si duobus, de appell. & in capitulo olim, & infrà, de except. vbi etiam tradit, citatum ad locum non tutum, non obligari. Citatus autem ex causa, propter quam si esset præsens, comparere non auderet, excusatur, si non comparuit. Felin. in capitulo veniens, nume. 5. de appell. & dum ibi Barto. paulò post ait, cita-
4 tum † teneri communiter respondere, & si aliquam specialem causam habeat, illam in specie exprimere debere: Dicas, hoc uerum esse, & sufficere regulam habere pro se. & de hac re uide plenè apud Curt. in consilio 12. in princip. & omninò Ias. in authen. si qua mulier. columna
5 10. C. de sacrosan. eccles. Qui enim exceptionem † adducit ad regulam hanc, ad illam probandam astringitur. Ias. in l. qui se patris, colu. 18. C. vnd. liber. & in l. fin. C. de edict. diui Adri. toll.

& in l.in iſta ſtipulatione,colum.penul.ff.de verb.obliga.nam, qui regulæ innititur, fundatam habere intentionem ſuam. & ideò,qui exceptionem adducit, ad eam probandam iure com-
6 pellitur. Curt.in conſi.72. & tanta † eſt regulæ uis, vt apud iuris interpretes traditum ſit,eum, qui vult diſcedere à regula,afferre debere textum expreſſum, alioqui non eſſe à regula recedendum: ita Ioan.Andr. & Abb. in cap.ſalubriter,in 1.quæſt.de vſur. & eſt bonus tex. in cap. 2.in fi.de coniug.leproſ.& in c.ſanè,in fi. 20.qu.3. Ad rem faciunt ea,quæ pono in lucubrat.ad eund.Bar.in hac eadem.l.ex quacunque.in 2.lectura.

7 Bart.in d.l.ex quacunque,colu.2. verſicu. Tertium membrum, ait, quando eſt dubium,† an citatus ſit ſubiectus iuriſdictioni, an non, eum reſpondere debere. vide Felin.vbi limitat in capitulo cum ordinem, colum.8. de reſcrip. Aret.in cap.cæterùm,columna ſecunda. de iudic. & in conſi.64.colum.6. Et dum Bart.ſubiungit, quis cognoſcat hanc cauſam, decidit cum glo. ipſum met iudicem cognoſcere debere, an ſua ſit iuriſdictio, an non. De hac re uide Bartol. in conſilio 94.Alexand.in conſi.1. Ponderatis his, in quinto volumine. Barb. in capitulo cùm
8 ſuper,de off.deleg. Aret.in conſi.107.colum. fin.in tertio dubio. Et an & quando † iudex poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, an non,tradit Felin.in capitulo ſuper literis, in uoce, delegatus, de reſcript. & Dec.ibidem, vbi multos caſus enarrat, in quibus iudex de hac re cognoſcere non poteſt. Et an & quando, & quomodo iudex poſsit cognoſcere qualitatem, quæ illi iuriſdictionem tribuit, quando reus eam negauit, vide pleniſsimè apud Abb.in capitulo ſi clericus, de for.compet. & Alexand.in conſi. 1. Ponderatis his. in 5.volumine.& ad prædicta uide etiam Abb.latè in dicto capitulo ſuper literis, & in capitulo penul.& fin.de reſcript.& om-
9 ninò in capitulo cæterùm, de iudic. Attende tamen, quòd etiam † ſi de totius iuriſdictionis defectu ageretur, poſſet eo etiam in caſu iudex cognoſcere & proferre ſententiam. Abb. per illum tex.in capitulo ex parte decani.in tertio notabili de reſcript. Quomodò autem iudicis incompetentia opponatur, docuit Angel.in conſi.217.columna ſecunda.dicens, non ſufficere, ſi eam obijciens diceret: declino forum iudicis huius tanquam incompetentis, & non intendo coram eo litigare: quoniam talis exceptio ei non prodeſſet: quia eſſet contumax, cùm ſe iuri uelle parere non offerat: & ideò neceſſe eſt addere hæc verba: niſi quatenus de iure te-
10 netur. hæc Ang. Quid ſi iudex † cui obiecta eſt incompetentia, procedit ad ulteriora,vtrum tacitè illam obiectionem reijcere cenſeatur, quamuis id in ſpecie non pronunciarit? Angel. in conſilio 217.columna ſecunda ait, tacitè reiectam eſſe exceptionem illam, quæ incompaſsibilis eſt cum proceſſu ad ulteriora. De qua re vide Felin. in capitulo ſuborta, de re iudica.
11 Caueat tamen iudex † qui procedit,ne de cauſis ad ſolum Principem ſpectantibus ſe immiſcere audeat; quoniam reus læſæ maieſtatis uideretur. Crauet. in conſilio 18. numero ſecundo. Vtrum iudices villarum, qui limitatam habent iuriſdictionem uſque ad certam ſummam, poſſint in caſu exceptionis declinatoriæ fori pronunciari ſe iudices competentes? Antonius de
12 Butr.in capitulo prætereà, de dilat. Alexand.in conſi. 77.in tertio volum. Quid ſi iudex † pronunciat ſe iudicem competentem inter aliquos in caſu, in quo iudex eſſe non poteſt, & ab hac ſententia non ſit appellatum, vtrum pro competenti iudice habeatur? Alexand. in conſi. 328. in lib.in quo primi & ſecundi volumi. conſilia continentur. & Dec. in conſilio 18. in princip. affirmatiuam partem approbauerunt, vt ſcilicèt is pro competenti iudice haberi debeat. de
13 qua re uide Abb.in capitulo cum veniſſent,de iudic. Vtrum autem † & in quibus caſibus poſſit iudex cognoſcere, de incidentibus, quæ ſuam ampliant iuriſdictionem, vide Abb. in capitulo tuam,de ordin. cognit. Et quibus cautelis uti debeat iudex, vt cognoſcere poſsit de nullitate actus, de qua obſtante ſtatuto cognoſcere non poteſt: vide not.apud Ang.in conſi.260.
14 Et dum Bart.in d.l.ex quacunque,colum.3.in princip.ait, iudicem † cognoſcere non debere, quando ei obijcitur exceptio defectus in ipſius perſona,quo eius iuriſdictio impeditur. Adde tu etiam ſi talis defectus eſſet notorius, ſi tamen ei non opponeretur, ualere proceſſum coram eo confectum, Feli.in c.ſciſcitatus,nume.13.cum ſeq.de reſcript. Et dùm immediatè ibi Bart.
15 ſubiungit, iudicem † abſtinere debere quando aliquid ſpirituale examinandum eſſet, idque à

parte obijceretur. Adde tu,quòd etiam absque aliqua obiectione uel inhibitione iudicis eccle
siastici supersedere debet,quando sciuit litem pendere coram ecclesiastico, quæ præiudicare
posset petitioni factæ coram iudice seculari.Alex.in consi.63.in 3.volu. citat Feder.de Sen.in
16 consi.126.Quomodò autem † iudex secularis obuiare possit calumnijs litigantium, qui obij-
ciunt exceptiones ad iudicem ecclesiasticum attinentes,vt causa differatur, vide Thom.Ferra
tium in cautel.53.Sed hic suboritur alia quæstio,nunquid iudex secularis cognoscere possit an
contractus sit usurarius, an non. & an contractum sit matrimonium, an non? quando huius-
modi dubitatio oritur in causa coram eo uertente. In hac re solent doct. distinguere, an quæ-
stio consistat super facto,an super iure. tamẽ Ambrosius de Vignate in tract.de usuris,nu.122.
* cùm seq.testatur * cõem opin.esse, hæc omnia ad solum iudicem ecclesiasticũ pertinere: quia
rarò contingit,quin aliquid spiritualitatis sit annexum istis cognitionibus causarum.

Bar.in d.l.ex quacunque,col.3.versicu.sed iuxta hoc quæro,inquit,ea,quæ dicta sunt in præ-
17 cedenti lucubrat. habere locum in iudice ordinario. sed quid in delegato? aitq; † delegatum
quando reum citat,debere in literis ponere copiam sui rescripti, alioqui reus non tenetur com
parere: quoniam ignorat eum esse iudicem. hæc Bar.vide Paul.de Castr.in consi.50. col. pen.
& Felin.in cap.1.colum.2.de libel.oblat. ei enim non creditur, si asserit se habere mandatum,
nisi ostenso mandato. Felin.in cap.cum in iure, de offic. delegat.& de hoc uidetur esse tex. ex-
18 pressus in l.j.C.de superind.lib.10.per quem ait ibi Barto. nemini (etiam si Cardinalis † esset)
asserenti se habere aliquid specialiter demandatum, esse credendum, nisi literæ ostendantur.
idque etiam Ioan.Andr. & alij,in cap.1.de off.lega. in sexto. & in cap.ad eminentiam, de sent.
excommunicatio.approbauerunt. & quamuis in contrarium uideatur esse glo.singul. in capi-
tulo nobilissimus.79.distinct. scilicèt, vt Cardinali credatur, maximè cùm extra Curiam sine
legatione ire non conuenerint. id quod etiam à Ioan. Andr. confirmatur in capitulo ad apo-
stolicæ,in verbo, proponi,de re iudic.in sexto. ad quod accedit Bald. in d. capitulo cùm in iu-
re,& Abb.in consi.18.colu.2.versicu.& profectò, in secundo vol.& glo.in extrauag. execrabi-
* lis, de præben. atque in hanc sententiam * cõmuniter itum esse testatur Dec. in l.j.C. de mand.
princip.vbi hoc non habere locum ait in reseruatis Principi, ac speciale mandatum exigenti-
bus. & Angel.in consi.182. incip. Mandatum Principis. distinguit: Aut Cardinalis affirmat
sibi aliquid mandatum esse specialiter, quod principaliter est in præiudicium tertij, & tunc
nisi ostensis literis, ei fidem habendam non esse, Aut non; & tunc ei esse credendum. de qua
re uide Felin.in capitulo quod super his, de fide instrumen. Tamen pro negatiua parte mihi
uidetur tex. in extrauag. Bonifacij viij. incip. iniunctæ. vbi habetur, nemini se esse legatum
19 † asserenti esse credendum. & ibi glo.idem confirmat. An autem se esse delegatum asseren-
ti credatur? Abb.in dicto capitulo quod super his, affirmatiuam sententiam approbauit. de cu
ius documenti ueritate uideatur Felin.ibidem, & in dicto capitulo cum in iure. sed text. vide-
tur clarus in d.extrauag.vt non credatur, nisi fortè respondeatur, eam in illa generalitate Car-
dinales non includere, vt ait Barto.Belenc. Auditor Rotæ, in tracta. de charit. subsid.dicens,
se præsente iudicatum fuisse,d.extrauag. iniunctæ,Cardinales non complecti.sed quicquid sit,
tutius est, ut omninò mandati literæ ostendantur.

Bart.in eadem l.& columna,versiculo procedo in glo.quærit, si contra iurisdictionem iudi-
20 cis aliquid fuit oppositum,& hoc non obstante † iudex processit in causa, & sententiam pro-
tulit, vtrum huiusmodi sententia ualida sit? & respondet glos. eam uiribus esse subnixam. id
quod Bartol.intelligit, quando partes sciebant, eum esse iudicem incompetentem: alioqui
verò, si ignorabant, vel dubitabant. Et posteà subiungit Bar.ẽt si ignorassent, & dubitassent,
tñ si iudex pronunciauit se iudicem competentem priusquàm ad ulteriora procederet, valere
sniam,neq; amplius disputari posse de errore,vel dubietate partiũ.hæc Bar.Ad quæ uide Dec.
in c.si duob.col.4.de appel.Attende tñ,qñ hæc differentia,quam facit Bar.inter casum,in quo
iudex non obstante declinatoria exceptione processit ad ulteriora, & casum in quo se compe-
tentẽ iudicem pronunciauit,non vr iure posse subsistere,ex ijs quæ docuit Ang. in consi. 217.

colum.2.

colum.2.vbi ait, iudicem, qui ad ulteriora procesſit, non obſtante declinatoria, tacitè cenſeri illam exceptionem reieciſſe: quia incompasſibilis eſt. idque etiam, ſi id in ſpecie non pronunciauerit. De qua re vide Feli.in c.ſuborta,de re iud.& eundem Bar.in hac eadem.l.infra in 2. lectura,col.pen.Item limita illud Bar.documentum,ſi tamen verum eſt,vt nō habeat locum, quādo iudex pronunciauit ſe iudicem competentem ex reſcripto, quod tamen nunquam à curia emanauit: quo niam huiuſmodi pronunciatio nihil operatur;& nunquam tranſit in rem iudicatam.Feli.in d.c.ſuper his,de fid.inſtr.col.18.in 9.fall.Et ad prædicta per Bar.vide, quæ pono in lucubrat.ad eundem Bar.in hac.l.Ex quacunque,infra in ſecunda lectura. Quærit deinde Bart.

21 in eodem loco,quid ſi huiuſmodi † iudex procedit contra cōtumacem? Reſpondetque, ſi pronunciat ſe competentem priuſquàm ad vlteriora procedat,ſententiam hāc facere ius cōtra ipſum contumacem, alioqui uerò non; quia ueniens poteſt dicere,illum non eſſe ſuum iudicem. Attende,quoniam hoc Bartoli documentum videtur ueritate carere.Nam ratio,cui Bar.in præcedenti caſu innititur,ſcilicèt,quare pronūciatio competentiæ noceat,illa eſt,quia ex quo partes ſcierunt & conſenſerunt, videntur iuriſdictionem eius prorogaſſe. ſed contumax non conſentit,& conſequenter non prorogat,ideò à ceſſante ratione per Bar. allata, ceſſare debet etiā ipſius collectio.c.cùm ceſſante,de appell.vide Aret.in conſi.264.col.5.Felin.in d.c. ſuper his, colum.penul.in 2.fallen.Philip.de Peruſio in c.ſi duobus,colum.5.de appell.& Alexan.in l.j. in principio col.pen.ff.de feri.

22 Bar.in d.l.col.3.verſ.quæro aliquis Florentinus,tradit,ſi forenſis † citatur in aliqua ciuitate, eò quòd dicatur ibi contraxiſſe,& ipſe hoc neget,an ille iudex cognoſcere poſsit, ſit ne ſua iuriſdictio,an non? De hac re vide tu canoniſtas,in c.Romanam,§.contrahentes,de for.compet. in 6.Card.in conſi.116.Duo ſunt.col.2.verſic.Quid dico. & dum ibidem Bar. in verſi. venio

23 ad verſiculum,tradit,an reus † puniatur, quando actoris non intereſt eum uenire: vide tu Iaſ. in l.ij.§.fi.col.6.fallen.4.ff.de verb.oblig.vbi de hac re loquitur, & non citat Barto. hic: Et de his, quæ hoc in loco tradit glo.& Barto.vide Alexan.in conſi.92.colum.pen.in 1.vol. Et Aret. in conſi.162.col.3.in fi.

Summarium in d.l.ex quacunque in 2.lectura.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.

1 *An ille qui non eſt de iuriſdictione citantis teneatur comparere.*
2 *Actus, qui alioquin inefficax eſſet, ſuſtinetur propter honeſtatem perſonæ.*
3 *Sententiam latam contra regulam iuris dici expreſſum iuris errorem continere.*
4 *Iudex non poteſt cauſam cognoſcere, in qua ad eum aliquod commodum ſpectat.*
5 *Sententia iudicis cui incompetentia fuit obiecta, valida eſt: quia conſenſu partium videtur eius prorogata iuriſdictio.*
6 *Citatus ad locum non tutum, non tenetur comparere.*
7 *Iudex vtrum poſſit cognoſcere quando ei obiecta fuit ſuſpicionis exceptio.*

Bar.in ead.l.Ex quacunque in ſecunda lectura.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.

1 *Ille, qui poſitioni factæ reſpondet, poteſt iuuari.*

Bar. in l. j. ff. de eo per quem factum erit.

1 BART. in d.l.j. in princ. verſi. Et per hoc dico, inquit, eum, † qui poſitioni factæ reſpondet, ego credo propter perſuaſionem tuam, poſſe iuuari. Vide ad hoc Præpoſit. in c. Quod dicitis, col. 1. diſt. 16. Item dum ibi paulòpoſt ait Bar. me non teneri credere nuncio, qui mihi dicat, vt aliquid dem, vel faciam, niſi me certum reddat inſtrumento, vel teſtibus; vide Iaſ. in l. non ſolum. §. fi. in primo membro. in 6. q. ff. de oper. no. nunc.

Summarium in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fac. erit.

1 *An ſola citatione interrumpatur præſcriptio.*
2 *Præſcriptionis interruptio duplex eſt, alia ciuilis, & alia naturalis.*
3 *Præſcriptio etiam per litem motam coram iudice incompetenti interrumpitur.*
4 *Vbi præſcriptio ſemel fuit interrupta per ſuperuenientiam malæfidei, illa res amplius præſcribi non poteſt de iure canonico.*
5 *Præſcriptionis interruptio in uno articulo ad alium non extenditur.*
6 *Præſcriptio an interrumpatur per credulitatem malæfidei ſuperuenientem.*
7 *An ſola citatione actio perpetua fiat.*

Bar. in l. ex hoc edicto. ff. de eo, per quem fact. erit.

1 BART. in d.l. ex hoc edicto, in princi. tradit, an ſola citatione † interrũpatur præſcriptio? & diſtinguit, vt ibi per eũ. De hac re uide Alex. in conſi. 100. in 5. volu. vbi docuit ea, quæ requirũtur in caſibus, in quibus ſola citatio præſcriptionẽ elidit. & circa ſecundũ caput diſtinctionis

Bartoli

Bartoli. vide tex.in l.marito.§.quinquennium.ff.de adult.vbi Bar.vult sola citatione.immo sola productione libelli præscriptionē quinquennij à statuto inductā, interrumpi. sed ibi loquitur in criminalibus. & ibi Barto.differentiam facit inter ciuilia, & criminalia. Et circa tertium caput distinctionis, vide Areti.in consi.92.colu. 2. & Alex. in d.consil.100. Et pro pleniori huius materiæ intellectu, intelligendum est prescriptionis † interruptionem duplicem esse,aliam ciuilem, & aliam naturalem. Ciuilis verò multiplex est, glos.est not.in l.cùm notissimi.§. sed & si quis.C.de præscript.30.vel 40.ann. & præscriptio dum est in fieri, uno actu, interrumpitur,sed postquam est completa,non tollitur. Abb.in consi.94.in primo volu. Item præscriptio † etiam per litem motam coram iudice incompetenti interrumpitur, quia licèt iudicium sit nullum, tamen propterea quòd ex hoc superuenit mala fides, interrumpitur. Abb.in consilio 19.num.2.in 2.volu.uide eundem Abb. & Felin.in cap.illud, de præscript. Et per quos actus præscriptio interrumpatur,multaque alia ad rem facientia, vide apud Io.Mona.in tracta. nuncupato, Defensorium iuris,in §. contra præscriptionem. Bar.in l.naturaliter.ff.de usucap.Abb. in capitulo debitus, de appellat. & plenè in dicto c.illud,de præscript.vbi Felin. latissimè. & in hac re attende unum scitu dignum, scilicèt, vbi præscriptio semel † fuit interrupta per superuenientiam malæfidei, rem illam amplius præscribi non posse de iure canonico, alioqui uerò de iure ciuili. sed in materia peccati standum est iuri canonico. hæc Abb.in consi.3.num.10.in 2. volumine. Scias etiam cursum præscriptionis impediri à superueniente impedimento, non autem interrumpi: nam eo in casu præscriptio dormit durante impedimento tantùm. Abb.in c.cum nobis, de præscript. Item aduertendum est, præscriptionis † interruptionem in uno articulo ad alium non extendi. Abb.in c.cum ex officij, de præscri. & est bonus text. in c.cum olim,eodem titu.& in c.cum contingat, de decim. Innocen. in c.dilectus, de capel.monac. & quomodò interrumpatur præscriptio in corporalibus, docuit Abb.in c.cum dilectus, de consuetu. Et plenè de interruptione cuiusque præscriptionis uide apud Docto.in locis paulò antè memoratis. Et an præscriptio † interrumpatur per credulitatem malæfidei superuenientem, an uerò exigatur ut præscribens se esse in mala fide firmiter opinetur; vide Innocen.in c.fi.de præscri.Barto.in l.naturaliter,colum.2.versic.& ad hoc.ff.de usuca.& Feli. in capitulo vigilanti,versicu.& not. quòd si probaretur. de præscri. in quibus locis multa quoque alia ad rem facientia inueniuntur.

Bart.in d.l.ex hoc edicto, columna prima versiculo Quæro utrum hodie, tractat an † sola citatione actio perpetua fiat. De hac re uide Dec. not. in l.non uidetur cœpisse, in fin.ff.de regul.iur. & distinctionem, quam Bart.subiungit, sequitur Iaſ.in §.pœnales, colu.26. & sequen. institu. de action. vbi inter cætera concludit contra glo. quæ vult de iure ueteri cessare actionis perpetuationem.

Summarium in d.l.ex hoc edicto.§.sed & stipulator.ff.de eo per quem fac.erit.

1 *Eandem esse rationem si deficit actor, sicut si deficeret iudex.*

Bar.in d.l.ex hoc edicto.§.sed & stipulator.j.ff. de eo per quem fact.erit.

1 Bart. in d.l.hoc edicto.§.sed & si stipulator.j.ait,eandem esse † rationem si deficit actor, sicut si deficeret iudex. & ideò glo.refellit. Vide tu Aretin. in consi.162. & dum in §.sed & si stipulator,2. Barto.agit de contractu nullo ob non solutionem gabellæ: dicitque etiam si hæc nullitas à parte opponi non posset, nihilo minùs iudicem, si liquet contractum esse nullum,debere ex officio absoluere. vide Felin.in capitulo confirmauit,de testi. columna quinta. & in c. dilecti filij. columna 4.de except.in princ. & in versiculo Ad exemplum. Aretin.in consi.101. colum.fin.& in consi.128. colu.3.& in consi.sequ.colu.fin. & dum Barto. in d.l.hoc edicto,in fin.quærit,si aliquis exigit interesse contra impedientem,an agere possit ad quinquaginta contra fideiussorem: dicas,quòd hoc Bartoli documentum sequitur Aret.in l.§.Cato,col.1.uersic. tertiò.ff.de verb.oblig.

Si quis cautionibus.

Summarium in l.j.ff.si quis cautio.

1 *Quomodò mensuratio uiæ fieri debeat.*
2 *Mensuras publicas ciuitatum tenendas esse æneas vel marmoreas & in loco publico.*

Bar.in l.j.ff.si quis cautionibus.

1 BART. in d.l.j.versiculo sed quæro per quam uiam, tractat quomodo † mensuratio uiæ fieri debeat. Vide Alexand.in consi.21.in 4.vol.& Felin.in c.olim, de except. vide etiam Bar.in l.iij.ff.de verb.signifi.ubi tradit,quomodò de loco ad locum mensuratio fiat. vide eundem Bar.in tract.tyberiadis.& Ant.de Prato in consi.incip.Vniuersitas &
2 cõe. De modo mensurandi tradit etiã Bar.in l.medios.C.de suscep. & Archi.mensuras † publicas ciuitatum tenendas esse æneas uel marmoreas & in loco publico: mensuram autem æqualem esse debere,& in dubio standum esse mensuræ locorum uicinorum, habetur in c.ex parte, cum ibi trad.de censibus.

Summarium in l.exigimus.ff.si quis cautio.

1 *Casus superueniens excusat à pœna.*
2 *Casus an probetur iuramento.*

Bar.in l.non exigimus.ff.si quis caution.

1 BART. in d.l.non exigimus.§ quod diximus, inquit, casum † superuenientem à pœna excusare. & posteà subiungit quomodò casus probetur,an testibus, an iuramento. Tu in hac re dicas mirabilem modum probandi casum testibus esse, vt ille,qui casum patitur, faciat in loco illo testes examinari: nam illæ probationes etiam si factæ sint parte non citata, fidem faciunt coram iudice competenti: tex.est sing. secundum Bar.in l.ij.C.de naufrag.lib.11.& ita conclu
2 dit Io.de Anan. in c.3.de rapt.An autem † casus probetur iuramento; vide Nicol. de Neapol. in l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excusat.tut. & ad prædicta vide Federic.de Sen.in consi.114. & Alexand.in consi.53.& in consi.69. in secundo volu. Attende etiam quia casus liberat debitorem à debito,quando contingit causa ipsius creditoris. Raph.in consi.185.col.2. & dum Bar.ibi in uersicu. sed quæro,tractat, nunquid sufficiat, si probetur illo tempore tempestatem usque adeò magnam fuisse in mari, vt nauigari non potuerit; vide in simili Ang.in consi.140. incip.Quidam Matthæus, Philip.de Perusio in c. ex ratione, colu.19. & sequ. de appell. Et limita not.vt per Card.in consi.128.incip. In quæstione, quæ uertitur. & Feli.in c.venerabilis, col.3.versic.secundus casus,de iudic.Ad prædicta uide quæ pono infrà ad Bart.in l.si quis.§.an uero hæredi, de eden.

Summarium in d.l. non exigimus. §. simili modo.ff. si quis cautio.

1 *Impedimentum affectatum & procuratum non excusat.*
2 *Ille non tenetur de culpa, quæ non est ordinata ad illum finem.*
3 *Conatus an & quando sine effectu puniatur.*

Bar.in d.l.non exigimus.§. simili modo.ff.si quis caut.

1 BART. in d.l.non exigimus.§.simili modo.in primo not.ait,impedimentum † affectatum,
* & procuratum non excusare. Adde tu affectationem usque adeò esse legibus inimicam, ut* communiter traditum sit, eum, qui aliquid affectauit, omni prorsus priuilegio, & commoditate eius rei carere, quæ fuit affectata: ita Felin. in capitulo fin. de testibus. vbi multas decisiones memoratu dignas attulit. Roman. in singul.591.Angel. qui omninò uideatur in consilio 245.columna quinta. vide text.& ibi Bartol.in l.scire oportet. §. finali. ff. de tutor. & curato.dat. ab his. & Thom.Ferrat.in cautel.decimaoctaua. posteà Bart. in dicto §. simili modo, ait,ubi

ait,vbi culpa non fuit ordinata ad casum,vt detineretur ille,qui deliquerat,hoc ei non esse im-
2 putandum. Attende hoc sing.Bar.documentum,scilicèt eum † non teneri de culpa, quę non est ordinata ad illum finem:. De qua re vide glo. in c.statutum primo in uoce non audens, de rescript.in 6.Abb.in c.quia diuersitatem,in 3.not.de concess. præben. & in c. 2. de arbitr. & in c. intellegimus,col.2.de iudic.Anan.in c.continebatur,col. 1.& in c.ad audientiam, col.fi. de homic.Deci.in l.qui alio.ff.de reg.iur.Alex.in l.Marcellus.§.res quæ,colu. 1. ff. ad Trebell. & in l. quamuis,col. 3.ff.sol.matr.Et ad rem faciunt tradita per Ant.de Butr.in c.olim ex literis, col. 2. de rescript.& per Aret.omninò in consi. 147.col. 3.Bal.in c.fi.de elect.Soc.in consi. 146. colu. pen.in 1.vol.Feli.in suo epistolari responso posito post titulum de sententia excommunicatio-
3 nis.vbi agit,an & quando conatus † sine effectu puniatur. & ibi extollit tradita per Areti. in d. consi. 147.Et omninò vide eundem Feli.in c.de cætero,de homic.Et in c.quæ in ecclesiarum, col.23.in fi.de const.& in c.1.col. 3.& col.11.eod.tit.aliquid per Dec.in consi.624. Et Damasum in tract.de Brocardis,in 1.mẽbro,nu.42.vbi tradit, an & quando ille qui occasionem damni dat,damnum dedisse videatur. Vide etiam Cæpol.in consi.26.col.1.& in consi.23.col.4.& in consi.79.col.2.& Feli.in c.quoniam contrà,col.5.in vltimo notabili de probat. & in c. cùm inter,col.10.vers.limita tertiò,de except.& Præpo.in c.cùm enixa, col.fi.5.dist.

Summarium in l.sed & si quæsitum.ff.si quis cautio.

1 *Generalem renunciationem casuum fortuitorum non valere in iudicijs, alioquin verò si specialiter exprimantur.*
2 *Qui dicantur esse casus fortuiti.*
3 *Mors naturalis inter casus fortuitos numeratur.*
4 *Casus qui facto hominis contingunt, qui sint.*
5 *In iudicis renunciatio generalis non ualet, alioquin uerò in contractibus.*
6 *Generalis renunciatio quò ad omnes exceptiones præteritas ualet.*
7 *Exceptio nullitatis opponi potest ab illo, qui & iam in illo actu consensit.*
8 *Clausula generalis posita post casus specialiter enarratos ualet quando aliquis suscipit in se periculum casuum fortuitorum.*
9 *Quid operetur clausula generalis posita post species enumeratas.*
10 *Clausula generalis porrigi debet solum ad similia, siue minora expressis, non autem ad maiora.*
11 *Generalis renunciatio porrigi non debet ad casus insolitos.*

Bar.in l.sed,& si quis.§.quæsitum.ff.si quis caution.

1 Bart. in d.§.quæsitum,in principio.inquit, generalem renunciationem † casuum fortuitorum non valere in iudicijs,alioqui verò si specialiter exprimuntur.Et ibi in 1.not.subiungit, plus ualere specialem renunciationem,quàm generalem. De materia huius §.vide Soc.in cõs. 122.in 4.vol.Feli.in c.sedes,nu.9.de rescript.Bal.in consi. 4.in 1.vol.& Aret.in consi.39.col.f. Et ad prædicta vide etiam trad.in l.j.C.commod.& Ioan.And.& Abb.in c.vnico, de commod.
2 Quæro hic, † qui nam dicantur esse casus fortuiti? Salic.in l.quæ fortuitis.C.de pignorat.actio. ait,casus fortuitos quandoque facto naturæ,quandoque facto hominis contingere. & de contingentibus facto naturæ secundum eum est,tempestas maris,& grãdinis,nix insolita,feruor solis non consuetus, vis ventorum, terræmotus,naufragium,impetus fluminis, & huiusmodi ge-
3 nus alia. Ad quæ facit tex.in l.contractus,in fi.ff.de reg.iur.vbi probatur, etiam mortem † naturalem inter casus fortuitos annumerari. id quod etiam tenuit Bal.in l.j.in fin.C.de his,qui ad
4 liber.peru.non poss.vbi etiam Salic.casus † verò qui facto hominis contingunt, sunt, ut incursus hostium vel prædonum,& reliqua; ut per Salic.in d.l.quæ fortuitis.An uerò incendium sit casus fortuitus,latè tradit Salic.in d.l.j.Quæ autem differentia sit inter casum fortuitum, & improuisum,uide tex.gl.& Bal.in l.j.ff.de sicar.Ille enim dicitur casus fortuitus, quem non præcedit aliqua causa ab eo proueniẽs,cui casus ille uult imputari,alioqui uerò si præcedit,ut ibi per

Bal.

Bal. Et multa scitu digna, & ad rem facientia, vide etiam per Ang. in d.l. quæ fortuitis, & Alex. in cons. 173. Visis & accuratè, in lib. primi & secundi. vol.

5 Bar. in d.§. quæsitum, quærit cum gl. quare est quod in iudicijs† renunciatio generalis non valet, alioqui verò in contractibus. aitque æquitatem prætoris non pati, ut aliquis sub uerborũ inuolutione decipiatur. Ad hoc vide Abb. in consi. 124. col. fi. in vltimo dubio, in 2. vol. Et dũ
6 ibi paulò post in versiculo opp. extra glo. Bar. inquit, generalem † renunciationem quò ad omnes exceptiones præteritas ualere, alioqui verò quò ad futuras. vide ad hoc Alex. in cõs. 133. in 5. vol. vbi habetur, quid promissio omni exceptione remota operetur, & maximè cum iuramento tàm quò ad præteritas, quàm ad futuras exceptiones. vide etiam Aret. in consi. 33. col.
7 fi. Et attende, exceptionem † nullitatis opponi posse ab illo, qui etiã in illo actu consensit. Alex. in consi. 123. in 1. vol. Ad prædicta vide Feli. in c. si diligenti, nu. 18. cum seq. de for. comp.
8 Bar. in d.§. quæsitum, col. 3. versi. si verò quosdam casus enumerauit, inquit, clausulam † generalem positam post casus specialiter enarratos ualere, quando aliquis suscipit in se periculum casuum fortuitorum. Vide Abb. ad hoc in consi. 28. in 1. vol. & in consi. 72. in 2. vol. Alexan. in consi. 42. colu. 5. in 1. vol. & in consi. 31. in 2. vol. & Raph. Cuma. in consi. 432. vbi ponit etiam quando iuramentum interueniisset. & Alex. in consi. 133. in 5. vol. Ang. de Aret. in tract. male-
9 ficiorum, in voce, Hæc est quædam inquisitio, col. 4. Fulg. in cons. 193. Et quid operetur † clausula generalis posita post species enumeratas, vide Abb. in c. dilecto de offi. Archid. quamuis illa sit lectura Ant. de Butr. Et dum Barto. in d.§. quæsitum, ait, huiusmodi clausulam generalem
10 † porrigi debere solũ ad similia siue minora expressis, non aũt ad maiora: De hac re uide Alex. in consi. 117. in 1. vol. & Abb. Feli. & Dec. in c. sedes, de rescript. Subiungit deinde Barto. eum, qui in se suscepit pericula casuum fortuitorum, non teneri si casus insoliti, & non consueti contingunt. Et iuramentum ait, non referri, nisi ad illos casus, ad quos refertur etiam renunciatio; ita quod si casus insoliti non comprehenduntur, neque uirtute iuramenti continebuntur. & ita ex hoc Bartoli documentum concludit Alex. in consi. 28. Visis accuratè, col. pen. in 1. volum.
11 Et generalem renunciationem † porrigi non debere ad casus insolitos, tradit idem Barto. in l. Scio. §. medico. ff. de annu. lega. Accedit Iaſ. in l. certi conditio. §. si nummos, colu. 5. versiculo secundò. ff. si cert. petat. Felin. in cap. cùm. M. colum. 4. de const. & in d. cap. sedes, colum. 2. & ad rem faciunt trad. per Iaſ. in l. fi. col. 6. in 4. limit. ff. de const. princ. ubi ait, beneficia insolita principum, non esse latissimè interpretanda. vide etiam ad prædicta Dec. in cons. 7.

Summarium in d.l. sed & si quis. §. item quæritur. ff. si quis cau.

1 *Notarios solitos esse in instrumẽtis ponere, quòd talis sciens, vel ex certa scientia et reliqua. ex quibus verbis excluditur erroris exceptio.*
2 *Scientia quando præsumatur.*

Bar. in d.l. sed & si quis. §. item quæritur. ff. si quis caut.

1 Bart. in d.§. item quæritur, in fi. ait, notarios † solitos esse in instrumentis ponere, quòd talis sciens vel ex certa scientia, & reliqua ex quibus verbis excluditur erroris exceptio. *Vide* Alex. in consi. 4. col. 6. & in consi. 42. super præmisso. col. 3. in 1. vol. & in consi. 53. col. 6. nu. 9.
2 in 3. vol. & omninò in consi. 133. col. pen. in 5. vol. vbi tradit quando scientia † præsumatur. vide etiam eundem in consi. 41. in fin. eod. vol. 5. Aret. in l. si dari. ff. de verb. oblig. Soc. in cõs. 40. col. 3. & in cons. 159. col. 6. & Curt. in cons. 48. col. 12. & 19.

Summarium in l. & si post tres. ff. si quis caut.

1 *Vbi est dies & pœna, non admitti purgationem nisi in stipulationibus prætorijs & iudicialibus.*
2 *Purgatio moræ an liberet aliquem ipso iure, vel ope exceptionis.*

Bar. in l. & si post tres. ff. si quis caution.

1 Bart. in d.l. & si post tres, col. 2. versi. Tu dic, ait, vbi est dies, † & pœna, non admitti purgationem

gationem nisi in stipulationibus prætorijs, & iudicialibus. vide in simili casu. Bar. in l. 4. §. Cato, uer. opp. decimò. ff. de uerb. oblig. vbi Ias. col. 15. uers. circa ergo.

2 Bar. in d. l. Et si post tres, in fi. tractat, an purgatio † moræ liberet aliquem ipso iure, uel ope exceptionis. De hac re vide gl. in l. assiduis. C. qui potio. in pignor. habean. & tradunt Bart. Ias. & Dec. in l. si in insulam. ff. de uerb. oblig.

Summarium in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

1 *Subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur.*
2 *Dos succedet loco legitimæ.*
3 *Quando aliquid dicatur subrogatum, & quid sit eius effectus.*
4 *Quemadmodum alienatio rei litigiosæ inualida est, ita et alienatio rei in locum eius subrogatæ, irrita est.*
5 *Dictio præter, an ponat, an non.*
6 *Dictio præter, & dictio contra, æquiparantur, ubi aliquid datum est pro forma.*
7 *Dictio nisi, quid significet.*
8 *Inducta ad diminutionem, non solent augmentum operari.*

Bar. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.

1 Bart. in d. §. qui iniuriarum, in 1. not. ait, subrogatum † sapere naturam illius, in cuius locum subrogatur. Vide tu vnum casum, quem ponit Bal. in c. præsentata, col. fi. de testi. vbi subrogatum simpliciter nõ sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. Et de hac re vide Aret. in consi. 58. col. 6. & in consi. 163. col. 5. & in l. pen. col. 2. ff. de uulg. & pupill. Ang. in consi. 31. col. pen. Bar. in l. pater filium, in repet. col. 7. C. de inoff. testa. Alex. in consi. 13. col. antepe. in 3.
2 vol. dum loquitur de dote, † quæ in locum legitimæ subrogatur. & in consi. 52. colu. 2. eod. 3. vol. Anchar. in consi. 244. Paul. de Cast. in consi. 131. in fi. Rom. in consi. 36. Soc. in consi. 195. in 1. volum. Dec. in consi. 3. col. fi. & aliquid in consi. 40. col. fi. & in cons. 53. Feli. in cap. licèt ex suscepto, de for. compet. & cap. cùm accessissent. col. 8. de const. & in c. ad audientiam, secundo in principio de rescript. Limita tamen istam regulam procedere tantùm quò ad naturam naturalem, alioqui verò quò ad naturam accidentalem. text. est vbi habetur exemplum in l. item ueniunt. §. cùm prædiximus. ff. de petit. hæred. quem extollit Rom. in sing. 478. Rursus limita eam non procedere in casu. l. si ipsa res. ff. quod. met. cau. Item limita eam non habere locum quando militat diuersa ratio in subrogato. Alex. in consi. 106. in 3. vol. Rursus limita eam, vt per Abb. in d. c. licèt ex suscepto, col. pen. quem ibi sequitur Feli. dicens se alias quoque limitationes ponere in c. ecclesia. j. vt lit. pend. Denique de materia huius regulæ vide Ias. & latissimè Ludouicum Gomesium Hispanum in. §. fuerat, inst. de action. vbi declarat, & limitat, ut ibi
3 uidere est. Et quando aliquid dicatur † subrogatum, & quis sit eius effectus, vide Bar. in l. inter stipulãtem. §. sacram. ff. de uerb. oblig. & quot modis fiat, habes in l. j. §. hæc actio. ff. si quis test. lib. ess. iuf. fue. vbi etiam habetur, an & quando sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur. & in l. creditori. ff. de leg. 1. & in l. certi conditio, vbi doct. ff. si cert. pet. Et attende, quòd subrogatio, quæ fit à iure in locum alterius rei, quę res haberi nõ potest, sapit naturam ipsius. & ideò
4 quemadmodum alienatio † rei litigiosæ inualida est, ut in l. fi. C. de litig. ita & alienatio rei in locum eius subrogatæ irrita est: vt tradunt Abb. & Doct. in c. Ecclesia. ij. vt lit. pen. ad rem faciat. c. dilecto, cum ibi trad. de testi. Non est silentio prætereundum in hac re, subrogatum in alterius locum habere non posse maiorem potestatem, neque exercitium, quàm habeat is, in cuius locum subrogatus est. Ang. in consi. 92. citat. l. suggerente. C. de off. eius. Scias etiam aliquem in locum alterius subrogari non posse ad exercendum aliquod officium, nisi ille principaliter idoneus sit ad illud. Feli. in capitulo primo de summ. Trinit. Dec. in l. si eadem. ff. de offi. assess. An autem subrogatus in locum alterius iudicis, seruare debeat statuta propria, an illius, in cuius locum est subrogatus? Et vtrum licita sit appellatio à sententia per eum lata, quando prohibita esset à sententia illius, cuius loco facta est subrogatio? Vide Socin. in consil. 195.

colum.

columna prima in primo volumine. vbi tenet id licere.

1 Bar.in d.§.qui iniuriarum,colum.2.verſic.ex præmiſsis, quærit, an iſta vox,Præter,† ponat, an non.Tu diſtingue,ut per Abb.in c.dudum,nu.16.cum ſeq.de elect.& vide plenè apud Barb. in c.cùm.M.col.35.& ſeq.de conſt & in c.ſi quis presbyterum,col.pe.de reb. eccleſ. nõ alien. & Iaſ.inſtit.de action.in princ.& Mar.Soc.iuni.in conſi.37.num.12.vbi tradit quando iſta uox

4 ſtet incluſiuè, vel excluſiuè. Item ſcias uocem,præter,† & uocem contra, æquiparari, vbi aliquid datum eſt pro forma. Feli.in c.cauſam quæ.nu.49.de ſent.& re iud. Et de huius uocis ſignificatione,vide Alber.in auth.quod ius.C.de procur. Bar.in l. Seio.§. vxori. ff.de annu.lega. & in l.actione.C.de tranſact.& in l.fundo.ff.de adimen.lega.& in repet.l.Cæſar.ff.de publi. vide etiam trad.in l.ſed & hæc.§.Prætor.ff.de procur.& in l.j.in fi.ff.de pignor.actio.

7 Bar.in d.§.qui iniuriarum,colum.3.verſi.venio ad dictionem, niſi,† proſequitur huiuſce uocis,niſi,propriam ſignificationem. De qua re vide Bart.Iaſ. & Dec.in l.actione. C.de tranſact. Ang.in conſi.337.Et inter vocem,niſi,& uocem,ſi non,ea eſt differentia teſte Angel. in conſi. 238.quòd vox,niſi,facit actum purum,ſed reſoluendum per cõditionis euentum,Et uox,ſi nõ, facit actum eſſe conditionalem, ut declarat Angel. in d.conſi.Et de huius uocis ſignificatione vide tex.not.in l.ſi feriatis.ff.de feri.glo.magna in l.ij.ff.de in diem adiect.Alber.in l. uenditor. §.ſi conſtat.ff.commu.prædi.Bar.in l.fundum.ff.de admi.lega.& in l. Diuus.ff.de petit. hæred. Et vbi hæc vox ponitur inter potentiam & actum,non diſponit.l.Titia.§.fi.ff.de manumiſſ. teſta.Et quoniã Bart.in d.loco,de quo agimus,laborat circa illius §.fi.intellectum,ideò cogita,ſi dici poſſet,conditionem illam, niſi rationes excuſſeris,liber ne eſto: propterea non ponere ne

8 que quicquàm diſponere,quoniam inducta † ad diminutionem,non ſolent augmentum operari.l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega. Et ita videtur conijci poſſe ex verbis poſitis in fin. dicti. §.fi.ibi,Ex his verbis libertatem adimi potius,quàm dari. illa enim regula,ſcilicèt, inducta ad diminutionem,non debere augmentum operari,præcisè militat quando nulla diſpoſitio præcedit,ſecundum Ang.in l.Proculus.ff.de uſufr.& ita eſt in d.§.fi.vbi nulla diſpoſitio præcedebat,ſed omnia uerba ademptionem ſignificabant. Et iſte videtur eſſe verus & proprius intellectus.d.l.Titia.§.fi.niſi fortè reſpõdeatur,collectionem illam de diminutione ad augmentum non procedere quando uerba illa nihil operarentur, & inania forent: nam eo caſu diſponunt. tex.eſt not.in l.denique.§.interdum, & ibi docto.ff.de pecul.facit ad rem d. l. Proculus. Et ita tenet etiam Iaſ.in l.Centurio.num.57.ff.de uulg.& pupill.ſed ſic eſt,quòd illa uerba in d.§.fin. nihil operarentur,ergo &c. Tamen replicari poteſt,illa uerba,niſi rationes excuſſeris, liber ne eſto: operari potentiam acquirendæ libertatis redditis rationibus,ſed non actum;quia ex quo ex illis verbis adempta erat ſola potentia,ideò uox, niſi, ponit etiam ſolam potentiam, & non actum. Et ideò ſtat prædicta ſolutio per nos conſiderata. Et ad prædicta de ſignificatione huius uocis,niſi,uide Iaſ.inſt.de actio.in princ.col.1.& 2.

Summarium in l.j.§.ſed ſi prætor.ff.de feri.

1 *Ferijs renunciari poteſt.*
2 *Feriarum tempora an proſint eis, qui occupati non ſunt in meſſibus.*
3 *Quæ nam feriæ ſint attendendæ.*
4 *Ferijs repentinis renunciari non poteſt.*
5 *An liceat piſcari propter neceſſitatem alimentorum diebus feſtiuis.*
6 *Tres ſunt ſpecies feriarum.*
7 *Tempore feriarum an poſſint teſtes examinari.*
8 *Ille qui renunciat omni beneficio ſuo, non intelligitur renunciare beneficio futuro.*
9 *Sententia nulla an poſſit conſenſu partium confirmari.*
10 *Sententia nulla an poſſit confirmari à iudice appellationis, quando de iuſtitia ipſius conſtat ex actis.*
11 *Si conſentientibus partibus ſententia proferatur contra primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, nullius eſt roboris & momenti.*

Bar.

Bar.in l.j.§.ſed ſi prætor.ff.de feri.

1 BART. in d.§.ſed ſi prætor,colligit ex iſto tex.& glo. ferijs † renunciari poſſe. ſubiungitque huiuſmodi renunciationem, de ferijs præſentibus eſſe intelligendã,niſi aliud exprimatur. Ad prædicta,ſcilicèt ferijs renunciari poſſe,vide Alex.in conſi.178.Viſo themate,in libro in quo primi & ſecundi uol.conſilia continentur.& in conſi.42. In caſu & li
2 te.in 3.vol.Feli.in c.fi.col.pen.de conſt.An autem feriarum † tempora proſint eis, qui occupati non ſunt in meſsibus? Bar.in l.j.C.de agricol.& cenſ.lib.11.tenuit,non prodeſſe. Contrariũ verò docuit Innoc.in c.fi.de feri.ſed Specul.eod.tit.§.1.verſi. Item nota quod feriæ,ait, ferias etiam alijs quàm ruſticis & colonis prodeſſe,vt militibus,artificibus,& alijs,qui licèt ipſi meſsibus non intendant,tamen per alios occupantur,qui eorum nomine meſsibus uacant. Et hoc modo defenditur Innoc.documentum,ut procedat in ijs,qui per ſe,vel per alios occupantur: alioqui verò in alijs. atque ita de illis dicta Bartoli intelligantur. & ſic prædictas opiniones ad cõcordiam reducit Firma.in tract.de epo.in 1.par. col.pe. Tamen mihi vr uerior eſſe ſententia, ut feriæ omnibus indiſtinctè prodeſſe debeant: quia, licèt aliqui neque per ſe, neq; per alium ipſis meſsibus uacent,tamen lis ex ſolo eorum interuentu expediri non poteſt, opus enim eſt uti aduocatis,procuratoribus,teſtibus,& notarijs,qui omnes,vel ſaltem aliqui eorum occupã-
3 tur in meſsibus. Sed hic quæritur,quæ nam feriæ † ſint attendendæ an litigantium, an verò illius loci,in quo iudicium agitur? vide Abb.in c.fi.de feri.& in c.fi.de iudic.Et quæ ſint ferię, & quo modo earum tempore agi poſsit,vide glo.in voce,Vindemiam,in c. ſignificauit, de iudic. & Specul.in 2.par.tituli de feri.§.1.Et quid in eis agi poſsit, & non, & quibus ferijs renunciari poſsit.eod.tit.§.3.& Alex.in conſi.334.Viſo proceſſu,in libro in quo primi & ſecundi vol.con
4 ſilia continẽtur. Et ferijs † repentinis renunciari non poſſe docuit glo.in clem. ſæpe, de uerb. ſignif.ſunt etiam inductæ ob publicam utilitatẽ, & ideò ferijs in honorem Dei æquiparantur, quibus renunciari non poteſt.l.fi.C.de feri.& de iſtis ferijs repentinis habetur. in l.j. & in nonnullis alijs legibus,in d.titu. C.de feri. Pacta tamen, & tranſactiones fieri poſſunt etiam tempore dictarum feriarum, vt habetur in d.l.fin.& vide Petr.de Anchar.in cap. 1.de fer.Et an liceat
5 † piſcari propter neceſsitatem alimentorum diebus feſtiuis,Abb.in c.licèt,de feri. vbi id licere ait. Sed ibi Bal.excipit maiores feſtiuitates anni. An tempore feriarũ in honorem Dei, valeant actus uoluntariæ iuriſdictionis,vt eſt,emancipare:Specul.in tit.de feri.§.ſequitur,verſi.Quid ſi. & vide Federi.in conſi.11.12.& 13.& Abb.& alios in d.c.fin.de fer.& in d.c.fin. de iudic. Et
6 tres eſſe † ſpecies feriarum tradidit glo.2.in d.c.fi.de fer. An feriæ in honorem Dei aliquo caſu tolli poſsint ſtatuto vel conſutudine; vide in Speculo Aduocatorum.in 16. diſt.nu. 44. An & quando non obſtantibus ferijs propter meſſes dari poſsit libellus,ſiue aliter procedi. Feli.in c.
7 ſignificauerunt,de iudic.An.d.tempore poſsint † teſtes examinari; Bal.in conſi.6.in 1. volum. & in conſi.2.in 2.vol.in Mediolanenſi impreſsione.in quibus locis tradit etiam, an talis renunciatio iudici noceat,ita ut tempore feriarum procedere teneatur. Et an renuncians ſimpliciter ferijs, uideatur eis renunciare etiam in cauſa appellationis, vide Alexand.in conſilio quadra-
8 geſimoprimo. columna fin.in quinto volumine. vbi ait, eum qui renunciat † omni beneficio ſuo, non intelligi renunciare beneficio futuro, &-quod non dum pertinebat ad eum. Bald. in conſi.47.in primo volumine.& in conſi.374.in 5.vol. Et utrum renunciari poſsit? vide Barb. in conſi.12.col.4.in 1.uol.& in conſ.42.col.14.in eod.uolu. & Alex. in l. hac conſultiſsima.§.ſi quis dotem.col.3.C.de teſta.

9 Bar.in d.§.ſed ſi prætor,propè fi.quærit,utrum ſententia † nulla poſsit conſenſu partium confirmari? uide Feli.in c.tertio loco, de præſcrip.& in c.ſunt & alij,col.2.& 3. de reſcript. & in c. ſignificaſti,col.3.de for.comp.Et conclude eam conualidari non poſſe in uim ſententiæ,ſed in uim pacti:vt tradunt Doct.in l.ij.C. cõm.utr.iudic.& in l.j.C.qui pro ſua iuriſd.Et propterea licèt renunciatum eſſet appellationi,tamẽ ſententia illa exequi non poſſet. Aret.in conſi.56.An
10 autem ſententia † nulla confirmari poſsit à iudice appellationis,quando de iuſtitia ipſius conſtat

ſtat ex actis: idque fieri poſſe ait Alex.in conſi.67. & in conſi.73.colum.fi.& omninò in conſi. 181.colum. fin. in 6.volum. & Dec.in conſi.449.Quid ſi conſentientibus partibus † ſententia
11 proferatur contra primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam? Reſp.eam nullius eſſe roboris & momenti.glo.eſt ſing.in l. ſi diuerſa, vbi Iaſ.C.de tranſact.de cuius rei veritate, vide Io.Bap Caccialupum,in tract.de tranſact.in 9.quæſt.nu.5.Iaſ.in l.ait prætor.ſecunda §.ſi damnetur.ff.de iureiur.& in l.duobus reis.§.Idem Pomponius.ff.eod.titulo.& Feli.in c.inter monaſterium.nu.20.cum ſeq.de ſent.& re iud.vbi ait huiuſmodi ſententiam communiter non ualere: hoc tamen locum non habere in multis caſibus,ut ibi per eum. Immo ſi is,contra quem lata fuit ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam,ſupplicat Principi,ut retractetur & reuideatur, non ſolùm caret impetratis,ſed etiam efficitur infamis.tex.eſt not.in l.fi.C.vt lit.pend.quem declara,ut per Caccialupum in d.tract.de trāſact.q.27.vide Iaſ.in l.ij.C.vt lite pend. Et quòd ſententia nulla confirmari non poſsit conſentientibus partibus, niſi in uim pacti, vide quæ poſui ſuprà ad Bar.in l.obſeruare.ff.de off.Proconſ.

Summarium in l.eadem oratione. ff.de feri.

1 *Atrox iniuria ex aſpectu extimari poteſt.*
2 *Quæ ſit atrox iniuria, vel delictum.*

Bar.in l.eadem oratione.ff.de feri.

1 Bart. in d.l.eadem oratione,ait,atrocem † iniuriam ex aſpectu æſtimari poſſe. vide Aret. in conſi.143.col.10.Hoc enim relinquitur arbitrio iudicantis. Feli.in c. cùm illorum. nu.15. de ſent.excomm.habetur.in §.atrox.inſt.de iniur.& apud Io.Monac.in trac. nuncupato Defen
2 ſorium iuris,in §.Contra priuilegium. Et quæ ſit atrox † iniuria, uel delictum,vide Bar.in l.non ſolùm.§.ſi mandato meo.ff.de iniur.& Salic.in l.non ideo minùs.nu.11.C.de accuſat.& Feli. in c.at ſi clerici.nu.29.de iudic.Adde quod nam ſit delictum horrendū,& huiuſmodi crimina cōmittentes multa pati ultra ea, quæ communiter à legibus permittuntur, ait Barbat.in tract.de præſtan.Card.in 9.quæſt.primæ par.nu.6.

Summarium in l.more. ff.de feri.

1 *Dies incipit à meridie, & in alia media nocte finitur.*
2 *Vbi dies ponitur ad differentiam noctis, tunc incipit à ſolis ortu, & deſinit in occaſum ſolis quo tempore incipit nox.*

Bar.in l.more.ff.de feri.

1 Bart. in d.l.more,colligit in ſumma,diem † incipere à meridie,& in alia media nocte finiri. uide aliquid apud Bal.& alios in c.Ego N.de iureiur.& Aret.in l.qua ætate.ff.de teſta. Et an & quando dies eſſe dicatur, quod eſt utile ſcire, nam ſtatuta ſolent aliquando augere pœnam criminis perpetrati tempore noctis: & ideo dubitari ſolet, ſi aliquis hominē trucidauit in crepuſculo,quando erat aliqua claritas,nondum tamen ortus erat Sol,quid iuris ſit. uide *Bar.in l.* aut facta.§.tempus.ff.de pœni.Io.And.Ana.Barbat.& Abb.in c.ſi perfodiens,de homic. & Iaſ.
2 omninò poſt Bar.in l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& poſthu.Attēde tamen † ubi dies ponitur ad differentiam noctis,eum incipere à ſolis ortu,& deſinere in occaſum ſolis,quo tempore incipit nox.tex.eſt ualde not.in l.j.uerſi.Nec uerò,ubi Bal.C.de cuſt.reor.& ibi Bart.remittit ad dicta per eum in d.l.aut facta.Et de hac re uide Alber.in opere ſtatutorum,in 2.par.cap.19.Et omninò Bar.qui egregiè loquitur in l.qui duos.§.hęc conditio.ff.de manumiſſ.teſt.& quæ ibi poſui. Et de materia.l.more, uide Felin.& Barbat.in cap.conſuluit,colum.15.& ſequ.de offic.deleg. Feli.in capitulo Eccleſia ſanctæ Mariæ,colum.16.de conſt.& aliquid in cap.in cauſis, colum.1. in 2.not.de teſti.& Feder.de Sen.in conſ.44.Quo autem ad diuina officia quādo dies incipiat, vide tex.& glo.in cap.fin.de feri.& in cap.Alma mater,de.ſent.excomm.in 6.& text.cum glo.

& ibi

& ibi Archid.in c.quod à patribus.75.dist.& Archid.in c.1.de consecr.dist.3.& in d.c.quod à patribus,tradit etiam quomodo dies sumatur quò ad ordinum collationem. & in c. literas, de temp.ordi. Quò ad indulgentiam uerò dies incipit à primis uesperis, & finit in alijs.cap.fin.§. adijcimus,de sent.excõm.in 6.Quo uerò ad esum carnium, dies incipit post cœnam.c. esu carnium,de consecr.dist.iij.Quò autẽ ad obseruationem treguæ, incipit ab ortu solis.c.1. de treg. & pac.Feli.in d.c.consuluit.

Summarium in l.fi.ff.de feri.

1 *Quælibet probatio quæ datur ad probandum,est peremptoria.*
2 *Prima dilatio datur cum leui causæ cognitione, secunda uerò dari debet causa cognita.*
3 *Dilatio data reo potest abbreuiari,ac etiam in totum tolli, si de eius fuga dubitatur.*
4 *Ille,qui primam dilationem petijt, & in ea fuit impeditus,debet in secunda dilatione restaurari.*
5 *Si iudex absque aliqua causæ cognitione secundam dilationem concessit,nunquid ualida sit.*
6 *Dilatio data ante litem contestatam censetur peremptoria.*

Bar.in l.fi.ff.de feri.

BART. circa summam ipsius.l. fi.dicit, quòd illa.l. se ipsam summat. Ad hoc vide aliquid apud Bald.in consi. 3.in 2.volu.Et dum ibi paulòpost subiungit Bar.quamlibet probationem,
1 † quæ datur ad probandum,esse peremptoriam. vide Abb. & Feli. in c. licèt causam,colu. 3.de probat.& tex.in c.2.vbi glo.& doct.de dilatio.Bar.in l.Titia.§.vsuras.ff.de lega. 2. & in l.cessante.C.quomod.& quand.iud.Feli.in c.pastoralis,uersi.dum dicit,de except.Et ideò Bar. in l.si finita.§.Iulianus,col. 2.versi.quæro dixi quòd regulariter,ait,in dilationibus probatorijs non esse necesse,vt illa vox,peremptoriè,apponatur.cõtrarium videtur sentire Bal. in auth. iubemus. C.de iudic.vide Feli.in d.c.pastoralis,vers.dum dicit Abb.

2 Bart.in d.l.fi.col.1.inquit,primam † dilationem dari cum leui causę cognitione, secundam uerò dari debere causa cognita. Ad hoc vide glo.not.in c.2.de dilat.in fi.Abb.in c. quoniam cõtra,col.9.de probat.& in cons.64.in 2.vol.Bar.in l.cessante.C.quomo.& quan.iud. Feli.in cap. vltra tertiam,colum.4.versi. Quintò not.de testi.& in cap. pastoralis uersic. Dum dicit, de except.Et dum Bar.in d.l.fi.deinde quærit, circa quæ uersetur ista causæ cognitio in dilationibus concedendis,Vide hac de re Ant.de Butr.in d.c.ultra tertiam,& Alex. in consi.65. colu.1.in 1. uol.& in consi.183.Habita super contentis,col.2.nu.15.cum seq. in lib. in quo primi & secundi uol.consilia continẽtur,& omninò in consi.101.Visis omnibus,in 5.uolu.& & Salic.in l.j. C. de dilat. Bal. pulchrè in consi.434.in 4.uolu.& in consi.33.in 5.uol. secundum impressionem Mediolanen.& Rom.in consi. 496. in secundo dubio. In hac re attende unum memoratu di-
3 gnum,dilationem datam † reo posse abbreuiari, ac etiã in totum tolli, si de eius fuga timetur. Paul.de Castr.in singul.19.

4 Bar.in ead.l.& col.uersi.Videamus,ait,eum,qui primam dilationem † petijt, & in ea fuit impeditus,debere in secunda dilatione restaurari. & ponit exemplum in eo, qui fecit iurare testes. Tu dicas hanc Bartoli opinionem uideri ueritate subnixam, quamuis Bal.in l. admonẽdi. col.5.ff.de iureiur.dicat contrarium in facto seruari.de qua re uide aliquid apud eundem Bal. in c.ultra tertiam,de testi.& plenè Alex.in d.l.admonẽdi.& huius decisionis meminit idẽ Alex. in l.si ita essem stipulatus,colum.1.in fin.ff.de uerb.obligatio.uide Feli.in d.cap. ultra tertiam, colum.4.uersic.6.not.Et quo modo,& qua causæ cognitione præcedente ista secunda dilatio concedatur,uide omnino quæ posui suprà in præcedenti lucubratione,quæ ad rem hanc optime faciunt. Et dum Bar.in d.l.fi.col.2.prosequitur dilationis concedendæ materiam, & ait, in uersiculo præterea,si in causa appellationis admitteretur ad probandum,quare non hic? Vide
5 Rom.in consi.226.col.fi.Posteà Bar.ibi quærit,quid si iudex † absque aliqua causæ cognitione secundam dilationem concesit, nunquid ualida sit? uide Feli.in c.pastoralis, colum.9.de
6 excep. & Ias.in l.iij.ff.de iureiur.Et dum ibi Bar.paulòpost inquit,dilationem datam † ante litẽ

conte-

De edendo.

conteſtatam cenſeri peremptoriam,& citat Specul.vide Feli.in c.licèt cauſam, colu.3.& 4.de probat.& in c.cùm ueniſſent,col.pen.in fi.de teſti.Quærit deinde Bar.in d.l.fi.col.3.in fi.quomodo fieri debeant probationes in crimine adulterij, cum in eo dilatio non concedatur. Vide tu de hac re Paul.de Caſtr.in l.fin.in fin. C.qui admitt. & ibi Alex.& Felin.in dicto capitulo licèt cauſam,columna decima.

Summarium in l.j. ff.de eden.

1 *Petitionem reo exhibendam eſſe, ut declarare poſſit an uelit cedere uel contendere.*
2 *Cuius expenſis ſit danda reo copia libelli.*
3 *Concluſionem in libello exigi.*
4 *Magis attenditur libelli concluſio, quàm narratio.*
5 *Libellum generalem ſuſtineri poſſe.*
6 *Libellus tam in actione ciuili, quàm in criminali debet eſſe certus & clarus.*
7 *Libellus concludens contraria quomodò ſuſtineri poſſit.*
8 *An & quando libellus incertus admittatur.*
9 *Quomodò libellus ſit conficiendus.*
10 *Ille qui petit hæreditatem, debet in libello concludere, peto me pronunciari hæredem.*
11 *An in actione generali ſufficiat res generaliter exprimere.*
12 *Cauſa debet eſſe talis ex qua ſequatur libelli concluſio.*
13 *An cauſa proxima in perſonali actione ſit exprimenda.*
14 *Vbi in libello plures cauſæ continentur, quarum una ſit ſpecialis, & altera generalis, ſpecialis uidetur eſſe intentata.*

Bar. in l.j. ff. de eden.

1 BART. in d.l.j. in principio colligit in ſumma, petitionem † reo exhibendam eſſe, vt declarare poſsit,an uelit cedere,an contendere. iſtū tex.in multis locis adducit Bar. ad probandum,vbicunque de actione fit mentio, porrigendum eſſe libellum, & litē conteſtari oportere,ſeruandumque eſſe ordinem iudiciarium. Ex quo infertur, agentē actione iudicati, uel in factum, ad hæc omnia teneri, alioqui verò ſi executio officio iudicis nobili
* peteretur: ut decidit Bar.in l. intra dies. ff. de re iudic. in cuius ſententiam * communiter itum eſt, quamuis contrarium ſentientes dicant,iſtum tex.ad rem non facere: quoniam procedit ſolùm,quando de re nondum deciſa ageretur,alioqui uerò pro re iam deciſa per ſententiam. vt ibi per Iaſ.& utrum ſit neceſſarius libellus,vbi officium iudicis imploratur, vide quæ poſui ad Barto.in l.nequicquam.§. vbi decretum.ff.de offic.proconſ. Et dum Barto. ibi paulòpoſt tra-
2 dit, cuius expenſis ſit danda † reo copia libelli, vide Felin. in capitulo primo columna tertia & ſeq.de libell. oblat.
3 Bart.in d.l.j.col.2.in principio tradit,concluſionem in libello † exigi, quoniam alioqui reus non eſſet certus,deberet ne cedere,an non. De hac re vide Feli.in cap.1.colum.2. de lit.conteſt.Abb.in cap.literis,col.1.de reſtit.ſpolia.Item concluſio declarat libellum,& eum ampliat,
4 ut latè habetur per Iaſ.in §.1.col.23.& ſeq.Inſt.de action.Et ideò magis † attenditur libelli cōcluſio,quàm narratio,ubi ad narrata adaptari non poteſt. Soc.in conſi.262.colum.3.in 1.vol. Feli.in c.licèt cauſam,nu.6.de probat.vbi ait,libelli narrationem à concluſione reſtringi. Attende tamen,quia libellus in multis caſibus ſine concluſione procedit. Feli. in c.1.nu.7. cùm ſeq.
5 de lit.conteſt.Item ſcias libellum † generalem ſuſtineri poſſe,ut puta, Titius eſt mihi obligatus, abſque eo quod cauſa exprimatur: ita Bar. in l.fi.C.de ann. excep.cuius documentum extollit
6 Firma.in tract.de Epiſcopo,in prima par.in 3.lib.q.32.in fin.Et quòd libellus † tam in actione ciuili,quàm in criminali debeat eſſe certus & clarus. Et quamuis conſenſus partis non contradicentis faciat,ut quicunque libellus procedat,tamen hoc patitur quinque limitationes,ut per Feli.

Feli.in c.1.§.significantibus,de libell.obl.de qua re uide etiam Soci.in consi.109.in 3.vol.Quo
7 modò autem libellus † concludens contraria sustineri possit, vide Ange.in consi.36. & licèt libellus sit ineptus,incertus & uarius,tamen nõ sufficit ista oppositio generalis, sed in specie opponendum est,in qua parte sit talis. Cæpol.in cautel.106. Libellus autem ineptus etiam parte
8 non opponente potest à iudice lacerari. Feli.in c.dilecti,de iudic. Et an & quando libellus † incertus admittatur,Bart.in l.ij.ff.quor.legat. & in l.vbi autem.§.qui illud.ff.de uerbor.obliga.& in l.qui fundum.§.si ex parte.ff.ad leg.Falcid. & in l.ij. C. de senten. quæ sin. cert.quant. Et an procedat libellus alternatiuus, vide in l.prætor,in principio.& in §.pen.& §. quod autem.ff. de iureiur.& Abb.in c.ex parte.B. de for.compet.& in c.cum causam,de empt.& uend. & in cap. cum contingat,de offic.delega.& in cap.constitutus, de in integr.restitu.& Innoc.in c.cum ad sedem,de restit.spoli.vbi docuit,an libellus procedat hoc modo confectus: peto castrum cum pertinentijs. & an procedat libellus: peto rem,& si contradixeris peto pœnam. vide glo.in c.
9 Raynaldus,eodem titu.de restitu. spoliat. & plenè quomodò † libellus sit conficiendus, tradit Specu.in titu.de libell.concep.& tradunt Doct.omnes in l.edita.C.de eden. & quæ sint necessaria in libello,vide apud Bart.in l.si in rem.ff. de rei uendic.& quotuplex sit libellus, Bar.in l.j. C.quan.lib.princip.dat. fu.lit.cont. & dum Bart. in d.l.j.colu.2. versicu. debet ergo sic libellus
10 † concludere,ait,eum,qui petit hæreditatem,debere in libello concludere: peto me pronunciari hæredem. Vide Alex.in consi.124. in 4.vol.& in consi.49.in 3.vol. Corne.in consi.91.in 4.volu.& Feli.in c.2.col.7.de libell.oblat.& dum ibi subiungit Bar.quòd postea in executione huiusmodi sententiæ examinabitur, quænam sint res ad illam hæreditatem pertinentes, vide
* Ias.in §.actionum,colu.25.de action.vbi ait, hoc * communiter approbari. Et quoniam subiungit Bar.quid iuris sit,quando instrumentum habet executionem paratam,sed est obscurum, & non liquidum,vt quia promisisti damna & interesse; vide tu de hac re,quæ plenè pono ad eundem Bar.in l.proinde.§.notandum.ff.ad leg.Aquil.
11 Bar.in d.l.j.col.2.versicu.consultius est,tradit an in actione †, generali sufficiat res generaliter exprimere: vt peto reddas mihi rationem administrationis. aitq; consultius esse, ut in libello exprimatur: Peto te cõdemnari,vt reddas rationem,& reliqua restituas. Idem tu dic in actione pro socio. Alex.in consi.34. col.2.in 2.vol. idem dicas si ego peto quicquid possides in illa villa. Alex.in cons.186.in 2.vol.& in consi.132.in 5.vol.Raph.Cuma.in consi.71.Aret.in cõs.
110.col.5.& Feli.in c.2.col.6.& seq. de libell.obl.
12 Bar.in d.l.j.in princ.colu.pen.versic.veniamus ad causam,ait, causam † debere esse talem, ex qua sequatur libelli conclusio. Quid si causa ineptè proponatur, utrum libellus uitietur. vide Bar.in l.edita,col.2.vbi Ias.col.6.versi.Quartò adde.C.de eden.Et dum Bart.in ead.col. versic.
13 Quæro in personali,tradit, an causa † proxima in personali actione sit exprimenda,adde quod dicta ibi per Bar.sequitur Ias.in §.actionum,col.22.institit.de action.Et dum Bart. in fin.d.prin-
14 cipij.ait, vbi in libello † plures causæ continentur, quarum una sit specialis, & altera generalis specialem uideri esse intentatam. vide Barto.in l.hoc legatum. ff.de lega.3.Et limita ut per Alex.in l.Gallus.§.si eius.ff.de liber.& posthu.& per eundem in l.ij.col.fi.ff.si cert.petat.& per alios doct.ibidem,& rursus per Alex.in l.vinum.ff.eod.titulo vbi inquit,uocem, idem, capi & in genere,& in specie,ut actus sustineatur.

Summarium in d.l.j.§. editiones. ff. de eden.

1 *Unicuique cuius interest, fieri debere copiam actorum publicorum.*
2 *Quando editio fit ut reus deliberet, editionem fieri debere sine die.*

Bar.in d.l.j.§.editiones.ff.de eden.

1 BART. in d.§.editiones,col.1.uersi. Ego puto,inquit,unicuique,cuius interest, † fieri debere copiam actorum publicorum. De hac re uide Feli. in c.1.de probat.& Dec. in repet. d.c. primi.col.30.versi.secundò ut prædicta.& Ias.in l.is apud quem,vers.Et ex hoc.C.de eden.

2 Bar.in d.§.editiones,col.2.uerſi.ſed hic inſurgit dubium,ait,quando editio † fit, ut reus deliberet,editionem fieri debere ſine die. ſed quærit Bart. quid ſi deliberatio fieri non poteſt ſine die, vt ſi hypothecaria ageretur,in qua prior in tempore,potior eſt in iure ? vide Feli.in c.1.de probat.& dum Bar.in ead.colu.inquit,reum edere debere actori, ad coadiuuandam eius intentionem iam probatam : vide Feli.in d.c.1.de probat.verſic.fallit decimo. vbi etiam tradit alia facientia ad id,quod ibidem agit Bar.de die,& conſule in fi.d.§.editiones.

Summarium in d.l.j.§.edenda.ff.de eden.

1 *Parti copiam eorum omnium fieri debere, quæ in iudicio producuntur.*

Bar.in d.l.j.§.edenda.ff.de eden.

1 Bart. in d.§.edenda,colligit in ſumma,parti † copiam eorum omnium fieri debere,quæ in iudicio producuntur. De hac re uide latiſsimè Dec.in c.1.col.22.de proba.& hoc intellige, & amplia etiam ſi producens proteſtetur,ſe uti uelle in parte,& in partibus.Bal.in l.j.C.ut quæ des.aduoc.& Feli.in d.c.1.de proba.col.6.& dum ibi paulò poſt ſubiungit Bar.ſi ego petij in libello declarari ſententiam irritam eſſe,quam tu contra me obtinuiſti, petoq; vt mihi exhibeas copiam illius ſententiæ,nunquid tenearis ? vide Alex.in l.ij.C.de eden.

Summarium in d.l.j.§. edere.ff. de eden.

1 *Teſtamenti particula, an uerò, totum teſtamentum edi debeat.*

Bar.in d.l.j.§. edere.ff. de eden.

1 Bart. in d.§.edere,quærit, nunquid particula teſtamenti, † an uerò,totum teſtamentum edi debeat ? & ſic de ſtatuto. dicas tu ſi teſtamentum editur iudici,totum edendum eſſe.Bal.& Ang.in l.j.C.de precib.imper.offe.& Abb.& alij in c.contingit,de fide inſtru.& de hac re uide, quæ poſui ad Bar.in l.inciuile.ff.de legib.vbi eſt locus proprius.& omninò uide Firma.in trac. de gabellis,in 4.par.nu.2.cum ſequen.

Summarium in l. ſi legatum.ff.de eden.

1 *Si in libello ſit mentio de aliquo inſtrumento, an & quando illud edi debeat.*

Bar.in l.ſi legatum. ff. de eden.

1 Bart. in d.l.ſi legatum,tractat,ſi in libello † fit mentio de aliquo inſtrumento,an & quando illud edi debeat. vide Barb.in conſi.3.col.fi.in 3.vol.Alex.in conſi.3.in 2.vol. & quæ plenè tradunt Doct.poſt Bar.in l.edita.C.de eden.vbi de hoc potiſsimùm agitur.

Summarium in l.ne quiſquam.ff.de eden.

1 *Fiſco edi debet ad eius intentionem fundandam.*
2 *Emphyteuta à domino cogi poteſt ad exiliendum inſtrumentum emphyteuticarium.*
3 *Fiſcus an utatur priuilegio contra mulierem in dote.*
4 *Licèt multa ſint fiſci priuilegia, nihilominus ea porrigi non debent niſi ad id, quod in iure inuenitur expreſſum.*
5 *Dos licèt multa habeat priuilegia, nihilominus ea non porriguntur niſi ad expreſſum.*

Bar.in l.ne quiſquam.ff.de eden.

1 Bar. legit duobus modis.d.l.ne quiſquam,uno modo,vt fiſco † edi debeat ad eius intẽtionem fundandam,alio ad eius replicationem fundandam. circa hoc fiſci priuilegium uide Iaſ.in l.j.C.de eden.col.2.verſic.capio glo.in uoce ex cã. vbi tradit,an locum habeat tàm in cauſa ciuili,q̃ criminali.& an locum habeat ẽt in dote,& in eccleſia.An aũt iſte tex.probet,fiſco propter eius priuilegium edi debere ? vide Dec. in repet.c.primi.de proba.col.7.verſic. Retenta ergo

conclusione. vbi affert nonnulla ad probandum quòd non, & ibi latè circa intellectum huius tex. insistit. & demùm ordinatè ponit regulam cum limit. & secundum Rom. in l.j. ff. solu. matr. iste tex. locum habet etiam in dote, vbi uideas etiam Alex. & eundem omninò in cõs. 132. col. fi. in 2. dubio principali. in 1. vol. vbi ait, hoc fisci priuilegium non procedere in causis criminalibus, & quòd locum habeat in muliere suam dotem repetente à marito, vel eius hæredibus, vt ei dotis instrumenta edere teneant: tradit Bal. nouel. in tracta. de dote, in undecimo priuilegio
2 nonæ part. Attende etiam unum memoratu dignum, scilicèt, emphyteotam † à domino cogi posse ad exhibendum instrumentum emphyteoticarium. Abb. in consi. 74. in 1. vol. De hoc autem fisci priuilegio vide Dec. in l.ij. & in l. qui accusare. C. de eden. Quid si fiscus cõcurrit cum priuato, vt quia uterque habeat instrumentum eodem die confectum, nunquid fiscus propter eius priuilegia præferatur? & instrm priuati censeatur præcessisse? tradit Felin. in c. pastoralis,
3 nu. 11. cum seq. de rescr. licèt dicat, hoc esse dubitabile. An autem fiscus † utatur priuilegio cõtra mulierem in dote? & dicas, quòd non. Sali. in l.ij. C. de iur. fisc. & Soc. in consi. 46. col. 6. in 4. vol. Nunquid fiscus intentare possit actiones personales contra tertios possessores? idq; fieri posse docuit Soc. in consi. 80. col. 2. in 3. volu. Reliqua fisci priuilegia uide apud Mart. Lauden.
4 in tract. de fisco. Attende tamen quamuis multa sint fisci priuilegia, † nihilominùs ea porrigi non debere, nisi ad id, quod in iure inuenitur expressum, secundum glo. in l. item ueniunt. §. in
5 priuatorum. ff. de petit. hæred. & Dec. in consi. 531. col. 1. hoc idem † & in dote docuit Alex. in cons. 178. col. 3. in 7. vol. vbi ait, nõ rectè colligi, dos habet multa priuilegia, igitur debet etiam esse priuilegiata in aliquo casu non expresso: quoniã hoc esset inducere multa specialia: quod iure fieri non potest, vt ibi per eum.

Summarium in l. prætor ait. §. huius edicti. ff. de eden.

1 *Ad hoc vt argentarius edere teneatur, necesse est scripturam esse confectam eo mandante.*

Bar. in d.l. prætor ait, §. huius edicti. ff. de eden.

1 Bart. in d. §. huius edicti, circa principium, versic. oppo. infrà eod. l. si quis ex argentarijs, tradit, an ad hoc ut argentarius † edere teneatur, necesse sit scripturam esse confectam eo mandante. De hac re uide latè Dec. in repet. c. primi. de proba. col. 29. versic. secũdò principaliter. & omninò Alex. in consi. 58. in 1. vol. & plenè de ijs, quæ ibi deinde subiungit Bar. vide Feli. & Dec. in d.c. 1. & dum agit Bar. de die & consule, vide Rom. in cons. 83.

Summarium in d.l. prætor ait. §. etiam is. ff. de eden.

1 *Ille qui desit usuras exercere ita ad earum restitutionem compelli potest, ac si usuras exerceret.*
2 *Hæredem usurarij, qui usuras non exercet, edere non cogi.*
3 *Ille qui tanquam usurarius testamentum condere non potest nisi secundum formam cap. quanquam, de usur. in 6. an intelligatur solum de eo qui exercet usuras tempore testamenti.*
4 *Usuræ prohibitæ fuerunt in Concilio Niceno.*
5 *Ad probandum contractum usurarium sufficiunt probationes, quæ alioquin non sufficerent.*

Bar. in d.l. prætor ait, §. etiam is. ff. de eden.

1 Bart. in d §. etiam is, colligit argumẽtum, illum, qui desijt † usuras exercere, ita ad earum restitutionem compelli posse, ac si usuras exerceret. Ad hoc uide Feli. in c. 1. col. 2. versicu. failit octauò, de probat. vide tamen aliqua, quæ contra hoc faciunt, vt tradit Roma. in consi. 404. & tex. in c. ferrum, 50. dist. sed pro opinione Bar. facit: nam si aliter diceremus, sequeretur, hęredẽ
2 † usurarij, qui usuras non exerceat, edere non cogi. id quod est cõtra. l. quædã. §. nihil interest. ff. de eden. Hæc tñ locum habere non puto in contractibus, qui post satisfactionem cõficerentur. Quid si hæres usurarij iurat se librum usurarij perdidisse, vtrũ illum edere teneatur? & quæ requirant pro parte agentis: vide Abb. in cons. 42. in 1. vol. Accedant ad præcedentia, q̃ tradit

3 Soci.in consi. 127.in 3.volu.vbi habetur,an ille,qui tanquam usurarius † testamentum condere non potest nisi secundum formam capituli quãquam, de usur.in 6. intelligatur solùm de eo, qui exercet usuras tempore testamenti,an uerò locum habeat in eo etiã, qui usurarius fuit ante testamẽtum? & quomodò aliquis dicatur esse usurarius. & de hoc,scilicèt, quis dicatur usurarius manifestus; vide etiam Abb.in consi.34.in 1.vol.& in consi.2.& in consi.81. in 2.volu.
4 & omninò Ang.in consi.10.& Bart.in l.ij.ff.de furt.& ibi latè in addit. Vsuræ † autem prohibitæ fuerunt,& interdictæ in Concilio Nicæno.c. quoniam.47. distinct.& est tex. in c.quoniam multi.14.q.4.tradit Ang.in consi.90. Et ad rem hanc uide Abb.in c.cùm sit generale,de foro compet.Sed quæro,an in casu dubio præsumenda sit usura, an non? Respon.in foro poli,quoniam agitur de periculo animæ, tutiorem uiam esse eligẽdam; & ideò usuram esse præsumendam: alioqui verò in foro contentioso: quia non præsumitur, nisi probetur. Crauet. in consi.
5 48.tamen ad probandum contractum † usurarium sufficiunt probationes, quæ alioqui nõ sufficerent. Alex.in cons.54.in 6.volu.Verùm,quia paulò antea dictum est,secundum Bart.eum, qui usuras exercuit,teneri ad restitutionem, quæro utrum exercens usuras tãquam nudus minister alterius, ad restitutionem teneatur? Abb.in consi.16.col.2.in 1.vol.ait,eum non teneri. & de hac materia usurariorum,vide latissimè apud Laurentium de Rodulphis in tract.de usur. & Ambrosium de Vignate similiter in tract.de usur.

Summarium in l. siquis ex argentarijs. §. cogentur.ff.de eden.

1 *Successor tenetur reddere.*
2 *Testis qui deponit per uerbum credo, sustinetur & coadiuuatur ab alijs testibus testimonium dicentibus de ueritate.*
3 *Dictum testis non integri ex superabundanti alterius integritate suppletur.*

Bar. in l.si quis ex argentarijs.§. cogentur.ff. de eden.

1 Bart. in d.§.cogentur,colligit in summa,successorem † teneri edere,scilicèt,ille,qui possidet, siue sit unus,siue sint plures. Pro intellectu istius tex.vide Bar.in l.iiij.§.Cato, col.4.ff. de verbor.obliga.Et dum ibi paulò post disputat Bar.nunquid stetur editioni unius propter aliorum authoritatem,etiam si is,in simili officio deliquisset. De hac re uide Feli.in c.testimoniũ, col.2.de testi,& in c.1.colu.3.de præscript.& in c.1.col.9.de re iudic.& in c.cum super, col.2. de offic.deleg.& in c.nobis,de simo.Cæpol.in consi.3.col.2.& in consi.32.col.5.Barb.in consilio 29.colu.18.cùm sequ.in 1.volu.& in consi.50.col.8.& in consi.54.colu.15.eodem volu. & in consi.18.colu.24.& in consi.136.& in consil.3. colu.4.in 3.volu. & in cons.76.colu.12. eod.volu.Rom.in consi.290.col.fin.Imol.in cons.138. & in cons.147. Et non ab re est quod ait Anchar.in cons.248.& Ias.in l.si emancipati,colu.4.versic. sic etiam uidemus.C.de collat. & in l.dictantibus.col.1.C.de testam.& Alex.in cons.176. & in cons.198. & in cons.210.in libro primi & secundi volu.& in l.sæpe,col.17.ff. de re iudic.Bal.in l.j.col.3.C.de test. Salic.in l. in bonæfidei.col.10.C.de reb.cred.Ang.in cons.1.Corne.in consi.243.col.4.in 2.volu. Barb.
2 in cons.25.colu.6.& sequ.in 4.vol.ubi ait,testem,† qui deponit per uerbum credo,sustineri,& coadiuuari ab alijs testibus testimonium dicentibus de ueritate. vide eundem in cons.26.eod. vol.vbi loquitur,in causa matrimoniali.& Corn.in cons.51.col. pe.in 1.vol. vbi loquitur in teste affine in causa criminali. & ad dicta Bar.in d.§.cogentur,benefacit Dec.in cons.133.col.3.
3 & Soc.in cons.130.col.fi.dum aiunt,dictum testis † non integri ex superabundanti alterius integritate suppleri.Et quòd unus testis non idoneus ex aliorum idoneitate(ut ita dixerim) suppleatur,tradit idem Soc.in cons.149.col.pe.in 1.vol.& in cons.194.eo.vol. & in cons.92. col. 4.in 3.vol.citat Bal.in l.ij.C.de bonor.poss.sec.tab.

Summarium in d.l. si quis. §. pertinere.ff. de eden.

1 *Ad eum rationes pertinere cuius mandato sunt confectæ, & ad ipsius utilitatem spectant.*

Bar.

Bar.in d.l.siquis.§.pertinere.ff.de eden.

1 BART. in d.l.si quis.§.pertinere,ait,ad eum rationes † pertinere,cuius mandato sunt confectæ,& ad ipsius utilitatem spectent. Ad hoc uide Bal.in consi.382.col.penul.versic. ex hoc infertur,in 5.vol.& an & quando edendæ sint alicui scripturæ, quæ eo mandante non sint confectæ, vide Alex.in consi.58.in primo volu. & de quacunque editione uide plenè apud Felin. & Dec.in c.1.de probat.

Summarium in d.l. si quis. §. si initium. ff. de eden.

1 *Diem & consulem positos in principio esse ad sequentia referendos, in quibus non est posita dies.*
2 *Maiorem uim habere præcedentia ad determinationem sequentium, quàm sequentia ad determinationem præcedentium.*
3 *Clausula magis est referenda ad præcedentia quàm ad sequentia.*
4 *Geminatio quam habeat efficaciam.*
5 *Clausula siue posita sit in principio, siue in medio, siue in fine refertur ad omnia, dummodò commodè possit referri.*
6 *Clausula quæ specialem & perfectam habet determinationem, non suppletur ex clausula præcedenti neque subsequenti.*

Bar.in d.l.siquis.§.si initium.ff. de eden.

1 BART. in d.l.si quis.§.si initium, in lectura, colligit in summa, diem † & consulem positos in principio esse ad sequentia referendos,in quibus non est posita dies. Ad declarationem huius tex. vide Alexand. in l.si unus,col.penul.& fi.C.de testa. & dum ibi paulòpost ait Bar. maio
2 rem uim habere præcedentia † ad determinationem sequentium,quàm sequentia ad determinationem præcedentium: vide Matthæsyll.in sing.150.Paul.de Castr.Fulgo.& Iaſ.in l.j. C.de liber.præter.Bal.in rubri.extra de pact.colum.penult.Bar.in l.quisquis.ff.de lega.3. in l.filium. ff.quand.dies lega.ced.& in l.auia,in princ.ff.de condit. & demonstr.Rom.in consi.404. & in consi.552. Diligenter inspectis,colu.1.& Dec.in consi.500.nu.8. Tamen contra hoc faciunt credita per eundem Dec.in c.inquisitioni,in fi.de appel.vbi ait ibi ex illo tex.colligi,clausulam
3 † magis esse referendam ad præcedentia, quàm ad sequentia. Sed ad illum tex.responderi potest,ibi clausulam in fine positam, non ideò tantùm operari, quòd in fine posita sit, sed uirtute geminationis. posita enim fuerat etiam in medio, & postea fuit geminata in fin. vt indicat ibi
4 uox illa,iteretur. quãtùm enim efficaciæ habeat † geminatio, habetur in l.balista.ff.ad Trebel. per Bar.in l.cùm scimus.C.de agric. & cens.lib.11. plenè tradit Felin.in c.si cautio,nu.30.cum sequen.de fide instrum.Curt.in consi.30.& in consi.49.Dec.in consi.181.Soci. in consi.3.col. 4.in 3.volu.Mari.Soci.iuni.in consi.133.nu.6.& alij in multis locis, quos longum esset referre.
5 Attende tamen, quòd clausula † siue posita sit in principio,siue in medio, siue in fine, refertur ad omnia,dummodò commodè possit referri. Ang.in consi.28.quod tamen intellige quando per se principaliter stat, alioqui uerò si alteri capitulo adijceretur: quia tunc illud solũ qualificaret,secundum Bar.in l.fi.ff.de rebus dub. & pro huius materiæ intellectu uide not. in l.j.in princ.iuncta l.doli,de seru.corrup.& ibi Bar.plenè. Alex.in consi.48.in primo volu.& omninò in consi.226.in 6.volu.Soci.in consi.10.& in consil.49.& in consi.188.col.3. & in consi.200. in 1.vol.& in consi.21.col.3.& in consi.22.in 3.volu.& Feli.latè in c.causam quæ, nu.15.cum
6 seq.de rescrip.& in hac re scias, clausulam † quæ specialem & perfectam habet determinationem,non suppleri ex clausula præcedenti,neque subsequenti. Iaſ.in l.transigere,num.18.C.de transact.Soc.in d.consi.22.in fi.in 3.vol.& in consi.43.in 4.vol.& ita colligitur ex not. decisione. Bald.in l.j.C.de legit.hæred.

Summarium in repet.d.§. si initium.

1 *Dies præcedens intelligitur in sequentibus repetita, quando expressa fuit repetitio.*

De edendo.

2 *Quænam requirantur ad ſubſtantiam & ad eſſe publici inſtrumenti.*
3 *Inſtrumentum habere debet tres perfectiones.*
4 *Inſtrumentum an & quando reprobari poſſit per teſtes non deſcriptos ac etiam deſcriptos in ipſo inſtrumento.*
5 *Inſtrumentum confectum inter Chriſtianos habere debet diuinum nomen.*

Bar.in rep.d.§.ſi initium, in repet.

1 BART. in d.§.ſi initium,in repet.in ſecunda columna.in princi.ait, nulli dubium eſſe,quin dies † præcedens intelligatur in ſequentibus repetita, quando expreſſa fuit repetitio. Vide ad hoc tex.in l.j.ff.ſi ex nox. cau.aga.& dum Bar.in eadem colu.verſicu.venio ad dicta docto.proſequitur, quòd dies & conſul in principio poſiti, intelliguntur in ſequentibus repetiti. in quibus non eſt appoſita dies. Vide Alexand.in conſi.152. colu.3. in ſecundo vol.& in conſi.37. colu.3.in 3.volu.Et dum Bar.in fin.eiuſdem col.agit,de repetitione diei, & conſulis in ſumpto inſtrumento ex originali,vide Iaſ.in repet.l.admonendi, col.69.ff.de iureiur.

2 Bar.in repet.d.§.ſi initium, colu.4.verſic.ſecundò uidendum eſt,quærit, quænam requirantur † ad ſubſtantiam, & ad eſſe publici inſtrumenti. An autem ſi unum ex iſtis requiſitis deficiat,inſtrumentum illud plenam, uel ſemiplenam probationem faciat? Vide eundem Bart. in d.l.admonendi,colum.7.verſicu.Quid ſi, vbi Iaſ.latiſsimè colu. 68. & de hac re uide Abb.Feli.

3 & alios in cap.1.de fide inſtrumen.& inſtrumentum † habere debet tres perfectiones. Prima eſt quò ad locum,tempus,& teſtes. Secunda eſt contractus ſiue actus, de quo ſcriptura conficitur. Tertia eſt cùm ſubſcriptione,& ſigno. Bald. in l.contractus. C. de fide inſtrum.& Dec. in conſi.447. Quid ſi multa inſtrumenta producuntur, in quibus deficit aliqua ſolennitas ad probandum extare conſuetudinem, vt inſtrumenta valeant, non obſtante defectu illius ſolennitatis,probent ne conſuetudinem illam, an non? & quòd non probent, docuit egregiè Abb. in conſi.53.in 2.volu.vide eundem in conſi.73.poſt numerum 6.eodem uolum. An autem,&

4 quando inſtrumentum † reprobari poſsit per teſtes non deſcriptos,ac etiam deſcriptos in ipſo inſtrumento,vide Felin.in cap.cum Ioannes.nu.33.cùm ſequ. de fide inſtrum. Abb.& alios,in cap.tertio loco.de probat.& Crauet.in conſi.56. & quæ exceptiones contra inſtrumentũ opponi poſsint,docuit Innoc.in tract.exceptionum.§.poſt canonum. & quomodò inſtrumẽtum reprobari poſsit,vide Soc.in conſi.94.in 1.vol.& in conſi.143.eod.vol.

5 Bar.in d.repet.colu.4.dum ait, inſtrumentum † confectum inter Chriſtianos habere debere diuinum nomen,ſi uerò inter homines alterius ſectæ conficeretur,inuocandum eſſe Deum eorum. contrarium vult ipſe idem Bar.in rubr.ff.de oper.no.nunc. & ſolue, ut per Iaſ.ibi col.1.& Alex.in 5.col.vide quæ de hac re poſui ſuprà ad Bar.in rubr.ſeu proœm.ff.

Summarium in d.l.ſiquis.§.prætor ait.ff.de eden.

1 *Si notarius dicit in inſtrumento, hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumenti ſcripti manu mea, illud exemplum fidem facit.*
2 *Si varietas inter inſtrm datum parti, & librum notarij reperitur, magis eſt credendum libro notarij.*
3 *Protocollo ſtandum eſt.*
4 *Si inſtrumentum ſumptum ex originali notarij defuncti per notarium habentem poteſtatem contradicit inſtrumento ſumpto per ipſum defunctum, & originale non reperitur, cui potius ſtandum ſit.*

Bar.in l.ſi quis.§. prætor ait.ff.de eden.

1 BART. in d.§.prætor ait,colligit in ſumma,ſi notarius † dicit in inſtrumẽto,hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumenti ſcripti manu mea,illud exemplum fidem facit. vide Barb.in conſi. 40.col.6.in 1.vol.& Raph.Cuma.in conſi.10.col.2.in 3.dubio. & Fulg.in conſi.196.Attende etiam huiuſcemodi exemplum plenè probare quando ſemel productum fuit originale.Cępol.

2 in cautel.176. Et dum ibi paulò poſt Bart.ait,ſi uarietas † inter inſtrm datum parti,& librum notarij

notarij reperitur,magis esse credendum libro notarij . vide tu Feli.in c.quoniam contra.num.
17.de probat.vbi tradit etiam,quid si instrumentum perditum est . Cæpol.in consi.21.colu.2.
3 & Aret.in consi.18.col.1.Curt.in consi.204.Et prothocollo † standum esse,uide Soc. in cons.
199.in 1.vol. & an instrumentum valeat, si originale siue prothocollum non reperitur: vide
Alex.in consi.175.in 7.vol.& Feli.in c.cùm.P.tabellio,de fid.instr.vbi tradit etiam, qua pœna
4 sit puniendus tabellio, qui non docet de amissione prothocolli . Quid si instrumentum † sumptum ex originali notarij defuncti per notarium habentem potestatem, contradicit instrumẽto sumpto per ipsum defunctum, & originale non reperitur; cui potius standum sit? Soci.in consi.277.in primo volumine.

Summarium in d.l. si quis. §. an verò hæredi.ff.de eden.

1 *Ille qui affirmat rem esse casu amissam probare debet intentionem suam .*
2 *Quomodò rei amissio probetur .*
3 *Quomodò in difficilibus probationibus admittatur probatio per coniecturas .*
4 *Probata amissione quis probare teneatur uel dolum,uel culpam .*

Bar. in d.l.si quis.§.an verò hæredi.ff.de eden.

1 Bart. in d.§.an uerò hæredi,colligit in summa,eum,qui affirmat † rem esse casu amissam, probare debere intentionem suam. Vide Aret.in consi.83.colum.7. & dum ibi Bar.subiungit, quid si rem esse amissam, est causa defensionis alicuius: vide Alexand.in consilio 58.columna penultima.in 1.volum.& dum Bart. prosequendo rem hanc ait, rem dici esse deperditam, eò ipso quòd adhibita diligenti inquisitione reperiri non potest . Vide Feli.in cap.fi.de probat. & in cap.sicut,colu.6.versicu.quinta declaratio,de iudice . Aret.in consi.119.& Alex. in l.fin.§.si ita.ff.de leg.primo.

2 Bar.in eodem loco tractat, quomodò rei † amisio probetur, & ait; quosdam esse casus manifestos amisionis: vt si probentur ruinæ, incendium, uis hostium & huiusmodi genus alia. ad quæ uide tu Abb.in consi.92.in secundo volumine. & Bald.Salic.& alios.in l.quæ fortuitis. C.de pignor.actio. Deinde ait Bart.quosdam esse casus clandestinos & occultos, vt furtum; & in isto casu probatio fiet per coniecturas: vt quia ostium fuit ruptum, vel famulus aufugit,
3 & similia . Tu uide quomodò in difficilibus † probationibus admittatur probatio per coniecturas, ut per Alexand. traditur in consilio 50.col.2.in primo volumine.& in consi.24. & 53. in secundo volu.& in consi.156.in 5.volu.& omninò in consi.146. in sexto volu. & Signorol. in consi.121.Felin.in capitulo veniens, secundo. columna antepenultima.de testibus. Barb.in consi.41.colum.3.in primo volumine. Paul.de Cast.in consi.82.& in consi.330. Curt.in consilio 76.columna quarta.in fin.Corn.in consi.24.& in consilio 35.colum. sexta . in quarto volumine. Bald.in consi.229.in secundo volumine.& aliquid in consi.77.in 3.volu.Soc.in consi. 213.col.4.& in consi.216.in fin. in 1.volu.& omninò in consi.16.in 3.uolu.& de famulo, qui aufugit,vide Dec.in consi.130.col.fi.

4 Bart.in d.§.an verò hæredi, quærit, probata amisione † quis probare teneatur, vel dolum, vel culpam . & distinguit dicens, quosdam esse fortuitos,qui sine culpa euenire non solent, vt furtum,incendium,& fuga seruorum: & in istis culpa præsumitur . alioqui uerò in ui hostium, & impetu aquarum . De hac re uide Cæpol.in consi.70.Anchar.in consi.80. & in consi.349. Alexand.in consi.45.& in consi.50.columna prima.in 1.volu.& in l.domos,columna secunda. ff.de lega.1.Aretin.in consi.38.Bald.in l.si creditor.C.de pignor.act. & omninò Salic.in l.quæ fortuitis. C.eodem titu.columna fin. Bald.in consi.441.in 1.volu.& in consi.442.in 3.volumi. secundum ultimam impresionem.Corn.in consi.28.in 3.volu.Ange. in consi.197. & Alexan. in l.ij.§.quod diximus, colu.2.ff.si quis cauti.& omninò uide, quæ ibi posui ad Bar. vbi agitur etiam quomodò casus fortuiti probentur. & de famulo,qui aufugit,vide Dec.in dicto consilio 130.columna fin.

De edendo.

Summarium in d.l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden.

1 *Ille qui semel habuit instrumentum & amisit, non potest petere à notario ut iterum ei det instrumentũ.*

Bart. in d.l. si quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden.

1 BART. in d. §. fin. in summa inquit, eum, qui semel habuit † instrumentum, & amisit, non posse petere à notario, vt iterum ei det instrumentum. Vide Bar. in consi. 67. Satis dubiè. vbi ex hoc infert, si gabella solui debet pro quolibet instrumento, & aliqui instrumentum habuerunt soluta gabella, quo amisso iterum idem instrumentum confecerunt, eos non teneri amplius ad solutionem alicuius gabellæ.

Summarium in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden.

1 *Dictio iterum, nunquam pro sæpius est accipienda.*

Bar. in l. veluti. §. hæc uox. ff. de eden.

1 BART. in d. §. hæc vox. ait, hanc uocem, iterum, † nonnunquam pro sæpius accipiendam esse. Vide glo. quæ hunc tex. citat in l. j. C. ne lice. in un. ead. cau. tertiò prouoc. Tamen hæc uox communiter duas tantùm uices significat. l. veluti. §. fi. ff. de ædilit. edict. & d. l. j. C. ne lic. in un. ead. cau. cap. olim, de rescript. & c. sua, ibi, semel & iterum, de appell. Attende quia etiam uox, sæpe, pro duabus uel tribus uicibus accipi solet, secundum glo. in §. quia uerò sæpe, in auth. de testi. & Paul. de Castr. in singul. 10.

Summarium in l. quædam. ff. de eden.

1 *Censetur ex consuetudine mandatũ esse argentario penès quẽ deponitur pecunia, ut de hoc rõnes cõficiat.*

Bar. in l. quædam. in princ. ff. de eden.

1 BART. in d. l. quædam, in principio ait, censeri ex consuetudine † mandatum esse argentario, penès quem deponitur pecunia, vt de hoc rationes conficiat. Attende mandatum præsumi ex consuetudine. ad quod uide Aret. in consil. 140. colu. 1. & quòd ex consuetudine eliciatur mens agentis, tradit ibi Areti. in 4. colu. Et dum ibi subiungit Bart. argentarium, & numularium, & usurarium in eo casu posse compelli ad edendas rationes: vide Abb. in consi. 42 in 1. volu. Feli. in c. 1. col. 3. versic. fallit sexto. de prob. & dum Bar. ibi propè fi. agit, qua actione petendum sit ab eo, qui mandauit vt sibi rationes edantur, vide Alex. in consi. 58. in 1. vol.

Summarium in d. l. quædam. §. numularios. ff. de eden.

1 *Omnes illi, qui libros rationum conficiunt edere tenentur.*

2 *Libri eorum, qui rationes conficiunt, an fidem faciant.*

Bar. in d. l. quædam. §. numularios. ff. de eden.

1 BART. in d. §. numularios, agit de omnibus illis, qui libros † rationum conficiunt, vt edere teneantur. vide Soc. in consi. 205. in 1. volu. & Fulg. in consi. 103.

2 Bart. in dicto §. numularios, quærit, an libri eorum, † qui conficiunt rationes, fidem faciant? aitque eos contra tertiam personam facere semiplenam probationem. De hac re *vide Barb.* in rubrica de fide instrumen. colum. 1. Federic. in consi. 119. in fin. Abb. in consil. 82. columna secunda. in primo volumine. & in consi. 34. colum. secunda. in secundo volum. Rom. in consil. 205. Cardin. in consi. 153. Alexand. in consi. 53. in primo volumine. & in consi. 103. colu. 2. in 3. volumine. Soci. in consi. 208. colum. 2. in primo volu. Felin. & Dec. in cap. primo. de probat. & Felin. in cap. cùm causam, colum. 2. eodem titu. & de hac re uide plenè apud Firma. in tract. de gabellis, in quarta parte, num. 2. cum sequen. Bald. in rubr. C. de fide instru. col. 16. versicu. sequitur uidere de scripturis mercatorum. & Abb. & alios in c. 2. eod. tit. vbi Abb. nu. 9. tradit, an huiusmodi scripturæ plena an semiplena fides adhibeatur. An autem liber scribani sit publicum instrumentum, dicas, quòd non, vt est tex. cùm glo. in l. census. ff. de probat.

Summa-

Summarium in l.argentarius. ff.de eden.

1 *Scripturæ argentariorum faciunt fidem contra tertiam personam & pro ea.*

Bar.in l.Argentarius.ff.de eden.

1 BART. in d.l.Argentarius,colligit ex illo tex.scripturas argentariorum † facere fidem contra tertiam personam,& pro ea vide Alex.in consi.86.col.1.in 3.vol.vbi ponit exemplum. Et dum ibi paulòpost ait, an & quomodo argentarij,& similes edere rationes accepto salario teneantur,vide Soci.in consi.159.in 1.volu.vbi ait de libris montis. vide Bal. in consi.265.in 1. vol.& Imol.in cons.37.col.3.Et ad rem faciunt trad.per Alex.in cons.36.in 2.vol.

Summarium in d.l.argentarius.§.edi autem.ff.de eden.

1 *Non est edendus totus liber, sed tota ratio prout pertinet ad petentem.*

Bar.in d.l.argentarius.§.edi autem.ff.de eden.

1 BART. in d.l.Argentarius.§.edi autem,colligit,non esse edendum † totum librum,sed totam rationem prout pertinet ad petentem. Ad hoc vide Alex.in rubrica.ff.fol.matr.colum.3. Abb.in cons.28.in 1.vol.Firma.plenè in tract.de gabellis,in 4.par.nu.2. cum seq.& quæ posui suprà in annot.ad Bar.in l.1.§.edere,hoc eod.tit.

Summarium in d.l.argentarius.§.cum autem.ff.de eden.

1 *Si ille qui uult edere non est soluendo quid iuris.*

Bar.in d.l.argentarius.§.cum autem.ff.de eden.

1 BART. in d.l.Argentarius.§.cùm autem,quærit,quid si ille,qui uult † edere,non est soluẽdo? De hac re vide Doct.in l.Imperatorem.ff.de re iudic.

Summarium in l.j. ff.de pact.

1 *Pacta sunt seruanda.*
2 *Vbi copula cadit inter duo, quorum unum necessariò inest, tunc illa duo resoluuntur in unum.*
3 *Quomodo & in quibus casibus copulatiua & disiunctiua resoluantur.*
4 *Si tu promittis mihi dare Titio tunc, uideor illum adhibere tanquã meum procuratorem in negocio meo.*

Bar.in l.j.ff.de pactis.

1 BART. in d.l.j.in principio dicit materiam huius legis bonã esse. & primò ponit edictum quo cauetur: pacta † esse seruanda. Bal.hic ait,etiam Deum ipsum obligari ex pacto. pacta uerò esse seruanda à quocunque,& præsertim à principe, egregiè habetur in consi.12.col.5.& 6.inter consilia Albert.Brun.vbi traditum est,hoc ab ore Dei prouenisse. Et citat Scotum dicentem,etiam spiritus malignos,quàmuis alioqui sint mendaces,serua
2 re pactiones,quas habent cum hominibus. Præterea Bart.ait, ubicunque copula † cadit inter duo,quorum unum necessariò inest,tũc illa duo resolui in unum,sicut adiectiuum alterius hoc modo. placitum & consensus,id est placitus consensus. Tu uerò dicas,quando copula,&,posita est inter ea, quæ sunt eiusdem potestatis & effectus, stat disiunctiuè, ut si dicatur de iure & de consuetudine,intelligitur de iure,uel de consuetudine. Oldr.in consi.161.Thema tale est,
3 in fi.citat.l.sæpe.ff.de uerb.signifi.Quomodò autem,& in quibus † casibus copulatiua,& disiũctiua resoluantur, vide Abb.latè distinguentem in c.2.de rescript. vbi plenissimè Dec. quem videas omninò. Et ad dicta per Bar.in d.l.j.scilicèt,quando copula,&,explicetur pro,id est,vide Abb.in c.monasteria,de uita & honest.cleric.Quando autem ad ueritatẽ copulatiuæ requiratur utrunque,vide Bar.in l.j.§.initium.ff.de postul.& in l.j.in fi.ff.de his,qui not. infam. in l.j.

ff.de

ff.de iust.& iur.& plenius in rubrica.ff.de iur.& fact.ignor.& in l.j.§. ytrum. ff.de reb. dub. Et ad rem faciunt trad.per Abb.in c.clerici arma,de uita & honest.cleric.

4 Bar.in d.l.j.in principio propè fi.ait,si tu promittis † mihi dare Titio,tunc videor illum adhibere,tanquam meum procuratorem in negocio meo. vide Alex.in cons.95.in 3.vol.

Summarium in l.Labeo.§. sed etiam.ff.de pact.

1 *Si instrumentum debiti reperitur apud debitorem, utrum præsumatur debitor liberatus.*

Bar.in l.Labeo.§.sed etiam tacito.ff.de pact.

1 Bar.in d.§.sed etiam tacito,quærit,si instrumentum † debiti reperitur apud debitorem, utrũ præsumatur debitor liberatus? vide Abb.in consi.7.in secundo dubio in 2.vol.Barb.in cõs.30. col.4.& seq.in 1.vol.Bal.in consi.83.in 3.vol.Rom.in consi.446.in vltimo dubio.Et ad prædicta vide Alex.post Bar.in l.qui tabulas.ff.de furt.& Bar.in l.fi.ff.de his quæ in testa.delen.Et de hac re vide plenè per Bapt. Caccialup.in tract.de pactis,in 8.quæst. princip. ubi tradit etiam, quid si instrumentum reperitur cancellatum. Attende tamen quia instrumentum repertum penès debitorem, qui sit domesticus creditoris, non indicat liberationem, sed magis creditur instrumentum illud fuisse furto subtractum. glo.& Doct.in l.postquàm.C.de pact.gl. & Doct. in c.Ecclesia.2.vt lit.pend.glo.& Doct.in l.vna.§.ille autem.C.de lati.liber. toll. Abb. in consi. 7.Tria,in 1.vol.Feli.in c.coram, col.pen.in fi.de offic.deleg.Et ad præcedentia, scilicèt, quando instrumenta retro data sunt à creditore debitori, quòd indicent liberationem à debito. Et quid etiam si non apparet,creditorem ea retrodedisse. vide latè Feli.post alios, in c.accedens, primo,vt lite non contest.Et dum ibi paulòpost subiungit Bar.quid si dedi tibi instrumentum in quo obligatus eras tu, & alius. vide Alex.in l.licèt in principio.col.4.& seq.ff.de acq.poss.

Summarium in l.item quia.ff.de pact.

1 *Inuecta & illata in domum conductam sunt tacitè obligata pro pensione domus.*

Bar.in l.item quia,in princ.ff.de pact.

1 Bar.in d.l.item quia in principio colligit in summa,inuecta † & illata in domum cõductam, esse tacitè obligata pro pensione domus. sed an inuecta & illata per secundum conductorem sint tacitè obligata; Rom.in singul.386.Attende regulam hanc pati octo ampliationes,& totidem limitationes, ut recto ordine docuit Anto.de Fano in suo pulchro tract.de pignoribus & hypothecis,in quarto membro secundæ part.nu.151.cum sequen.Et dum Bar. ibi paulòpost agit de pupillo, cuius bona sine decreto alienari non possunt, an inferendo bona in domum conductam remaneant obligata. Vide ad hæc aliquid per Barb. in consi.11. in 4. dubio.in 3. vol.& Alex.in l.more,col.2.ff.de acq.hæred.

Summarium in d.l.item quia.§.huius rei.ff.de pac.

1 *Tacitam conditionem ita impedire natiuitatem actionis sicut expressam.*

2 *Conditio tacita non facit actum conditionalem.*

Bar.in d.l.item quia.§.huius rei.ff.de pact.

1 Bar.in d.l.item quia.§.huius rei, colligit ex glo.tacitam † conditionem ita impedire *natiuitatem* actionis,sicut expressam. Vide ad hoc Alex.in consi.2.col.4.& in consi.32.colu.2.in 4. vol.Et de hac re vide omninò Bar.in l.conditiones extrinsecus.ff.de cond.& demonstr. & Bar.

2 Aret.& Ias.in l.ij.§.1.ff.de verb.oblig.Et quamuis conditio † tacita non faciat actum conditionalem.d.l. conditiones, tamen si exprimitur facit actum esse conditionalem. l.si ita legatum. §.illi si uolet.ff.de leg.1.& est bona glo.in c.uno,de spõs.in 6.vide Abb.in c.significasti,de elec. & regulariter actum à conditione subintellecta non suspendi,sed haberi pro puro traditum est in l.siquis ita. cum gl.ff.de iniust.rup.tes.& per Abb.in c.quemadmodum,de iureiur.

Summarium in d.l.item quia.§.idem Iuliano.ff.de pact.

1 *Ea quæ dñr in præsationibus intelliguntur esse in sequẽtibus repetita, nisi id factũ fuerit ex interuallo.*

2 *Pactum de retrouendendo appositum ex interuallo, non arguit simulationem contractus.*

Bar.in d.l.item quia.§.idem Iuliano.ff.de pact.

1 BART. in d.l.§.idem Iuliano,ait,ea,quæ dicuntur in præfationibus † intelligi esse in sequen
tibus repetita,nisi id factum fuerit ex interuallo.De hac re vide Alex.in l.pacta nouissima.colu.
2 2.C.de pact.& in consi.28.col.2.num.22.in 4.vol.vbi ait,pactum † de retrouendendo appositum ex interuallo,non arguere simulationem contractus. Et ad præcedentia,quæ tradit Bart. de præfationibus,adde quòd præfationes declarant mentem agentis.Ang.in l.si seruus.§.si numerus.ff.de lega.1.Bar.in l.fi.ff.de hæred.inst.l.si ita quis.§.idem respondit.ff.de uerb.oblig.Et ideò inquit Bal.in l.j.ff.ad Macedon. ex præfatione legis colligi mentem legislatoris. idem ait Ant.de Butr.in clem.1.de elect.Ad quæ facit tex.in l.regula.§.licèt in voce,initium.ff.de iur. & facti igno.Limita tamen prædicta non habere locum, quando sequens dispositio est clara, & specifica? quoniam tunc præfatio nihil operatur, sed in casu ambiguo tantum; ita Imol.in d. clem.1.de elect.& Soc.not.in cõs.24.in 4.vol.atque ita habentur duæ limitationes, ad id,quod Bar.colligit ex d.§.idem Iuliano.scilicèt,quæ in præfationibus dicuntur, censeri in sequentibus repetita. Prima enim limitatio est,quam ponit Bart.vt non habeat locum in dispositione, quæ sequitur ex interuallo. Alia est, vt non procedat, quando dispositio sequens est multùm clara & specifica,ut prædictũ est.Et ad prædicta vide quę pono infrà ad Bar.in l.cùm hi.ff.de trãsact.

Summarium in l.legitima.ff.de pact.

1 *Confirmare est disponere.*
2 *Confirmatio superioris supplet defectum formæ, defectum solennitatis, & defectum personæ.*
3 *Ex pacto nudo donationis actio non oritur.*

Bar.in l.legitima.ff.de pact.

BART. in d.l.legitima.præmittit pro declaratione, quandam esse legitimam conuentionem, quæ à lege confirmatur,hoc est, à lege inducitur. Ex hoc uidetur inferri,quòd confirma
1 re † sit disponere. Ad quod uide Feli.in c.cùm ueniſſet,de testi. Et quamuis ea sit natura confirmationis,vt addat duntaxàt robur & ualiditatem actus cõfirmati,secundum Bal.in l.ad iers. rem iud.& in l.nominationes,in fi.C.de appel.& utrobique citat tex.not.cum gl.in l.Aurelius.
2 §.testamento.ff.de liber.lega.tamen confirmatio † superioris supplet defectum formę, defectũ solennitatis,& defectum personæ: ita egregiè docuit Bald.in l.fin.per illum tex.ff.de test.tuto. quod tamen declara,vt per Iaſ.in l.more,col.7.ff.de iurisd.omn.iud.uide etiam Feli. in c. inter dilectos.nu.16.& 17.de fid.inst.& ab re non sunt tradita per Alex.in cons.121.In tribus.colu. fi.in 4.vol.& in cons.18.in 6.vol.
3 Bar.in ead.l.ait,ex pacto nudo † donationis', actionem non oriri. Vide Doct.& præsertim Iaſ. in.§.in personam.col.19.de action. Et dùm Bar.col.2.ait adnotandum esse, quòd quandocunque in pacto nudo deducitur illud quod aliàs erat debitum ex aliqua parte iuris, illud pactum roborari.vide Iaſ.latè in d.§.in personam.col.9.versi.sed unum.

Summarium in l.iurisgentium.ff.de pact.

1 *Contractum dotis secuta traditione perfici & denominari ab actu exequendi.*

Bar.in l.iurisgentium,in princ.ff.de pact.

1 BART. in d.l.iurisgentium,in fin.principij,ait,contractum † dotis secuta traditione perfici, & denominari ab actu exequendi. vide Alexan.in cons.13.colu.5.versic.Et istam distinct. num.3.in 3.volum.vbi citat Bar.hoc in loco. Vide etiam Soc.in cons.207.col.2.in 1.volu.Ex hoc enim inferunt,mulierem non dici dotatam ex promissione,nisi traditio sit secuta.

Bart.

Bar.in d.l.iurisgentium.§.sed cùm nulla.ff.de pact.

BART. in d.l.iurisgẽtium.§.sed cùm nulla,prosequitur materiam pacti nudi. Tu pro istius tex.intellectu vide Matthæsyll.in sing.36.

Summarium in d.l.iurisgentium.§.igitur.ff.de pact.

1 *Ex pacto nudo oritur actio.*
2 *Constitutum esse contractum nominatum.*

Bar.in d.l.§.igitur.ff.de pact.

1 BART. in d.l.§.igitur.dũ infert ex præmissis. vide tu multos casus,in quibus ex pacto † nudo oritur actio apud Ias.in §.in personam,col.13.& seq.inst.de action.Et quòd pactum nudum de iure canonico producat actionem,habetur in c.qualiter,de pactis. tradit Feli. in c.ecclesia. sanctæ Marię,nu.47.de const. vide eundem,in c.1.de pact.Attende etiam,quòd pactum nudũ parit actionem de dolo, quando deficit alia actio ad damnum, quòd aliquis est passus in eo, quod ei pacto nudo fuerat promissum. tex.est memoratu dignus,qui limitat totam materiam pactorum in l.eleganter.§.seruus pactionis.ff.de dol.Alex.in consi.41.col.2.in 3.vol.& Angel. in consi.1.Et quid sit pactum nudum,& alia ad rẽ hanc facientia,vide apud Alex. in cons.105. Viso dicto themate,in lib.in quo primi & secundi vol.consilia continentur.

2 Bar.in d.§.igitur,in fi.ait,constitutum, † esse contractum nominatum. De hoc dicto mirabili vide Ias.in § in personam,col.2.versi.& huius specialitatis,instit.de action.vbi dicit esse con-
* tra * communem opinionem.& in 2.col.versi.Non ommitto,quem ibi vide omninò. Et contra hoc Bartoli documentum facit; quia idem dicendum uideretur etiam de fideiussore, & tamen requiritur stipulatio iuribus uulgar.sed illud simpliciter refert & sequitur Ias. in l. si pacto quo,col.2.versi.Et tenendo.C.de pact.

Summarium in d.l.iurisgentium.§.quinimmo.ff.de pact.

1 *Illud quod deuenit in pacto dicitur quodammodò pars pretij.*
2 *Actionem ex uendito,quæ consueuit esse bonæfidei effici stricti iuris.*
3 *Si à consuetudine vel statuto alicui contractui innominato adijcitur nomen, utrum efficitur contractus nominatus.*
4 *Quæ sit ratio quòd feudum alicui concessum,ab eo sine causa auocari non potest.*
5 *Si princeps feudum recepto pretio alicui concederet, etiam si uerbo indulgemus uteretur, tamen est uenditio.*
6 *Feudum an à principe sine causa uasallo possit auferri.*
7 *Quibus ex causis uasallus feudo priuari possit.*
8 *Si uasallus commisit felloniam contra dominum,qua de causa de iure est priuandum,si dominus eum nõ priuauit, an successor possit illi feudum auferre?*
9 *Si feudatarius male tractat subditos utrum ista sit iusta causa priuandi eum.*
10 *Nunquid iusta sit causa priuandi feudatarium quando est usurarius.*
11 *Si dominus alienat feudum tanquam ad se pertinens, quod re uera ad eum non pertinebat, & concessio fiat ecclesiæ non potest dominus illum amplius reuocare, sed tenetur uasallo prouidere de alio feudo uel de æstimatione.*
11 *Si in iudicandis causis feudorum ius ciuile discrepat à iure canonico,quod nam ius erit attendendum.*

Bar.in d.l.iurisgentium.§.quinimmò.ff.de pact.

1 BART. in d.l.iurisgentium.§.Quinimmò,col.3.in principio ait,cùm illud, † quod deuenit in pacto,dicatur quodammodò pars pretij,vel alterius rei,quæ uenire debebat in contractu, sublato contractu,tolli pactum; alioqui uerò si apponeretur in alijs contractibus non respectiuis. Hæc Bar.sed quia tunc prima actio extenditur,ut contineat deductum in pacto nudo, ut per Bar.ideò quæro,an ista actio erit bonæfidei? Vide Ias.in §.actionum, col.17. post glo.inst. de

2 de action. Et dùm Bar. ibi subiungit, hoc modo actionem † ex uendito, quæ consueuit esse bonæfidei, effici stricti iuris, cùm detur loco actionis præscriptis uerbis: vide Ias. in d. §. actionum, col. 17. versi. iuxta hanc. vbi reprobat fundamentum Bar. hic, licèt cum eo teneat. Et quia Bar. deinde reprobat hanc opinionem, dicens, iure actionem ex uendito esse bonæfidei: quoniam in ea ueniunt fructus. Adde benefacere ad rem gl. in d. §. actionum, in uoce, Ex permutatione, in fin. quæ uult, certi conditionem generalem datam æquè principaliter loco actionis bonæfidei remanere in sui natura, hoc est, stricti iuris, ut primò erat. Et ad hoc vide Bald. in l. ij. C. de pact. int. empt. & vendit.

3 Bar. in d. §. quinimmo. col. 5. in principio quærit, si à consuetudine † vel statuto alicui contractui innominato adijcitur nomen, vtrum efficiatur contractus nominatus. Vide ad hoc Alex. in consi. 76. in 5. uol. Et dum Bar. in ead. col. subiungit, feudum esse contractum nominatum, quoniam à consuetudine habet nomen & formam. Adde hoc idem uoluisse Bal. in c. quæ in ec-

4 clesiarum, col. 2. de const. Et ex hoc not. infertur, quæ sit ratio † quòd feudum alicui cõcessum, ab eo sine causa auocari non potest. secundum c. primũ de feud. sine caus. non amit. Cùm enim feudum sit contractus nominatus. in quibus contractibus non est locus pœnitentiæ. l. sicut, de action. & obligat. non est mirum, si princeps, etiam si pœniteat, illud sine causa auocare nõ possit à uasallo. & hanc rationem affert Abb. in d. c. quæ in ecclesiarum. Ad hæc faciunt trad. per Bal. in c. 1. de nat. feud. & per Paul. de Castr. in consi. 146. Viso & examinato processu de Papa Cœlestino. & per gl. in c. Ad apostolicæ, in glo. pen. de re iudic. in 6. Et hoc roboratur: quia regula hæc, scilicèt, pœnitentiam locum non habere in contractibus nominatis, procedit etiam in contractibus cum principe celebratis, ut ait Bald. in l. qui se patris, colu. antepen. C. vnd. libe.

5 Proinde infert Bal. si princeps † feudum recepto pretio alicui concederet, etiam si uerbo, indulgemus, uteretur, tamen esse uenditionem. Et ad rationem, quam attulit Bal. in d. l. qui se patris, vide eundem Bald. in l. princeps. ff. de legi. Et hoc usque adeò uerum est, ut si princeps statutum conderet, quod in contractum transiret, illud amplius reuocare non posset. tex. est & ibi Bar. in l. quod semel. ff. de decret. ab ord. facien. & latè docuit idem Bar. in l. omnes populi, colu. 7. ff. de iust. & iur. ubi vide omninò, quæ de hac re ibi posui. Et vide Canonist. in c. nouit, de iudic. & ad prædicta, quæ tradit Bald. in d. l. qui se patris, vide Dec. in c. 1. de priuileg. Verùm quia

6 terigimus, an feudum à Principe sine causa † uasallo possit auferri, ideò pro illustriori huiusce rei intellectu, distingue tres casus. Primus est, si feudum est concessum in uiam contractus, ut prædictum est, scilicèt, quia Princeps pro tali concessione pecuniam accepit, & tunc sine causa, etiam de plenitudine potestatis, illud auferre nõ potest. Secundus est, quando feudum concessum est in viam priuilegij, & ex pura ipsius Principis liberalitate, & tunc de potentia ordinaria sine causa auferri non potest; de potentia uerò absoluta potest. & iste est tertius casus. ita not.

7 ait Soc. in consi. 87. colum. 3. in 3. volum. ubi habetur etiam quibus ex † causis vasallus feudo priuari possit. id quod tradit etiam Crauett. in consi. 6. An autem sufficiat causa, quæ in Principe præsumitur? Soc. ait, eam sufficere, adeò quod non admittitur probatio in contrarium in consi. 99. col. antepen. in 3. vol. Quod tamen non puto uerum in feudo concesso per uiam contractus: quoniam hoc modo princeps pro libito suæ uoluntatis posset tale feudum auferre, contra. c. cùm quid, cum ibi not. de reg. iur. Et ideò illo in casu etiam si Princeps assereret se habere iustam causam priuandi uasallum, ei non creditur, nisi probet, ut docuit Dec. in cõsi. 544. & in consi. 606. Quid si feudum participat & de gratia, & de onere? Soci. in d. cons. ait, hoc de-

8 nominandum esse à sua parte potẽtiori. argõ l. quæritur. ff. de stat. homi. Quid si vasallus † commisit feloniam contra Dominum, qua de causa iure feudo est priuandus, sed Dominus eum nõ priuauit: An successor poterit illi feudum auferre? Resp. quod non: & perinde est, ac si nihil commisisset in dominum. argumento l. omnimodò, cùm gl. C. de inoffi. testa. & ita inquit Albert. Brun. in consi. 107. pro quo benefaciunt, quæ tradit Matth. de Afflictis, in tractatu Prothomiseos. §. 3. nu. 6. vbi ait, iniuriatum, qui dum uixit, non egit actione iniuriarum, censeri iniuriam remisisse; ita ut eius filius agere non posset. id quod est memoratu dignum. Quid si feu-

datarius

9 datarius † malè tractat ſubditos, vtrum iſta ſit iuſta cauſa priuãdi eum? & dicas iuſtã eſſe; dum modò hoc ei ter fuerit denunciatum. Quod tamen limita non procedere in feudo empto. Cra uet. in d. conſi. 6. nam tale feudum habens cauſam oneroſam non habet propriam naturam feu di, Io. Campegius in conſi. 11. inter conſilia Albert. Brun. vbi multas authoritates adducit. præ ſertim Rom. in conſi. 367. Circa primum conſultationis articulum. Sed hic ſuboritur alia diffi-
10 cultas, quæ eſt, nunquid iuſta ſit cauſa † priuandi feudatarium, quando eſt uſurarius? Dic quòd licèt iſte caſus non ſit expreſsè deciſus in iure, tamen eam eſſe iuſtam cauſam: ut docuit Iacob. Aluaro. in conſi. 59. inter conſilia Alberti Bruni. Non eſt in hac re ſilentio prætereundus mira-
11 bilis quidam eccleſiæ fauor, quòd ſi dominus alienat † feudum tanquam ad ſe pertinens, quod re uera ad eum non pertinebat, & conceſsio fiat eccleſiæ, non poteſt dominus illud amplius re uocare, ſed tenetur uaſallo prouidere de alio feudo, uel de æſtimatione. cap. 1. §. Si uerò de allo-dijs, & ibi gl. Iacob. de Beluiſ. & And. de Iſern. aliàs. §. fi. in c. fin. de pace iur. firm. in uſibus feud. tradit Ambroſ. de Oppizon. in repet. l. filius familiàs. §. Diui. nu. 102. ff. de lega. 1. vbi ſubiungit, hoc non habere locum, quando in inueſtitura appoſitum fuiſſet pactum de non alienando: quo
12 niam eo caſu alienatio in eccleſiam impediretur. Quid ſi in diiudicandis † cauſis feudorum ius Ciuile diſcrepat à iure Canonico, quod nam ius erit attendendum? Dic ius Canonicum pro-pter iuramentum. Alexand. in conſi. 5. colum. 3. in 5. vol. citat Bald. ita egregiè dicentem in c. 1. §. fi. col. 3. de prohib. feud. alien. Et in hac feudali materia uide ſemper Curtium in conſi. 49. vbi eam latiſsimè tradidit, & in conſ. 50. quod conſiliũ fuit Collegij Bononienſis. Redeundo autem unde digreſsi ſumus, ſcilicèt ad Bartoli documentum. ſ. feudum eſſe contractum nomi-natum, vide Alex. in conſi. 126. in 1. vol. & omninò Soc. in conſi. 156. & in conſi. 67. in 1. volu. vbi ait, feudum eſſe contractum conſuetudinarium, & ſtricti iuris, & eſſe ſtrictè interpretan-dum; vide eundem Soc. in conſi. 165. eod. vol.

Summarium in d. l. iuriſgentium. §. adeò autem. ff. de pact.

1 *An per pactum ſecundum appoſitum circa ſubſtantialia contractus primum pactum reuocatum eſſe in-telligatur.*

Bar. in d. l. iuriſgentium. §. adeò autem. ff. de pact.

1 Bar. in d. l. iuriſgentium. §. adeò autem, quærit, an per pactum † ſecundum appoſitum circa ſubſtantialia contractus, primus contractus renouatus eſſe intelligatur? impugnatque ex men-te Guil. diſtinctionem illam, an ex interuallo eſſet appoſitum pactum, an non, ſecundum. l. nam ad ea. ff. de cond. & demonſtr. dicens. d. l. nam ad ea, non habere locum in contractibus. Adde quod hoc idem de. d. l. nam ad ea, tenet Bal. in l. ſingularia, col. 12. ff. ſi cert. pet. & in l. ſciendum. col. 2. ff. de verb. oblig. & in l. qui bis idem, eod. tit. ſed in l. ſi diuortio, colum. 2. eod. titulo vide-tur ſentire contrarium. & idem tenet Paul. de Caſtr. in d. l. nam ad ea. De materia uerò huius quæſtionis formatæ per Bar. vide omninò Aret. in conſi. 21. vbi plenè loquitur, & declarat. vi-de etiam Paul. de Caſtr. in conſi. 330. col. fi. & Albert. Brun. in tract. de augmento, in tertia prin-cipali concluſione. nu. 44. cum ſeq.

Summarium in d. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact.

1 *Pactum uel eſt in rem, uel in perſonam.*

Bar. in d. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact.

1 Bart. in d. l. iuriſgentium. §. pactorum, ait, pactum † uel eſſe in rem, uel eſſe in perſonam. & in dubio intelligi eſſe in rem. Pro huius rei intellectu vide Bal. in conſ. 115. in 1. vol.

Summarium in d. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.

1 *Quæ nam ſit differentia inter dolum & fraudem.*
2 *Dolus quomodò probetur.*

Bart.

Bar.in d.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.ff.de pact.

1 BART. in d.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi,quærit,quæ nam sit † differẽtia inter dolum, & fraudem. & prosequitur, ut ibi per eum. Vide Abb.in c.ex tenore. in 4.not. de rescript.& Feli. in c.si autem,col.1.eod.titul.Quid sit dolus, Quid sit calliditas,Quid calumnia,tradit Pet.
2 de Anch.in rubrica de dol.& contum.& quo modo dolus † probetur. Alex.in consi.103.in 1. uol.& Feli.in d.c.si autem. Et in quo differant dolus,& fraus,vide Bar.& Alberi.in l.quod Nerua.ff.depos.vbi multa ad rem facientia inueniuntur tàm in lectura,qàm in repet.Bart. Attende etiam quia dolus dicitur esse delictum, secundum gl.penul.in l.j.§.si apud seruum.ff. de depos. uide.l.ij.in principio.ff.de crim.stell.id quod ad multa est adnotandum. dolus autem in dubio non præsumitur,nisi in tribus casibus. Et quo modo dolus probetur,Felin.in capitulo plerunque, in principio de rescript.

Summarium in l.& suum.§.hodie.ff.de pact.

1 *Pactum plurium nocet omnibus si conueniunt in unum.*

Bar.in l.Et suum.§.hodie.ff.de pact.

1 BART. in d.§.hodie,ait,Pactum † plurium nocere omnibus,si conueniunt in unum. Vide Alexand.in consi.185.in 2.volum.& Angel.in consi.208.colum.2.Et dum Bar. subiungit hoc procedere in ijs,quæ communia sunt pluribus, ut uniuersis, alioqui uerò, si essent communia pluribus,ut singulis; quo casu,si essent mille,factum omnium non noceret uni nisi in actu liberationis. vide Cremen.in sing.21.

Summarium in l.maiorem.ff.de pact.

1 *Maiorem partem creditorum qui faciunt pactum in præiudicium aliorum,debere intelligi de maiori parte pro cumulo debiti,non pro cumulo personarum.*

Bar.in l.Maiorem.ff.de pact.

1 BART. in d.l.maiorem,colligit,maiorem † partem creditorum,qui faciunt pactum in prę-iudicium aliorum,debere intelligi de maiori parte pro cumulo debiti, non pro cumulo personarum; nisi quando in cumulo debiti esset æqualitas. vide Aret.in consi.126.& Ang.in consi. 213.vbi tradit,qui dicantur creditores,& quid possit opponi.

Summarium in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact.

1 *Conuentionem liberatoriam non nouari per stipulationem pœnalem.*

Bar.in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact.

1 BART. in d.§.si pacto,colligit in summa,conuentionem † liberatoriam non nouari per stipulationem pœnalem.Vide ad hunc tex.Aret.in l.ex duobus,in 6.q.ff.de duobus reis. Et an & quando stipulatio nouet præcedentem obligationem,vide Doct.& præcipuè Iaſ. in l. qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.oblig.& in l.pacto quo.C.de pact.

Summarium in l.item magistri.ff.de pact.

1 *Pactum illorum qui præsunt collegijs & uniuersitatibus prodesse &) nocere ipsi collegio.*
2 *Si rector collegij fecit quicquid potuit ut collegiũ prohiberet aliquid mali agere, an propterea excusetur.*

Bar.in l.item magistri.ff.de pact.

1 BART. in d.l.item magistri,ait, pactum illorum, qui præsunt collegijs & uniuersitatibus, prodesse & nocere ipsi collegio. De hac re vide Alex.& alios doct.in l.Prę-ses. C.de transact.& omninò Aretin. in consi.89.vbi ait,quamuis isti administratores,in præiudicium suæ uniuersitatis debitum liquidum remittere non possint, tamen posse pœnam remittere, in quam aliquis incidit per lapsum termini, per glo.sing.in c.potuit,in uerbo,expelli,de loca. Sed quæro,

quid

2 quid si rector † collegij fecit quicquid potuit, vt collegium prohiberet aliquid mali agere, an propterea excusetur? Resp. quod non, sed officio cedere tenetur: ita sing. ait Io. Andr. in c. aduersus, de immun. eccl. quem retulit Felin. in c. Veniens, de simon. Et ad prædicta faciunt trad. per Ang. in l. Imperatores. ff. de pact. & aliquid habetur apud Alex. in cons. 174. in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur, dum agit de prælato. & Dec. in consi. 297. propè fi. vide omninò quæ pono ad Bar. in d. l. Imperatores, infrà eod. tit.

Summarium in l. si cum tempore. ff. de pact.

1 *Pactum cedentis an noceat cessionario.*

Bar. in l. si cùm tempore. ff. de pact.

1 BART. in d. l. si cùm tempore, quærit, an pactum † cedentis noceat cessionario. vide Ang. in consi. 234. vbi loquitur in confessione. & Bal. in consi. 105. in 3. volu. & Dec. in consi. 98. Et dum ibi paulò post inquit Bar. si cessio est facta ad commodum cessionarij, tunc fieri non poterit pactum in præiudicium ipsius cessionarij. Vide Rom. in cons. 102. in princ. & Dec. in consi. 107. col. 3. Ang. in cons. 258. Signor. in cons. 219. col. 8.

Summarium in l. si tibi decem. ff. de pact.

1 *Donatio perficitur pacto nudo quando in eo exprimitur causa.*

Bar. in l. si tibi. 10. in princ. ff. de pact.

1 BART. in d. l. si tibi 10. in princ. versi. in eo quod dicit non ualere † vt donationem. vide ad dicta Bartoli ea quæ tradit Alex. in l. bonę fidei, col. 2. & 6. Et dum Bar. in fi. d. princ. ait, hodie donationem perfici pacto nudo, quando in eo exprimitur causa, alioqui verò si sine causa promitteretur. vide Alex. in l. si alienam rem. col. fi. in fin. ff. de acquir. possess. & Gorn. in consi. 69. in 3. vol. & in consi. 133. col. 2. in 4. vol.

Summarium in d. l. si tibi. §. quædam. ff. de pact.

1 *An quilibet fidelis Christianus teneatur remittere iniuriam inimico.*
2 *Remittens iniuriam an censeatur etiam damnum, quod passus est remisisse.*
3 *An ille qui confessus est peccata sua sacerdoti censeatur propterea actionem iniuriarum remisisse.*
4 *Parcere inimicis est magnum & honestum genus uindictæ.*

Bar. in d. l. si tibi. 10. §. quædam. ff. de pact.

1 BART. in d. l. si tibi. 10. §. Quædam, in fi. quærit, an quilibet † fidelis Christianus teneatur iniuriam remittere inimico? Dicitque eum teneri odium remittere, non autem actionem iniuriarum. Idem tenet Bar. in l. non solùm. §. iniuriarum. ff. de iniur. vide Bal. de pac. iur. fir. §. iniuria. col. 1. in fi. & in c. Petrus, col. 2. de homic. Abb. in c. 1. de maled. & in c. 1. de iniur. vbi hanc eandem conclusionem confirmat, & Ias. in l. posthumo, colu. pen. C. de bonor. poss. contra tab.

2 Et an remittens iniuriam † censeatur etiam damnum, quod passus est remisisse? Vide Alexan. in consi. 20. Requisitus, in 5. vol. vbi tradit etiam quid de remittente expulsiones & deuastationes: de qua re vide plenè apud Feli. in c. de ijs, col. fi. de accus. & Bal. in cõs. 506. in vltimo vol. vbi tradit, an remittens rem, uideatur remittere damnum, & interesse. & Alexan. in l. j. §. vsque

3 adeò. ff. de iniur. & in l. non solùm. §. iniuriarum. ff. eod. tit. An autem ille, qui confessus † est peccata sua sacerdoti, censeatur propterea actionem iniuriarum remisisse? & dicendum est, quòd non, secundum Bar. in d. §. iniuriarum. Vtrum autem iniuria censeatur remissa per salutationẽ, vide Feli. in proœm. Decretal. super tex. colum. 4. nu. 22. Et quoniam Bar. in d. §. quædam, de quo agimus, & in d. §. iniuriarum, ex mente magistri sententiarum ait; Odium & rancorem nõ esse remittendum de necessitate salutis, nisi petenti: affertque illa uerba: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. hoc est dimitte nobis petentibus, sicut & nos petentibus debitoribus nostris dimittimus. Attende, quia fortè contrarium in foro conscientiæ dicendum videretur, secundum illud Euangelicum præceptum: Diligite inimicos uestros. atque ita tenemur diligere inimicos dũ sunt inimici: quia qualitas adiuncta uerbo, intelligenda

ligenda est, secundum tempus uerbi, cui adijcitur. l. in delictis. ff. de nox. nõ autem petentes ueniam. Deinde confirmat dicens, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. & sic in ipso actu persecutionis, & calumniæ. Præterea uidemus Christum, cuius actio, nostra est instructio, orasse pro crucifixoribus suis in ipso tempore passionis. Pariter legitur etiam Stephanum orasse pro ijs, qui eum trucidabant, & hoc idem alios Martyres peregisse. hoc idem facit ecclesia, quæ in die sanctæ passionis orat pro paganis, pro iudæis, & pro hæreticis. Et si dicatur, bene teneor orare pro inimico, sed ei non parcere nisi petenti. Respondeo, si teneor eum diligere, (ut prædictum est,) igitur etiam parcere: quia, qui uult consequens, uult etiam necessarium antecedens. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. cum simil. alioqui repugnantia starent in eodem subiecto, scilicèt, odium & amor. contra l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Ex quibus omnibus dicendum uidetur fidelem Christianum teneri odium remittere non petenti. Et esto quòd ista opinio dubia redderetur, in dubio tamen tutior uia est eligenda. capitulo iuuenis, de sponsal. Præterea parcere † inimicis, est magnum & honestum genus uindictæ, vt inquit Seneca in libro de virtutibus. quæ uerba extolluntur à Panor. in capitulo primo de postula. prælat. ideò tam petentibus, quàm non petentibus ueniam parcendum est. Quæ tamen omnia sanctæ Rom. ecclesiæ iudicio sunt humiliter submittenda.

Summarium in d.l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact.

1 *Emphyteosis accepta pro se & filijs competit ipsis filijs ut filijs, non autem ut hæredibus.*
2 *Si emphyteosis est accepta pro se, filijs & hæredibus, necesse est ut filij sint etiam hæredes.*
3 *Si pater dicit pro se & hæredibus, an restringatur solùm ad descendentes.*
4 *Licèt hæc uox, hæres, ad solos descendentes restringatur, tamen necesse est ut etiam sint hæredes.*
5 *An emphyteosis finita quæ debet descendentibus renouari, renouari debeat solùm descendentibus, qui sint etiam hæredes illius in quo finita est emphyteosis, an non?*
6 *Si concessa fuit emphyteosis alicui pro se & hæredibus suis masculis, & una fœmina, utrum ita pertineat ad fœminam sicut ad masculos, an uero succedant ordine successiuo?*

Bar. in d.l. si tibi 10. §. si pactus. ff. de pact.

1 Bart. in d.l. si tibi decem §. si pactus, propè fin. ait, emphyteosim † acceptam pro se & filijs, competere ipsis filijs ut filijs, non autem ut hæredibus. Vide Bar. in consi. 58. Ex themate. Alexand. in cons. 8. in 3. volu. & in cons. 119. columna secunda. in quinto volumine. Capr. in
2 consi. 5. & in consi. 82. & Corne. in consil. 13. in tertio volumine. Quid si † emphyteosis est accepta pro se, filijs, & hæredibus? dic necesse esse, vt filij sint etiam hæredes. Alexan. in consilio 44. & in consil. 151. in primo uolumine. & in consil. 89. in quarto volumine. & in l. quod
3 dicitur. ff. de verbor. obligatio. Quid † si dicat pater pro se & hæredibus, an restringatur solùm ad descendentes? Vide Alexand. in consi. 334. Viso & maturè considerato, in lib. primi & secundi voluminis. & in consi. 8. in tertio volumine. Fulgos. in consi. 238. & Dec. in consil. 411. Et ad hæc accedant multa, quæ posui ad Bar. in l. Gallus. §. etiam si à parente. ff. de liber.
4 & posthum. vbi etiam latè tradidi. quàmuis hæc uox, † hæredes, ad solos descendentes restringeretur, tamen necesse esse, vt etiam sint hæredes, nec sufficit eo casu eos esse descendentes, nisi sint etiam hæredes, alioqui uerò, si simpliciter dictum fuisset de descendentibus. & ideò unum longè distat ab alio. vide ibi omninò, & ea quæ posui in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff.
5 de oper. libert. An autem † emphyteosis finita, quæ debet descendentibus renouari, renouari debeat solùm descendentibus, qui sint etiam hæredes illius, in quo finita est emphyteosis, an non? vide Dec. in consi. 78. Quid si fuit concessa emphyteosis alicui pro se & descendentibus suis usque in quartam generationem, quid importet huiusmodi concessio, & utrum in istis generationibus, etiam ipse computetur, cui est facta concessio? vide Alexand. in con-
6 silio 125. in quinto uolumine. Quid si † concessa fuit emphyteosis alicui pro se & hæredibus suis masculis, & una fœmina, vtrum ita pertineat ad fœminam, sicut ad masculos, an uerò succedant

cedant ordine ſucceſsiuo? Angel.in conſi.184. ait, ita fœminam ſicut maſculos uocari,niſi in loco extet ſtatutum,uel conſuetudo, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.

Summarium in l.niſi. ff. de pact.

1 *An & quando liberato principali etiam fideiuſſor liberetur.*

Bar.in l.niſi.ff. de pact.

1 BART. in d.l.niſi,tradit, an & quando liberato † principali, etiam fideiuſſor liberetur. Vide Bald. in conſi.4.in primo volumine. Alexand. in conſil.34. in ſecundo volumine. Roma.in conſi.472. vbi ait etiam, an beneficio cedendarum renunciari poſsit. & utrum ei intelligatur eſſe renunciatum per illam renunciationem generalem,de omni legum auxilio. Quid ſi principalis agnoſcit debitum,& interrumpit præſcriptionem,utrum fideiuſſor liberetur. vide Ang. in conſi.32.

Summarium in l. ſi unus.ff. de pact.

1 *Si monachus mutuat uel deponit pecuniam rectè ei ſoluitur.*

Bar.in l.ſi unus,in princip.ff.de pact.

1 BART. in d.l.ſi unus,in fi.principij ait,ſi monachus † mutuat,uel deponit pecuniam, rectè ei ſoluitur. Vide Alex.in conſi.120.col.3.in 5.vol.ad rem faciunt trad.per Bar. per illum tex.in l.eum qui.§.fi.ff.commodat.& per Feli. in c.cùm in iure,col.pen.de off.delega. & per Iaſ.in l.j. ff.de eo per quem fact. erit.

Summarium in d.l.ſi unus.§. pactus ne peteret.ff.de pact.

1 *Licèt ſtipulatio per ſtipulationem tollatur ipſo iure, tamen pactum liberatorium per ſecundum ope replicationis eliditur.*
2 *Pactorum uires quæ ſint.*
3 *Mulier non poteſt liberare uirum pacto.*
4 *Licèt ego dicam in libello, peto à te decem, quamuis fecerim tibi pactum de non petendo, tamen niſi tu ponas exceptionem pacti de non petendo, condemnabit te iudex.*
5 *Si in iudicio conſtat aliquid propter quod apparet actorem non habere actionem, partes iudicis ſunt in abſoluendo ſi apertè non opponatur.*
6 *Si aliquis fuit abſolutus cum hoc, quòd ſi denuò ſimilia perpetrabit, reincidat in primas pœnas, ſi contra facit, utrum reincidat in eas.*
7 *Res de facili reuertitur ad naturam ſuam.*

Bar.in d.l.ſi unus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.

1 BART. in d.l.ſi unus.§.pactus ne peteret, colligit in ſumma, licèt ſtipulatio † per ſtipulationem tollatur ipſo iure,tamen pactum liberatorium per ſecundum ope replicationis elidi. Vide Franciſ.Cremen.in ſingul.48.& dum ibi paulò poſt Bar.ait,illud, quod non eſt,reſtaurari non poſſe: vide Roma.in conſi.459.col.fi. vbi citat iſtum tex.

2 Bart.in d.§.pactus ne peteret,col.4. verſi.pro huius declaratione,examinat † uires pactorum. tu uerò quæ ad materiam pactorum attinent,uide apud Bald. in tracta.de pactis, & Baptiſtam Caccialupum ſimiliter in tractatu de pactis. & dum ibi Bart. paulò poſt inquit, exceptionem replicatione tolli; quia opus eſt, ut opponatur id, quod ait probari inſtitu. de replic.in princ. vide Bal.in conſi.62.in 2.volu.

3 Bar.in d.§.pactus ne peteret,col.5.ait, mulierem † non poſſe liberare uirũ pacto. Vide Rom. in conſi.280.& in conſ.394.Aret.in conſ.54.colu.ſecunda. Et dum ibi Bar. infert ad ſtatutum prohibens mulieres obligari ſine certa ſolennitate,uide Iaſ.in §.actionum,inſt.de action. Et dũ

Bart.

Bar.ibi,col.6.versi.sum expeditus, tradit, an aliqua sit differentia inter pactum de non petẽdo, & pactum de non agendo. vide Alex.in l.creditori.C.de pact. Quærit deinde Bar.in versi.item quæro,vtrum in pollicitatione sit naturalis obligatio. De hoc uide Ias.in rubr.ff.de uerb.oblig. colum.2. & 3.

4 Bar.in d.§.pactus,col.7.ait,quòd licèt ego dicam † in libello: Peto à te.x. quamuis tibi fecerim pactum de non petendo, tamen nisi tu opponas exceptionem pacti de non petendo, condemnabit te iudex. Vide Bal.in l.postquàm liti,col.3.C.de pact.

5 Bar.in ead.colu.ait,si in iudicio † constat aliquid,propter quod apparet actorem non habere actionem,partes iudicis esse in absoluendo,si apertè non opponatur. Vide Bart.in l.post legatum,col.3.versic.ad unum tamen aduerte.ff.de his quib.vt indig. in l.ita stipulatus, in fin.ff.de verb.oblig.& in l.si Titius,vbi etiam Imol.& alij,eod.tit.& Imol.in l.iiij.§.hoc autem iudicium. ff.de damn.infec.

6 Bar.in d.§.pactus,col.pen.versi.iuxta hoc tamen,quærit,si aliquis fuit absolutus † cum hoc, ꝙ si denuò similia perpetrabit,reincidat in primas pœnas: si contra facit,utrum reincidat in eas. Vide Feli.in c.2.de testi.cogen.& Ias.in l.si quis accepto.ff.de cond.ob caus.

7 Bar.in d.l.si unus.§.pactus ne peteret,in fi.colligit regulam.s.rem facilè † redire ad suam naturam. De hac re uide Feli.in c.cum omnes,nu.6.de const.& in c.cùm accessissent,col.3.eod.tit. & in c.ad nostram,de appell.& in c.si duobus,col.2.eod.tit.& in c.veniẽs, post Abb.ibi de prę scrip.Barb.in consi.12.col.2.& 3.in 1.vol.& in consi.42.col.14.eod.vol.Et quomodò prędata regula intelligatur,uide apud Soci.in consi.160.in 1.vol. Attende etiam,quia ui huius regulæ quamuis bona ecclesiæ sine requisitis solennitatibus alienari non possint,tamen hoc locum nõ habet,vbi res ad primam suam naturam reuerteretur,per tex.in c.cum Apostolica, de his quæ fi.à prælat.Feli.in c.cùm omnes,col.4.versic.tertiò probatur, de constit.& alium pulchrum casum ui huius regulæ ponit Bal.in l.siquis decurio. C. de fals.vbi ex hoc limitat regulam.l.siquis in graui.§.eleganter.ff.de senatusco.Syllan.

Summarium in d.l. si unus. § .illud.ff.de pact.

1 *Dolum futurum remitti non posse.*
2 *Liberatio alicui legata à gestis & gerendis non ualet, neque liberat à dolosa administratione futura.*
3 *Liberatio alicui quantumcunque generaliter facta, etiam cum iuramento, non releuat.*
4 *Si testator aliquem liberet ab administratione etiam dolosa, non ualet.*

Bar.in d.l.si unus.§.illud.ff.de pact.

1 Bart. in d.l.si unus.§.illud,ait,dolum † futurum remitti non posse. Vide Feli. in c.fraternitatis,col.4.de testi.& ideò liberatio ab administratione, quæ à testatore fit tutori, scilicèt ab eo administrationis rationem exigi non posse,inualida est,secundum Felin.in c.si diligenti,nu. 34.de for.comp.vide Barb.in cons.66.inter consilia Curtij. plenè tradit Francis.Cremensis in cons.59.inter consilia Alex.in 4.vol.Soc.in consi.74.in 1.vol.Dec.in consi 178. Quinimmo li-
2 beratio alicui † legata à gestis & gerendis,non ualet, neq; liberat à dolosa administratione futura,ne detur occasio delinquendi.Raph.Fulg.in consi.103.Soc.in cons.73.col.4. & seq.in 3. vol.& multa specialia,quæ ponuntur propter delictũ euitandum, uide apud Barb.in consi.64. in 1.vol.& Rom.in consi.90.& Io.de Ana.in consi.80.cum ibi addit.per Bologninum.ibi enim ait etiam Ana. Tutorem,cui relicta est liberatio in testamento, nunquàm intelligi liberatum à
3 dolo futuro. quinimmo liberatio † alicui quantumcunque generaliter facta, etiam cum iuramento,nõ releuat,nisi computũ ostendatur ad oculum, alioqui.n.talis liberatio cẽsetur dolosè impetrata.Soc.in cons.159.col.3.in 1.vol.& in cons.190.eod.vol.Sic ẽt pactum de non accusando aliquem pro ullo crimine,non ualet,ẽt si esset iuro firmatum: quia remitteretur dolus futurus.Abb.in c.quemadmodum,de iureiur.& ad prædicta uide omninò Alex.in cõs.164. Præsuppono primò,in 5.vol.vbi quærit ẽt, an per indirectum dolus futurus remitti possit. Quid si

4 testator aliquem † liberaret ab administratione etiam dolosa ? dic quòd nõ ualet. Et nunquid dari possit cautela ut ualeat: vide hæc apud Thomam Ferratium in cautel. 51. & ad prædicta uide omnino Ange.in consi.85.& in consi.313. quem uide semper. & Bald. in margar.sua, in hac uoce, Liberatio. vbi ponit quædam singularia, & memoratu digna. Dicas etiam liberationem de ratione reddenda posse remitti tribus modis: vt per Ias.in l.cum necessitatem. C. de fideicommiss.

Summarium in d.l.si vnus.§.pacta.ff.de pact.

1 *Pacta non ualent quæ turpem causam continent.*
2 *Promissio impia est, quæ scelere adimpletur.*
3 *Posse non dicimur, quæ honestè non possumus.*

Bar.in d.l.si unus.§.pacta.ff.de pact.

1 Bart. in d.l.si unus.§.pacta,colligit in summa,pacta † non ualere,quæ turpem causam cõtinent, aut quæ utilitati publicæ reluctantur. Hinc dixit Roma.in consi. 466. Pactum etiam iuratum, quo aliquis promittit non accipere arbitrum in puniendis delictis, nullius esse roboris, & momenti. Ideò autem pactum irritum est & inane, quando continet causam inhonestam: quia quemadmodum nemo est dominus membrorum suorum: ita multò minus est do-
2 minus animæ suæ. Abb.in capitulo fin.de pact. promissio † enim impia est, quæ scelere adimpletur. capitulo In malis promissis. 22.quæst.4.Abb.in capitulo peruenit. 2. de iureiuran. impossibilia enim esse dicuntur ea, quæ honestè fieri non possunt. l.reprehendenda. C. de instit. & substitu. cùm simil.adductis per Socin.in consi.14.in primo volumine.vbi hanc iuris impos-
3 sibilitatem, impossibilitati facti æquiparat. nam posse non † dicimur, quæ honestè non possumus. Socin.in consi.8.columna fi.in tertio uolumine. Posse enim est de genere bonorum: & ideò,qui potest malum, non dicitur posse, sed magis non posse, & est defectus, non potestas. capitulo principium,de pœniten.dist.2.Socin.in consi.266. colum.18.in primo volumine.& ideò quamuis Deus omnia possit, tamen non potest facere malum; quia hoc non continetur sub potestate. Hinc etiam dici solet, Principem, qui in malis rebus utitur plenitudine potestatis, vti plenitudine tempestatis,non potestatis. Soci.in consi.164. col.pen. in 1.volu. Cùm igitur hæc iure impossibilia censeantur,meritò promitti non possunt,quoniam impossibilium nullam esse obligationem,notissimi iuris est.

Summarium in d.l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact.

1 *Pactum factum super una re non est ad rem aliam porrigendum.*

Bar.in d.l.si unus.§.ante omnia.ff.de pact.

1 Bart. in d.l.si vnus.§.ante omnia,in 2.not.ait, pactum † factum super una re, non esse ad rem aliam porrigendum. Vide Rom.in consi.459.in fi.& Alexan.in consi.109.colu.2.in 5.uolu.vbi per istum tex.ait, confessionem unius alteri nocere non posse.

Summarium in d.l.si unus.§.si cum mihi.ff.de pact.

1 *An minor summa sit in maiori.*

Bar.in d.l.si unus.§. si cùm mihi.ff. de pact.

1 Bart. in d.l.si unus.§. si cùm mihi,tradit,an minor † summa sit in maiori. dicitq; hoc non procedere negatiuè. Ad rem hanc faciunt trad.per Mar.Soc.iunio.in repet.l.secundæ,nu.7.ff. de lega.1.vbi docuit,quomodò sit intelligendum id: cui prohibetur, quod est plus, censeatur prohibitum,quod est minus. & quomodò procedat regula, quòd minus inest in eo, quod est plus. vide Dec.in l.in eo,quod plus sit.ff.de regul.iur.

Summa-

Summarium in l.contra iuris. §. si filius. ff. de pact.

1 *Ille cui concessa est libera administratio an possit donare.*
2 *Procurator cum libera & amplissima potestate donare non potest.*
3 *Pactum de non petendo, an sit donatio.*

Bar. in l.contra iuris.§.si filius.ff.de pact.

1 BART. in d.§.si filius,quærit,nunquid ille,cui concessa † est libera administratio, possit donare? vide Alex.in consi.22.in fi.in 1.volu.& in consi.106.in 2.volu.vbi declarat. & in consi. 30.col.3.in 5.volu.& in consi.115.Attentis narratis,eod.vol.Abb.in consi.55.col.fi. in 1.uol. & in cons.7.& in cons.34.col.2.& in consi.94.in 2.vol.Feder.de Sen.in consi.177. Roman.in cons.50.in 2.dubio.& in consi.55.Barb.in cons.7.col.2.in 1.vol.Soc.in consi.43.in primo uol.
2 & Feli.in c.dilecto,colu.2.de testi. Et quòd procurator † cum libera,& amplisima potestate, donare non possit,vide Decium in cons.402.immo si huiusmodi procurator indebitum solueret,dominium nō transferret.tex.est not.in l.si is cui.§.Flauius.ff.de solut. & ita inquit Fulg. in cons.190.col.2.propè fi.possunt tamen huiusmodi administratores donare, qñ ita mores ciuitatis expostulant; quia cogunt quodāmodò donare,vt parcant pudori.hæc Bar.in d.§.si filius.
3 Bar.in d.l.contra iuris.§.si filius,in fi.quærit utrum pactum † de non petendo,sit donatio, ita vt egeat insinuatione.vide Alex.& alios in l.si mulier.ff.de condit.ob caus.Ang.in cons.114.& in l.pacta quæ contra.C.de pact.

Summarium in l.in personam.ff.de pact.

1 *Pater potest iniuriam filio illatam remittere.*

Bar.in l.in personam.ff.de pactis.

1 BART. in d.l.in personam,dicit,patrem posse † iniuriam filio illatam remittere.Limita,nisi illata esset per coniunctam personam.tex.est secundum intellectū Bar.in l.Lucius.ff.solu.matr. quem ad hoc affert Rom.in singu.92.incip.Tu habes,cum ibi addit. per Castillion. An autem tutor possit facere pacem de morte patris pupilli; vide Ang.in consi.396. colu.pen.& Ias.in l. pactum curatoris.C. de pact.

Summarium in l.ius.ff. de pact.

1 *Per pactum liberatorium potest uni ex hæredibus prouideri.*

Bar.in l.ius.ff. de pact.

1 BART. in d.l.ius,colligit in summa,per pactum † liberatorium posse uni ex hæredibus prouideri. vide aliqua per Signorol.in cons.217.

Summarium in l.tres fratres.ff. de pact.

1 *Fratris appellatione etiam soror continetur.*
2 *An & quando per liberationem generalem censeatur facta remissio alicuius tam in his, quæ pendent ex testamento, quàm aliter.*

Bar.in l.tres fratres. ff. de pact.

1 BART. in d.l.tres fratres, in principio ait, appellatione † fratris etiam sororem contineri. De hoc uide Alexand.in consi.14.Viso testamento,& in cons.84.in quarto uolumine.An char. in cap.canonum statuta, de constitu. Raph.Cuma.in cons.117. Fulgo.in consi.34. vbi limitat hoc, quòd soror appellatione fratris contineatur, locum non habere in fideicommisso: quoniam propria uerborum significatio reluctatur. Vide ad prædicta etiam Dec. in consil.71.& Abb.in cons.37.& Ias.in l.omnes populi,nu.31.ff. de iust. & iur. & omninò Maria.Soci.iuni.in cons.1.nu.35.cùm sequ.

2 Bar.in d.l.tres fratres,col.1.tractat, an & quando † per liberationem generalem censeatur facta remissio alicuius tàm in ijs, quæ pendent ex testamento,quàm aliter. De hac re uide plenè apud Bar.Alex.& alios,in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb. obli. & quæ ibi pono in annot. ad Bar.& quæ ponam in annot.ad eundem Bar.in l.de his.ff.de transact.

Summarium in l.si cum fundum.ff. de pact.

1 *Ad hoc ut contractus dicatur innominatus, oportet ut statim agatur, vel detur, vel fiat utrunque, alioquin uerò si ex interuallo.*

Bar.in l.si cùm fundum. ff. de pact.

1 BART. in d.l.si cùm fundum, colligit ex glo.ad hoc ut contractus † dicatur innominatus, oportere ut statim agatur,vel detur, vel fiat utrunque, alioqui uerò si ex interuallo: quia interuallum uitiat contractum innominatum. Vide ad istam limitationem Ias. in l. si pecuniam, in princ.in 10.limitatione.ff.de condi.ob caus.& de ista glo.vide Soci.in l.j.§.qui præsens.ff.de verb.oblig.vbi ait, hoc dictum Bar.uideri dubium,nec bene colligi ex ista lege.

Summarium in l. Imperatores.ff.de pact.

1 *Administratores reipublicæ non possunt aliquem liberare pacto gratuito & expresso quando debitum est liquidum, sed negligendo petere, ita ut currat præscriptio, possunt remittere.*
2 *An & quando administratores reipublicæ possint uel faciendo uel omittendo præiudicare.*

Bar.in l.Imperatores.ff.de pact.

1 BART. in d.l.Imperatores,tradit,administratores † reipublicæ non posse aliquem liberare pacto gratuito & expresso,quando debitum est liquidum,sed negligendo petere, ita ut currat præscriptio,posse remittere. Ad hæc & similia uide Orian. in tracta.de arbitr.chart.11.& Card.in cõsi.92. col.6.& attende, quia etiam si huiusmodi administratores debitum liquidum remittere non possint, tamen possunt remittere collectam pauperi. Felin. in c.significantibus, de off.deleg. Item possunt pœnam remittere,in quam aliquis incidit ipso iure.glo.est not.in c potuit,in uerbo expelli, de locat. quam ad hoc affert Aretin. in consil.89. Et ad rem facit aliqua trad.per Alex.in consi.174.in lib.in quo primi & secundi vol.consilia continentur,dum agit de prælato. & per Dec.in consi.297. propè fi. In eo autem,quod ait Bart.huiusmodi administratores posse præiudicare reipublicæ, negligendo,& patiendo rem præscribi. Attende quoniam in casu isto opinor agi posse ad interesse contra ipsos administratores, uel eorum hæredes, vt tradit Abb.in c.1.de restitu.in integr.dum loquitur de prælato. & idem esset etiam si
2 nollent acquirere, vt ibi per Abb.& alios. Et an & quando tales administratores † possint uel faciendo, vel omittendo præiudicare, uide latissimè per Abb. & alios in c. 1. de dol. & contu. Attende etiam,quòd prælati & huiusmodi administratores possunt transigere, & contrahere, ita ut contractus duret toto tempore,quo ipse erit rector ecclesiæ.tex.est not.& ibi Abb.in c veniens,de transact.quem extollit Io.Baptista Caccialupus, in tract.de transactionibus, in 7.& num.9. & sequ.

Summarium in l.ius publicum.ff.de pact.

1 *Ius publicum naturale pacto tolli non potest.*
2 *Iuri dotandi renunciari non potest.*
3 *Capitulum renunciare non posse priuilegio honorabili, quod habet ecclesia.*
4 *Aliquando aliquid statuitur, quia si aliter fieret, esset contra bonos mores, & tunc pactum contra ius non valet.*

Bar.in l.ius publicum.ff.de pact.

1 BART. in d.l.ius publicum,ait,quoddam esse ius † publicum naturale,quod pacto tolli non potest. Tu adde gl.sing.in l.exceptionem.§.fi.ff.de cond.indeb.& uide.l.originẽ.C.ad municip. libro 10.& Barto.& glos.in §.quia uerò, in authen.ut sine prohibit.matres. & uide glo.not.in c.sic

c.sic quidam.10.q.1.& idem esse dicas etiam in iure subrogato in locum iuris naturalis,cui pariter renunciari non licet. pone exemplum in iure dotandi,quod succedit loco alimentorum, quæ quidem alimenta sunt debita iure naturali,secundum Bart.in l.si quis à liberis.§.parens.ff.
2 de liber.agnosc.& ideò huic iuri dotandi† renunciari non potest: ita Rom.in l.j.ff. sol.matrim. Anch.in c.quamuis, in 2.not.de pact.in 6.Imol.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de uerb. oblig.& ibi etiam Alex.col.3.versi.secundò limita.Rom.in l.qui superstitis.ff.de acqui.hæred. Paul.de Cast.in consi.176.& Gemin.plenè in d.c.quamuis, colu.4.vbi uidetur sentire contrarium. & ad prædicta, an scilicèt iuri naturali renunciari possit, vide Anan. in consi.50.& Alex. in consi.21.col.4.in fi.in 3.volu.vbi loquitur quando iuramentum interuenisset. Et dum Bar. in d.l.ius publicum, subiungit, an pacto contrahentium mutari possint ea, quæ pro forma à iure positiuo tradita sunt. & quid si effectus alicuius actus respicit principaliter, & directò utilitatem publicam. & quid si priuatam. Vide Maria. in c.si diligenti, colu.5. de for.compet. Paul. de Castr.in consi.347.& glo.in l.omnes dies, in fin.C.de feri. Imol.in c.accedentibus,quod le
3 gitur, cùm c.præcedenti,colu.fin.de priuileg. vbi ait, capitulum † renunciare non posse priuilegio honorabili, quod habet ecclesia. & ad rem faciunt trad. per Anch. in consi.221.& Aret. in cons.2.colum.3. & generaliter,de renunciationibus legum,quæ fieri solent & debẽt,& quæ sit earum utilitas,vide apud Iacobum Butrig.in tract.de renunciatione legum. & an renunciari possit iuri publico, vel priuato, vel iuri diuino, vel naturali, vide plenissimè per Doct. in c.si diligenti, de for.compet. Bar. & Docto.in l.si quis in conscribendo.C.de pact.& attende,quia renunciari non potest iuri,quod statuit certam formam, Abb.in d.c.si diligenti,colu.3. vbi ponit etiam quatuor casus,in quibus aliquis renunciare non potest iuri pro se introducto.

4 Bar.in d.l.ius publicum,ait, aliquando aliquid statuitur,† quia si aliter fieret,esset contra bonos mores; & tunc pactum in contrarium non tenet. & sic ait posse intelligi tit.C. ne fideiuss. dot.den.ea enim secũdum eum est ratio,ne causa perfidiæ in matrimonio nascatur. Tu dic aliã rationem assignari posse,quæ est,quòd in illo tit.est præceptum legis, contra quod operari est peccatum.c.2.& ibi Doct.de maior.& obed.de quo agit Anch.56.dist.in summa,in fi.vel ideò est,quoniam ille titulus stat negatiuè,ut per Ias.in rubr.insti.de actio.col.3.& quomodò procedat iste titulus.C.ne fideiuss.dot.den.declara & limita,vt per Bal.nouell.in tract.de dote,in 21. priuilegio. Subiungit ibi paulò post Bart. quandoque pactum à lege prohiberi, seu per legem aliquid statui ex causa publicæ utilitatis,licèt respiciat utilitatem priuatam; & tunc etiam istud pacto mutari non posse. Hoc idem docuit Imol.in l.nemo potest.ff.de leg.primo.Contrarium uerò tenet Ana. quem refert Barb in cap.si diligenti,de for.competen. & cum eo tenet etiam Barb.in c.nonnulli,per illum tex.de rescript.in princ.& vide eundem in rubr.de præscript.col. 6. cum Bar.tamen tenuit Aretin.in cons.2.& idem Barb.in cons.56.col.2.in 2.vol.vbi respondet ad c.nonnulli.

Summarium in l.veteribus.ff.de pact.

1 *Ambigua conuentio interpretatur contra eum, pro quo profertur, & contra obscurè & ambiguè loquentes. num.2.*

3 *Verba dubia sunt interpretanda contra stipulantem.*

4 *Quæ sit differentia inter obscuritatem & ambiguitatem.*

Bar.in l.veteribus.ff. de pact.

1 BART. in d.l.veteribus,colligit in summa, ambiguam conuentionem † interpretari contra eum,pro quo profertur. Vide Alex.in consi.35. in cons.61. Super eo.col.1.in 1.volu.& in consi.51. Viso themate,in 3.volu.vbi loquitur in emptore uolente uenditorem teneri ad solutionem gabellæ. & in consi.81. Lecto & discusso,col.2.eod.vol.& in consi.114.Super eo,& in cons.125.eod.vol.3.& in consi.42.col.7.versic.Non obstante quòd testes aliqui, in 4.vol. & in cons.79. Viso processu,col.1.eod.vol.& in cons.85.Visa inquisitione, col.3.eodem volu.&

in consi.93. Clarissime domine, in fi.& in consi.sequ.in fine eod.4.volu.& in cons.105.colu. 2.eodem uolumine.& in consi.139.in fi. in 5.volum. vbi loquitur in contractu societatis. & in consi.140.colu.2.eodem uolumine. vbi loquitur de instrumento diuisionis. & in consil. 146. colu.5.eodem 5.volu.vbi declarat hanc regulam non habere locum in contractu mandati. vide ad prædicta etiam Abb.in consi.90. colu.fin.in primo volu. & in consi.34. columna secunda.in 2.volu.& in consi.51.colu.3.eodem volu.& in consi.62. colu.6.eodem volu. & in consi. 75.colu.4.eodem volu.& in consi.97. colu.fin.eodem volu.& in consi.114.in secundo dubio.

2 eodem 2.uolu. & contra † obscurè & ambiguè loquentes,vide aliqua per Feli.in proœm.Decretal.colu.1.2.3.& 4.& in cap.per tuas,colu.3.de probat.& in cap.cum clamor,colu.2.de testi.Ange.in l.falsus,colum.12.in fin.ff.de furt. Barb.in consi.6. col.16. in primo vol.& in cons. 15.eodem vol.& in consi.25.col.14.& in consi.36.colu.3.& in consi.41.colu.24.eod.volu.& in consi.63.col.8.& in multis alijs consilijs, quæ longum esset recensere.Bart.in l.locationes. C.loca.Roma.in consi.5.& in consi.102.colu.2.& in consi.251.colum.2. Imol.in consi.21.& Ana.in consi.98.Areti.in consi.54.in fin.& in consi.84.colum.3. Oldrad.in consi.95.Socin.in consi.43.& in consil.165.columna quinta. versic.secundò hæc conclusio confirmatur, in primo volu.vbi loquitur in contractu feudi. Barb.in consi.13. colum.6. in 3.volu.vbi loquitur in

3 bulla apostolica. Corne. in cons.59. in 4.uolumine. vbi ait, verba † dubia esse interpretanda contra stipulantem. Ang.in cons.198. vbi loquitur in dote.Paul.de Castr.in cons.319.Cuma. in consilio 178. Dec.in cons.41. & omninò in l.semper in obscuris.ff.de regul. iur. Et dum ibi

4 subiungit Bar.in d.l.veteribus, quænam sit differentia inter obscuritatem, † & ambiguitatem. adde aliam differentiam, quæ ponitur per Abb.& Dec. in capitulo fin. de constitut.tamen lex ponit unum pro alio.l.ambiguitates.C.de testi. l.vbi.ff.de rebus dub.& l.utrum.ff. de peti.hæredit. Et quid dicatur ambiguum, uide apud Bart.in l.inter stipulantem.§.primo.ff.de uerbor. obligat.& in l.si quis intentione ambigua.ff.de iudic. & apud Bald.post glo.in l.si quidem, col. secunda.C.de excep.

Summarium in l.tale pactum.ff. de pact.

1 *Confessio facta sine causa non ualet.*

Bar.in l.tale pactum, in princ.ff.de pact.

1 Bart. in d.l.tale pactum,in princip. ait,confessionem † factam sine causa non ualere,per tex.in l.cum de indebito.§.fi.ff.de probat. De hac re uide Alexand.in cons.4.col.5. & in cons. 53.columna secunda.& omninò in consi.84.propè fin.in 1.volumine. vbi declarat quomodò confessio dicatur causam efficacem continere,& non, in materia.d.§.fi.subiungitque huiusmodi confessionem sine causa factam,quandoque semiplenæ sufficere probationi. vide etiam ad prædicta Feli.in c.significauit,col.1.de testi.& in c.si cautio, de fide instru. & quæ plenè pono in d.l.cũ de indebito. & attende in hac re,quia etiam si confessio sine causa irrita sit,tamen hoc non habere locum,quando facta est in iudicio,uel cum iuramento. vide ad hæc Marcum Antonium Bauarium in tract.de uirtute iuramenti.

Summarium in d.l.tale pactum. §. qui prouocauit.ff.de pact.

1 *Pactum de parendo sententiæ si transactioni non pareatur, mereri executionem sicut sententia.*

Bar.in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff. de pact.

1 Bart. in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit,inquit,pactum † de parendo sententiæ,si transactioni non pareatur,mereri executionem,sicut sententia,& confessio. De hac re uide Angel. Imol.& alios.in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.

Summarium in l.si intra.ff. de pact.

1 *Contractum innominatum secuto implemento dici posse contractum.*

Bar.

Bar.in l.si intra.ff.de pact.

1 BART. in d.l.si intra,propè fi.dum ait,contractum † innominatum secuto implemento dici posse contractum : vide Bal.in consi. 230.in 1.vol.

Summarium in l.inter debitorem.ff.de pact.

1 *Pactum priuatorum iuri publico non derogat.*

Bar.in l.inter debitorem.ff.de pact.

1 BART. in d.l. inter debitorem, colligit in summa, Pactum † priuatorum iuri publico non derogare. Vide ad hanc.l.Bald.in consi.507.in vltimo vol.Imol.in consi.66.col.fi. & Felin.in c.cùm ex officij,col.5.de præscrip.

Summarium in l.pactum.ff.de pact.

1 *Validum est argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates.*
2 *Si ex testamento non adiretur hæreditas in quo est prohibita detractio falcidiæ, nihilominus ualent relicta in testamento.*
3 *Pactum quo aliquis renunciat defensioni suæ in causa status & personæ suæ non ualet.*
4 *Renunciari non potest defensioni.*

Bar.in l.Pactum.ff.de pact.

1 BART. in d.l.Pactum,ait,ualidum esse argumentum † de ultimis uoluntatibus ad contractus. De hac re vide plenè apud Alber.in l.cùm quidam.ff.de uerb.signific.& Alexan.in consi. 61.in 1.volum.& in consi.76.colum.fin.in 4.volu.& Soc.in consi.173.Reuerende pater, col. fi.in 1.volum.& in consi.249.& in l.si cognatis.ff.de reb.dub.& Doct.in l. si Titio aut Seio, in fi.ff.de leg.2.& Cuman.in consi.97.primo Consultus,colum.7.in 1.volumine.& Mar.Soc.iuni. in consi.126.num.28.

2 Bar.in d.l.pactum,ait,si ex testamento † non adiretur hæreditas, in quo est prohibita detractio falcidiæ,nihilo minùs ualent relicta in testamẽto.vide ad hoc plenas remissiones per Alex. in l.nemo potest.ff.de lega.1.

3 Bar.in d.l.pactum,in fi.ait, pactum, † quo aliquis renunciat defensioni suæ in causa status, & & personæ suæ,non ualere. Vide Barb.in consi.47.col.13.in 1.vol.Cæpol.in consi.41.colu.5. Mari.in c.si diligenti,col.3.versic.circa secundum,de for.comp. Aret.in c. cùm dilecti, de accusat.& in c.qualiter,& quando.2.in §.debet,col. 2.eod.titulo.Anch.in d.c.cùm dilecti, vbi limitat hoc non habere locum ubi ciuiliter ageretur etiam de crimine,putà per uiam inquisitionis,quæ quodammodò dicitur ciuilis,cùm de iure canonico mitius puniatur:& ideò renuncia tio ualida esset. Vide Feli.in c.quærenti,col. 3.de offi.deleg.in c.translato,col.2.de const. & in c.cùm ueniissent,col.3.uersi.secunda conclusio.de appell.vbi videas etiam Bal.& in c.significãte,eod.tit. Et quod renunciari † non possit defensioni, vide Ant. Corset. in suis singul.in litera
4 D.in singul.incip.Reus non potest,vbi limitat hoc non habere locum in publico & famoso latrone,secundum Bal.in l.prouinciarum.C.de feri.& in eo, qui fuit repertus in fragrãti crimine. & nisi is aliàs non haberet defensiones,ut ibi per eum. Et ad prædicta vide Iaſ.in l.si quis in con scribendo,col.6.C.de pact.& in auth.iubemus.2.C.de iudic.

Summarium in l.emptor.§.Lucius .ff.de pact.

1 *Qui subscribit se scripturæ perinde tenetur ac si ipse scripsisset.*
2 *Clausula generalis ad præcedentia nominata restringi debet quando salua ratione recti sermonis id fieri potest.*
3 *Si banniti rebanniantur, & eorum condẽnationes cancellantur, utrum sufficiat eas deleri uerbo an non.*

Bar.

Bar.in d.l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.

1 BART. in d.§.Lucius,ait,eum,qui subscribit † se scripturæ,perinde teneri, ac si ipse scripsisset. Vide Feli.in c.Quoniam contrà,col.24.versi. quartò quæro,de probat.Paul.de Castr.in l. hac consultissima.C.de testa.Iaſ.in l.cùm antiquitas,col.pe.& fi.C.eod.titu. & in auth.si quis in aliquo.C.de eden.Ang.de Aret.in rubrica proœm.instit.col.4.in 6.not.Barb.in consi.86.in 2. dubio.col.4.& seq.in 3.volu.Alex.in l.ita stipulatus.§.Chrysogonus,in 2.& 3.col.ff.de uerbor. obli.& aliquid per Feli.in c.cùm inter,col.3.de re iud.Paul.de Cast.in conſ.332.& Bal. in cõsi. 49.in 5.vol.Attende tamen,quoniam multæ videntur esse differentię inter scripturam,quæ tota sit scripta manu alicuius,uel subscripta tantùm,ut tradit Ang.in conſ.400.

2 Bar.in d.§.Lucius,ait,clausulam † generalem ad præcedentia nominata restringi debere,quãdo salua ratione recti sermonis id fieri potest. Vide Cor.in conſ.60.in 1.vol.Alex. in cõs.117. in 1.vol.& Mar.Soc.iuni.in conſ.112.nu.14.cum sequen.vbi not.infert ad prohibitionem alienationis generaliter factam à testatore,ut restringi debeat solùm ad alienationem inter uiuos, quando prius expresserat actus significantes alienationem inter viuos.

3 Bar.in d.§.Lucius,in fi.quærit,si banniti rebanniuntur, † & eorum condemnationes cancellantur,utrum sufficiat eas deleri uerbo,an non. Vide Feli.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ,colu.41. de const.& in c.eam te,de rescript.& Alex. in conſ.114.in 1.volu. & omninò in consi.65.in 3. vol.vide eundem Alex.in consi.164.in 7.vol.vbi ponit casum scitu dignum.

Summarium in l.in traditionibus. ff.de pact.

1 *Pactum appositum in traditionibus ualet.*

Bar.in l.in traditionibus.ff.de pact.

BART. in d.l.in traditionibus, colligit in summa id, quod habetur in tex. scilicèt pactum
1 † appositum in traditionibus ualere. Ad hoc vide tex.& gl.in c.sic quidam.10.q.1. & Doct.in c.significatum,de præben. Et dum ibi in versi. Ex prædictis assume, Bar. colligit tria membra: vide Alex.in l.si cùm dotem,col.2.versicu.vide ex dictis.ff.sol.matr.Et dum Bar.in d.l.in traditionibus,in fi.ait,quòd interdum pactum appositum ad excipiendum ualet ad agendum: Dic
' quod idem tenet in l.pacta conuenta,in princ.ver.sed quo quidem casu.ff.de contrahen.emp: & in l.bonæfidei,& ibi Salic.& Alex.C.de pact.

Summarium in l.non impossibile. ff.de pact.

1 *Pactum quando continet idem, quod ius commune, licèt sit nudum, producit actionem.*

Bar.in l.non imposibile.ff.de pact.

1 BART. in d.l.non imposibile, ait, quando † pactum continet idem,quod ius commune, licèt sit nudum,producere actionem. vide Barb.in conſ.1.col.15.in 1.vol. & in consi.23.colu. 12.& in consi.51.col.14.& seq.eod.vol.& Alex.& alios in l.legitima.ff.de pact.

Summarium in l.ab emptione. ff.de pact.

1 *Contractus, qui consensu celebrantur, solo consensu dissolui re integra.*
2 *Ablatiui absoluti positi in contractibus non disponunt.*
3 *Locus non est pœnitentiæ ubi contractus innominatus fit conditionalis.*
4 *Clausula constituti qua uenditor constituit se emptoris nomine possidere, operatur translationem dominij & debitor liberatur.*
5 *Clausula constituti in antiquis probat translationem possessionis.*
6 *Clausula constituti operatur ut uenditor conueniri non possit actioni ex uendito, ut tradat, sed conueniri debet rei uendicatione, uel uti possidetis.*
7 *Persimplicem contrarium consensum non induci resolutionem contractus.*

8 *Quando & quomodo res dicatur esse integra, & non.*

9 *An quando res non est integra, & contrahentes nudo consensu à uenditione recesserunt, si interuenerit ex interuallo actus contrarius retro similis, sufficiat an non.*

10 *Traditio quæ fit per clausulam constituti, qua aliquis constituit se alterius nomine possidere, etiam si sit ficta traditio, tamen possessio quæ per eam acquiritur, est uera.*

11 *Quamuis secundus emptor cui est facta traditio sit præferendus, tamen alioquin est si uenditor primi emptoris nomine se constituit possidere.*

Bar.in l.ab emptione.ff.de pact.

1 BART. in d.l.ab emptione,colligit in summa,contractus, † qui consensu celebrantur, solo consensu dissolui re integra. Vide Corn.in consi.15.in 1.vol.& omninò Dec. in l.nihil tàm naturale.ff.de regul.iur. Quid autem in ecclesia, vbi dominium rei uenditæ,donatæ, uel relictæ, in eam transfertur sine traditione; atque ita uenditio ex solo consensu perficitur, an possit solo consensu contrario dissolui? Vide Ias.in l.fi.col.2.vers.pulchrum est.C.de sacrosancc.eccles.

2 Bar.in d.l.ab emptione,in 1.not.ait,ablatiuos † absolutos positos in contractibus, non dispo nere. Dic ablatiuos absolutos resolui in conditionem.l.a testatore,& ibi Doct.ff.de condit. & demonstr.& latissimè Ias.col.5.versi.vltra scribentes,in recollectis,vbi rem hanc tradit per regulam,& fallentias. Et an ablatiui absoluti inducant dispositionem, vide Ioan.Campegium in tract.de dote,in 25.quæst.secundæ par.ubi citat.l.fideicõmissa.§.cùm esset.ff.de leg.3.& Mar. Soc.iuni.in cons.4.nu.8.& quòd ablatiui absoluti,quando cadunt super eo quod est certũ,non faciunt conditionem,tradit Dec.in c.translato,in 2.lectura,de const.

3 Bar.in d.l.ab emptione,col.2.versi.sed certè non placet,ait,locum † non esse pœnitentiæ,vbi contractus innominatus fit conditionalis. sed ista opinio uidetur ueritate carere, cum contra rationem esse uideatur. ratio enim quare sit locus pœnitentiæ in contractu innominato ea est, quia multùm debilis est ille contractus. de quo in l.si pecuniam.ff. de condit.ob.cau. Sed in proposito casu efficitur debilior propter conditionem.l.cedere diem.ff.de uerb.signif.Ad rem faciunt aliqua dicta per Alex.in l.si insulam.col.2.vers.tertiò facit.ff.de uerb.oblig.

4 Bar.in ead.l.& col.versiculo sed quæro, ait,clausulam † constituti,qua uenditor constituit se emptoris nomine possidere,operari trãslationem dominij,atque ita debitor liberatur. De hac clausula uide Ias.in §.actionum,col.26.inst.de action. Attende quia ad hoc, ut ui huius clausulæ dominium transferatur,necesse est,ut emptor probet constituentem possediſſe illa bona, de quibus agitur tempore, quo constituit se emptoris nomine possidere, alioqui succumberet ille, qui clausulæ constituti inniteretur. Et ideò cautus sit aduocatus: ita Dec. in consi.247.

5 Alexan. in cons.9.in 4.volum.Hoc tamen non habet † locum in antiquissimis:quia tunc illa sola probat translationem possessionis.Soc.in cons.139.col.fi.& in consi.187.col.5.in 1.vol. Ea verò est huius clausulæ & similium ius & potentia,ut propria authoritate, & absque aliqua excussione agi possit contra tertium possessorem. Alex.in consi.70.col.fi.in 5.vol.& in cons.83. & in cõsi.85.& in consi.185.in 6.vol.Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,char. 52.nu.51.vbi limitat hoc non habere locum, quando mortuus esset ille, qui constituit se alterius nomine possidere. Et ad prædicta vide omninò Ias.in § item si quis,num.77.de action. & Cæpoll.in cautell.31.& Aret.in consi.126.Et dum Bar.in d.l.ab emptione,col.3.uersic. Nota

6 & tene menti,ait,clausulam † constituti operari,ut uenditor cõueniri non possit actione ex uẽdito,ut tradat,sed conueniri debet rei uendicatione,vel uti possidetis. vide ad hoc, & ad præcedentia Matthæsyll.in singul.68.Alexand.in consi.27.colum.2. & in consi.92.colum.2.in 1. volum.& in consi.25.in fi.in 3.volum.& in consi.2.colum.4.nu.5.in 4.volum.& Salic. in l.traditionibus. C.de pact.

7 Bar.in ead.l.col.4.in principio ait,per simplicem † contrarium consensum non induci resolutionem contractus,vide Aret.in consi.21.col.4.in 1.dub.& Paul.de Cast.in consi.133.& seq.

Bar.in d.l.ab emptione,colu.3.versiculo quæro quæ faciunt,tradit, quando & quomodò res

dicatur

8 dicatur † esse integra,& non. De qua re vide plenè apud Alberi. in l.mandatum. C. manda. & Specul.in 1.par.tituli de iud.deleg.§.5.versi. Goffredus. Et an præparamenta faciant desinere rem esse integram,vide Bar.in l.si pecuniam.ff.de condit.ob caus.

9 Bar.in ead.l.propè fi.uersic.Quæro si res,disputat,an quando res † non est integra,& contrahentes nudo consensu à uenditione recesserunt, si interuenerit ex interuallo actus contrarius retrò similis,sufficiat an non? Vide Aret.in consi.17.col.6.& in consi.123.col.fi. & attende, quòd confirmatio siue ratihabitio actus nulli non trahitur retro,sed actus incipit robur habere,ut ex nunc.Aret.in cons.182.& in cons.sequ.

10 Bar.in d.l.ab emptione,in fi.versi.vltimò aduertas,inquit,quia etiam si traditio, † quæ fit per clausulam constituti,qua aliquis constituit se alterius nomine possidere,sit facta traditio, tamẽ possessio,quæ per eam acquiritur,est uera. Ex hoc infertur,quòd & si alienans in aliquam pœnam non incidat uendendo,nisi etiam tradat,& faciat eum uerum possessorem,tamen si nomine emptoris se constituit possidere,incidit in pœnam. Ias.in l.fi.in 19.quæst. versi.limita. C.de
11 iure emphyt.Item quàmuis secundus † emptor, cui est facta traditio, sit præferendus, tamen alioqui est,si uenditor primi emptoris nomine se constituit possidere.Ias.in l.fi.col.pe.uersi.ex istis uerificatur.C.de sacrosecc.Vide ad prædicta Barb.in consi.8.col.23.in 2.vol. & in consi. 58.col.18.eod.vol.Ad præcedentia faciunt trad.per Soc.in cõsi.80.col.fi.in 4.vol.vbi inquit, dotem præsumptam esse ueram dotem,licèt præsumptione probetur.De qua re vide Curtium in consi.88.& Cuma.in consi.109.

Summarium in l.fi.ff.de pact.

1 *Pactum principalis non præiudicat defensioni iam fideiussori quæsitæ.*

Bar.in l.si reus,quæ est.l.fi.ff.de pact.

1 Bart. in d.l.fi.colligit in summa,pactum † principalis non præiudicare defensioni iam fideiussori quæsitæ. vide Barb.in consi.89.col.9.in 3.vol.

Summarium in l.j.ff.de transact.

1 *Dictio quasi, significat improprietatem,& aliquando est uox ueritatis expressiua.nu.2.*
3 *Transactio fieri potest quando res dubia est propter iudicium uel propter aliud.*
4 *Non de quacunque re dubia licet transigere.*
5 *Transactio de causa criminali non ualet.*
6 *Si post transactionem appareant instrumenta ex quibus constat rem illam esse liquidam,super qua tanquam de re dubia facta fuit transactio,an ex eo quòd transigens fuit læsus, irrita sit illa transactio.*

Bar.in l.j.ff.de transac.

1 Bart. in d.l.j.tangit,an ista uox,quasi, † significet improprietatem. Tu dic hanc uocem quandoque improprietatem significare,ut probatur in l.in id tẽpus. ff.de usuc. in l.procuratorem,in fi.ff.de procurat.in l.itẽ Mella.ff.ad leg.Aquil.in l.una.§. *ut hæc* plenius,in fi.C.de rei uxor.actio.gl.in l.iubemus.§.sanè.2.in uoce,sacrilega.C.de sacrosancte eccles.
2 & est tex.in l.quasi.C.de non numer.pecun.Quandoque uerò est uox † ueritatis expressiua, ut in l.j.cum glo.ff.de regul. iur.& in l.si ante nuptias,cum glo.ff.solut.matri. gl. magna & ibi Bal. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbor.obligat.quem sequitur Ias.in l.re coniuncti.num.93. ff.de lega.3. & ita stat in Euangelio Ioannis, quasi unigeniti à patre. Et de huius uocis significatione tradit Bar.in l.constitutus.ff.de actio.& oblig.in l.fin.ff.de ficar.in d.l.si ante nuptias. ff.solut.matrim.in l.ij.C.de inoffic.testam.Abb.in capit. ad nostram,de iureiur. & in c.gratum, post glo.de offi.deleg.
3 Bar.in d.l.j.ait,transactionem † fieri posse, quãdo res dubia est propter iudicium uel propter aliud.

aliud. De hac re vide Alex.in conſi.153.col.fi.& in conſi.204.in fi.& in conſi.236.in libro in quo primi & ſecundi vol.conſilia continentur.& in conſi.72.in fi.in 3.vol.& Dec. in conſi.22. in fi.& pleniſsimè Io.Baptiſtam Caccialupum in tract.de tranſactionibus.vbi tradit etiam quo tuplex ſit tranſactio: qui poſsint tranſigere,& non: & de qua re poſsit fieri tranſactio: & mul-
4 ta alia ſcitu digna. Attende,quia non de † quacunque re dubia licet tranſigere, vt in cauſa matrimoniali.c.fi.vbi Abb.& alij de tranſact.neque ſuper conditione tutelæ licet tranſigere.Bart. in l.prętor ipſe.ff.de tut.& curat.dat.ab his,citat.l.in eos.ff.de tutel.quã intelligas,ut per Rom. in ſing.465.cum ibi addit.per Caſtil.Et an tranſactio licita ſit in ſpiritualibus,vide Abb. in c.2. Et omninò in c.ſuper eo,de tranſact.& Damaſum in tract.de brocardis, in primo membro.nu. 29.Item non ualet tranſactio † de cauſa criminali, in qua non ingeritur pœna ſanguinis.l.tran-
5 ſigere.C.de tranſact. & idem eſt etiam in cauſa mixta, in qua aliquid applicatur ob publicum intereſſe,& aliquid propter priuatum.Alex.in conſi.82.in fi.in 1.vol.Et hunc,& alios caſus vide apud Doct.prædictos,& in Specul.aduocatorum, in 6.part. Quid ſi tranſactio de re dubia, quam petebam aliqua ſpeciali actione,vtrùm porrigatur etiam ad alias actiones mihi ad eandẽ rem competentes,an uerò uti poſsim alia actione,non obſtante illa tranſactione; vide Abb. in
6 c.1.de tranſact.Quid ſi poſt tranſactionem † appareant inſtrumenta, ex quibus conſtat rem illam eſſe liquidã,ſuper qua tanquàm de re dubia,facta fuit tranſactio,an ex eo, quod tranſigens fuit læſus,irrita eſt illa tranſactio? Et videtur quod nõ,per tex.not.in l.Lucius,in fi.ff.ad Trebel. quem extollit Abb.in d.c.1.de tranſact.

Summarium in l. Imperatores. §. debitor. ff. de tranſact.

1 *Tranſactio facta cum hærede putatiuo ad uerum hæredem porrigitur.*

Bar.in l.Imperatores.§.debitor.ff. de tranſact.

1 Bart. in d.§.debitor, in principio tradit, tranſactionem † factam cum hærede putatiuo ad verum hæredem porrigi.vide Ang.in conſ.35.col.1.

Summarium in l.cum Aquiliana. ff. de tranſact.

1 *Liberalitatem captioſam interpretatio prudentium fregit.*
2 *Si factum eſt compromiſſum de fundo aliquo cum plena poteſtate arbitrandi, an iſte arbitrator poterit alteram partem compellere ut det alteri aliquam aliam rem, de qua non erat contentio.*
3 *Sententia debet eſſe conformis libello & petitioni.*
4 *Arbitrator an poſſit manum ponere ad rem non deductam in compromiſſo.*
5 *Arbiter ſiue arbitrator an poſſit in ſuo pronunciamento pactum apponere, ut altero ex compromittentibus ſine filijs decedente alter ſuccedat.*

Bar.in l.cùm Aquiliana.ff.de tranſact.

Bart. in d.l. cùm Aquiliana,verſi.vltimò nota,ait,attendendum eſſe illum tex.mirabilẽ,
1 in quo hæc continentur. liberalitatem † enim captioſam interpretatio prudentiũ fregit: atque ita liberatio generalis,appellatur liberalitas copioſa.ex quo, ſecundum Bar. multa decidi poſſunt. Et primò quòd ad faciendam liberationem generalem nemo cogi poſsit. Ad hæc vide Alex.in l.ſi finita.§.eleganter,col.7.ff.de damn.infect.& eſt tex.in l.iij.§.contrarium,vbi Bal.& Alberic.ff.de contrar.iudic.tut.Alex.in conſi.8.& in conſi.68.col fi.in 5.vol.Feli.in c.ſignificauit, col.fi.de teſti.Barb.in conſi.16.col.5.in 2.vol.& in conſi.108.in fi.Bald.in cap.ſi autem, in fi.de reſcript.& in c.cùm adeò,in fi.eod.tit.& in c.ſuper literis,in fi.eod.tit.Et rurſus vide Alex. in conſi.42.col.3.ver.tertiò quia generalis,in 1.vol.Et ad prædicta facit illud Philoſoph. in genere eſſe confuſionem & obſcuritatem. Et ideò inquit Rom. in conſi.403.arbitros præcipere non poſſe,vt inter partes fiat quietatio generalis.Et neminem poſſe cogi ad huiuſcemodi liberationem;tradit etiam Iaſ.in l.ſi de certa.C.de tranſact.

Bar.

2 Bar.in d.l.cùm Aquiliana,quærit, ſi factum eſt compromiſſum † de fundo aliquo cum plena poteſtate arbitrandi,an iſte arbitrator poterit alteram partem compellere, ut det alteri aliquã aliam rem,de qua non erat contentio. & decidit,hoc fieri nõ poſſe. Ad hæc vide Alex. in l. ſi ſuper,verſiculo item præſtat.C.de tranſact.Card.in conſ.15.& ſeq.Abb.in c.conſtitutus,de religi.dom.in c.niſi eſſent uiri prouidi,col.2.de præben.& in c.cùm dilecti,colu.3. de arbit. Bald. in conſi.152.in 2.vol.Alex.omninò in conſi.266.In cauſa & lite, in libro in quo primi & ſecũdi vol.conſilia continentur. Et ad rem faciunt trad.per eundem Alexand.in conſ.79.in 5. vol. vide ad præfata Rom.in conſi.115.in fi.& Felin.in cap.cauſam quæ,colu.2.de iudic.Et ex hoc
3 Bartoli documento illud eſt adnotandum,quod dici ſolet, ſententiam † eſſe debere conformẽ libello,& petitioni. Adde tria debere eſſe conformia,ſcilicèt libellum,probationem,& ſententiam; vt declarat Bal.in l.j.C.ſi plu.una ſent.& in l.fi.C.de fideicomm.liber.& Canoniſt.in cap. licèt Hely,maximè Ana.de ſimon.id quòd non ſolùm procedit in iudice & arbitro,uerùm etiã in arbitratore. de qua re vide Ant. de Butr.in d.c.conſtitutus, de relig. dom. Et ad præcedentia vide Soc.in conſi.220.in 1.vol.vbi plenè tradit,an arbitrator †
4 poſsit manum ponere ad rẽ non deductam in compromiſſo. Barb.in conſi.3.in 4.vol.Feli.in c.conſulere,de ſimon.& quæ poſui in annot.in Bar.in l.ſi cùm.§.plenè.ff.de arbit.Attende tamen,licèt arbitrator non poſsit ponere manum ad aliam rem,nihilominus totam rem de qua diſputatur, poſſe uni auferre, & dare alteri,hoc pacto,ut ei certa pecuniæ quantitas ſoluatur. Dec.poſt alios in l.ſi ſuper poſſeſſione. C.de tranſact.Soc.autem in conſi.104.in 4.volu.ait, in quibuſdam caſibus partes cogi poſſe ad dandum aliam rem,licèt deducta non fuerit in compromiſſo: vt ibi per eum. Quæro
5 vtrum arbiter † ſiue arbitrator poſsit in ſuo pronunciamento pactum apponere, vt altero ex compromittentibus ſine filijs decedente, alter ſuccedat? Vide Angel.in conſilio 66.vbi tenet hoc fieri non poſſe.

Summarium in l. de his. ff. de tranſact.

1 *Tranſactio de contentis in teſtamento non ualet, niſi cognitis & inſpectis uerbis teſtamenti.*
2 *Juramentum habet uim ſpecifici & expreſſi ſenſus.*
3 *Dictio non aliter, quid ſignificet.*
4 *Sufficere tranſigentem inſpicere oculis intellectus ea, quæ continentur in teſtamento.*

Bar.in l.de his.ff.de tranſact.

1 Bart. in d.l.de his,ex qua colligitur tranſactionem † de contentis in teſtamento non uelere,niſi cognitis & inſpectis uerbis teſtamenti,quærit nunquid huic legi renunciari poſsit. De hac re vide eundem Bart. in l. Modeſtinus.ff. de donat. Et quòd huic l.renunciari non poſsit,
* communiter * traditum eſſe ait,Imol.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerbo.oblig.vbi etiam Alex.Hoc tamen ibi limitatur, niſi iuſiurandum interueniſſet. hoc idem uult Alexan.in conſi. 153.in libro in quo primi & ſecundi volu. conſilia continentur, & in conſi.118.in 7.volum.& Marcum Antonium Bauarium in tract.de virtute iuramenti.num.51.ſed an huic legi renunciatum eſſe intelligatur, quando in genere cuiuſque legis auxilio renunciatum eſt, uide Dec.in conſi.452.num.18.vbi ait,huic legi renunciatum eſſe cenſeri. contrarium tenet Feli.in c.ſi diligenti.num.18.de for.compet.vbi ait,cùm in caſu huius.l.ſpecifica ſcientia exigatur, non ſufficere eſſe cogitatum in genere uirtute illius renunciationis factæ de quocunque legis auxilio Quæro hic,quare eſt,quòd ui iuramenti cenſetur renunciatum huic legi,& non ui renunciatio
2 nis prædictæ? Reſpondeo, iuramentum † habere uim ſpecifici, & expreſsi ſenſus, ſecundum Bal.in l.j.C.commod.& Alex.in l.ſancimus.C.de teſta.& Soc. in conſi.214. in 1. volu. Et an & quando huic legi renunciatum eſſe intelligatur,vide Soc.in conſ.200. col.ſi.& in conſi.282. & ſeq.in 1.vol.Ad prædicta uide Barb.in conſi.48. col.10.& ſeq.in 1.uol. & aliquid in conſi.55. col.15.in 2.uol.& in conſi.68.col.1.eod.uol.Capr.in conſi.29.Corn.in conſi.150.in 3.uol.&
* in conſi.139.in 4.uol.& omninò Soc.in conſi.214.in 2.difficultate,in 1.uol.ubi ait, * communem

nem opinionem eam eſſe, ut ex hac renunciatione generali, legi renunciatum non ſit. Et poſteà tradit etiam, quid ſi iuſiurandum interueniſſet, & multa in hac re ſcitu digna pertractat. Et dum Barto.in d.l.de his, ait, diſpoſitionem illius legis traditam eſſe pro forma, & uim facit,in uoce illa, non aliter, † ideò ei renunciari non poſſe. in hoc puncto vide Feli.in cap.cùm 3
acceſsiſſent,colum.4.de conſt.Et de hac uoce non aliter,vide aliquid apud Alexan. in conſi.3. col.2.in 1.vol.Bal.in c.1.§.denique,in titulo Quæ fuit prima cau.benef.amit. & Iaſ.in l. fin.col. pen.C.de iure emphyt.

Bar.in d.l.de his, ait, ſufficere tranſigentem † inſpicere oculis intellectus ea,quæ continentur 4
in teſtamento, alioqui uerò ſi oporteret, ut oculis corporis legerentur. De hac re vide multa apud Feli.in proœm.Decretal.in fi.Barba.in conſi.48.col.10.& ſeq.in 1.vol.Rom.in cõſ.403. vbi per hanc.l.ait,arbitros, in quos factum eſt compromiſſum generale & plenum, non poſſe aliquid diſponere ſuper ijs,quæ pendent à teſtamento,niſi eo uiſo. & alia tradit ſcitu digna ibi in col.pen.vide etiam Ang.in conſi.218.in tertio dubio.& in conſi.198.vbi loquitur in laudo, & plenè in conſi.94.& omninò vide eundem Ang.in l.ij.ff.quemad.teſta.aperi. & Bar. in l.ſcyphi.ff.de optio.lega.Et vide Mar.Soc.iunior in conſi.116.nu.74.& ſeq.& Soc. in conſi.214.in ſecunda difficultate,in 1.volum.

Summarium in l.cum hi. ff.de tranſact.

1 Dictum ſequens reſtringitur à præfatione poſita in præcedentibus.
2 Tranſactio ſuper alimentis fieri non poteſt niſi prætore autore.

Bar.in l.cum hi.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi,in principio ait,dictum ſequens † reſtringi à præfatione poſita in præcedentibus. Vide ad hoc Ana.in conſi.4.in ſecundo dubio.Rom. in conſ.476.Socin.in conſi. 165.columna 3. Et ad prædicta uide quæ plenè poſui ad Barto.in l.item quia.§. idem Iuliano. numero 3.ff.de pact.

2 Bar.in d.l.cùm hi,in fi.princip. ait,tranſactionem † ſuper alimentis fieri non poſſe,niſi prætore authore: & huic beneficio renunciari non poſſe,etiam cum iuramento. Contrarium tenuit idem Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſor.Sed pro concordia dicendum eſt, Bart.hoc in loco loqui de iure ciuili,ibi verò de iure canonico. Et vidè Lancilotum poſt alios in l.de alimentis. C.de tranſact.ubi maximè Dec.Et an legi prohibitiuæ renunciari poſsit cum iuramento, vide Alex.in conſi.153.Viſo & ut oportet.in libro in quo primi & ſecundi volu. conſi.continentur. Barb.in conſi.48.in 1.vol.Imol.in c.cùm contingat,col. pe.de iureiur.Et quòd in alimentis dicatur uerſari utilitas publica,ut hic ait Bar.vide Alex.in conſi.108.colu.pen.uerſic.Prædictum ſtatutum emanauit,in 3.volum.

Summarium in d.l.cum hi.§.eam tranſactionem. ff.de tranſact.

1 Si eccleſia uel minor uendit ex cauſa non conceſſa & ſolemnitate non ſeruata an contractus ualeat.
2 Mulier quæ ſine decreto contrahere non poteſt, ad ſui tamen utilitatem abſque decreto poteſt.

Bar.in d.l.cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi.§.eam tranſactionem, quærit, ſi eccleſia † uel minor uendit ex cauſa non conceſſa,& ſolennitate non ſeruata,an contractus ualeat? dicitque eum tenere, ſi cõditionem ſuam non fecerint deteriorem. Ad iſtam quæſtionem vide Feli.in cap.tuis quæſtionibus, col.1.de teſti.Aret.in c.nouit,col.5.in fi.de iudic.Rom.in conſi.316. & in conſi.453. vbi multa ſimilia attulit.Et uide Iaſ.ad hóc in l.Barbarius,col.3.ff.de offi.prætor.& Anch.in conſ.309.
2 & omninò Dec.in conſi.331.col.2.vbi ait,mulierem, † quæ ſine decreto non poteſt,ad ſui utilitatem abſque decreto poſſe contrahere. & multa adducit ad rem facientia. Hoc idem plenè docuit Feli.in c.cauſam,col.pe. de iudic. vbi deinde ſubiungit, eccleſiam ad ſui utilitatem ſine

requiſitis

requiſitis ſolennitatibus alienare non poſſe; quia id pro forma exigitur. id quod præfato Bartoli documento repugnaret. Attende tamen, Prælatum & quemlibet alium rectorem eccleſiæ, poſſe contrahere & tranſigere ſine ſuperioris authoritate, ut contractus duret toto tempore, quo ipſe erit futurus rector. tex. eſt not. & ibi Abb. in c. veniens, de tranſact.

Summarium in d.l.cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſact.

1 *Tranſactio alimentorum facta ſimpliciter non porrigitur ad habitationem.*
2 *Appellatione manſionis & habitationis alimenta non continentur.*
3 *In alimentis an expenſæ quæ fiunt in ſtudijs contineantur.*

Bar. in d.l.cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſac.

1 BART. in d.l.cùm hi. §. qui tranſigit, ait tranſactionem † alimentorum factam ſimpliciter, non porrigi ad habitationem, & ueſtiarium. contra hoc urget, quòd appellatione alimentorum ueniunt & omnia, ſine quibus corpus ali non poteſt; ut cibaria, ueſtiaria, & habitatio. l. legatum. ff. de alimen. lega. l. cùm hi. §. de calciario. ff. de tranſact. & ita in ſpecie ait Soci. in conſ. 161. in fi. in 1. vol. Et hoc idem uult gl. not. in c. Epiſcopus, in uoce victu. 10. q. 2. Sed reſpondetur, fatendo contrarium, quando ſumus in legato alimentorum, quod eſt fauorabile, alioqui uerò in tranſactione, quæ eſt odioſa, cùm de ipſis finiendis agatur, ut hic: ita docuit idem Bart. in l. legatis. ff. de alim. leg. Attende tamen, licèt appellatione alimentorum in re fauorabili, etiam ueſtes & habitatio contineantur tanquam ſpecies ſub genere comprehenſæ, tamen appella-
2 tione manſionis & habitationis, † alimenta non continentur. & ideò ſi teſtator legaſſet habitationem, propterea non cenſetur ei alimenta reliquiſſe. Alex. in conſi. 62. col. fin. in 5. vol. ſic etiam appellatione cibariorum, non ueniunt ueſtimenta, ut habetur in tex. & glo. in d.c. epiſcopus. 10. q. 2. An autem appellatione alimentorum, ueniant medicinæ: vide Bar. in d. l. legatis, & plenius in l. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. ſolut. matr. vbi etiam alij Doct. tradunt. Et nunquid
3 in alimentis † expenſæ, quæ fiunt in ſtudijs contineantur? vide Bar. in l. de bonis. §. nõ ſolùm. ff. de Carbo. edict. uide tex. in l. itẽ ſerui. §. quas impenſas. ff. de ædili. edic. & in l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod. & in l. ſicut impendia. ff. dẽ uſufr. & in l. non omne. ff. de pœn. lega. & gl. in c. ex parte, in uoce fortè, de celebrat. miſſ. & uide trad. per doct. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir uxorem. ff. ſol. matr. Et quòd appellatione alimentorum ueniant cibaria, ueſtiaria, & habitationes, habetur in l. fi. ff. de alim. leg. & in glo. in l. ſi quis à liberis. §. non tantùm. ff. de liber. agnoſc. Et licèt ex l. fi. de diuor. fact. apud quem, argumentum colligatur, habitationem non comprehendi, tamẽ ita eſt ueritas. Et de materia alimentorum vide plenè apud Paul. de Monte Pico in ſolenni repet. l. Titia cùm teſtamento. §. Titia cùm nuberet. ff. de leg. 2.

Summarium in d.l.cum hi. §. ſi uni. ff. de tranſact.

1 *Fundum, qui pro alimentis legatur, ſine prætoris autoritate obligari & diuidi non poſſe.*
2 *Si hæredes emphyteotę inter ſe bona emphyteotica diuiſerunt, an dominus partem liuelli ab uno recipiens & partem ab alio ſibi præiudicet.*
3 *Emphyteota alienans irrequiſito domino, quamuis incontinenti bona redimat alienata, tamen cadit iure ſuo.*
4 *Emphyteota ſi requiſito domino partem rei alienat utrum cadat à tota re, an uerò à parte tantùm alienata.*
5 *Nunquid emphyteoſis eccleſiaſtica & feudum ueniant in reſtitutione fideicommiſſi an non.*
6 *An & quando feudum diuidi poſſit.*

Bar. in d.l.cùm hi. §. ſi vni. ff. de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi. §. ſi uni, colligit in ſumma, fundum, † qui pro alimentis legatur, ſine prætoris authoritate obligari & diuidi non poſſe. Et ex hoc infert, & quærit, an pari ratione plures emphyteotæ ſibi inuicem alienare & diuidere non poſſint irrequiſito domino? Concluditque, hoc in alimentarijs militare: quia alienatio & diuiſio fauore ipſius alimentarij prohibita eſt, alioqui uerò in emphyteoſi: quia domini non intereſt, ut inter ſe diuidant, ſed bene intereſt,

intereſt,vt in tertiam perſonam ei non obligatam,non transferant. hæc Bart.Conſidera, quòd iſta ratio Bar.non uidetur tuta: quando enim unus ex alimentarijs uenderet alteri alimentario, eius ratio ſatis concludit: quia ſubeſſet periculum, ne fame periret. ſed ubi diuideret, & ſibi debita portio aſsignaretur,tunc non ſubeſt hoc periculum: & ideò ceſſat ratio Bar.Cogita.Et uide ad prædicta Alex.in conſi. 317. Viſo themate,in lib.in quo primi & ſecundi volu. conſilia continentur. & omninò in conſi.7.col.1.in 5.vol.vbi tradit, an irrequiſito domino emphyteotæ,& feudatarij poſsint bona eis conceſſa diuidere. Ad rẽ faciunt trad. per Dec. in c.ex literis,
2 col.3.de probat.Quid ſi hæredes† emphyteotæ inter ſe bona emphyteotica diuiſerunt, an dominus partem liuelli ab uno recipiens,& partem ab alio, ſibi præiudicet,ita vt amplius eorum quemlibet in ſolidum conuenire non poſsit? Vide Fulg.in conſi. 80.Quo autem pacto emphyteota irrequiſito domino alienare poſsit,& non incidat in pœnam,vide Alex.in conſi.104. cũ
3 ſeq.in 4.vol.& Cæpol.in cautel.22. Scias etiam emphyteotam † alienantem irrequiſito domino,quàmuis in continenti bona redimat alienata; tamen cadere à iure ſuo,ſed eſſe dignum excuſatione propter celeritatem redimendi,per tex. in c.ſi quis presbyterorum, de reb.eccl.non alien.& in c.potuit,vbi Doc.de loca.ad quod uideas etiam Ambroſ.de Oppizonibus in repet.
4 §.Diui.ff.de leg.1.nu.76.Quid ſi emphyteota † irrequiſito domino alienat partem rei, utrum cadat à tota re,an uerò à parte tantùm alienata? vide Alex.in conſi.89.& in conſ.99.colu. fi.in 5.vol.Raph.Cuma.in conſi.41. & Curtium in conſi.70. nu.9. non ab re eſt etiam intelligere,
5 nunquid emphyteoſis eccleſiaſtica† & feudum ueniant in reſtitutione fideicommiſsi, an non? Prima fronte dicendum uideretur, quòd non: quoniam huiuſmodi bona ad extraneos hæredes non tranſeunt,igitur non ueniunt in reſtitutione hæreditatis: ita enim colligit Bar.in l.ſi pa
* troni,in princ.ff.ad Trebell.in cuius ſententiam * cõiter itum eſt,teſte Alex.in conſi.11.col.8. in 3.vol.& in conſi.101.col.8.in 4.vol.Tamen ueritas uidetur eſſe,vt diſtinguendum ſit, ſit ne ille,qui petit fideicommiſſum de deſcendentibus teſtatoris,an non.& primo caſu bona ſint reſtituenda; alioqui non: ita Bal.in l.cùm uirum.C.de fideicom.& Alex.in conſi.19. colu.2. in 5. vol.vbi refert Io.Andr.Nicol.de Neap.& Paul.de Caſt.ita limitantes Bart.in d l.ſi patroni. An
6 autem,& quando feudum † poſsit diuidi,vide in conſi.66.inter conſilia Alber.Brun.vbi etiam habetur diuiſionem fructuum fieri poſſe in feudo,& in quacunque re,in qua ſit prohibita alienatio. Immo æquiſsimum eſt,vt iudex id fieri debere præcipiat, ne conſortes ad arma prouocentur. Et ad prædicta vide etiam Soc.in conſi.67.in 1.vol.Alex.in conſi.60.in 3.uol.& in cõſ. 11.in 5.vol.& quid ſi ſubditi contradicunt,vide Alex.in conſ.25. in 5.vol.

Summarium in d.l.cum hi.§. ſi prætor.ff.de tranſac.

1 *Iudex non debet omittere iuris ſolennia, & eorum omiſsio irritum reddit id, quod agitur.*

Bar.in d.l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi.§.ſi prætor,colligit in ſumma,iudicem † non debere omittere iuris ſolennia,& eorum omiſsionem irritum reddere id,quod agitur. vide Alex.in conſi.42.colu.6.in 1.vol.& in conſ.100.col.2.in 5.vol.vbi ait,verba ſtatuti ad unguem eſſe obſeruanda,& in cõſi. 109.eod.uol.Paul.de Caſt.in conſ.328.Soci.in conſ.76.in princ.& in conſi.24. in 1.vol. & omninò Dec.in conſi.10. vbi multa ad rem facientia tradidit. Quæro an partes poſsint renunciare ſolennitatibus iudiciorum? vide Feli.in c.de cauſis,col.4.de off.deleg.& an ualeat renunciatio eorum,quæ ſunt de forma.Feli.in c.fi.§.is autem,eod.tit.

Summarium in d.l.cum hi.§. tranſactiones.ff.de tranſact.

1 *Coram quo iudice teſtes ad perpetuam rei memoriam ſint examinandi.*
2 *Si actor uellet agere et reus offert ſeparatam ſuſcipere iudiciũ in ſe et litigare,examinatio teſtiũ impedit.*
3 *Citatio perſonalis an exigatur quando examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam.*
4 *Ad hoc ut teſtes ad æternam rei memoriam præiudicent, neceſſe eſt ut citato eo cuius intereſt illorum teſtimonia publicentur.*

Bar.in d.l.cùm hi.§.tranſactiones.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi.§.tranſactiones,infert ex iſto tex.ad quæſtionem, coram quo iudice † teſtes ad perpetuam rei memoriam ſint examinandi.Nos uerò plenius rem hanc aperiamus. Sciendum igitur eſt, teſtes ad perpetuam rei memoriam examinari poſſe,& debere,etiam ubi non ſubeſt timor mortis eorum. Doct.& præſertim Feli.in c.ſignificauit, & in c.Albericus, de teſti.Bar.Bal.& alij. in auth.ſi quis in aliquo.C.eod.tit.Fulgo.in conſi.138.Maria.in cap.quoniam frequenter,vt lit.non conteſt. Aret.in conſi.143. col.8. verſic. venio igitur ad tertium. Alex.in conſi.348.in lib.in quo primi & ſecundi volu.conſilia continentur. vbi egregiè loquitur. Maria.Soci.iuni.in conſi.14. vt multos alios prætermittam , cùm res ſit clara. & in præfatis locis habetur, quid in actore,& quid in reo petente huiuſmodi teſtes examinari. Attende
2 tamen, quia ſi actor † uellet hoc agere , & reus offerret ſe paratum ſuſcipere iudicium in ſe,& litigare,iſta examinatio teſtium impediretur . quod tamen declara,vt per Cæpoll.in caute.72. Ad quæſtionem autem propoſitam per Bar.redeundo,ſcilicèt,corã quo iudice teſtes ſint examinandi,dicas,quando reus hoc agit, ut ſibi paret exceptionem , licèt ipſe faciat aduerſarium citare,tamen examinatio fieri debet coram iudice ipſius rei; quoniam ipſe eſt cauſam cogniturus, ſi actor uellet agere , neque reus in caſu iſto efficitur actor : quia petit hoc , vt ſibi paret exceptionem,neque propterea ſentit actor ullum grauamen,cùm hoc ipſum de iure communi facere teneretur,vt aiunt Bal.Ang.& Iaſ.in d.§.tranſactiones,& Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum,col.5.verſicu.Vnum tamen puto aduertendum.ff.pro ſoc.quem refert & ſequitur Pet.de Ancha.in conſi.332.in fin.& Rom.in conſi.412.in 1.col.vbi etiam docuit,, quid fieri debeat, quando iſte reus plures iudices haberet . Hoc idem latiſsimè confirmat Alexand.in cõſi.103. in 5.volumine. & Federic.de Senis , in conſi.231.quem refert & ſequitur Abb. in cap.ſi quis contra clericum,colu.2.de for.competen.& Aretin.in conſi.132.col.8. verſic. venio igitur ad tertium. idem uoluit etiam in conſi.83. colum.1. & Iaſ.in repet.l.admonendi, num.214.ff.de iureiuran.& Socin.in conſi.244.Conſiderata facti contingentia,in primo volumine. vbi & ipſe , & Iaſ. in dicto loco aiunt hoc non habere locum , quando teſtes eſſent ualetudinarij , & de eorum morte timeretur: quoniam tunc propter dictum periculum imminens, poſſunt coram quocunque iudice examinari . & prædicta omnia latè confirmat Aretin.in dicto cap.ſignifi-
3 cauit, de teſti. An autem † citatio perſonalis exigatur: & dic citationem ad domum ſolitæ habitationis ſufficere,quando perſona non inuenitur.Bartol.in l.iiij.§.prætor ait.ff. de damn.inſtit. Roma.in conſi.544.Vide omninò Alex.in conſi.348. in lib.in quo primi & ſecundi vol. conſilia continentur, & Abb.in d.cap.quoniam frequenter,in princip.vt lit.non conteſt. Ad hoc
4 autem ut teſtes† ad æternam rei memoriam præiudicẽt, neceſſe eſt,ut citato eo,cuius intereſt, illorum teſtimonia publicentur. Soc.in conſ.14.in 4.vol.& ad præcedentia uide Alex.in l.hac conſultiſsima.§.ſed cum humana.C.qui teſta.fac.poſſ.& in l.lege Aquilia,ſi delictum.ff.ad leg. Aquil.vide etiam Bar.in l.ij.C.de nau.lib.11. & plenè ac diſtinctè, quæ ad materiam quorumcunque teſtium attinent,vide in tract.Alberic.de teſti.licèt dubitetur, fuerit ne Alberic.an nõ vide etiam apud Curtium in ſuo tract.de teſtib.

Summarium in d.l.cum hi. §. ſi cum lis .ff.de tranſac.

1 *Tutores & alij adminiſtratores poſſunt tranſigere de re dubia.*

Bar.in d.l.cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l.cùm hi.§.ſi cùm lis,colligit ex illo tex.tutores † & alios adminiſtratores poſſe tranſigere de re dubia,niſi lis fingatur. Ad rem hanc bene facit tex.in l.præſes,in uoce,ambitioſe,& ibi Alex.col.2.C.de tranſac.& uide Barb.in conſi.46.col.7.in 1.vol.

Summarium in l.qui cum tutoribus.ff. de tranſac.

1 *An & quando per pactum uel tranſactionem uel diuiſionem factam inter cohæredes cenſeatur eſſe remiſſum ius futurum .*

Bart.

Bar.in l.qui cùm tutoribus.ff. de tranſact.

1 BART. in d.l.qui cùm tutoribus, diſputat,an & quando † per pactum, uel tranſactionem, vel diuiſionem factam inter cohæredes cenſeatur remiſſum eſſe ius futurum. De hac re uide Bar.in l.qui Romæ.§.fi.in 6.q.ff.de uerb.oblig. Bal.in l.pactum,in 6.quæſt.C. de collat.Soci.in conſi.215.col.fin. in 1.volu.Dec.in conſi.79.& in conſi.86.colum.2.& latè in conſi.267.& in conſi.495. & quomodò renunciatio iuris futuri fieri poſsit, docuit Soci.in conſi.94. in 1.vol. & ad ea, quæ de fideicommiſſo prædiximus,ſecundum trad. in d.§.duo fratres.vide Alexan.in conſi.208.in 6.volu.

Summarium in l. poſt rem. ff. de tranſac.

1 *Poſt rem iudicatam tranſigi poteſt ſi res eſt dubia.*
2 *Quando executio ſententiæ petitur non poteſt pars contra quam agitur petere compromiſſum fieri debere uigore ſtatuti diſponentis quæſtiones compromitti debere.*
3 *Tranſactio fieri non poteſt ſuper re iudicata.*

Bar.in l.poſt rem.ff.de tranſact.

1 BART. in d.l. poſt rem,ait, poſt rem † iudicatam tranſigi poſſe, ſi res eſt dubia. & ſubinde quærit, an per ſolam negationem res dubia efficiatur? De hac re uide Alex.in conſil.236. in lib.in quo primi & ſecundi volu.conſilia continentur,& in conſi.71.col.fi.verſic. Non obſt.in 5.vol.Bal.in conſi.258.in 3.vol.Abb.in c.expoſita,de arbit.Fulg.in conſi.120.Soc.in conſi.4. Iaſ.in l.fratres.C.de tranſa.& plenè Feli.in c.3.colu.2.& ſequ.de teſti.cogen. & in c.ſi clericus laicum,de for.compet.& in c.coràm,col.pen.de off.deleg.

2 Bar.in d.l.poſt rem, ait, quando executio † ſententiæ petitur, non poteſt pars contra quam agitur,petere compromiſſum fieri debere uigore ſtatuti diſponentis,quæſtiones compromitti debere: quoniam iſta non eſt quęſtio,cùm res ſit deciſa. Adde,quòd hoc idem uidetur locum habere in inſtrumentis guarantegiatis, vt tradit Orian. in tract.de arbitr. chart.25.quæſt.50. & 52. Ad rem faciunt trad.per Alex.in conſi.22.in 1.volu.in conſi.82.in fin.eod.vol.& omninò in conſi.204. Viſa facti narratione, in fi.in lib.in quo primi & ſecundi volu. conſilia continentur, & in conſi.153.in eod.lib.& in conſi.72.in fi.in 3.volu. & in l.ſi diuerſa,colum. 2.C.de tranſact. Rom.in conſi.68.& in conſi.88. Barb.in conſi.42.nu.12.in 2.vol.Aret.in conſi.101. Cæpoll.in cautel.57.& Felin.in c.inter monaſterium, de re iudic.& tranſactionem † fieri non poſſe ſuper re iudicata,niſi dicatur,non obſtante ſententia,tradit latè Io.Bapt. Caccialupus in tract.de tranſactionibus,in 9.q.& latè quæ ad materiam huius ſtatuti attinẽt,vide apud ea quę poſui in prima conſt.C.de nou.codic.confic.

3

Summarium in l.non eſt ferendus.ff.de tranſac.

1 *Tranſactio facta ſuper teſtamento ad quamcunque partem ipſius teſtamenti eſt referenda.*

Bar. in l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.

1 BART. colligit ex d.l.non eſt ferendus, tranſactionem † factam, ſuper teſtamento,ad quãcunque partem ipſius teſtamenti eſſe referendam. Vide ad hanc l.Alex.in conſi.24.col.fi.in 3. vol.& Feli.in c.vltra tertiam.de teſti.& in proœm.Decretal.col.5.

Summarium in l.nulli.ff.de tranſact.

1 *Tranſigere eſt alienare.*
2 *Idem iudicium fieri ſolet de principio principiante, quod de his quæ ſequuntur ab ipſo principio.*
3 *Vbicunque duo ita ſe habent ut de uno ad aliud deſcendatur, tunc ſtatutum in uno locum habet ẽt in alio.*
4 *Emphyteuta an poſſit tranſigere.*
5 *Feudalis cauſa compromitti non poteſt.*
6 *Prælatus & quilibet rector eccleſiæ poteſt ſine ſuperioris autoritate tranſigere.*

De tranſactionibus.

Bart. in l.nulli.ff.de tranſact.

1 Bar.in d.l.nulli,colligit in ſumma, quòd tranſigere, † eſt alienare. Contra hoc uidetur urgere id,quod ait Alex.in conſi.41.in 6.volum.& Socin.in conſi.75.in 1.volum. tradunt enim alienatione prohibita, illum actum duntaxàt prohibitum eſſe cenſeri, per quem dominium transfertur, ſi inniti uolumus uerborum proprietati. Sed reſponderi poteſt, iccircò tranſactionem appellari poſſe ſpeciem alienationis; quoniam ea mediante ad actum alienationis
2 deuenitur. nam idem iudicium fieri ſolet de principio † principiante, quod de ijs, quæ ſequuntur ab ipſo principio. text.eſt ſingul.ſecundum Paul.de Caſtr.in l. maritus. C.de procur. Ad rem facit tex.in l.fin.C.de reb.eccl.non alien.vbi in materia prohibitionis alienationis,quę ſtricta eſt, etiam pignus prohibitum eſſe cenſetur: ea ratione, quòd eo mediante ad alienationem deueniri ſolet. Hinc not.dixit Abb.poſt glo.fin.in capitulo primò de poſtul.prælato.
3 ubicunque duo † ita ſe habent, ut de uno ad aliud deſcendatur, tunc ſtatutum in uno locum habere etiam in alio, quamuis ſubiecta materia ſit pœnalis. de cuius documenti ueritate uideas Decium in capitulo nam concupiſcentiam, in ſecunda lectura de conſtitu.& ad prædicta omnia uide Alexand.in conſi.63.in 7. volumine.Dec.in conſi.445.nume.24.& in conſi.660. Redeundo autem unde digreſsi ſumus, Bar. (vt dixi) ex glo.in d.l.nulli, colligit,tranſactionem
4 eſſe alienationem. ex eadem glo.& Bartoli documento inferri poteſt ad feudatarium,† & emphyteotam, nunquid poſsint tranſigere. de qua re uide Bal.in capitulo primo. ſi de feud.fuer. controuer. inter uaſal.& alium. Abb.in conſi.56.Videtur primò,& in conſi.62. Illud de iure quæritur, in primo volum. Federic.de Sen.in conſi.94. Roma. in conſi.50. in ſecundo dubio. Abb.in capitulo contingit,colum.2.de tranſact.& in capitulo veniens, in quarto not. eodem
5 titu.& omninò Felin.in c.edoceri, nu.16.de reſcript. Scias etiam feudalem † cauſam compromitti non poſſe: quia iuriſdictio feudi eſt Principi reſeruata. Socin. in conſi.87. colu.2.& 3. in 3.volu.& ibi in 6.col. An tranſactio fieri poſsit de feudo. & an uaſallus, & emphyteota irrequiſito domino poſsint tranſigere, vide omninò Felin.in c.pen.poſt nu.15.de re iud.vbi ait,id
6 fieri poſſe. Attende in hac re unum memoratu dignum,quia prælatus † & quilibet rector eccleſiæ poteſt ſine ſuperioris authoritate tranſigere,ita ut tranſactio duret toto tempore, quo ipſe erit futurus rector: tex.eſt not.vbi Abb.in c.veniens, de tranſa.quem extollit Io.Baptiſta Caccialupus in tract.de tranſactionibus,in 7.q.nu.9.cum ſeq.

Summarium in l.controuerſia.ff.de tranſac.

1 *Facta diuiſione hæreditatis ex cauſa tranſactionis quilibet conueniri debet à creditoribus pro portionibus hæreditarijs.*

Bar.in l.controuerſia.ff.de tranſact.

1 Bart. in d.l.controuerſia, ait, facta diuiſione hæreditatis † ex cauſa tranſactionis, quemlibet à creditoribus conueniri debere pro portionibus hæreditarijs. Vide ad hanc l.aliquid apud Feli.in c.quamuis.col.7.de re iudic.

Summarium in l.qui fidem.ff.de tranſac.

1 *Nunquid compromiſſum factum in arbitratorem finiatur, ſi iudex aditur.*
2 *Quando facta eſt promiſſio ſub pœna de non referenda quæſtione, cum clauſula ſaluo manente pacto, utrum ſolui poſſit pœna, & remanere debeat in ſua firmitate promiſſio.*

Bar.in l.qui fidem.ff. de tranſact.

1 Bart. in d.l.qui fidem,tradit,nunquid compromiſſum † factum in arbitratorem finiatur, ſi iudex aditur? vide Alex.in conſi.72.colum. penult. in 3.volu. & in conſi.71.in quinto volu. & Felin.in c.ex tenore,colu.penul.verſic.fallit decimò.de reſcrip.& Alex.in l.pecunia, colu.fi. ff.ſi cert. pet.

Bar.

2 Bar. in d.l.qui fidem, tradit post glo. quando facta est promissio † sub pœna de non referenda quæstione, cum clausula, saluo manente pacto, utrum solui possit pœna, & remanere debeat in sua firmitate promissio? vide omninò Aret. in consi. 14. colum. penult. & Fulg. in cons. 112. vide etiam Barba. in consi. 42. col. 4. cum sequen. in 1. volu. & ad prædicta uide Antonium de Butrio, in c. cùm inter, de elect. Paul. de Castr. in consi. 74. col. pen. Corne. in consi. 51. in 1. vol. & Alex. in consi. 157. in 6. volu.

Summarium in l.j. ff. de postulan.

1 *Neque apud Deum, neque apud iudicem est acceptio personarum.*
2 *In exhibendis eleemosynis non est habenda personarum acceptio, nu. 8.*
3 *Eleemosyna magis videtur esse debita consanguineis egentibus, quàm alijs.*
4 *Clericus potest de redditibus beneficiorum alere coniunctos suos pauperes.*
5 *Si ad clericum spectat beneficij collatio, debet magis illud conferre consanguineis suis quam extraneis.*
6 *Eleemosyna an sit necessaria ad salutem.*
7 *Eleemosyna fieri non debet de cibis pretiosis.*
9 *An peccet ille qui est electus prælatus si non consentit electioni de se factæ quando est idoneus.*

Bar. in l.j. in princip. ff. de postul.

BART. in d l.j. in principio ait, neque apud Deum, neque apud iudicem † esse acceptionem personarum. quod tamen intelligit locum habere in ijs, quæ ad iustitiam pertinent, alioqui verò in ijs, quæ ad gratiam: quoniam etiam Deus ipse plus gratiæ tribuit uni quàm alteri. De hac re vide B. Thom. in secunda secundæ de acceptione personarum. quæst. 63. & tex. in capitulo Sacrorum canonum. 63. distinct. cum concord. ibi adductis per glo. Sic etiam in exhibendis † eleemosynis dicendum uidetur, non debere esse personarum exceptionem. capitulo si cupis. 16. quæst. 1. Sed contra hoc videtur facere illud, quod ait Dominus: Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenies iustum. pro solutione vide glo. nunquam obliuioni tradendam in capitulo quiescamus, in verbo, postulat. 40. dist. vbi optimè distinguit. Attende etiam quoniam eleemosyna † videtur esse magis debita consanguineis egentibus, quàm alijs. capitulo non satis. 86. dist. tradit Petr. de Anchar. in consil. 436. Felin. in capitulo postulasti, de rescrip. Abb. in capitulo primo. de cohab. cleric. & muli. vbi tradit etiam an executor destinatus ad distribuenda bona aliqua pauperibus, possit ea suis consanguineis pauperibus erogare. immo clericus † potest de redditibus beneficiorum alere coniunctos suos pauperes. glo. est in capitulo omninò. 31. distinct. Abb. in dicto capitulo primo in fin. vbi ait, clericum ex illis redditibus etiam filios spurios alere posse. quinimmo poterit etiam ex dictis redditibus filiam & sororem dotare quando sunt pauperes. Anton. de Butri. & Abb. in capitulo peruenit, de arbitr. Dec. in capitulo edoceri, de rescrip. & Ias. in l.j. num. 30. ff. solu. matrim. Hoc idem uoluit idem Abb. in capitulo dilecto. in tertio notab. per illum tex. de præbend. vbi ait etiam si ad clericum spectat † beneficij collatio, debere magis illud conferre consanguineis suis quàm extraneis: quia carnem suam nemo unquam odio habuit: dummodò aliud canonicum non resistat. Item scias eleemosynam potius esse dandam pauperibus loci, quàm extraneis. capitulo nullus. 61. distinct. Bart. in l.ij. C. de ann. ciu. lib. vndecimo. Abb. in capitulo ad decorem. de institut. Dec. in consi. 609. in fine. & ideò in quadam synodo Turonica, cap. 5. statutum fuit, unamquanque ciuitatem ad præstanda proprijs pauperibus alimenta obstrictam esse. An autem eleemosyna † sit necessaria ad salutem? B. Ioan. Chrysostomus super caput Matth. 24. Homil. 78. eam esse necessariam pulcherrimè docuit. ad quod facit optimus tex. in capitulo sicut hi. 47. distinct. & quod tradit Aretin. in consi. 48. vbi ait, eum, qui eleemosynam proximo, egenti non præbet, peccare. Intellige tamen eleemo-

synam tum demùm esse de præcepto, cùm ex parte dantis extat dandi facultas, & ex parte recipientis tanta sit necessitas, vt alioqui sustentari non possit. quod tamen declara vt per Feli. in capitulo 1.numero secundo. cum sequ. in addit. ad principiatum opus Abb. in decretum.

7 Non credas tamen eleemosynam † fieri debere de cibis pretiosis, immo qui huiuscemodi largitate abuteretur, redargui solet, secundum Abb.in capitulo & si quæstiones, de simon. Item eleemosynam de suo fieri debere, non de alieno traditum est. proinde uxorem de bonis mariti eam facere non posse ait Angel.in consi. 328.versiculo, Non obst. tertium. de qua re uide Bar.in l.j.ff.rerum amot.& in l.si sponsus.ff.de donat. inter uirum, & vxorem. & est glo. in ca-

8 pitulo manifestum.33. quæstio.5. Et ad præcedentia redeundo, an acceptio personarum † esse debeat in eleemosyna eroganda, uide Abb. in dicto capitulo primo.de cohabit.cleric. & mulie. Solet etiam ex prædictis inferri ad quæstionem, vtrum beneficium conferens alicui bono, cum possit eligere meliorem, peccet an non? Vide B.Thom.in secunda secundæ.quæstio. 63. dum agit de acceptione personarum. & not. in summ. de pœn. di. & remiss.lib.3.quæstio. 243. Ad rem faciunt tradita per Abb.in capitulo cùm autem, & in capitulo pastoralis, de iu-

9 re patron. Sed an peccet † ille, qui est electus prælatus, si non consentit electioni de se factæ quando est idoneus? Respon.eum peccare mortaliter secundum Archid. in capitulo si electio,de elect.in sexto.& alios, quos refert Petrus à Blasio in tract.nuncupato, Directorium electionum, in capitulo quadragesimosecundo. tertiæ partis, tamen multi sancti fugiebant, & nolebant eligi.

Summarium in d.l.j.§.initium.ff.de postulan.

8 *Dictio aut, exponitur pro copula, &.*

Bar.in d.l.j.§.initium.ff.de postulan.

1 Bart. in d.l.prima.§.initium, ex mente glos. ibi exponit uocem, Aut, † pro copula, &, ita ut illa uox, aut, quandoque coniungat. Tu de huius uocis significatione uide plenè apud Alberi.in l.cum quidam, vbi etiam Bar. C.de uerborum significa.tradunt Dyn. & alij in capitulo in alternatiuis, de regul.iur. & plenè Felin.& Dec. post Abb. in capitulo inter cæteras de rescript.Alexand.in consil.338.in libro. in quo primi & secundi uoluminis consilia continentur. vbi loquitur de uoce, seu. de qua uide etiam Bart. in l.si quis ita.ff.de aur.& argen.lega.& in l. generaliter.C.de sacrosanc.eccles. & Rom.in consi.179. Amplissime doctor. Abb.in capitulo bonæ memoriæ.j.in fi.de postula. prælat. & hoc est utile intelligere pro intellectu quæstionis illius, an qui prohibitus est petere, censeatur contrauenire, si petit alternatiuè; de qua per Dec.in d.c.inter cæteras.

Summarium in d.l.j.§.ait prætor.ff. de postulan.

1 *Non habenti aduocatum debet dari.*
2 *Aduocatus an compelli possit ad præstandum gratis patrocinium pauperi.*
3 *Aduocato, qui caret, dicitur magna defensionis parte carere.*
4 *Qualis & quanta ad summum possit esse merces laborum aduocatorum.*
5 *Aduocatus qui suscipit & uincit causam iniustam scienter, est puniendus.*
6 *Prohibitus aduocare an censeatur etiam prohibitus allegare in scriptis & consulere.*
7 *Aduocati officium an sit nobile.*
8 *Quicquid lucratur aduocatus id totum loco peculij castrensis habendum est.*
9 *An ille, qui habuit ab aliquo secreta causæ possit contra eum in eadem causa aduocare.*

Bar.in d.l.j.§.ait prætor.ff. de postulan.

1 Bart. in d.l.j.§.ait prætor,tangit illud, quod habetur in text. ibi, non † habenti aduocatum,ego dabo. Ad quod faciunt ea,quæ inquit Cicero in Oratione prò Murena,dicens: Romanos nunquam uoluisse aliquem esse indefensum. Et aduocatum posse compelli à iudice ad præstandum patrocinium litiganti cum mercede congrua, secundum facundiam ipsius aduocati, & qualitatem litis, & consuetudinem patriæ, docuit Abb. in cap.1. de off.iudic. An au-
2 tem compelli † possit aduocatus ad præstandum gratis patrocinium pauperi? Feli.in d.cap.1. sentit,eum posse compelli quando alioqui ille pauper esset fame periturus,si causam perderet. Tamen ibidem Abb.videtur tenere simpliciter,eum posse compelli. & ista est benignior pars.
3 De hac re uide Ias.in l.eum qui res.ff.de procur. Aduocato † enim si quis caret, dicitur magna defensionis parte carere.l.aduocati. C. de aduoc. diuers.iudic. Et ideò quæri solet an & quando pro aduocati absentia reo sit dilatio concedenda. Feli.in cap.1.in princip.vt lit.non cont. & quia prædiximus aduocato taxandam esse mercedem, quando cogitur præstare patrocinium alicui non pauperi; ideo quærendum est, qualis,† & quanta ad summum possit esse mer-
4 ces laborum suorum. Respon.eam excedere non debere summam centum aureorum in causa ciuili, alioqui uerò in causa criminali: quoniam merces laboris æstimari non potest, vbi periculum mortis euaditur.l.si pater.§.fi. & ibi Bart.& Imol.ff.de donat. Decius in l.creditori.C. de pact. Attende tamen circa prædicta, aduocatum non esse cogendum exercere officium suum contra eum, à quo beneficium habuit; quoniam ingratus efficeretur: ita, ut si sponte id faceret, donatio ei facta possit hac pro causa reuocari. capitulo fin.& ibi Abb.de postul.Quæ autem ad aduocatum pertinent, vide plenè apud Ioan. Monach. in tractatu nuncupato, De-
5 fensorium iuris, in §.contra aduocatos. Scias etiam, aduocatum, † qui suscipit & uincit causam iniustam scienter, esse puniendum. Felin.in capitulo accusati, de accusat. & aduocatus præbens malum consilium clienti suo propter malitiam, aut perdens causam propter eius ignorantiam uel negligentiam, tenetur in foro conscientiæ ad damna reficienda. Felin. in ca-
6 pitulo tua nos, de homic. An autem prohibitus † aduocare, censeatur etiam prohibitus allegare in scriptis, & consulere? & dicas quòd non: quoniam aduocare, est aliquid in iudicio dicere. Cæpol.in cautel.156. An autem aduocato fouenti causam iustam mentiri liceat, & falsa adducere? Abb.in capitulo primo.de iuram. calumn. ait, videndam esse glo.in capitulo cupientes, de elect.in sexto. & melius Innocen.in capitulo olim.j. de restitut. spoliato.ex quibus colligitur id fieri posse. Accedit ad hæc glo.not. in capitulo Dominus noster. 23.quæstio.2.
7 & Abb.in capitulo primo,nume.10.de dol. & contum. An autem aduocati † officium sit nobile an non? Bald.in dicto §. ait prætor, ait esse nobilissimum, & glo. in dicta l.j.§. hoc edicto. ff.de postul. ad rem facit tex.in dicta l.aduocati. C.de aduoc.diuers.iudic.vbi habetur aduocatos militibus æquiparari. Tamen in contrarium uidetur text. in l.quilquis. C. de postul.per quem ait Cæpol.in dicta caut.156. Honoratos uiros non decere officium aduocationis exercere, nisi gratis: alioqui eos inter uilissimos homines esse annumerandos. Quicquid autem
8 † lucratur aduocatus, id totum loco peculij castrensis habendum esse docuit Alexand.in cons. secundo.in sexto volumine. vbi multa ad utranque partem adducit. Item aduocatus ad munera personalia non tenetur, neque pro debito potest personaliter detineri. Aretin. in consil. 94. in principio. Quæro circa prædicta utrum aduocatus sit dandus reo, qui notorium crimen commisit? Respon.quòd non l.defensor, & l.ij. C. de defens.ciuit. tradit Amanellus in
9 singul.4. An autem ille, qui habuit † ab aliquo secreta causæ, posset contra eum in eadem causa aduocare? glo.in l.fin.ff. de postul.ait, hoc fieri posse; & ita iudicatum fuisse: tamen mea sententia ualde indecens esset, & indecorum. Non prætermitto, aduocatum uerbosum esse repellendum, glo.in l.ex ea.ff.de postul.per quam ait Rom. in singu.739. Aduocatum uerbosum officio aduocationis posse priuari.

De postulando.

Summarium in d.l.j. §. secundo loco.ff.de postulan.

1 *Mulier postulare non potest.*

Bar.in d.l.j.§. secundo loco.ff.de postulan.

1 BART. in d.l.j. §. secundo loco, colligit ex isto text. mulierem † postulare non posse. & quæ sit ratio. Tu dicas hoc non habere locum ubi de periculo animæ ageretur. Rom.in singul. 684. vbi ait, hoc esse documentum etiam canonistis incognitum; citatque Archid. vt ibi per eum. Sic etiam mulieribus interdicitur officium prædicandi. Abb.in cap.2.de iudic. neque possunt mulieres esse de consilio ciuitatis, neque in ferendis legibus interuenire, neque multa alia peragere; quoniam officia uirilia communiter eis prohibentur, vt videre est in lucubr. meis in Bar.in l.j.nume.22.ff. de legib.& dum Bart. in d.§. secundo loco distinguit inter causam impulsiuam & finalem, & quando causa præsumatur impulsiua, & non, vide ad hoc Feli.in c.solitæ,de maio.& obed.

Summarium in d.l.j. §. remouet.ff. de postul.

1 *Appellatione bestiæ duntaxàt feram bestiam contineri.*

Bar.in d.l.j.§. remouet.ff.de postul.

1 BART. in d.l.j.§. remouet, ait, appellatione † bestiæ,duntaxàt feram bestiam contineri. Vide Matthæsyll.in singul.96.incip. Nota unum mirabile. Archid. in capitulo sexto die, 35. dist.& Ias.in l.possideri.§. Nerua.ff.de acqu.poss. Et dum Bar.ibi paulò post quærit,an affectus & conatus sine effectu puniatur: vide quæ pono in annot.in Bar.in l.j.ff.quod quisque iur.& in l.si quis uiolauerit.ff.de rer.diuis. vbi uide omninò.

Summarium in d.l.j. §. hoc edicto.ff.de postulan.

1 *Dictio suprascripta, vel ut suprà, refertur ad ea, quæ in proximo & præcedenti capitulo scripta sunt.*

Bar.in d.l.j.§.hoc edicto.ff.de postulan.

1 BART. in d.l.j.§. hoc edicto,inquit,uocem hanc suprascripta, † uel ut supra, referri ad ea, quæ in proximo & præcedenti capitulo scripta sunt. Vide Socin.in consi.251.colum.2.in.vol. & Dec. in consi.394.

Summarium in d.l.j. §. de qua re.ff.de postul.

1 *Ad famam & honorem solus princeps potest restituere.*

Bar.in d.l.j.§. de qua re.ff. de postulan.

1 BART. in d.l.j.§.de qua re, colligit in summa, ad famam † & honorem solum Principem posse restituere. & pari ratione etiam Papam, & collegium Cardinalium id posse quò ad spiritualia, vel in ijs, qui ecclesiæ sunt subiecti. Hoc idem tradunt Innocen. Barb. & Felin.in capitulo cùm te, de re iudic. Archidiac. in §.hinc colligitur,2.quæst.3. & Martinus Laudensis in primo tracta. de Cardinalibus. quæst.8. & in 2.quæstio.33.vbi ait, hoc esse uerum in collegio Cardinalium etiam uiuente Pontefice. Idem sensit Firma.in tract.de Episcopo,in 3.part.quarti lib.quæst.8.vbi dicit ipse hoc locum habere sede uacante. Et quamuis restitutio ad famam sit de reseruatis principi, tamen hoc limitatur, non habere locum, quando in consequentiam quandam aliquis famæ restitueretur; quoniam id licet etiam inferiori secundum Abb. in capitulo at si clerici.§.de adulterijs, colum.sexta. de iudic. Et dum Barto.subiungit, an populus famæ restituat,& idem facere possint principes,qui non recognoscunt Imperatorẽ: vide Alexand.in consi.secundo.columna quarta.in primo volumine.& in cons.101. eodem volumine. & Barb.in cons.42.in 3.volu.

Summa-

Summarium in l.cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul.

1 *Affinitatem aliquam dici non posse nisi durante matrimonio præterquam quò ad impediendum matrimonium.*
2 *Affinis an sit integer testis.*
3 *Appellatione nurus etiam pronurus continetur.*
4 *Dictio pro, quid significet.*
5 *Fructuarius appellatione domini continetur.*
6 *Appellatione alienationis, etiam usucapio continetur.*

Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postul.

1 BART. in d. §. affinitatis, colligit ex isto tex. affinitatē † aliquā dici non posse nisi durante matrimonio, prēterquam quò ad impediendum matrimoniū. De hac re vide Doct. in l. fi. de verb. signifi. Paul. de Castr. in consi. 68. & Alex. in l. sed hoc ita. ff. de re iudic. Et de affinitatis arbore, gradu, & prohibitione matrimonij vide apud Stephanum Costum in tractatu de affinitate. Sed
2 hic opportunè quærendum est, vtrum affinis † sit integer testis, an non? Respondeo, affinitatē ascendentium uel descendentium reddere testē prorsus inhabilem ad ferēdum testimonium, affinitatem uerò transuersalem non in totum reprobari, sed facere testem non esse integrum: ita Ang. in cons. 194. col. 2. Et quòd affinis quilibet non sit integer testis, tradit Alex. in consi. 18. in 1. volum. vbi post Gul. de Cun. ait, vxorem fratris propter affinitatem non esse testem idoneam. & multa ad rem facientia ibi posita sunt. De qua re videri poterit Alberic. in tract. de testibus in principio.

3 Bar. in d. § affinitates, ait appellatione † nurus etiam pronurum contineri. Et propter hoc uerbum, contineri, ibi positum in tex. inquit, hoc esse secundum propriam significationem. Contrarium verò, quòd hoc non sit ex propria significatione, plenè docuit Ias. in l. si quis id quòd, col. 8. ff. de iurisd. omni. iudic. in consi. notabili & in l. emancipata, col. pen. versicu. Quid tenendum. C. qui admit. & in l. j. §. bonorum. ff. ad Trebell. Et istud uerbum, continetur, propriam significationem non indicare, tenuit Ias. in l. Gallus. §. instituens, colum. 4. ff. de liber. &
4 posth. & ibi examinat, an ista præpositio, pro, † ut est pronurus & pronepos, improprietatem significet. Et quòd istud verbum, continere, proprietatem non exprimat, vide apud Ias. in l. ij. §. 1. col. fi. ff. de uerb. obligat. & Feli. in rubrica de fid. instr. col. 2. Et de ui huius verbi aliqua tradit Ias. insti. de action. in principio. col. 10. Et contra Bar. hic videtur tex. expressus, in l. in uen-
5 ditione, in principio. ff. de bon. author. iud. possid. vbi habetur, fructuarium † appellatione domini contineri. De hac re vide etiam Barbat. in consi. 63. in 1. vol. & in consi. 10. col. pen. in 2. vol. & in c. nulli. col. 2. de reb. eccl. non alien. & in c. fi. col. 13. de iud. Mari. in c. Item quorundā, eod. tit. de iud. Item contra Bar. facit tex. in l. alienationis uerbum. ff. de uerb. signific. vbi habe-
6 tur appellatione alienationis etiam usucapionem † contineri: Et tamen hoc non potest esse propriè, per ea quæ habentur per Abb. & alios in c. 1. de restit. in integr. vbi tradunt, prelatum, qui alienare non potest, posse tamen pati, vt res ecclesiæ præscribatur: igitur non est propriè alienatio; quoniam pariter esset prohibita. Vide Bar. in l. liberorum. ff. de uerb. signif. & omninò vide Decium in consi. 570. vbi ait uerbum, continetur, quo utitur iurisconsultus proprietatem uocabuli significare. ut si lege cautum esset, appellatione seruorum etiam seruas contineri; & appellatione filiorum, etiam filias contineri. id quòd facit pro opinione Bar. in d. §. affinitates. Et ad prædicta de ijs, quæ agit Bar. in d. §. affinitates, vide semper Alexan. in consi. 125. Attentis uerbis, in 5. volum.

Summarium in l. ex causa. ff. de postul.

1 *Sententia iudicis quæ diminutionem statutus non continet, extra territorium iudicis effectum suum non porrigit.*
2 *Sententia quæ infamiam irrogat, ubicunque eum infamem reddit.*

Bar.

De his qui not. infamia.

Bar. in l. ex ea causa. ff. de postul.

1 BART. in d. l. ex ea causa, colligit ex isto tex. in summa, sententiam † iudicis, quæ diminutionem status non continet, extra territorium iudicis effectum suum non porrigere. De materia huius legis vide Abb. in c. postulasti, colu. 3. uersic. Et generaliter, vbi Feli. de for. compet. Bar. in l. j. col. pen. C. de sum. Trinit. & omninò Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdict. Et dum Bar. ibidem subiungit, sententiam, † quæ infamiam irrogat, & sic statum alicuius
2 diminuit, vbicunque eum infamem reddere. Vide Anch. in c. canonum statuta, col. pe. de cõst. Alex. in l. sæpe, nu. 38. ff. de re iudic. & Abb. in c. at si clerici, colu. 12. de iudic. vbi ait, infamiam sequi infamem sicut lepra leprosum sequitur, ut etiam ait Bart. in d. l. ex ea causa. Et inducitur d. l. ex ea. ad probandum, quòd omnis, qui est infamis de iure ciuili, est etiam infamis de iure canonico. de qua re vide Inno. in c. qualiter & quando. 2. col. 1. de accusat. & Abb. in c. 1. eod. tit. Et quòd infamia concomitetur infamem sicut lepra leprosum, vide Inn. in d. c. Qualiter & quando. ij. de accus. Feder. de Sen. in consi. 23. & Abb. in c. testimonium, de testi.

Summarium in Rubrica. ff. de his qui not. infam.

1 *Quæ pœna infami sit imponenda.*
2 *Infamis potest facere testamentum.*
3 *Ad euitandam condemnationem quæ infamiam irrogat, quæ requirantur.*
4 *Infamia inducitur ex assidua frequentia actus, qui suspitione non caret.*
5 *Boni aliquando infamia notantur ex dispensatione diuina.*
6 *Infamia propriè non dicitur quando alicuius opinio læsa est apud maleuolos & uiles homines.*
7 *Ratio uitæ ante actæ ualde efficax est ad exculpandum accusatum uel inquisitum.*
8 *Dignitas tanti est roboris & momenti, ut communes regulas iuris transgrediatur.*
9 *Clericum non residentem si est infirmus, debere consequi distributiones quotidianas, quando is solitus erat ante infirmitatem residere.*

Bar. in rubrica. ff. de his qui not. infam.

1 BART. in d. rubrica nihil dicit: tu verò quære quæ pœna † infami sit imponenda, & an ipso iure vel per sententiã infamis priuari debeat beneficio? de qua re vide Abb. in c. at si clerici, col. 12. de iudic. & in c. antep. de testi. & ibi etiam Feli. tradit quomodò infamia inducatur, & quomodò tollatur. & vtrum infamis ipso iure priuetur honoribus & dignitatibus iam quæsitis, vide Abb. & alios in c. querelam, de iureiur. Et in hac re attende, in-
2 famem † posse facere testamentum: quoniam exercere potest actus legitimos respicientes priuatam utilitatem, quamuis alioqui sit in actibus alijs legitimis secundum Bar. in l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de test. Item scias infamiam subsequentem nõ derogare ijs, quæ ab eo antea fuerunt legitimè facta. Abb. & alij, in c. præterea, de testi. cogen. ubi etiam traditum est, si infamis admittitur à superiore ad accusandum, siue ad dicendum testimonium, utrum, ex hoc cẽseatur
3 fuisse cum eo dispensatum. Ad euitandam † autem cõdemnationem, quæ infamiam irrogaret, vide cautelas apud Bar. in l. forte. §. siquis alieno. eod. tit. de his qui not. inf. & Feli. in c. cùm te, de re iud. vbi etiam docuit, à quibus possit infamis ad famam restitui. & an restitutus ab Imperatore sit spiritualium capax, an non. Quomodo autem infamia, & infamatio differant, vide gl. not. in c. omnes, 7. q. 1. & text. in l. apud Labeonem, ibi, infamandi causa. ff. de iniur. & infamia
4 † inducitur ex assidua frequentia actus, qui suspicione non caret. tex. est singul. in d. l. apud Labeonem. §. aliud est appellare. & ad rem facit gl. in l. inciuile. C. de fur. Non prætermitto infamatores hominum peiores esse raptoribus rerum. c. ex merito, & cap. deteriores, 6. q. 1. & ideò ubi agitur de fama & honore alicuius, cùm hæc sint maximi momenti, non admittitur aliquis tanquam procurator contra eum, nisi habeat speciale mandatum, tex. est cum gl. in l. nõ solùm.
5 §. fi. ff. de procurat. Scias etiam nonnunquàm bonos † infamia notari ex dispensatione diuina, ut

vt purgentur,& probentur.c.oues paſtorem,& c.ſunt plurimi.6.qu.1. vbi etiam redarguuntur illi,qui nimis aliquem laudant.Et ideò lauda parcè,& vitupera parcius,ut inquit Seneca, quem refert Specul.in titulo de aduocato.§.iiij.in principio.ille uerò,cui immeritò detrahitur, ad cõſcientiam propriam recurrat, & ſpernat infamiam ſibi iniuſtè illatam.c.inter uerba, & c. ſenti. 11.q.3.nam teſte B.Bernardo,aurum probat fornax,& viros iuſtos tentatio tribulationis.Tribulatio enim patientiam operatur,patientia probationem, & probatio ſpem, ſpes autem non confundit. Et ideò ita egregiè inquit B. Auguſtinus De ciuitate Dei,lib.4.c.3. boni uiri ſi aliquid malorum ab iniquis patiuntur,non eſt eis criminis pœna,ſed uirtutis examen. proinde ſi bonus ſeruiat,liber eſt,malus autem etiam ſi regnet,ſeruus eſt tot dominorum,quot uitiorum. hæc Auguſtinus.Sic etiam B.Hieronymus in epiſt.ad Caſtrucium,cõſolatur eum,vt æquo animo tribulationes perferat,dicens: Filius Dei ſuſtinuit ignominiam crucis, & tu putas beatos, qui fœlicitate huius ſeculi & delitijs perfruuntur? magna ira eſt,quando peccantibus non irascitur Deus. quem enim diligit,corripit & caſtigat. non erudit pater,niſi quoniam amat; nõ corripit magiſter diſcipulum,niſi quoniam ardentioris cernit ingenij. medicus ſi ceſſauerit curare,deſperat. hæc Hieronymus.& quàm bonæ ſint tribulationes, quæ ab ira Dei proueniunt, docuit ipſe Dominus in Ezechiel ad Hieruſalem dicens: Non iraſcar amplius, zelus meus receſsit à te. Deus enim iratus, ut ait Hieronymus promiſit nobis redemptorem; ecce quos fructus ira Dei producat. Sed habet ira Dei menſuras ſecundum illud:Cibabis nos pane lacrymarum in menſura: nam Deus,qui nullis uiribus ſuperatur. publicani precibus uincitur. hæc Hieronymus.Et in re propoſita non eſt ſilentio prętereunda illa memoratu digna ſententia B. Bernardi in epiſt.255.ſcilicèt,nunquam magna bona mortalibus prouenire,ſi ea non præueniunt magna mala. itaque ſi bonis detrahitur,ſi iniuſtè opprimuntur,ſi,ut ſæpe contingit, inſidias patiuntur,ferenda ſunt omnia,& ſperanda ſunt meliora. Et propterea ſi etiam contra innocentem iniuſta ſententia proferatur, forti animo ſufferenda eſt: nam teſte B. Bernardo Deus eſt uindex innocentiæ, & facit iudicium iniuriarum patientibus. Et ideò tanto eam curare non debet, quanto apud Deum,& eius eccleſiam, neminem grauare poteſt iniqua ſententia. hæc
6 habentur in c.cui eſt illata,ead.cau.& q.nam infamia † propria non dicitur quãdo alicuius opinio læſa eſt apud maleuolos, & viles homines: immo turpe eſt à turpibus laudari, quia videtur eſſe de complicibus laudantium: ita inquit Panor.in c.inquiſitionis.§. quæſiuiſti, de accuſat.Hic opportunè ſuboritur alia quæſtio, vtrum accuſatione uel inquiſitione pendente cõtra aliquem,poſsit ille ad aliquod beneficium eccleſiaſticum, ſiue ad ſecularem aliquam dignitatẽ promoueri? videtur dicendũ quòd non.l.qui de libertate.ff.de liberal.cau.l.reus. ff.de muner. & honor.c.tantis Daniel,cùm gl.72.diſt.tradunt glo.Abb.& alij in c. omnipotens, de accuſat. Io.Andr.& alij in c.meminimus,eod.tit.intellige tamen prædicta quando accuſatus uel inquiſitus apud bonos & graues uiros infamis efficeretur,alioqui uerò ſi apud uiles,ut prædictum eſt.
* & in hanc ſententiam * communiter itum eſſe ait Feli.in d.c. omnipotens. Ratio † autem uitæ
7 anteactæ ualde efficax eſt ad exculpandum accuſatum uel inquiſitum.l. non omnes.§. à barbaris, cum ibi trad.ff.de re milit. immo hæc eſt uſque adeò potens & ueriſimilis coniectura,vt accuſatum etiam de crimine læſæ maieſtatis excuſet.tex.eſt not.in c.in primis,verſicu.ſi uerò de crimine læſæ maieſtatis, & ibi glo.2.q.1.id quod etiam.B.Hieronymus ad Ruſticum ſcribens confirmat,cuius hæc ſunt uerba: Non eſt facile de ætate perfecta credendum,quam uita præterita defendit,& honorat uocabulum dignitatis. hæc ille. id quod potiſsimum eſt conijciendum de viro iam ſene,& docto.c.cùm in iuuentute,cum ibi tradit.per glo.& doct. de præſumpti. Et maximè,ſi is eſſet etiam in dignitate aliqua conſtitutus,ut ſenſit B. Hieronymus.nã di-
8 gnitas † tanti eſt roboris & momenti, ut communes regulas iuris tranſgrediatur. l.quoties. C. de dignit.lib.12.l.deſertorem.§.1.cum gl.ff.de re milit.c.fi.& ibi glo.de pœn.tradit Feli. plenè in c.paſtoralis,in principio.de off.deleg.Ad rem facit tex.cum gl.in c.non nos,40.diſt.ibi.Quis enim ſanctum dubitet,quoniam apex tantæ dignitatis attollit? caſum tamen ſemper excipio, in quo iſte talis conuictus eſſet propria confeſsione,uel teſtibus, ut habetur in c. nos in quen-

quam

quam. 2. q. 1. Accedant ad prædicta, quæ habentur apud Abb. & alios in c. ad audientiam, de
9 cleric. non resid. & in c. 1. de cleric. ægrot. aiunt enim clericum non † residentem, si est infirmus, debere consequi distributiones quotidianas, quando is solitus erat ante infirmitatem residere; alioqui uerò non. atque ita decisio colligitur à solitis: nam bona fama reum, uel carceratum excusat à suspicionibus contra eum existentibus, vt bene docuit Crauet. in consi. 99. Et debilitat indicia, quæ sunt cõtra eum, usque adeò, ut ex eis torqueri non possit. idem Crauet. in cons. 151. num. 21. & in consi. 145. nu. 24.

Summarium in l. j. ff. de his qui not. infam.

1 *Quotuplex sit infamia.*
2 *Quandoque plures orationes copulantur respectiuè ad aliud.*

Bar. in l. j. ff. de his qui not. infa.

1 Bart. in d. l. j. quærit quotuplex † sit infamia; & ait aliam esse infamiam iuris, & aliam facti, & de earum effectibus agit. vide ad hoc Abb. in c. olim, de rescript. Ias. in repet. l. cunctos populos, col. 2. versicu. Et ne laboretis. C. de summ. Trinit. & Feli. in cap. antepen. de testi. & plenè apud Dyn. in capitulo infamibus, de regul. iur. in sexto. & Bal. in sua Margarita, in hac uoce, infamia.

2 Bart. in d. l. j. in fi. ait, quandoque plures † orationes copulantur respectiuè ad aliud, & tunc requiritur utriusque concursus, quandoque per se principaliter, & tunc illa copula magis ponitur continuatiuè quàm copulatiuè. vide Alex. in consi. 110. in 3. volu. & Abb. in c. clerici. j. in fi. de uita & honest. cleric. benefacit tex. in l. j. §. Hoc autem. ff. de oper. nou. nunc. vbi habetur, quòd si opus factum erit. transitur ad interdictum, quod ui aut clam. & quod in loco sacro & religioso, & quod in flumine publico. Et tamen ista interdicta concurrere nõ possunt, sed quod libet per se stat, & in casu suo, singula singulis congruè referendo.

Summarium in l. quod ait prætor. §. exercitus. ff. de his qui not. infa.

1 *Odium esse ampliandum ratione publicæ utilitatis.*

Bar. in l. Quod ait prætor. §. exercitus. ff. de his qui not. infa.

1 Bart. in dicto §. exercitus, ait, odium † esse ampliandum ratione publicæ utilitatis. Qualiter hoc casu fiat extensio, uide etiam Bar. post glo. in l. quemadmodum. C. de agric. & censit. libr. 11. & vide tex. in c. cætera. §. hoc senatusconsultum. ff. de lega. 1. & Rom. in consi. 105. Viso themate. Feli. in c. translato, col. fi. de constit. & ibi late Dec. & ex hoc etiam infertur pœnalem constitutionem esse latè interpretandam in ijs, quæ ad salutem animarum pertinent. c. ex tenore, & ibi Abb. per illum tex. qui fil. sint legi. Et an & quando in pœnalibus fieri possit extẽsio, vide Decium in l. factum suum. §. pœnalibus. ff. de reg. iur.

Summarium in d. l. quod ait. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa.

1 *Non est necesse ad ualiditatem sententiæ ut in ea ponatur causa.*

Bar. in d. l. quod ait. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa.

1 Bart. in d. l. quod ait prætor. §. ignominiæ. tradit, non esse necesse † ad ualiditatem sententiæ, ut in ea ponatur causa. Adde quod immo fatuus est iudex, si eam exprimit: nam, si ineptam exprimeret, sententia inanis & irrita redderetur. Dec. & alij in l. si is, ad quem. ff. de acq. hæred. Id quod repugnat regulæ. l. vnic. in principio. C. de rei vxor. acti. Quid si iudex causam exprimit cum hac voce præsertim, uel præcipuè? Dic sententiam sustineri: quia videtur motus etiam alijs rationibus, & causis. Abb. in c. tuam ex literis, de restit. in integr. Limita etiam hoc non procedere, vbi iudex uictum ab expensis absolueret, quia iustam habuit causam litigandi;

litigandi; nam isto casu causa debet afferri, alioqui iudex faceret litem suam. Alex. in consil. 183. col. 2. in 6. vol. & Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra, col. 4. ver. vltimò. C. de iudic. Hic tamen animaduertendum est, quia licèt iusta causa ab expensis excuset, tamen non excusat à pœna promissa & conuentionali. Alex. in consi. 43. in 6. vol. multos quoque alios casus in quibus requiritur expressio causæ, vide apud Ias. in d. l. properandum. §. illo proculdubio, & gl. magn. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. Et an & quando necesse sit ad ualiditatem sententiæ causam exprimere, vide Abb. in cons. 7. in 1. vol. & in c. examinata, col. 3. de iudic. & ibi Barb. in 13. colum. Gemin. in cap. si confirmatione, in fin. de elect. in 6. & Felin. in cap. Sicut col. 8. cum sequen. de re iud.

Summarium in l. quod ait. §. miles. ff. de his qui not. infam.

1 *Infamis non potest officium publicum exercere.*

Bar. in d. l. quod ait. §. Miles. ff. de his qui not. infam.

1 Bart. in d. l. Quod ait prætor. §. miles, ait, infamem † non posse officium publicum exercere. vide Abb. in c. at si clerici, col. ij. de iudic.

Summarium in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infa.

1 *An actor eo ipso quòd non probat, præsumatur esse calumniator.*

Bar. in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infam.

1 Bart. in d. §. calumniator, tractat, an actor † eò ipso quòd non probat, præsumatur esse calumniator? dicitque etiam si calumniator esse censetur, tamen contra hanc præsumptionem probari posse per publicam famam, ut ibi per eum. De hac re vide Abb. in c. cùm contingat, col. 1. de rescript. & ibi Feli. & in simili vide Rapha. Cuma. in cons. 74. col. 2. Aret. in cons. 144. & Feli. in c. quia uerisimile, de præsump. Et dum Bar. ibi paulò post subiungit, eum effici infamem, qui est condemnatus officio iudicis, dicas contrarium colligi ex dictis eiusdem Bart. post gl. in l. tutor. §. præterea. ff. de suspect. tutor. vbi habetur, eum non effici infamem, qui damnatus est per inquisitionem. Idem ait Panor. in c. inquisitionis, de accusat. Et de hac re vide glo. in l. iij. §. præterea. ff. de suspec. tutor. & in l. j. C. de mod. mulct. & Bar. in l. infamen. ff. de public. iud.

Summarium in l. quoniam. ff. de his qui not. infa.

1 *Confessio extraiudicialis facit inditium ad torturam, iudicialis uerò ad condemnationem.*
2 *Confessionem extraiudicialem factam præsente parte probare.*
3 *Quomodò reuocari possit confessio geminata.*
4 *Confessio extraiudicialis facta coram magna hominum multitudine facit notorium & præiudicat.*
5 *Transactio facta extra iudicium habet uim confessionis factæ in iudicio.*

Bar. in l. quoniam. ff. de his qui not. infam.

Bart. in d. l. quoniam, colligit ex isto tex. eum, qui paciscitur, præsumi iuris interpretatio-
1 ne fateri. ex quo infert Bar. ad confessionem † extraiudicialem, quæ facit indicium ad torturam, iudicialem uerò sufficere ad condemnationem: & an ex confessione aliquis efficiatur infamis. Adde tu ad id, quòd confessio extraiudicialis sufficit ad subijciendum cõfitentem tormentis. Abb. in c. quia graue, de excess. prælat. vbi citat Bar. in l. capite quinto. ff. de adult. Et de ista confessione extraiudiciali, ac de effectu & vi cuiuscunque confessionis, vide plenissimè
2 apud Feli. in c. si cautio, de fid. instr. vbi etiam ait, confessionem † extraiudicialem factam præsente parte probare. & idem docuit Socin. in consi. 228. colum. 1. in 1. volum. Attende etiam confessionem factam extra iudicium, si est geminata, idem operari, quod iudicialis confessio, secundum Barto. in l. cùm scimus. C. de agric. & cens. lib. 10. Rom. in l. si uerò. §. de viro. ff. solut. matr.

matr.in fall.31.& Soc.in conſ.127.col.2.in 3.vol.Feli.in c.olim,num.17.de reſcrip.& in d.c.ut
3 cautio,nu.29.verſ.fallit vltimò. An autem & quomodò † reuocari poſsit confeſsio geminata, trad.Feli.in c. cùm uenerabilis. num.4. de excep. Confeſsio autem facta in iudicio facit notorium,& tollit omnem inualiditatem proceſſus,& probationis, ſed non tollit nullitatem ex defectu iuriſdictionis prouenientem. Soc.in conſi.108.col. pe. in 4.vol. Et an extraiudicialis confeſsio criminis reddat infamem; Innoc.mirabiliter dixit, eam uſque adeò confitentem reddere notatum infamia,ut priuari debeat beneficijs habitis, & inhabilitari ad habenda. Quod tamen limita & declara,ut per Abb.in c.olim,de reſcrip.& ibi Feli.nu.4.cum ſeq. vbi tradit effectus confeſsionis extraiudicialis & iudicialis,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. & in c.at
4 ſi clerici, quem uideas omninò, num.18.cùm ſeq.de iud. Et an confeſsio † extraiudicialis facta coram magna hominum multitudine faciat notorium,& præiudicet? uide Feli.in d.c.olim,nu. 10. Et de ui confeſsionis factæ extra iudicium in criminalibus. uide eundem Feli.c.de hoc,de
5 ſimon. Et dum Bar.ait tranſactionem † factam extraiudicium,habere uim confeſsionis factæ in iudicio: vide Aret.in conſi.147.col.1.& Feli.in c.cùm te.colu.3.de re iud. Qua autem cautela utendum ſit,quando fit pax,ſeu compoſitio,ſeu tranſactio, ad hoc,ut is ex iſto capite delictum confiteri non cenſeatur,vide Cæpol.in cautel.188.

Summarium in l.furti.§.ſed ſi furti.ff.de his qui not.infa.

1 *Appellatio an ſuſpendat, uel in totum perimat effectum ſententiæ.*
2 *An per appellationem in uno articulo ſuſpendatur iuriſdictio iudicio quòad totam cauſam.*
3 *Vbi appellatio eſt deſerta perinde eſt ac ſi nunquam appellatum fuiſſet.*

Bar.in l.furti.§.ſed ſi furti.ff.de his qui not.infam.

1 BART. in d.§.ſed ſi furti, tradit, an appellatio † ſuſpendat, vel in totum perimat effectum ſententiæ. De hac re vide gl.& doct.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. & diſtingue quia inſpecto præſenti ſtatu extinguit,inſpecto autem futuro ſuſpendit tantummodò. Feli.in cap.præterea,de off.deleg.& de hoc uide plenè eundem Feli.in rubrica de appellat. Abb.in c. fi.de ſequeſtr.poſſ.& pleniſsimè Barb.in c.paſtoralis.§.ptæterea,de off.deleg.& Iaſ.& Doct.in d.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact.& Iaſ.in l.j.ff.de re iud.& in l.ſi cauſa cognita. C. de tranſact. Et de appellatione extraiudiciali, vide Doct.in c.cùm ſit Romana, de appell. & Abb.
2 in c.dilecti,de maio.& obed. An autem per appellationem † in uno articulo ſuſpendatur iuriſdictio iudicis quo ad totam cauſam,ita vt niſi prius reuocet grauamen, appellans ad citationē ipſius iudicis comparere non teneatur: vide Abb.in c.cùm nobis,de elect. Et dum Bar.ibi ſubiungit, quandam eſſe executionem, quæ fit à lege, ut infamia, & ea, quæ ſtatus diminutionem continet,& eo caſu ait Barto.ſententiam ſtatim ſecum trahere executionem. Adde quod hoc idem ait Bart. in l.j.ff.de re iud.& ibi Paul.de Caſtr. in j.gl.probat, ſententiam producere effe-
3 ctus,qui fiunt ipſo iure. ſubiungit poſteà Bar.in verſic.tertium tempus,vbi appellatio † eſt deſerta,perinde eſſe ac ſi nunquàm appellatum fuiſſet. vide Alex.in conſi.35.Viſo themate, col. 1.in 1.vol. Et ideò Bar.ibi infert,quòd ſi ille eſt condemnatus, efficitur infamis retro à tempore, quo lata fuit ſententia. Sed tunc excitat Bar.quæſtionem, quid ſi is teſtimonium dixiſſet poſt ſententiam pendente appellatione, & antequam fuerit deſerta, utrum ualet teſtimonium eius, an verò tanquàm infamis reijciatur? & decidit dictum eius ualidum eſſe. Hoc idem ſequitur Alexand.in l.1.colum.1.verſiculo,Ex prædictis.ff.de re iud.& ibi Iaſ.in glo.nec fingitur. verſiculo adde vbi citat glo.in cap. ſæpe,in uoce,ſententia, de appell. quæ præcisè uult idem, quod Barto.hic. & vide Felin.in capitulo teſtimonium colum.6.de teſti.& Iaſ.in l.ſi is qui proemptore,columna 14.ff.de uſucap.

Summarium in d.l.furti.§.ſi quis alieno.ff.de his qui not.infa.

1 *Qui dubitat condemnari in actione famoſa, debet litigare per procuratorem.*

Bar.

Bar.in d.l.furti.§.si quis alieno.ff.de his qui not.infa.

BART. in d.l.furti.§.si quis alieno,in fi. tradit mirabile consilium ei, qui dubitat condem-
1 nari† in actione famosa,ut litiget per procuratorem,& euitabit infamiam. De qua re vide Cæ pol.in cautel.28.Felin.in cap.cùm te,colum.3.de re iud.Aliam cautelam dat idem Barto. in l. infantem,colum.fin.ff.de publ.iudic.vt soluat ante condemnationem. Et dum Barto. in ead. l.§.pactus, inquit, legem simpliciter prolatam restringi debere, ne sequatur absurdum, vide Curt.in consi.94.columna 2.

Summarium in d.l. furti. §. qui iussu. ff.de his qui not.infa.

1 *Iudex non potest partes cogere ad transigendum,neque ad compromittendum in arbitratores.*

Bar.in d.l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui not.infa.

1 BART. in d.l.furti.§.qui iussu, colligit ex illa glo. ibi, iudicem † non posse partes cogere ad transigendum,neque ad compromittendum in arbitratores. Limita regulam hanc tribus modis notatu dignis, vt per Iaſ.in l.quidam existimauerunt,colu.2.in vltimo not.ff.si cert.peta. & vide aliquid apud eundem in l.si quis maior,col.4.versicu.ultra alios.C.de transacti. & in auth. si verò contigerit,col.fi.C.de iudic.atque ita probatur,statutum,si hoc disponeret,esse contrarium iuri communi,ut per Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,col.17.versi.adducit.ff. ad Trebell.vbi ex hoc infert,casum improprium non contineri; putà filium naturalem. Et multa uide apud Iaſ.in l.qui se patris,col.23.C.unde liber.Et iudicem non posse partes cogere ad transigendum,latissimè docuit Feli.in rubrica de treg.& pac.& Alex.in l.j.§. Et post operis, colu.2. 2
in 2.vol.ff.de oper.nou.nunc.Circa id autem quod ait Bar. iudicem pari ratione partes cogere non posse ad compromittendum in arbitratores,vide Orian.in tract.de arbitr.char.48.quæst. 95.Alexand.in consi.82.in 1.volum.& Doct.in cap.si pater,de off.deleg.Et ad ea quæ Bart. ait in uersiculo Quærò utrum iussus iudicis delegati excuset, vide Barba.in consi.20.colum.14. cum seq.in secundo volumine.

Summarium in l.genero. ff.de his qui not.infa.

1 *Ignorantia excusat ab infamia.*
2 *Si lege cautũ est executorem qui infra annum executus non fuerit ultimam uoluntatem,cadere in excommunicationem,utrum illud tempus currat ignoranti.*
3 *Tempus præfixum non currit nisi à tempore scientiæ.*

Bar.in l.genero.ff.de his qui not.infam.

1 BART. in d.l.genero,colligit ex isto tex.ignorantiam † excusare ab infamia. Et ibi subiungit,an ignorans puniri debeat. De hac re uide Feli.in c.2.nu.3.de constit.vbi tradit etiam, an & quando præsumatur ignorantia in delictis. vide eundem in c.cùm uigesimum,de offi.deleg. & in c.2. de except. vbi habetur etiam, quomodo probatur ignorantia. & ad prædicta uide omninò quæ pono ad Bar.in l.j.ff.de legi. Et circa id,quod subiungit Bar.in d.l.genero, ignorãtiam non prodesse ignoranti,qui tractat de lucro,vide de hoc Alex.in cons.36.in fi.in 4.vol. & in cons.114.in 4.vol.Anch.in c.canonum statuta,col.60.de const.Cor.in cons.122.col. fin. in 4.vol.& Feli.in c.quemadmodum,col.3.uers.septimus casus,de const.

2 Bart.in d.l.genero,versiculo vlteriùs ista lex, quærit, Si lege cautum est, executorem † qui infra annum executus non fuerit ultimam uoluntatem, cadere in excommunicationem, vtrũ illud tempus currat ignoranti; & decidit,quod non. Vide pro limitatione Alex. in l. si mihi. §. 1.ff.de leg.1.& in consi.36.col.3.in 4.vol.Anch.in c.canonum statuta,col.55.& 69. de consti. Abb.in c.nos quidem,col.pen.& fi.de testa.Paul.de Castr.in consi.147. col.1. in antiquis. Et
3 quòd tempus † præfixum non currat nisi à tempore scientiæ,vide pro intellectu Bal. in d.l. genero. Accedit Raph.Cuma.in consi.12.& Paul.de Castr.in l.nulli,in fi.C.de episcop. & cleric.

Barb.

Barb. in consi. 8. col. 4. & seq. in 1. uol. Rom. in consi. 59. col. 2. in tertio dubio. & in consi. 128. in primo dubio. Feli. in c. quærēti, de offi. deleg. & remissiones in hac materia legas apud Alex. in l. quamdiu, col. fi. C. qui admit. & Bal. in l. scire oportet. §. multa uerò. ff. de excus. tut. Oldra. in consilio 223. Maria. in tract. citationum, articulo 22. quæst. 6. & vltima. & Paul. de Castr. in consilio 378. columna penultima.

Summarium in l. quid ergo. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa.

1 *Quando aliquis fuit negligens petere filijs tutorem infra annum priuatur successione, & deuoluitur ad proximum subsequentem.*

Bar. in l. Quid ergo. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infam.

1 Bart. in d. §. si quis alieno, ait, quando aliquis † fuit negligens petere filijs tutorem infra annum, priuari successione, & deuolui ad proximum subsequentem. Vide Capr. in consi. 14. & in consi. 59. & in consi. 63. & in consi. 95.

Summarium in d. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. infa.

1 *Quando lex punit factum, non est curandum de iuris effectu.*
2 *Testamentum falsum si habet formam testamenti puniri debet ut falsum quanuis nullum sit.*
3 *Falsitas ad hoc ut punibilis sit, tria requiruntur.*
4 *Falsitas puniri non potest nisi damnum alteri sit allatura.*

Bar. in d. l. quid ergo. §. cùm autem. ff. de his qui not. infamia.

1 Bart. in d. l. quid ergo. §. cùm autem, colligit in summa, quando lex † punit factum, non esse curandum de iuris effectu. & prosequitur hanc rem, vt ibi per eum. de qua re vide Feli. in c. ex tenore, colum. fi. versi. Cæterum, de rescrip. Et dum ibidem in fin. ait Barto. testamentum
2 † falsum si habet formam testamenti, puniri debere ut falsum, quamuis nullum sit propter præteritionem filij, uel similia. Vide Rom. in consi. 199. & Feli. in d. c. ex tenore, colum. 6. & seq. Et
3 contra Barto. documentum uidetur urgere illud, quòd falsitas † ad hoc ut punibilis sit, tria requiruntur: dolus, mutatio ueritatis, & quod falsitas alteri noceat: ita Petr. de Anch. in consi. 24. Visa inquisitione. Dec. in consi. 615. sed sic est, quod testamentum nullum alicui nocere non potest, ergo &c. Et an falsificans scripturam, ex qua nullum parti præiudicium afferatur, sit puniendus? vide Soci. in consi. 62. & in consi. 103. & in consi. 104. in 1. vol. & in consi. in 3. vol. & Raph. Cuma. in consi. 138. Alex. in cons. 145. in 6. vol. Feli. in c. 1. nu. 4. de præsump.
4 & in c. nobis, de simon. Et falsitatem † puniri non posse, nisi sit alteri damnum allatura, tenut Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in uoce, Falsario. vbi ait, etiam si falsum sit dolo commissum, non tamen esse puniendum, nisi alicui præiudicet, vt est tex. cum gl. not. in l. damus, & ibi Bart. Bal. & Salic. C. de fals. & Doct. in l. qui testamento. ff. eod. Doct. in l. j. C. de sepulchr. uiol. & in l. fi. C. si ex fals. instru. & in l. ij. quod fals. tut. auth. vbi Bal. Attende tamen illam falsitatem esse punibilem, quæ apta est damnum afferre, quamuis illud non attulerit. l. Si quis falsos, & ibi Bald. C. ad leg. Corn. de fals. citat. l. iij. in princ. ff. quod quisque iur. ita refert Alex. in consi. 145. in 6. vol. licèt ipse in casu suo contrarium teneat; quia in eo falsitas non erat apta damnum afferre.

Summarium in d. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infa.

1 *De causa famosa compromissum fieri potest.*

Bar. in d. l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infa.

1 Bart. in d. l. quid ergo. §. ex compromisso, ait, de causa † famosa compromissum fieri posse. Adde compromissum hoc executionem mereri si de necessitate fieret. Bald. in l. j. colu. 2. C. de peric. & commod. rei uend. & in l. j. versiculo est ponderandum. C. ne lice. in una ead. 3. prouoc. & ad hoc vide Felin. in rubrica de re iudic. columna 6. versiculo secus etiam, & in capitulo fi. eod. titu. columna fin. Subiungit postea Bart. in d. §. ex compromisso, arbitri sententiam

propriè

propriè ſententiam dici non poſſe. Ad hoc uide Iaſ. in l.j.col. 3. in primo not.ff. de re iudic. & Feli. in rubr.de re iudic.col.6.in fi.

Summarium in d.l.quid ergo.§.quantum.ff. de his qui not.infam.

1 *Per interlocutionem ſeu ſimplicem iudicis enunciationem quis non efficitur infamis de iure ſed de facto.*

Bar.in d.l.quid ergo.§.quantum.ff. de his qui not.infam.

1 BART. in ead.l.§.quantum, inquit, per interlocutionem, † ſeu ſimplicem iudicis enunciationem aliquem non effici infamem de iure, ſed de facto. Vide Rom.in conſi. 208.& in l.ij.col. fi.C.qui teſta.fac.poſſ.

Summarium in d.l.quid ergo.§.pœna.ff.de his qui not. infa.

1 *In libellis criminalibus non eſt neceſſe ut concluſio ponatur.*
2 *Quando partes conueniſſent inter ſe ut iudex iudicare poſſit etiam ſuper alio quam ſuper eo, quod petitum eſt, tunc ualet ſententia, quamuis non ſit conformis libello.*
3 *Quæ nam ſint connexa & dependentia.*
4 *Utrum in arbitrio iudicis ſit pœnam imponere.*
5 *Judex debet pœnam imponere, quæ magis congruit qualitati perſonarum.*
6 *Homicidium commiſſum ſine dolo mitius punitur.*
7 *Miles egregius & utilis in exercitu committens delictum, mitius punitur.*
8 *Pœna mortis an & quando in minorem commutari poſſit.*
9 *Quomodò pœna dicatur augeri uel minui in criminibus extraordinarijs in quibus pœna non eſt limitata.*
10 *Ex iuſta & euidenti cauſa pœna poteſt augeri uel minui, etiam quæ poſita eſſet in ſtatuto ciuitatis uel caſtri.*
11 *Qua pœna ſit iudex puniendus, qui omiſit pœnas ordinarias.*
12 *Quando ſtatutum innouans pœnam dicatur fauorabile & comprehendat bannitos.*
13 *Omnes pœnæ quò ad principem ſunt arbitrariæ.*
14 *Judex debet ſemper mitiorem pœnam eligere.*
15 *Iudex qui pœna ultimi ſupplicij innocentem damnauit, pœna capitis eſt puniendus.*

Bar.in d.l.quid ergo.§.pœna.ff.de his qui not. infam.

BART. in d.l.quid ergo.§.pœna grauior, columna ſecunda, verſiculo Tu dicas in libellis,
1 ait, in libellis † criminalibus non eſſe neceſſe, vt concluſio ponatur: quoniam regula, quæ habet, ſententiam eſſe debere libello conformem, non habet locum in criminalibus. De hac re uide plenè apud Iaſ. in §. omnium, columna 24.numero 137. Inſtitu.de action.& hoc idem quod dicitur de conformitate ſententiæ & libelli, tradit Bald. in l. & ſi ſeuerior, in tertia oppoſitio.C. ex quibus cauſ.infam. irrog. Item prædicta regula non habet locum etiam quando
2 partes † conueniſſent inter ſe, vt iudex iudicare poſsit etiam ſuper alio, quàm ſuper eo, quod petitum eſt: quia ualeret ſententia, quamuis non eſſet conformis libello, ſecundum Alexan. in l. vinum.ff.ſi cert.peta.citat. l.ſed ſi conuenerit, & ibi Barto.ff.de re iudic. id quod puto ueritate carere: quoniam ſuper eo, quod petitum non fuit, lis conteſtari non poteſt; & ſententia lata ſuper eo, ſuper quo lis non eſt conteſtata, non ualet etiam conſentientibus partibus: ita Bar.in l. prolatam.C.de ſenten.& interloq.omn.iud. intellige tamen eam non ualere, ut ſententia, ſed propter conſenſum partium poſſet ſuſtineri, ut contractus, per tex.in l.ij.C.cõm.utri.iudic. Item fallit prædicta regula, quando ea, quæ petita non fuerunt, ſunt de natura petitorum, uel correſpondentia, vel correlatiua, vel ex eodem fonte naſcentia, vt docuit Bal.in l.pen.C.de

sent. quæ pro eo quod inter. profer. & glos. in capitulo cùm causam, in uoce, iudicium, de caus.
3 posses. & propri. & quæ nam sint † connexa, & dependentia, vide per Imol. in consi. 139. & in consi. 140. Et ex præcedentibus infertur, iudicem, qui cognouit de matrimonio, posse etiam cognoscere de dote tanquam à matrimonio dependente. Abb. in cons. 18. nume. 7. in 2. volu. Item fallit in causis matrimonij carnalis, & spiritualis, & in alijs concernentibus fauorem animæ, in quibus non exigitur sententiam esse libello conformem; ita inquit Card. in clem. sæpe, in secunda oppos. de verb. signifi. Item fallit, quando ageretur quanto minoris, quia iudex posset ferre sententiam in redhibitoria: tex. est. in l. bouem. §. aliquando. ff. de ædilit. edict. vbi dicit Ange. textum illum esse notatu dignum pro limitatione huius regulæ. Item fallit præfata regula, quando non petitum uenit uel ex natura, vel ex aptitudine actionis intentatæ. tex. est. in l. contra negantem. C. de leg. Aquil. & ibi Bal. in tertia opposit. Item fallit, quando saltem in generali conclusione libelli inest tacita uel implicita petitio: & propterea iudex potest super expensis iudicare, licèt specialis petitio earum non præcesisset; ita Bal. in l. properandum. §. fin autem alterutra. C. de iudi. Item fallit, quando id, super quo fertur sententia, tacitè uel præsumptiuè in libello continetur. Ange. in d. l. bouem. §. aliquando. Item fallit, vt habetur per Alex. in l. si in diem. §. Iulianus, in uerbo cedere. ff. de petit. hæredit. & Ang. ad limit. huius regulæ not. & Specul. in titu. de interrog. quæ fiunt ante lit. contesta. §. nunc de interrogatione. Rursus limitat istam regulam, vt per Bald. in l. si ea, per illum text. C. de adulter. & ad hanc regulam uide, quæ pono ad Bar. in d. l. vinum. ff. si cert. pet. colu. fin. & in l. Aemilius, col. 2. ff. de minor. & uide Feli. in c. licèt causa, col. 24. vers. secunda quæstio, de probat. Bart. in cons. 115. Abb. in c. cùm inter, col. fi. de consuet. & in c. olim, in fi. de constit.

4 Bart. in eod. §. & eadem colu. tradit, vtrum in arbitrio † iudicis sit pœnam imponere? Tu uerò dicas, iudicem ex causa pœnam augere posse, & minuere. Felin. in c. 1. de constitu. Iaf. in l. j. C. si contr. ius uel utilit. publi. Decius in c. de causis, colu. fin. de off. delega. & ibidem Abb. qui dicit, iudicem esse infamem, quando sine causa uel maiorem, uel minorem pœnam imponit.

5 Nam pœna etiam arbitraria non est in facultate iudicis; quoniam debet pœnam † imponere, quæ magis congruit qualitati personarum, vt eleganter habetur per Feli. in cap. inter cæteras, nume. 25. de rescript. quod perpetuò est adnotandum. Et dum Bar. in d. §. pœna grauior, col 3. vers. Nam quandoque fit diminutio, ait, iudicem ex causa posse pœnam minuere. Dehinc re, & quæ dicantur esse iustę causæ ut pœnæ minuantur, vide Feli. in c. qualiter. §. ad corrigendos,
6 num. 17. cum seq. de accusat. Et quia Bar. ponit exemplum in homicidio † commisso sine dolo, vt pœna minuatur, vide Cæpoll. in consi. 34. colum. 13. & in consi. 36. colum. fin. Iaf. in consi. 137. in 1. volum. & hæc est regula, ut homicidium pœna ordinaria nunquàm puniatur, nisi sit dolo perpetratum. l. in lege Cornelia. l. Diuus, & l. j. §. Diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Hoc tamen limitatur non habere locum in eo, qui dedit poculum amatorium alicui, & ille uel illa moritur: nam licèt poculum datum non fuerit dolo & animo occidendi, tamen quia res illa est mali exempli grauissimè punitur delinquens, vt est tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. qui tex. reluctatur dictis Bar. in l. diuus, in fi. ff. de sicar. quod quidem Bart. documentum extulit Aretin. in cons. 80. & Alexand. in cons. 283. in primo volum. pro cuius contrarietatis declaratione, vide Paulum Grillandum in tract. de sortilegijs, quæst. 12. & circa præ dicta attende etiam, iustam causam minuendi pœnam esse, censeri, quando ille, qui est punien-
7 dus, esset miles † egregius & utilis in exercitu. Cæpol. in dicto cons. 36. in fine. Rursus est iusta causa minuendi pœnam, quando ille, qui fuit lacessitus iniurijs, refert iniuriam seu uerbera injurianti. Abb. in capitulo olim ex literis, de rescript. nam iratus delinquens non dicitur delictum incipere, sed ille, qui eum ad iniuriam prouocauit: ita inquit Arist. quem refert Bald. in cons. 143. Super quæstione, in secundo uol. Ira enim minuit delictum. c. si quis iratus, cum glo. 2. q. 3. quod tamen intellige, quãdo ira esset ualde magna & causata à iusta causa, alioqui uerò si aliquis irascitur propter amissionem, quã facit in ludo. Abb. in c. 2. de maled. & in c. fi. col. 4. de confess. Rom. in sing. 508. cũ ibi addit. per Castill. Feli. in c. Matthæus, de simo. & in c. dilecti

filij,

filij,de reſcript. & omninò in c.ſicut ex literis,de iureiur. & in c.dilecti filij, nu.15.de except.& in c.cùm te,nu.9.de re iudi. & omninò Dec.in l.quicquid calore.ff. de reg.iur. & Iaſ.in l.ſiquis
8 filiam,de inoff.teſtam.& an & quãdo pœna † mortis in mitiorem commutari poſsit,vide Alex. in conſ.19.in fi.in 7.volu.& generaliter quando iudex poſsit mutare, vel moderare pœnam à lege impoſitam,tradit Paulus Grillandus in tract.de relaxatione carceratorum, in 6.quæſt. &
9 dum Bar.in d.§.pœna grauior, in eodem loco ſubiungit, quomodò pœna † dicatur augeri,uel minui in criminibus extraordinarijs,in quibus pœna non eſt limitata, vide Areti.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs,col.fi.de iudi.& ibi uide Feli.

Bar.in d.§.pœna grauior, in fi.ait; Nota bene materiam huius.§. vt ex iuſta & euidenti cauſa
10 † pœna poſsit augeri, vel minui, etiam quæ poſita eſſet in ſtatuto ciuitatis uel caſtrorum. hæc Bart. Adde hoc idem eundem Bar. tenuiſſe in l.fin.ff.de recept. & Bald.in l.& ſi ſeuerior.C.de his qui not.infam. licèt contrarium dixerit,& malè in l.j.C.ſi aduer.delictum,quem reprehendit Aretin.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs,colu.2.de iudi. & Aret. ſequitur etiam opin.Barto.in conſ.131.& Fulg.in conſ.124.& Ang.Aret.in tract.maleficiorum,in glo.in verbo,Quas ſi non ſoluerit infra x.dies,&c.& Abb.in c.de cauſis, in fin.de off.deleg. vbi idem dicit etiam in pœna quæ ex conſuetudine imponeretur. & ibi eum ſequuntur alij.& Ang.Aret.in loco præfato, &
11 uide Feli.in d.c.de cauſis. vbi docuit,qua pœna † ſit iudex plectendus,qui omiſit pœnas ordinarias. & vide Abb.in cap.1.in fi.de eo qui cogn.conſang.vxor.ſuæ. Areti. in §.ſed quod principi,inſtitu.de iur.natur. Accedat Aret.in conſ.164.colu.fin.& Ange.in l.ſi fugitiui.C.de ſeru. fugi.vbi docuit,quæ,& qualis eſſe debeat iſta diminutio pœnæ uel augumentum,& ibi Pau.de Caſtr.& Bar.in l.in lege Cornelia.ff.ad leg.Cornel.de ſicar.& Ang.in l.quicunque. C.eod.titu. & Iaſ.in l.& militibus,col.fi.C.de teſta.milit.& ibi etiam Alexand.& Ange.in l.ſi quando.C.de
12 inoff.teſta.& Bal.in l.cùm mulier.ff.ſolu.matrim.col.6.vbi tradit,quando ſtatutum † innouans pœnam dicatur fauorabile,& comprehendat bannitos. De qua re uide Cæpol. in cautel.14. Bal.in l.j.C.quib.ad liber.& in c.at ſi clerici, colu.2.de iudi. & aliquid per Feli.in c.1.de conſt. Abb.& ibi addita in c.afferte,in fi.de præſump.in addit.quæ incipit,Nota. & Parid.in tract. de Syndica.in uoce arbitrium,col.4.verſi.liberum. Roma.in conſ.429.vbi ait,iudicem poſſe,minuere pœnam à ſtatuto impoſitam, quamuis iurauerit ſeruare ſtatuta. & ibi etiam tradidit, an ex cauſa liceat augere. Ad hæc accedat Iaſ.in l.admonendi,col.86.ff.de iureiur.& multa tradit Feli.in d.c.1.col.14.cum ſeq.de conſt.& Bal.in l.cunctos populos,col.7.in fi.C.de ſumm. Tri-
13 nit.vbi ait, omnes pœnas † quò ad principem eſſe arbitrarias. & Aretin.in capitulo qualiter & quando,columna nona.de accuſatio. vbi tradit, quid ſi lex pœnam imponens uteretur verbis præciſis, vel quòd talis pœna iniungatur, & non alia? & aliquid uide apud Barba. in conſi.47. columna 14. in primo volumine. & in conſil. 8. in ultimo dubio.in tertio volumine.& aliquid per Bald. in conſ.242.& in l.ij.C.ſi aduerſ.delict. & in capitulo cùm ceſſante, columna ſecunda.de appella.& etiam aliquid in capitulo niſi ſpecialis, de off.delega. & Abb. in capitulo cùm ueniſſent,columna tertia.de iudic.Alexand.in conſ.157.in fin.in 5.volumine. & Dec. in conſi. 100.in fine. illud etiam eſt præcedentibus adiungendum, ſcilicèt, iudicem † debere ſemper
14 mitiorem pœnam eligere.l.ſi præſes,ff.de pœn. & iudicem non debere eſſe ipſa lege clementiorem, habetur in §.oportet,in authent.de iudic. & probatur in l.fina.C.ne ſanct.bapt. reiter. iunctis ijs, quæ per illam l. dixit Bald.in l.cùm Syllanian.C.de his quibus ut indig. et in capitulo primo.de teſti. cogen.& ad prædicta adde Bald.in titu.de accuſat.in addit. Specul.columna ſecunda verſi c. Quid ſi iudex. vbi ait, ſi iudex pro pœna corporali pecuniariam imponeret, reum illum amplius puniri non poſſe: quoniam præſumendum eſt, iudicem ex iuſta cauſa id feciſſe, per text. in l.ij. verſicu. quod non arbitramur. C. de offic. ciuil. iudic. ad rem faciunt
15 trad. per Roman.in ſingul.79. iudex † autem, qui pœna ultimi ſupplicij innocentem damnauit, pœna capitis eſt puniendus. text. eſt. in l.Iulianus.§. fin. ff. ad legem Iuli.repet. tradit Gemin. in capitulo ad apoſtolicæ.§.ſed licèt,in princ.de re iudic. in ſexto. pari ratione ſi iudex eſt immoderatus in torquendo aliquem, & propter hoc ille moritur. debet iudex tanquam ho-

micida pœnæ mortis ſubijci, ſecundum Bald. in l. j. C. de emenda. ſeru. Et pro prædictorum omnium intellectu ſciendum eſt ẽt, quot ſint genera pœnarum tam in iure ciuili quã in iure canonico, de qua re uideas Io. de Ligna. in tract. de cenſura eccleſiaſtica, nu. 4. cum ſeq.

Summarium in l. Lucius Titius. ff. de his qui not. infam.

1 *Licèt producens teſtes condemnetur de falſo, tamen ipſis teſtibus non præiudicat.*
2 *Teſtium probatio in arbitrio iudicis permanet.*

Bar. in l. Lucius Titius. ff. de his qui not. infam.

BART. in d. l. Lucius Titius, dicit, ex iſto tex. colligendum eſſe ſolenniter, licèt producens
1 teſtes † condemnetur de falſo, hoc tamen ipſis teſtibus non præiudicare. Vide Abb. in conſi. 16. col. 2. & ſeq. in 2. volu. Ang. in tract. de maleficijs, in glo. in uoce falſario, col. 5. verſi. ſecus tamen, & ibi addita. & Feli. in c. 1. col. 3. de except. Et dum Bar. ibi paulò poſt diſputat, an ille, qui eſt periurus, ſit infamis. vide glo. in c. querelam, de iureiur. Card. in conſi. 35. col. fi. & Feli. in c. teſtimonium, col. 6. de teſti.

Bar. in d. l. Lucius, in fi. dicit, ex iſto tex. colligi practicam. l. teſtium. §. 1. ff. de teſti. ibi, Tu magis ſcire debes. Vide Dec. in c. ex literis, in 3. notabili de probat. vbi ex mente Butr. ait, omnis
2 † teſtium probationem in arbitrio iudicis reſidere. Vide etiam Abb. in c. quoniam contra, col. 17. eodem titu. Alexand. in conſi. 19. col. 3. in 4. vol. Felin. in cap. licèt cauſam, in 4. not. de probat. & in d. cap. quoniam contra, et in cap. cùm ueniſſent, colu. 1. de teſti. & in cap. in noſtra, colu. 2. eodem titu. & in c. fin. colum. 8. de præſcrip. 12. in cap. de cætero, colu. 4. de re iud. & in c. ſicut, eodem titu. Barb. in conſi. 29. colu. 2. in 1. volu. & in conſi. 32. colum. 2. eodem volu. & in conſi. 47. colu. 29. & in conſi. 54. colu. 14. eod. vol. & in conſ. 3. colu. 10. in 2. vol. & in conſi. 5. & in conſi. 7. & 8. eod. volu. Rom. in conſ. 91. col. 2. Anch. in c. canonum ſtatuta, col. 10. de conſtitu. Barb. in d. cap. ex literis, colu. pen. & in c. ex parte. 2. colu. 2. de offi. delega. Aret. in conſi. 31. colu. 3. Bald. in l. j. §. ſi curatores. ff. de magiſtr. conuen. & Paridem in tracta. Synd. rubr. de iudic. in uoce, arbitrium, colu. 4. verſi. ſi iudex. Abb. in cap. cùm Bertoldus, in 6. not. de re iud. & omninò Soci. in conſ. 262. colu. 5. & in conſ. 187. in 1. volu. vbi concludit, illam eſſe probationem perfectam, quæ inducit animum iudicis ad credulitatem. hoc idem docuit Abb. in cap. tereà, de teſti. dicens, in materia teſtium dari non poſſe certum & inuariabile documentum, ſed totum hoc in arbitrio iudicis reſidere. & iſta eſt concluſio.

Summarium in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa.

1 *Executio fieri poteſt in notorijs etiam non præcedente ſententia.*
2 *Notorium quid dicatur eſſe.*
3 *Ille qui crimen extra iudicium confitetur, non facit niſi ſemiplenam probationem.*
4 *Damnatus per inquiſitionem an infamis efficiatur.*
5 *Bannitus & condemnatus de aliquo maleficio an efficiatur infamis.*

Bar. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam.

1 BART. in d. l. ictus fuſtium, ait executionem † fieri poſſe in notorijs, etiam non præcedente ſententia: quia notorium habet uim ſententiæ. De hac re uide Felin. in c. eccleſia. S. Mariæ, col. 9. verſi. tertiò limita, nu. 21. de conſtit. vbi ſequitur Bar. hoc in loco, & Albert. Brun. in conſil. 19. verſ. quartò moueor. & notoria iuſtitia impedit litis ingreſſum. Soc. in conſ. 38. col. pen. in 1. vol. & notorietatem operari, ut multa ualeant omiſsis ſolennitatibus, quæ alioqui exigerentur, docuit plenè Feli. quẽ uide omninò in c. cùm olim, de re iudi. Abb. in c. bonæ. j. de elec. & multa ad rẽ facientia uide eleganter apud Hieron. de Tortis in ſuo erudito cõſil. poſito poſt
2 conſilia Ant. de Butr. & apud Card. Iacobatium in tract. de Concilio, lib. 7. fol. 423. & quid † dicatur eſſe notorium, vide Bar. in l. hæredes palàm, in princ. ff. de teſta. Abb. in conſ. 99. in 1. vol.

& in

& in consi. 2. in 2. vol. Feli. in c. ex part. in fi. de rescrip. & quotuplex sit notorium, & quomodò differant notorium & manifestum, vide Feli. in c. euidentia, de accusa. & ad prædicta uide Dec. in consi. 11. col. 6. versic. ad hoc fundamentum.

3 Bar. in d. l. ictus fustium, ait, eum, qui crimen † extra iudicium confitetur, non facere nisi semiplenam probationem. Sed contrarium mirabiliter uoluit Innoc. dicens, huiusmodi confessionem reddere confitentem infamem, & propterea esse priuandum beneficijs habitis, & obtentis, & inhabilitandum ad ea, quæ de cætero habere posset. quod tamen declara, vt per Abb. in c. olim, de re iudic. vide Feli. in d. c. olim, & plenissimè in c. si cautio, de fid. instr. & Abb. in c. testimonium, de testi. & remedium ad uitandam infamiam, de qua re agit Bart. in d. l. ictus fustium, vide per Feli in d. c. testimonium, & Corn. in consi. 21. in 3. vol.

4 Bar. in d. l. ictus fustium, tradit, an damnatus † per inquisitionem efficiatur infamis. Tu dicas damnatum per inquisitionem non effici infamem, secundum glo. & Bar. in l. tutor. §. præterea. ff. de suspect. tutor. Abb. in c. inquisitionis, de accus. vide eundem Abb. in consi. 25. col. 2. in tertio dub. in 1. vol. & in rubr. de iudi. col. fi. & aliquid per eundem in c. testimonium, col. 5. de testi. & in c. cùm te, de re iud. Roma. in consi. 208. col. 2. & Card. in cons. 94. in 1. dubio. & an per inquisitionem aliquis efficiatur infamis, vide trad. in l. fi. C. de susp. tut. in l. j. C. de mod. mulc. & Bar. in l. infamem. ff. de publ. iudic.

5 Bart. in d. l. ictus fustium, vers. quæro ergo, utrum exbannitus, tradit an exbannitus † & condemnatus de aliquo maleficio efficiatur infamis, cùm ex forma statuti habeatur pro confesso? Vide Barb. in cons. 3. in 2. volu. Aret. in c. at si clerici, col. 2. de iudic. Nellum de S. Gemin. in 1. par. secundi temporis, nu. 94. Sed quid si bannitus maximè propter contumaciam fuerit restitutus, vtrum etiam ad famam restitutus esse intelligatur. Distingue ut per Alex. in consi. 254. Omissis argumentis; in lib. in quo primi & secundi volu. consilia continentur. Et quid & quantum operetur restitutio à banno, vide Ang. in consi. 288. & in cons. 256. Et dum Bar. ibi in fi. ait de grauamine illato circa modum procedendi, vide Aret. in c. dilecti, colu. 2. versic. secundò probatur, de iudic. & in c. quod clericis, col. fi. de for. compet.

Summarium in l. j. ff. de procurat.

1 *Procurator quid sit.*

Bart. in l. j. ff. de procurat.

1 BART. in d. l. j. colligit in summa, quid sit † procurator, & ad quid posit constitui procurator. Adde tu in hac materia, procuratorem, qui constitutus est ad recipiendũ, confitendo non posse præiudicare: quoniam aliud est recipere, aliud confiteri se recepisse. Doct. in l. ij. §. fi. ff. si cert. pet. Sic etiam constitutus procurator ad accipiendam possessionem, confitendo non præiudicat domino. Aret. not. in consi. 4. Vide etiam Alexan. in consi. 130. in 4. volu. & an & quando procurator confitens solutionem debiti noceat domino, vide Decium in consi. 493. & Feli. in c. si cautio, col. pen. de fide instru.

Summarium in l. præsens. ff. de procurat.

1 *Præsens vel absens quis dicatur.*
2 *Absentium quinque sunt genera.*
3 *Absens per decem annos censetur desijsse habere animum redeundi.*
4 *Absens si sua possessione spoliatur, quilibet pro eo agere poterit sine mandato.*
5 *Absentia an præsumatur.*

Bar. in l. præsens. ff. de procur.

1 BART. in d. l. præsens, colligit, quis dicatur † præsens uel absens. Vide Ias. in §. Rursus, inst.

de action. Archid. Gemin. & Philip. Franc. in c. vbi periculum, de elect. in 6. & Feli. in c. quoniã frequenter, in princ. col. pen. vt lit. non conteſt. & quis dicatur abſens uel præſens ubi agitur de præſcriptione, vide latè apud Io. Franciſ. Balbum in tractatu de prę ſcriptionibus in 1. par. quar
2 tæ part. in 2. q. princip. Et abſentium † quinque eſſe genera docuit glo. in l. fi. ff. de reſtitu. in integr. vbi habetur etiam quomodò uigore ipſarum, & cuiuſque earum reſtitutio ſit concedenda. de qua re uide Feli. in d. c. quoniam frequenter, & omninò. Io. Monach. in tract. nuncupato
3 Defenſorium iuris, in §. contra ſententiam. Scias etiam abſentem † per x. annos cenſeri deſiſſe habere animum redeundi. l. ij. C. de incol. glo. in l. iij. eod. titu. Bart. in l. iij. §. ſi tamen. ff. de iniur. & Alex. in conſi. 91. colum. pen. in 7. volu. Item abſens non dicitur eſſe is, qui familiam ſuam, agnatos, & conſanguineos reliquit in ciuitate, ut not. docuit Bar. in l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. ad rem faciunt trad. per Ang. in conſi. 269. Statuto ciuitatis. vbi ait, abſentem illum dici non debere, qui in loco familiam & filios dereliquit, qui ſunt pars ſui corporis, citat d. l. cùm ſcimus. & ideò ſi tractatur aliquid in præiudicium huiuſmodi abſentis, vocandi ſunt eius propinqui, & amici priuſquam aliquid contra eum decernatur. l. fi. & ibi glo. ff. vbi pupil.
4 educ. debe. Illud quoque in hac re prætereundum non puto, ſi abſens † ſua poſſeſsione ſpoliatur, quilibet pro eo agere poterit ſine mandato. tex. eſt ſing. ſecundum lecturam * comm. approbatam in l. j. C. ſi per uim uel alio mod. & Feli. in cap. cùm olim, colu. 2. de teſti. vbi ait idem eſſe in eccleſia ſpoliata. Non tamen abſentis cauſa ita fauorabilis eſt, ut eſt minoris cauſa, ſecundum glo. ſing. in l. nec non. §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. & Felin. in d. cap. cùm olim, num. 8. &
5 nu. 9. An † autem abſentia præſumatur: Ang. in l. præſcriptione. C. quib. obſt. long. temp. præſcript. ait, eam præſumi. & propterea aduocatum eſſe ait cautum oportere, ſi intentat præſcriptionem tanquam inter præſentes, vt probet præſentiam, alioqui deficeret in fundamento. & hoc Ang. documentum refert & ſequitur Alex. in conſi. 92. in fi. in 5. volu. ſed contrarium uoluit idem Ang. in l. emptor. C. de præſcrip. long. temp. vbi teſtatur ita in facti contingentia fuiſſe millies obſeruatum. quem ſequitur Alexan. ſibi ipſi contrarius, in conſ. 89. in eodem 5. volu. Sed dicas pro concordia, unumquenque teneri ad probandum id, quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, ſiue præſentia ſiue abſentia adducatur. l. cùm actio. ff. de neg. geſt. l. non ſolùm, ſed ut probari. ff. de oper. nou. nunc. & ad prædicta uide quæ habentur per glo. in uoce, præſentes, & ibi doctores inſt. de uſuc. in princ.

Summarium in l. filiusfamiliàs. §. veterani. ff. de procur.

1 *Milites militantes in caſtris procuratores eſſe non poſſunt.*
2 *Clericus non prohibetur procurare uel adminiſtrare unum negocium laicorum.*
3 *Clericus æquiparatur militi.*

Bar. in l. filiusfamiliàs. §. veterani. ff. de procur.

1 Bart. in d. §. veterani, ait, milites † militantes in caſtris, procuratores eſſe non poſſe: idéque eſſe ait in militibus cœleſtis militiæ, qui ſunt clerici. Adde quòd clericus non poteſt eſſe aduocatus in cauſa criminali in foro ſeculari, etiam ad defenſionem rei. Abb. in c. 1. de poſtul. Item non poteſt eſſe Vicerex uel locum tenens alicuius principis ſecularis, neque ſub ſua cura habere aliquam ciuitatem. Abb. in c. ſed nec, ne cleric. vel mon. neg. ſecul. quem ſequitur Antonius Corſettus in tract. de poteſtate regia, in 5. par. in 93. quæſt. Attende tamen, quia Innoc.
2 ſingul. voluit, clericum † non prohiberi procurare uel adminiſtrare unum negocium laicorũ; ita Innocen. in capitulo vno, de obli. ad ratio. quem ſequitur Abb. in capitulo ſacerdotibus, ne cleric. uel monach. & in capitulo noſtra, de procurat. in capitulo ſopitæ, de cenſ. in cap. per uenerabilem, qui fil. ſint legit. & in capitulo cùm eſſent, de ſimon. & quia Barto. in dicto §. vete-
3 rani, æquiparat † clericum militi, vide Abb. in capitulo primo. de cleric. non reſiden. & Felin. in capitulo cùm ex officij, colum. 1. de præſcript. vbi tradit, in quibus caſibus æquiparentur. & an & quando religioſus conſtitui poſſet procurator. vide Feli. in c. cùm. I. & A. nu. 15. de re iud.

Et an

Et an posit esse procurator ille, qui est inhabilis pro aliquo habili, vide Curtium in consil. 27. nu. 25. & an procurator posit esse in causa is, qui principaliter eam exercere nõ posset: Feli. in c. apostolicæ. nu. 9. de except. Et dum Bar. subiungit, etiam si ille, qui aduocatus esse non po test, in causa interuenisset, tamen processum sustineri, nisi is esset talis, qui neque pro se neque pro alio interuenire potest. vt est pupillus & seruus. Vide multa similia apud Oldra. in consil. 30. col. 3. & in simili casu uide Alex. in cons. 63. in 4. vol. & Feli. in c. sciscitatus, versic. valet processus, de rescrip. vbi ponit similem casum, & in c. post cessionem, col. 6. de probat. & alia similia uide apud Rom. in cons. 419. in 2. dubio. & Barb. in cons. 90. col. 6. in 3. vol.

Summarium in l. si defunctus. ff. de procura.

1 *Hodie in quolibet instrumento mandati satisdatio domini contineri debet.*
2 *Procurator post litem contestatam usque adeò efficitur dominus instantiæ, vt non cesset eius officium, quamuis potestas illius expiret.*

Bar. in l. si defunctus. ff. de procur.

1 Bart. ex d. l. si defunctus, dicit mirabiliter esse attendendum, quòd cùm hodie † in quoli bet instrõ mandati satisdatio domini contineatur, si Dominus decedit postquã procurator recepit instrumentum, non uidetur eius mandatum esse reuocatũ. Vide Bar. in rubr. ff. iudic. solu. vbi omnes doct. Abb. in c. mãdato, col. fi. de procur. & Card. in clem. fi. col. 3. eod. tit. de procu.
2 Adde quòd procurator † post litem contestatã usque adeò efficitur dominus instantiæ, vt non cesset eius officium, quamuis potestas illius expiret, qui eum constituit procuratorem. Fulgo. plenè in cons. 182. Et quid facere debeat dominus qui vult comparere post litem contestatam à procuratore, vt eius acta ualeant: Cæpol. in cautel. 119. & dum Bart. in d. l. si defunctus. §. qui in communi, ait, quamuis dominus pro suo procuratore fideiusserit, tamẽ adhuc procuratorẽ cogi satisdare de iudicio sisti, vide omninò Alex. in cons. 160. in 5. vol.

Summarium in l. post litem. ff. de procur.

1 *Procurator post litem contestatam reuocari non potest.*
2 *Si procurator efficitur malæ conditionis & famæ, vel inimicus mandantis, vel aliter conditionem suã in deterius mutet, eò ipso intelligitur reuocatus.*

Bar. in l. post litem. ff. de procur.

1 Bart. in d. l. post litem, ait, procuratorem † post litem contestatam reuocari non posse. deinde quærit, quid in causis in quibus non fit contestatio litis? Vide Feli. in c. exceptionẽ, col. 2. versic. tertiò intellige, de excep. Et dum Bar. ibi paulò post subiungit, procuratorem à domi no siue ab eius hærede ex causa reuocari posse, & quærit, quid in procuratore, qui alium substituit, an ab eo substitutus posit ex causa reuocari? Vide Oldra. in consi. 130. colum. 2. Attende etiam in hac re, procuratorem ad litem intelligi reuocatum, si dominus incipit petere, sed si posteà procurator gerit aliquod negocium sciente & patiente domino, censetur ei renouatum esse mandatum. Alexand. in consi. 128. in primo volumine. Item si procurator † efficitur malæ conditionis & famæ, vel inimicus mandantis, vel aliter conditionem suam in deterius mutet, eò ipso intelligitur reuocatus, & acta per eum irrita sunt & inania. Bar. in l. si cùm Cor nelius. ff. de solut. & Feli. in c. qualiter & quando, nu. 4. de accusat. & in cap. ex parte decani, nu. 42. de rescrip. quod tamen declara, vt ibi per eum. Idem est etiam in procuratore constituto ad gerendum actum cum Sempronio, si uidet conditionem Sempronij ita mutatam, vt ueri simiter mandans id non feciſſer, intelligitur reuocatum mandatum ex hac coniecturata mẽte, per tex. in d. l. si cùm Cornelius. facit ratio. l. si hominem. ff. mãd. vide etiam not. in l. siquis cùm sciret. ff. pro empt.

De procuratoribus.

Summarium in l.aut affinitate.ff. de procurat.

1 *Affinis non potest cogi esse procuratorem uel aduocatum contra affinem.*
2 *Affinem transuersalem inter integros testes enumerari.*

Bar. in l.aut affinitate.ff.de procur.

1 BART. in d.l.aut affinitate,colligit ex isto tex.affinem † non cogi esse procuratorem, vel aduocatum contra affinem. & ex hoc infert,eum pari ratione cogi non debere esse testem cõtra affinem.Amplia,quòd aliquis non cogitur esse procurator uel aduocatus contra ualde amicum,nedum affinem. tex.est cum glo.in l.j.§.ait prætor.ff. de postul. nam ille,qui exercet officium aduocationis contra ualde amicum,à quo beneficium habuit,efficitur ingratus,& si spõtè hoc faceret, posset donatio ei facta reuocari.c.fi.& ibi Abb.de postul. Et quoniã Bart.infert (ut prædixi) affinem nõ cogi esse testem,quid si affinis testimonium dicit pro affine,utrum sit
2 integer testis? Quidam uoluerunt affinem † transuersalem inter integros testes annumerari,dicentes in proposita re affinitatem ascendentium & descendentium tantũmodò reprobari. Tu autem dicas,hos in totum repelli,& à ferendo testimonio prorsus excludi. lineã uerò transuersalem non in totum reijci,sed tamen suspectam reddi. hæc Ang.in cõsi.194.col.2.& quòd quilibet affinis non sit testis integer,tradit Alex.in consi.13.& in consi.18.in 1.vol. vbi sequendo Guli.de Cun.ait,vxorem fratris propter affinitatem non esse idoneam testem,& in consi.148. in 5.vol.Ang.in l.sed hoc ita.ff.de re iud.Orian.in c.quoniam contrà falsam. in uoce testes,versicu.quod suprà dictum est de affinitate,de probat.Alberi.in tract.de testibus,in princ.Iaſin l. admonendi,colu.78.& seq.ff.de iureiur.

Summarium in l. seruum quoque. §. publicè.ff.de procura.

1 *An & quando pro reo in criminalibus procurator sit admittendus.*
2 *Iudex debet recipere testes pro innocentia rei contumacis etiam post publicatum processum.*
3 *Pater an & quando admitti debeat pro filio.*
4 *Si princeps iudici præciperet ut sententiam criminalem iniustè latam exequi debeat, iudex tenetur magis officio cedere, quàm exequi eam reluctante conscientia.*
5 *Si bannitus per contumaciam detinetur, qui paratus sit de innocentia sua probare, iudex tenetur suscipere huiusmodi probationes.*
6 *Si pœna est arbitraria ita ut iudex possit imponere hmõi pœnam, utrũ simpliciter sit admittendus an non.*
7 *Procurator qui sine mandato speciali interuenire non potest vbi de pœna domino iniungenda ageretur reijci potest, licèt dominus non puniatur.*

Bar.in l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procur.

BART. in d.§.publicè,tractat quæstionem illam utilem,& quotidianam,an & quando pro
1 reo in criminalibus † procurator sit admittendus. de qua re agit idem Bar. in l.si nõ defendan
* tur.ff.de pœn.vbi habetur,reos posse defendi,quamuis * cõiter traditum sit, vbi agitur de pœna corporali,ibi procuratorem admitti non posse, tamen tex.in d.l.si non defendantur, vult q admittatur defensor. sed quia ille tex.non probat,an hoc habeat locum in reo contumace, sed tantum in eo,qui est detentus,ibi,non utique statim ad supplicium deducũtur: propterea iste tex.in d.§.publicè, melius probat. Et quanuis Bar.sentiat procuratorem admittendum esse ad
2 allegandas causas absentiæ,tamen dicas tu,immo iudicem debere recipere † testes pro innocẽtia rei contumacis,etiam post publicatũ processum: ita not.inquit Aret.in consi.80.& in cõsi. 146.& Alex.in consi.4 in 6.vol. vbi ait,iudicem obligatum esse pro innocentia rei absentis testes productos assumere: & ita in facti contingentia pluries obtinuisse,idque cõiter seruari.& Dec. omninò in consilio 429.& Cæpoll. in cautel.66. & in consilio 29. vbi ait,etiam si procurator non admitteretur, admittendum tamen esse defensorem ad allegandum pro innocẽtia rei; Et quilibet potest comparere ut excusator,& instructor,Cæpol.in caut.109. De hac re vide eundem

de eundem Cæpol.in consi.40.& in consi.46.& in consi.47. vbi plenè habetur etiam quando
3 pater † admitti debeat pro filio. de quo agit Dec. in d.consi. 429. Et an & quando in criminalibus admitti debeat procurator, vide Doct.in l. accusatores.§. ad crimen.ff. de publ.iudic. vbi Alber.cumulat remissiuè rem hanc. Vide Imol. & alios in l.reos. C. de accusat. & egregiè Anch. in consi. 272.Plenè, & subtiliter consideratis,& Barto.in l.Prætor.ff.de damn.infect. & plenissimè tradit Antonius de Canario in tract.de excusatore, & Feli.in c. Meminimus de accusat.vbi plenè,& distinctè loquitur.& Dec.in l.& si nihil facile,& in l.in eo quod plus.§.nemo. ff.de regul.iur.vbi habetur etiam si reus crimen esset confessus,eũ tamen absolui debere,quando iudici constat de ipsius innocentia. de qua re agit Cæpol. in cautel. 255. Immo si princeps
4 † iudici præciperet ut sententiam criminalem iniustè latam exequi debeat,iudex tenetur magis officio cedere,quàm exequi eam reluctante conscientia,ut ait Feli.in c.consanguinei, de sent. & re iud.parendum est enim magis Deo, quàm hominibus. Hinc egregiè docuit Inno. in c. inquisitioni, de sent.excom.Papæ obediendum non esse quando aliquid præciperet, quod notoriè malum esset, & peccatum contineret. ad hoc accessit Abb.in c.significauit, de offi.ordi. & Feli.in c.si quando, ubi multa cumulauit,de rescrip.Quare multò magis dicendum est,principi executionem iniquæ sententiæ præcipienti parendum non esse. Iure merito igitur iuris interpretes literarum memoriæ prodiderunt,si bannitus † per contumaciam detinetur, qui paratus sit de innocentia sua uelle probare, iudicem teneri ad suscipiendas huiusmodi probationes,etiam si in loco illo statuto cautum esset,contra talia banna nullam exceptionẽ obijci posse: vt docuit Decius in consi.458.ad quod vide Fulg.in consi.147. inter consilia Imol. & quæ posui ad Bart. in l. Si quæ.ff.de his qui sunt sui uel alij.iur. Hic opportunè se se offert alia difficultas: esto quòd in causa,in qua pœna corporalis ingeritur, procurator non admittatur, quid si
6 pœna est † arbitraria, ita ut iudex possit imponere huiusmodi pœnam, & non, vtrum in casu isto sit simpliciter admittendus, an non? Resp. dicendum uideri quòd non: quoniam causa capitalis esse existimatur ex aptitudine,quando apta est esse talis,quàmuis non sit: ita Bal.in l. eos.§.super his,versiculo extra quæro.C.de appel.Pro quo facit,quia sic etiam falsitas punitur, quando est apta nocere,licèt alicui non noceat.l.si quis falsos,& ibi Bald.C.de fals. tradit Alex.
7 in consi.165.in 6.vol.Pari ratione deciditur, procuratorem, † qui sine mandato speciali interuenire non potest,vbi de pœna iniungenda ageretur,reijci posse,licèt dominus non puniatur, sed puniri posset: quia possibilitas sola consideratur. Soc.in consi.231.colum.3. Tamen cogita, quia & si arbitrium posset esse in corpore,nihilominus iudices debent semper in mitiorem sententiam adduci.l.si præses.ff.de pœn.

Summarium in l.sed & hæ.ff.de procurat.

1 *Personæ quæ possunt agere sine mandato.*
2 *Amicus potest interuenire pro amico.*
3 *Coniunctis an solui possit.*
4 *Maritus an possit agere tanquam procurator uxoris.*
5 *Et appellatione coniunctorum non ueniunt spurij neque naturales.*
6 *Vsque ad quem gradum coniunctæ personæ dicantur.*

Bar.in l.sed & hæ.in princ.ff.de procur.

1 BART. in d.l.sed & hæ, colligit ex isto tex. personas, † quæ possunt agere sine mandato. vide Bal.in c.ex parte,de rescri.ad rẽ facit gl.in uerbo,expresserit,in c. 2. de testi.in 6.& Rom. in sing.613.incip.Tu audiuisti. vbi tradit,an coniuncta persona agere possit sine mandato in spiritualibus, & in ijs, in quibus speciale mandatum exigit. vide eundem in singul.650. incip. Cynus in l.exigendi. vbi habetur,nunquid quemadmodum coniunctus pro coniuncto interuenire potest sine mandato, ita possit amicus † pro amico. Et ad prædicta vide Alex.in l.j. C. und.uir.& vxor.& omnino in l.exigendi.C.de procur.vbi 11.modis limitat regulam.d.l. sed & hæ, &

hæ,& ibi tradit etiam,quæ nam dicantur esse coniunctæ personæ, adeò ut sine mandato agere possint. vide eundem Alex.in cons. 26.Circa primum,in 1.vol.Et ad rem faciunt trad.per eundem Alex.in consi. 146.Videretur inspectis,in libro in quo primi & secundi vol.consilia continentur. Et an huiusmodi coniunctis † solui possit: vide Alex.in l.sæpe.ff.de re iudic.Et dic etiã patri solui non posse. glo.est not.quam ibi sequitur Bar.in l.vero procuratori.ff.de solut. & videtur esse tex.scitu dignus in l.qui hominem.§.si gener.ff.eod.tit.Et circa prædicta vide Feli.in c.cum.I.& A.col.5.& seq.de re iudic.& in c.quàmuis,eod.tit.& Bal.in c.de cætero,de testi. vbi loquitur in criminalibus. Rom.in consi.446.in primo dubio.vbi tradit,an si coniuncta persona, vt maritus, † egerit tanquam procurator vxoris,cum non esset, iudicium sustineatur saltẽ ex capite coniunctionis, an non? Et considera nunquid tex.in d.l.sed & hæ, in principio locum habeat etiam in personis, de quibus habetur in §.eadem,instit.quib.ex caus.manumit.non lic. Et an & quando coniuncta persona admittatur ad agendum pro coniuncto sine cautione de rato, & cum iuratoria cautione,vide Soc.in consi.120.col.2.& in consi.231.col.2.versicu. postremò,& in consi.254.col.2.in quibus locis habetur etiam quid in negotijs, in quibus requiritur speciale mandatum? & aliquid vide per Bald.in c.postremò, de appellat.vbi tradit de pariter coniuncto,& Feli.in c.edoceri.col.3.versi.tertia declaratio.de rescript. vbi agit de coniuncto spiritualiter, Et quod huiusmodi coniunctio in re proposita non consideretur, docuit idem Felin.in §.sunt & alij,numero 48.de rescript.vbi latissimè agit de hac re. Et quod non uc
5 niant spurij, † neque naturales appellatione istorum coniunctorum, vide eundem Feli. in cap. coràm,de offic.deleg.& Abb.in c.cùm dilectus,colum.4.versicu.Et ex hoc. de consuet.Attende tamen,quia licèt coniuncta persona agere possit sine mandato, nihilominus protestari non poterit. Feli.in c.cùm.M.Ferrarien.num.58.versicu.hanc conclusionem, de constit. Et limita not.regulam.d.l.sed & hæ,vt locum non habeat, nisi in ascendentium & descendentium affinitate,alioqui verò in transuersalium: ita Ang.in consi.194. Et dum Bar.in d.l.sed & hæ,subiun
6 git, usque † ad quem gradum dicantur coniunctæ personæ,vide plenè Alex.in d.l.exigendi,& Feli.in c.nulli,col.14.& sequen.de rescrip.Et pluribus coniunctis concurrentibus, quis præferatur, vide Alex.in d.cons.26.Circa primum,in fi.in 1.vol. Et ad prædicta vide Feder.in cõs. 287.in fi.Feli.in c.in præsentia,colum.9.de probat.Barb.in consi.3.colum.15.in 2.vol. Alex in l.j.§.lex Falcidia,col.9.ff.ad leg.Falc.& Abb.in d.c.coram,colu.2. Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus,col.15.ff.ad Trebell.Abb.in c.requisisti,col.6.de testa.in c.accedens, col.2. de prõb. in c.fi.de postul.& in d.§.sunt & alij.Aret.in consi.26.& Barb.in d.capitulo cùm M. Ferrarien. de const.Quæro si coniuncta persona agit pro coniuncta,utrum ei obijci possit,personam,pro qua agit, non posse stare in iudicio, fortè quia est bannita uel excommunicata? Et dicas quòd non, quando agitur ad suam utilitatem. Bar.in l.si constante.colum.11.versic. decimo & ultimò quærò.ff.solut.matrim.

Summarium in d.l. sed & hæ.§.præter.ff.de procurat.

1 *In iudicijs aliquem teneri præcisè ad factum.*

Bar.in d.l.sed & hæ.§.præter.ff.de procurat.

1 Bart. in d.l.sed & hæ.§.præter inquit,in iudicijs † aliquem teneri præcisè ad factum. Sed quæro nunquid aliquis præcisè cogi possit litem contestari: vide Alexand.in l.Si finita.§. Iulianus,colum.2.& seq.ff.de dam.infect.

Summarium in l.non solum.§.qui alieno.ff.de procurat.

1 *Mandatum an possit probari per testes.*

Bar.in l.non solùm.§.qui alieno.ff.de procurat.

1 Bart. in d.§.qui alieno,col.fi.quærit, utrum per testes † possit probari mandatum? Dic tu hac

tu hac de re uarias fuisse Legistarum sententias, quas refert & uentilat Abb. in capitulo primo de procur. vbi ipse concludit probari posse per testes. Vide Alex. in consi. 149. colu. 3. in 5. vol. & Anchar. in consi. 28. colum. 2.

Summarium in d.l. non solum. §. quæritur. ff. de procurat.

1 *Dictio, cæteri, quid significet.*
2 *Serui milites esse non possunt.*
3 *Dictio, alij, quid significet.*
4 *Dictio, & cætera, quando est posita in instrumento quid significet.*

Bar. in d.l. non solùm. §. quæritur. ff. de procurat.

1 BART. in d.l. non solùm. §. quæritur, ait, uocem hanc, cæteri, † similitudinem indicare, loquendo propriè. De hac re vide Ias. in l. quæ dotis. in quinto & ultimo notabili. ff. solut. matri. sed impropriè nonnunquàm ponitur, secundum Barto. in d. §. quæritur. Sic etiam dicitur, de hac voce alij, nam quandoque propriè ponitur, vt in authen. qui semel. C. quomod. & quand. iud. Et quandoque impropriè, vt in l. in causæ. ff. de minor. ibi, nulla alia actio, nisi officium iudicis. Et tamen ex hoc non colligitur, officium iudicis esse actionem. Et in auth. ut defunc. seu funer. in principio ibi, milites, & alios plurimos seruos: non enim includitur milites esse
2 seruos, ut ibi in glo. immo serui † milites esse non possunt. l. super seruis. C. qui milit. non poss. Et quid significet illa vox, alij, aliæ, & huic similes, vide Alex. in consi. 349. in libro in quo primi & secundi volum. consilia continentur. Soc. in consi. 285. in principio in primo volu. & in consi. 104. colum. 1. in 3. volu. Significat enim ista uox similia expressis, nisi adiecta esset uox, quælibet, quia tunc indicat etiam maiora expressis. Alex. in consi. 30. colum. fi. in 5. volu. & in consi. 95. in 7. volu. nisi essemus in materia odiosa secundum Dec. in consi. 486. Adde ad præfata decisionem Rotæ in decis. 7. in nouis, & Felin. in capitulo inter cæteras, de rescript. Limita
3 etiam huiusmodi † voces non includere casus similes, quando per alia iura declaratum esset, casum illum non esse similem, ut habetur per Felin. in capitulo ad audientiam, de reserip. Et de huius uocis significatione, vide Dec. in c. sedes, eod. tit. de rescript. & Soci. in consi. 51. in 1. vol.
4 Quid verò significet uox, & cætera, † quando posita est in instrumento, vide Bar. & quæ ibi addidi in l. Gallus. §. Idem credendum. ff. de lib. & posthu. & omninò Dec. in c. nam concupiscentiam, in prima & secunda lectura de const. & Crauet. in consi. 34. Et dic huiusmodi uocem extendi non posse à notario in his, quæ concernunt substantiam facti. Curt. in consi. 55. & de ipsius significatione vide etiam Barto. in l. ea parte. ff. de uerb. signif. Et cæterorum appellatione omnes contineri, docuit Bar. in l. si tibi, in princ. ff. de opt. lega.

Summarium in l. non solum. §. item ait. ff. de procurat.

1 *An cancellatio banni restituat ad famam.*
2 *Cancellatio & restitutio quid operetur.*

Bar. in d.l. non solùm. §. item ait. ff. de procurat.

1 BART. in d.l. Non solùm. §. item ait, in fi. tradit, An cancellatio † banni restituat ad famã? de qua re vide Alex. in consi. 254. Omissis argumentis. in libro in quo primi & secundi volu. consilia continentur. vbi concludit, cancellationem hoc operari quando facta fuit ex gratia, non autem ob solutionem pecuniæ: & quando ille bannitus fuerat per contumaciã, vide Doct. in l. fi. C. de sent. pass. ubi est locus proprius. Barb. in consi. 3. col. 2. & seq. in 2. volu. & omninò Nellum de sancto Gemin. in tract. de Bannitis, in 1. par. tertij temporis, quæst. 15. & seq. Et quid
2 operetur † huiusmodi cancellatio, & restitutio, vide Abb. in consi. vltimo in 1. volu. & in c. quia diligentia, vbi etiam alij doct. de elect. & omninò Ang. in cons. 256. & in consi. 288. Doct. in l. Gallus. §. Et quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. Bellemer. in decis. 744. & Felin. in cap. inter

quatuor,

* quatuor,de maio. & obed.ubi * communi consensu affirmatum est, eum, qui restituitur ad ea omnia,quæ occasione criminis perdiderat,restitutum esse existimari.

Summarium in l.Pomponius.ff.de procurat.

1 *Quædam sunt causæ quæ speciale mandatum exigunt.*
2 *Procurator sine speciali mandato non potest impetrare capturam alicuius, neque relaxationem capti.*

Bar.in l.Pomponius.ff.de procur.

1 BART. in d.l.Pomponius,colligit in summa, quasdam esse causas, † quæ speciale mandatum exigunt. Ad istum tex.vide Roma.in consi.241.col. fin. vbi declarat istum tex. per quem consuluit Bar.coniunctam personam non posse facere sine mandato, ut coniuncta persona ex carceribus eximatur. cuius contrarium tenet ipse in d.consi.vide Seuer. in tract. de suspect. & fugit. debitor. in 13.quæst.princ.Vide Soc.in consi.231.col.2. & 3. vbi ait, speciale mandatū exigi in eximendo aliquem de carcere, & multò magis in faciendo aliquem carcerare. Et
2 procuratorem † sine speciali mandato non posse impetrare capturam alicuius, neque relaxationem capti,tradit Feli.in c.1.nu.21.& 22.de iudic.vbi citat Bar. in consi.83. In causa Statij, quem citat etiam Soc.in d.consi.231. Et procuratorem generalem, nisi speciale mandatum habeat,non posse quicquàm agere, quo mediāte dominus posit in pœnam incidere,ait Alex. in consi.17.in 6.volum.& Socin.in consi.120.colum.3.in 1.volum. & Bar.per illum text.in l.si procurator.ff.de condit.indeb.colum.2.versiculo Et per illum dixi,& Feli.in c. nouit. nu.28. cum seq.de iudic.id quod amplia,& restringe,vt latissimè habetur per eundem Feli. in c.1.nu. 17.cum seq.ut lit.non contest.

Summarium in d.l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.de procurat.

1 *Exceptiones dilatoriæ an opponi possint post litem contestatam.*

Bar.in d.l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.de procurat.

1 BART. in l.Pomponius.§.ratihabitionis,agit, an exceptiones † dilatoriæ opponi possint post litem contestatam. Et ex dictis Bar.& glo.ex quibus colligitur,exceptionem dilatoriam, quæ superuenit post litem contestatam,opponi posse,Raph.& quidam alij reprehendunt Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune.in quarta combin.ff.de acq.poss.vt refert ibi Aret. in 2. col. versi.quartò,& Alex.ibi col.34.versi.secundò,& Ias.colum.36.vbi sustinendo Bar. qui est ma-
* gis * comm.approbatus,respondent duobus modis quibus limitatur hæc regula.Primo ut procedat quando facto aduersarij superueniret exceptio,alioqui si facto proprio.secundo ut procedat quando exceptio antea opponi non potuit,alioqui verò si anteà obijci potuisset. Et pro ista solutione facit, quia etiam si peremptoria post sententiam opponi non posit, tamen hoc fallit, qñ antea non potuisset opponi, ut quia nondum orta fuisset; Ias. in l.j.colu.3. C. de iur. & fact.igno.& ibi Bar.qui hac ratione mouetur. Et attende Bart.qui uult, actum primum factum post litem contestatam haberi pro litis contestatione. & propterea Rom.in l.si insulam, in 1.q.Bar.reprobat Bar.ibi.quem Ias.sustinendo ibi.limitat istud dictum Barto. vide Feli.in c. cum.M.Ferrarien.col.5.de const.& in c.pastoralis.

Summarium in l.licèt in popularibus.§. ea obligatio.ff. de procurat.

1 *Obligatio ex contractu mandati parit actionem mandati.*

Bar. in l.licèt in popularibus.§.ea obligatio.ff.de procurat.

1 BART. in d.§.ea obligatio,colligit in summa, obligationem † ex contractu mandati parere actionem mandati. Iste.§. semper adduci solet ad hoc, quòd obligatio est mater actionis. de quo vide Ias.inst.de action.in principio colum.2.& actionum omnium naturam & nomen,

& quæ

& quæ ad intellectum earũ attinent, vide apud Baptistam. à S. Blasio, in tract. de actione, & eius natura, vbi sigillatim actiones omnes, quæ in iure inueniuntur, recto ordine enarrantur.

Summarium in d.l. licèt. §. si plures. ff. de procurat.

1 *Procurator unus non potest esse & actoris & rei.*

Bar. in d.l. licèt. §. si plures. ff. de procurato.

1 BART. in d.l. licèt in popularibus. §. si plures. colligit ex isto text. Vnum & actoris † & rei procuratorem esse non posse. Limita hoc, & declara ut per Paul. de Castr. in consilio 77. vbi agit de pulchro casu.

Summarium in l. mutus. §. pœna. ff. de procurat.

1 *Procurator ad agendum potest etiam defensionem domini suscipere, non procuratorio, sed defensorio nomine.*

Bar. in l. Mutus, §. pœna. ff. de procurat.

1 BART. in d. §. pœna, ait, procuratorem † ad agendum posse etiam defensionem domini suscipere non procuratorio, sed defensorio nomine. Vide Maria. in c. 1. colum. 12. & seq. de mut. petiti. Et limita hoc procedere in procuratore actoris, alioqui uerò in procuratore rei: quia licèt sit constitutus ad agendum, tamen non censetur constitutus ad defendendum. casus est mirabilis in c. constitutus, de procur. ita inquit Rom. in singul. 115. incip. secundò.

Summarium in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurat.

1 *Restitutio in integrum an restituatur res an uerò actio tantùm.*
2 *Procurator in prima causa non tenetur ad prosequendam causam appellationis.*

Bar. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur.

1 BART. in d. §. item quęritur, tradit, an restituto † in integrum restituatur res, an uerò actio tantum. Circa hoc quæro, utrum restitutio in integrum facta respectu capitalis extendatur ēt ad usuras inde sequutas? & dic quod non, secundum Abb. in consi. 35. in 2. volu. per tex. not. in l. fi. §. Lucius Titius. ff. de cond. indeb. quæro si Ecclesia mihi fundum uendidit, & ego castrum uendidi: deinde ecclesia restituitur, an ego quoque aduersus uenditionem castri sim restituendus? Resp. si venditio castri facta fuit occasione emptionis ipsius fundi, restitutionem mihi esse concedendam secundum Abb. in c. auditis, col. fi. de rest. in integ.

2 Bar. in d. §. item quæritur, ait procuratorem † in prima causa non teneri ad prosequendam causam appellationis. Hoc idem ait Alex. in consi. 238. Viso processu, in libro in quo prim & secundi vol. consilia continentur. Si tamen uult, potest: quia eadem est causa, sed inuitus non cogitur. Abb. in c. non iniustè, de procur. Attende tamen quòd per d. §. item quæritur, tradit Rom. in singul. 608. procuratorem, qui habet mandatum ad litem extinctam, censeri habere mandatum ad resuscitanda per restitutionem in integrum.

Summarium in d.l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurat.

1 *Ambasciatores an teneantur dare principi ea, quæ sibi dantur ab eo ad quem accesserunt.*

Bar. in d.l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurat.

BART. in d.l. qui proprio. §. procurator, inducit istum text. ad quæstionem de ambasciatoribus siue oratoribus, utrum teneantur dare principi, à quo missi fuerunt, ea, quæ sibi donantur à principe, ad quem accesserunt? de qua re agit Barto. in l. si uerò. §. item quicquid. ff. solut. matrim. vbi decidit quòd non. vide Bald. in consi. 378. in 5. volum. Et ex hoc infert Oldra. ad

1 similem

similem quæstionem in consi. 129. dicens: si Archidiaconus locat fructus sui Archidiaconatus, ad conductorem solos fructus pertinere, non autem id quod Archidiacono in suo iocundo aduentu præstari solet. quæ omnia faciunt contra consuetudinem Dominorum Venetorum, qui uolunt, ut sui Oratores eis exhibeant munera, quæ habuerunt à principibus apud quos functi sunt legatione.

Summarium in d.l.qui proprio. §. si duobus. ff. de procurat.

1 *An & quando iuris procurator contra alium agere possit.*

Bar. in d.l.qui proprio.§.si duobus.ff.de procur.

1 BART. in d.l.qui proprio.§.si duobus, tradit an & quando unus † procurator contra aliũ agere possit? De intellectu huius.§. vide Aret. in cons. 66. col. 2. & seq. & ad declarationem vide Pau. de Cast. in cons. 76. & Abb. in c. non iniustè, de procurat.

Summarium in l. ignorantis. ff. de procurat.

1 *Procurator non potest facere conditionem domini deteriorem.*

Bar. in l. ignorantis. ff. de procurat.

1 BART. in d.l.ignorantis, colligit in summa, procuratorem † non posse facere conditionem domini deteriorem, sed meliorem. & subiungit quosdam casus. in quibus conditio domini fit deterior per procuratorem. De hac re vide plenissimè Abb. & Feli. in c. 1. vt lit. non contest. & Abb. in c. cùm olim, de caus. poss. & propri. in quibus locis habetur, an & quãdo factum procuratoris, siue negligentia, siue dolus, siue quicquam aliud noceat domino.

Summarium in l. ad rem mobilem. ff. de procurat.

1 *Cui committuntur sequentia, videntur etiam commissa antecedentia.*

Bar. in l. ad rem mobilem. ff. de procur.

1 BART. in d. l. ad rem, colligit in summa, cui committuntur † sequentia, videri etiam cõmissa esse antecedentia. vide Imol. in cons. 33. Aret. in cons. 91. vbi colligitur limitatio. & vide Corn. in cons. 247. col. 9. in 2. vol. Ad rem faciunt trad. per Abb. in c. in causis, de elect. vbi ait in mandato non solùm expressa contineri. sed ea etiam, quæ sunt præparatoria, & vicinæ præsis. præsertim, quando ex non expresso ad expressum deueniri solet. vide ad prædicta, quæ pono infrà in annot. in Bar. in l. ad legatum infrà hoc eod. tit.

Summarium in l. qui procuratore. ff. de procurat.

1 *An ille cui mandatur ut causam cognoscat, possit proferre sententiam.*

Bar. in l. qui procuratorem. ff. de procur.

1 BART. in d.l.qui procuratorem, tangit, an ille, cui mandatur † vt causam cognoscat, possit proferre sententiam; & an illi, cui committitur executio, videatur commissa cognitio; & remittit Bar. ad ea, quæ tradidit in l. à diuo Pio. ff. de re iudic. Vide ibi latè Ias. col. 47. & Feli. in c. 1. col. 5. in fi. de præsump. in c. de cæterò, de re iud. & in c. pastoralis. §. quia uerò, colum. 1. & seq. de off. deleg. vbi Abb. Et dum Bar. ibi in principio ait, procuratorem datum ad agendum, intelligi datum etiam ad litem finiendam. Adde, quod procurator constitutus ad agendum, censetur etiam constitutus ad defendendum. & quomodò intelligitur, vide suprà in annot. in Bar. in l. mutus. §. pœnam. ff. eodem titulo.

Summarium in l. procurator. ff. de procurat.

1 *Procurator cum libera, potest omnia facere, quæ ipse dominus facere potest.*
2 *Quid possit procurator cum libera, & an eandem uim habeat quam habet speciale mandatum.*
3 *Procurator cum libera, potest donare.*
4 *Procurator cum libera, si soluit indebitum, non transfert dominium.*
5 *Si constituens procuratorem promittit se ratum habiturum quicquid per procuratorem gestum fuerit, an ex hoc videatur cum libera constitutus.*

6 *Procura-*

6 *Procuratorem constitutum cum clausula, ut possit ea, quæ posset ipse constituens, posse etiam ea, quæ speciale mandatum exigerent.*

7 *Si procurator fuerit constitutus cum clausula, ut possit quicquid uiderit expedire, an possit ea, quæ constituens potest.*

Bar. in l. procurator. ff. de procur.

1 BART. in d.l.procurator, colligit in summa, procuratorem † cum libera posse omnia facere, quæ ipse dominus facere posset. Dicas tamen eum non posse beneficium acceptare, nisi ad hoc speciale mandatum habeat. Feli. in c. nonnulli, col. 10. de rescrip. Limita deinde istam. l. procedere in eo, qui mandatum cum libera habet ab homine: quia potest ea facere, quæ in d.l. exprimuntur, alioqui uerò, si à lege mandatum haberet: quia non potest hæc facere, ut habetur per Ias. in l.j. in 5. not. ff. de offi. procur. Cæsar. & in l.ij. §. fi. col. pen. ff. si cert. pet. & in l. à diuo Pio. §. si emptor, versiculo secundò quærit. ff. de re iudic. vbi hac ratione reprehendit Alex. in duobus locis. Hanc tamen differentiam & limitationem refellit idem Ias. in l.j. col. 3. versic. 2 secundò subtiliter. C. de transact. Et ad rem hanc quid possit † procurator cum libera, & an eandem uim habeat, quam habet speciale mandatum, vide Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. de iureiur. & quomodò & per quæ uerba concipiatur mandatum cum libera, vide Ias. in l. si procurator, in tertiò not. C. de procurat. & in d.l.j. in principio. col. fi. ff. de offi. procur. Cæsar. & in l. transactionem. C. de transact. Et qui habeant liberam, & plenè de hac re vide 3 apud eundem Ias. in l. præses. C. de transact. Et dum Bar. ibidem uoluit procuratorem † cum libera posse donare, dic contra, quia immo etiam si esset cum libera & amplissima potestate constitutus, donare non posset. Alex. in consi. 22. in 1. vol. Dec. in consi. 402. & Soc. in consi. 43. in 1. volu. Item si procurator est constitutus cum libera ad accipiendam possessionem aliquarum rerum, siue ad exigendum, non potest confiteri se illas res habuisse: & si confitetur, eius confessio non præiudicat domino: quoniam aliud est habuisse, aliud est confiteri. Aret. not. in cõs. 4. Alex. in consi. 130. in 4. vol. Feli. in c. cùm olim. j. de offi. deleg. & in c. si cautio, col. pe. de fide 4 instr. Rursus procurator † cum libera si soluit indebitum, non transfert dominium. tex. est not. in l. si is cui. §. Flauius. ff. de solut. Fulg. in cõsi. 190. col. 2. propè fi. Et dum Bar. ibidem in d.l. procurator, quærit, Si constituens procuratorem † promittit se ratum habiturum quicquid per procuratorem gestum fuerit, an ex hoc uideatur cum libera constitutus; Bart. tenet affirmatiuam partem, sed Abb. in capitulo cùm contingat, de transact. ait huiusmodi mandatum ad ea, quæ sine speciali mandato fieri non possunt, non dilatari. & ideò non complecti, ut transactio fieri possit, uel compromissum. nihilominus Alex. in consi. 133. in 6. vol. ait, procuratorem constitu 6 tum † cum clausula, ut possit ea, quæ posset ipse constituens: posse etiam ea, quæ speciale mãdatum exigerent. ad quod faciũt trad. per Bal. in l.j. in fi. C. de bon. mater. De hac re vide Abb. in c. intelleximus. col. 3. & seq. de iudi. & in consi. 18. in 2. vol. Rom. in consi. 94. col. 3. & Alex. in consi. 186. Viso & discusso, in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur. Quid 7 autẽ si procurator † fuerit constitutus cum clausula, ut possit quicquid uiderit expedire. Vide Bal. in tit. de pace Constan. §. nomina, in fi. & Ana. in c. 2. de iuram. calum. in 6. in nouell. Quid si dictum fuit procuratori; facias, ut uis? vide Bar. & ibi posui in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. vbi habetur etiam quid si dictum est; habeas plenum mandatum, & ijs similia. Et ad hæc vide Bal. in l. fi. col. 1. & in l. si liberam. C. quod cum eo. & in d.l. si procurator. C. de procur. vbi Ias. & Bar. in l. inter bonorum. ff. de admin. tut. & in l. alij. ff. de alim. lega. & in l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de uerb. oblig. Et ad prædicta quid possit facere procurator cum libera, an donare, an remittere, & reliqua ad rem hanc pertinentia vide Alexand. in consi. 22. colu. pen. in 1. volum. Abb. in consi. 10. col. fi & in consi. 88. in 1. volum. & in c. fin. colum. fi. de dilat. & Aret. in consi. 66. colum. 4. & in consi. 100. col. fi.

Summarium in l. mandata. ff. de procurat.

1 *Procurator generalis sine libera, non potest transigere.*

2 *Administratores debitum liquidum remittere non possunt.*
3 *An & quando prælatus possit transigere & compromittere super lite, quam habet nomine ecclesiæ.*
4 *Prælatus & quicunque rector ecclesiæ potest de rebus ipsius ecclesiæ transigere & contrahere sine superioris autoritate.*
5 *Prælatus nocere potest enormiter in iure quæsito ecclesiæ quando res redit ad ius commune.*

Bar.in l.Mandato.ff. de procur.

1 BART. in d.l.mandato,colligit,procuratorem † generalem sine libera non posse transigere. Et ex hoc infert ad tutores,curatores, & huiusmodi administratores. De hac materia uide doct.in l.præses. C. de transact. Et in quibus casibus possit tutor transigere, & liberationes facere debitoribus tradit Abb.in consi. 39.in 1.vol.& ad prædicta vide Ang.in l.Imperatores. ff.de pact.& aliquid per Alex.in consi.174.in libro in quo primi & secundi vol. consilia continentur, vbi loquitur de prælato. Et Dec.in consi.297. propè fin. Attende tamen, licèt hu-
2 iusmodi administratores † debitum liquidum remittere nõ possint, nihilominus eos remittere posse pœnam, in quam aliquis incidit propter lapsum termini. Aret.in cons.89.per gl. sing.in uerbo, expelli, in c.potuit,de loca.vbi Ant.de Butr.nam rector ecclesiæ potest accipere canonem ab emphyteota post biennium, atque ita ei pœnam caducitatis remittere; & tamen huiusmodi rectores liquida remittere nõ possunt, per tex.in d.l.præses. de qua re vide Decium in consi.138.col.1.An autem possint compromittere,uide Rom.in consi.115.& Anch. in consi.
3 283.in ultimo dub.Et an & quando prælatus † possit transigere, & compromittere super lite, quam habet nomine ecclesiæ,vide Abb.& alios in c.contingit, de transact. & in c.edoceri, de rescrip.vbi Feli.plenè Abb.in consi.62.& Io.Baptistam Caccialupum in tract.de transact.in 7.
4 quæst. vbi inter cætera inquit, prælatum, † & quemcunque alium rectorem ecclesiæ posse de rebus ipsius ecclesiæ transigere,& contrahere sine superioris authoritate, quò ad hoc ut contractus duret toto tempore,quo erit futurus rector illius ecclesiæ,per tex.not.in c.ueniens,ubi Abb.de transact.id quod memoratu dignissimum est. Et an & quando prælatus contrahendo debita obliget successores, uide egregiam distinctionem apud Ange. in consi.245. Atte-
5 de etiam quia prælatus † nocere potest enormiter in iure quæsito ecclesiæ,quando res redit ad ius commune. Feli.in c.pen.propè fi.de præscript.& Crauet. in consi.135. nu. 8. circa præcedentia animaduertas,mandatum habentem ad transigendum & componendum cum generali potestate,debitum gratis remittere non posse. Alex.in cons.22. Viso instrõ,in 1.vol.

Summarium in l.ad legatum. ff.de procurat.

1 *Cui committuntur consequentia,uidetur commissa antecedentia.*

Bar.in l.ad legatum.ff.de procur.

1 BART. in d.l.ad legatum, colligit in summa, cui committuntur † consequentia,videri cõ missa esse etiam antecedentia. Et ista est materia. l.ad rem mobilem,suprà eod.titulo de qua egimus paulò ante. ideò vide quæ ibi posui ad Bar.& Oldr.in consi.225.col.4.Card. in consi. 40.Feli.in c.cùm.I.& A.col.5.& in c.suborta,col.2.& seq.de re iud.& in c.cùm te,colu.7. eod. titulo.& omninò Rom.in consi.461.vbi limit.& ibi etiam tradit, mandatum de reducendo rẽ ad minus pretium, non includere mandatum de emendo. & pulchrum exemplum vide apud Paul.de Cast.in consi.326.col.3.& in consi.301.

Summarium in l.procurator totorum. ff.de procurat.

1 *Procurator generalis sine speciali mandato uendere non potest.*

Bar.in l.procurator totorum.ff.de procur.

1 BART. in d.l.procurator totorum colligit in summa, procuratorem † generalem sine libera,

bera,uel ſine ſpeciali mandato uendere non poſſe,niſi res tempore perituras. Vide Roma. in conſi.115.& Anch.284. in ultimo dubio.

Summarium in l.procurator qui pro euictione.ff.de procur.

1 *Procurator qui pro euictione promiſit, tenetur finito officio.*

Bar.in l.procurator qui pro euictione.ff.de procur.

1 BART. in d.l. procurator qui pro euictione, colligit in ſumma, procuratorem † qui pro euictione promiſit,teneri finito officio. De hac re vide plenè Soc.in conſi.154.& Abb.in cõſ. 16.in 1.vol.& in conſ.23.col.1.eod.uol.Et dum Bar.ibi paulòpoſt procedit inueſtigando, an & quando procurator finito officio teneatur; Et diſtinguit,aut procurator exprimit,ſe aliquid agere procuratorio nomine, vel tanquam procuratorem, & nihil ſibi quæritur, & tunc finito officio non tenetur: & hunc dicit eſſe caſum.l.fi.ff.de inſtitor. Aut ſibi quæritur,& tunc cedere tenetur. Ex hoc colligitur limitatio not.ad d.l.fin.vt non procedat,quando inſtitor ſeu procurator ſcriberet, ſe pecuniam recepiſſe: quia tunc etiam finito officio teneretur. & pro intellectu huius inueſtigationis de qua agit Bart.hic,& in d.l.fin.vide Iaſ.in §. actiones, columna 8. & ſequ.de action.

Summarium in l. ſi reus.ff.de procurat.

1 *Præſes Prouinciæ poteſt cogere vt pecunia apud ædem ſacram deponatur.*

Bar.in l. ſi reus.ff.de procur.

1 BART. in d.l.ſi reus, quærit, quia dicitur in d.l.præſidem † prouinciæ poſſe cogere vt pecunia apud ædem ſacram deponatur, an hoc poſsit etiam delegatus præcipere? Vide Felin.in cap.cùm te.colum.4.de re iudic. Et dum ibi in fin. ait Bar. ſi reus, vt euitet pœnam, vult ſoluere, & non reperit cui ſoluat, eum debere id agere iuſdicentis authoritate. vide Ana.in conſi.5. & omninò Alexand.in conſi.92.colum.4.nume.8. in 1.volum. vbi declarat hoc Bartoli documentum quomodò intelligatur. vide eundem in l.non hoc,colu.3.C.vnd.legit.Aret. in conſi. 162.& aliquid per Bal.in conſ.25.in ultimo dubio.in 1.volu. Et an & quando oblatio & depoſitio pecuniæ,quam facit debitor,excuſet eum à mora, vel à pœna,vide Fulgo.in conſi.139.& in conſ.201.in fin.& Bart.in l.acceptam.C.de vſur.& latè Ant.de Fano in ſuo pulchro tract.de pignoribus & hypothecis,in tertio membro quintæ par.nu.97.

Summarium in l.primam.ff. quod cuiuſque uniuer.nom.

1 *Quæ collegia ſint licita & approbata, & quæ non.*

Bar.in l.j.in princ.ff.quod cuiuſq; uniuer.nom.

1 BART. in d.l.j.in princ.quærit,quæ collegia † ſint licita & approbata,& quæ non. Vide plenè,quæ ad rem hanc pertinent apud Feli.in c.accedentes,de præſcrip.Et dum Bart.ibi paulòpoſt agit, ſi aliqua gens uellet ſe ponere in loco aliquo,& ibi caſtrum ſiue ciuitatem ædificare,an poſsit: vide plenè de hac re Decium poſt Abb.in c.1. in 2.articulo principali de priuileg.

Summarium in d.l.j. §.quibus autem.ff.quod cuiusque uniu. nomi.

1 *Quæ differentia ſit inter actorem & ſyndicum.*
2 *Syndicus unde dicatur.*
3 *Syndicus an poſſit iuſiurandum deferre.*
4 *Syndicus propriè inſtituitur ab uniuerſitate, & procurator à domino.*

Quod cuiusq; vniuer. nomine.

Bar. in d.l.j.§.quib. autem.ff.quod cuiusque uniu.nom.

1 BART. in d.l.j.§.quibus autem,agit de differentia quæ est inter actorem, † & syndicum. Vide de Fulg.in consi.9.& Alex.in consi.42.Visis & ponderatis,col.antepe.in 4.vol. Et dum Bar.ibi subiungit,vtrum mandatum sustineatur, quando in nomine fuit erratum, vt putà; vniuersitas constituit aliquem procuratorem vel syndicum,cum dicere debuerit,actorem; & concludit sustineri. Vide Alex.in d.cons.42.& hanc Bar.decisionem refert & sequitur Ias.in l.si pecuniam, col.12.vers.adde septimò.ff.si cert.pet.& in l.j.§.acquirimus,col.fi.ff.de acqu.poss.vbi propter hoc ponit regulam, scilicèt uerba impropriè accipienda esse,vt mandatum sustineatur. Et di-
2 citur syndicus † à sin & dico, quasi singulas causas dicat, Abb.in rubr.in cap.1.de syndic.cui sit æquiparandus syndicus ciuitatis uel cõis,dicas,eum,quando est legitimus administrator,similem esse tutori.l.munerum.§.defensor.ff.de muner.& honor.Si uerò eligitur siue habet manda-
3 tum,æquiparatur procuratori.l.item eorum.§.si actor,infrà.eod.tit. An syndicus possit † iusiurandum deferre? vide in l.iusiurandum.§.defensor.ff.de iureiur. Si duo sunt syndici vel defensores, & eorum alter moriatur,vel absens sit,vtrum alteri salarium accrescat? vide in l.j.C.de legation.lib.10.& Bald.in l.binos.C.de aduoc.diuers. iudic.vtrum syndici finito tempore officij sui,antequam alij eligantur,causas incœptas prosequi possint? Alber.in l.j.vt caus.post pubert. & vide Bar.in l.j.§.fi.ff.de procu. Et quis sit syndicus,& vnde dicatur,& differentiam inter syndicum & actorem,& huiusmodi genus alia,vide apud Specul.in tit.de his qui alie. nom.in iudi interuen.§. syndicus,& seq.& qualis,& à quibus,vbi,& quomodo possit fieri syndicus, & multa alia ad rem pertinentia habentur in titu.de syndico. & de differentia inter syndicum & actorem,de qua hoc in loco agit Bar.vide glo.& Bar.in l.neque pignus.C.de negot.gest. & Specu.
4 in titu. de actore ab uniuers. Syndicus † autem propriè instituitur ab uniuersitate, & procurator à domino. glo.in c. si quis ergo.2.q.7.& inst.de curat. in fin.& doct. in d.rubri. de syndic. Ad quem verò spectet constitutio syndici ciuitatis,vide Bar.in l.procuratores.C.de decurion. Et an in eius constitutione scribi debent nomina constituentium? vide in l.fi.C.de ven.re.ciui. Abb.& alios in d.c.1.de syndic.col.3.versic.vltimò quæro.& in c.fi.col.fi.de procurat. in quibus locis etiam docuit,an in creatione syndici requiratur decretum & authoritas superioris an non. Quæ autem solennitas exigatur in agendis negocijs uniuersitatis, & quæ in eorum reuocatione,vide Dec.& alios in c.cùm omnes.de const.

Summarium in d.l.j.§.quod si nemo.ff.quod cuius.uniu.nom.

1 *Vniuersitas & pupillus an æquiparetur.*
2 *Pro necessitatibus vniuersitatis imponi potest collecta.*
3 *An in imponendo grauamine sufficiat maior pars vniuersitatis.*
4 *Quando vniuersitas est debitrix pro collectis siue alia ex causa utrum vnus singulariter qui sit de illa vniuersitate possit ad solutionem totius debiti iure compelli.*

Bar.in d.l.j.§.quod si nemo.ff. quod cuius.vniuer.nom.

1 BART. in d.l.j.§.quod si nemo,agit,an uniuersitas † & pupillus æquiparentur. de hac re uide Soc.in cons.95.in 3.vol.& omninò in consi.65.in 4.volu.
2 Bart.in d.§.quod si nemo, ait, pro necessitatibus † vniuersitatis imponi posse collectam,non autem ut alicui fiat donatio. Vide Alex.in consi.101.in 1.vol.in consi.34.in 4.vol.& in cõs.52. in 5.vol.& Feli.in c.cùm omnes,col.11.de const.Sed utrum ad tale debitum illi teneantur,qui de nouo efficiuntur de illa uniuersitate? vide tex.& ibi Bar.in l.prouidendũ.C. de decurio.lib. 10.Bar.& alios in l.ciuitas.ff.si cert.pet.& Crauet.in consi.55.vbi ait eos teneri. An autem in
3 imponendo † grauamine sufficiat maior pars uniuersitatis, quando singuli de uniuersitate obligantur. Vide Barto.Imol. & Rom. in l.iiij. §. actor. ff.de re iudic. glo.in l.aliud.§.refertur.ff.de regul.iur.Bald.in l.ij. capitulo quæ sit long. consuet. & in l.Etiam.C. de execut.rei iud.ubi con
4 cluditur ex causa necessaria id fieri posse,alioqui verò ex uolũtaria.Quęro quando †uniuersitas

est

est debitrix pro collectis, siue alia ex causa, vtrum unus singulariter, qui sit de illa uniuersitate possit ad solutionem totius debiti iure compelli? & dicas quòd non, nisi ij, qui coguntur essent syndici vel consules, ad quos huiusmodi debitorum exactio pertinet: nam elapso tempore exigendi, ipsi possunt ad solutionem coerceri. ita inquit Petrus de Vbaldis in tract. collectarum. Quod scitu dignum esse censeo: quia ego uidi contrarium seruari, scilicèt, quia quilibet de uniuersitate compellebatur. Et in d.tract. plenè habentur quæ ad materiam collectarum pertinẽt. Attende circa prædicta, quia aliud potest uniuersitas facere in ijs, quæ tangunt homines uniuersitatis vt uniuersos, & aliud, si tangunt eos ut singulos, vide Felin. in c. eam te, de rescript. & Dec. in consi. 486.

Summarium in l. si municeps. ff. quod cuiusque uniu. nom.

1 *Actor uniuersitatis non dicitur esse actor singulorum.*

Bar. in l. si municeps. ff. quod cuiusque vniuers. nom.

1 BART. in d.l. si municeps, colligit in summa, actorem uniuersitatis † non dici esse actorem singulorum. Vide Dec. in consi. 61. & Anch. in cons. 204. col. 3. & Alex. in l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in ius uocan. & dum glo. ibi quærit, an illi de uniuersitate possint esse testes in causa uniuersitatis, vide Feli. in c. insuper, de testi. & in c. veniens. eod. tit.

Summarium in l. nulli. ff. quod cuius. uniu. nom.

1 *Quando collegium non habet caput tunc collegij laicorum caput est potestas ciuitatis, clericorum uerò est Episcopus.*
2 *Vtrum in negocijs uniuersitatis necesse sit vt duo partes consentiant. & uide nu. 3. & 4. Vbi limit.*
5 *Contumacia est delictum.*
6 *Multa ob instantem necessitatem conceduntur, quæ alioquin non concederentur,*
7 *Quando instat periculum negotia sunt magis expedienda, quàm differenda.*
8 *Summi Pontificis electio magni est ponderis.*
9 *Iura totius collegij aliquando in uno solo retinentur.*
10 *Legato usufructu gregis si grex ad numerum peruenit, vt grex non intelligatur, perit legatum.*
11 *Vbi de confirmando officiali uniuersitatis agitur, tunc omnium suffragia penitus exiguntur.*
12 *Vbi duæ uniuersitates tanquam duo corpora ad agendum aliquid congregantur, tunc requiritur maior pars utriusque uniuersitatis.*

Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque uniuers. nom.

1 BART. in d.l. nulli. in 2. not. colligit, quando † collegium non habet caput, tunc collegij laicorum caput esse potestatem ciuitatis, collegij uerò clericorum esse caput Episcopum. Vide Abb. in c. cùm non ignoras, de præben. & in c. ex literis, colu. 3. de const. & ibi Barb. colu. 13. & dum Bar. ibi paulòpost, quærit, quis sit ordo decurionũ: vide Alex. in l. omnibus. ff. ad Trebel. & dum agit posteà, an requiratur decretũ superioris, vide Alex. & alios post eum in l. j. §. sinaũt. ff. eo. tit. ad Trebel. Abb. in c. 1. de syndic. col. 3. vers. vltimo quæro, & in c. fi. col. fi. de procur.

2 Bar. in d.l. nulli, in fi. quærit cum gl. vtrum in negocijs uniuersitatis † necesse sit, vt duæ partes consentiant, & quomodò maior pars intelligatur. Vide omninò Abb. & Dec. in c. prudentiam, de off. deleg. Sed, vt plenius hæc res accipiatur, quæ pulchra, & utilis est, in primis sciẽdum esse arbitror, vt ẽt dixi iam anteà in lucubr. meis, in expediendis negocijs uniuersitatis saltem duas partes uocandorum præsentes esse oportere, secundum gl. in c. bonæ, de postul. præla. Io. And. & doct. in cap. 1. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. in c. licet, & in cap. bonæ, de elect. & habetur in l. nominationum. C. de curial. lib. 10. conuenientibus autem duabus partibus uocandorum, tunc illud, quod à maiori eorum parte decernitur, validum est, & nõ aliter. l. quod maior pars. ff. ad municip. & ibi Barto. & est text. in l. fin. C. de prædi. cur. lib. 10. & ita intelligit illam l. Bar.

3 in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.idq; ait glo.in l.aliud.§.refertur.ff.de iure iur. Limita † tamen not.hoc non habere locum,vbicunque periculum graue, vel necessitas imminet; quoniam eo casu uocatis uocandis ad diem & locum certum tota vniuersitatis potestas ad solos præsentes recidit,licèt sint numero pauciores; nam ob bonum publicum,vt imminentia pericula tollantur,vel vt succurratur necessitati vniuersitatis, soli præsentes possunt negocia expedire, & leges transgredi;ita sing.docuit Bar.in l.cùm nauarcorum.C.de nauic.lib. 11.Hoc idem seruatur
4 etiam in prelaturis † ecclesiasticis,cùm enim de magno periculo agatur, si mora cõmitteretur. c.cùm inter,de elect.quando instat tempus electionis, tunc unus etiam solus comparens alios in mora constituit,& ipse solus potest eligere.c.fi.45.dist. & ita uolunt Doct.in c.cùm olim, de elect.licèt Abb.contrarium senserit,& malè. nam ipse huic rationi innititur, nunquam potestatem maioris partis deuolui ad minorem,nisi propter delictum,c.gratum, de postul.prælat.sed illa ratio fragilis est secundum Anto.Rosel.in sua monarc.char.53.quia secundum eum contu
5 macia † est delictum.l.omne delictum.ff.de re milita. hoc idem ait Ias.in l.siue nostrum.ff. de in lit.iur.& in l.omnibus.§.si procurator.ff.si quis iusd.non obtemp.dicitur etiam maleficium, secundum Ias.in l.j.§.hoc iud.ff.eod.tit.& negligentia graue peccatum est.c.officij.24.qu.1.pro quo facit quoniam contumacia est sufficiens causa,vt contumax excommunicetur.gl.est.sing. in c.duo.96.dist. Sed non nisi pro peccato mortali excommunicatio ferri potest,igitur contumacia est peccatum mortale; ita colligit idem Abb.in c.1.de iudic.& idem affirmat Ias. in d.l j.§.hoc iudicium.ff.si quis iusd.quibus sic se habentibus,concludit Rosell.decens esse, Vt propter huiusmodi peccatum potestas contumacium ad non contumaces deuoluatur; quia illa pars,quæ imminenti uniuersitatis periculo curat occurrere,& maior & sanior pars extimatur, c.1.de his quæ fi.à mai.par.capi.quemadmodum etiam traditum est in similibus casibus,multa
6 ob instantem † necessitatem,siue periculum concedi, quæ alioqui non concederentur. c.quoniam,vt lit.non contest.facit.l.j.quand.lic.sin.iud.uind.& quæ habentur in l.ait prætor, §.si debitorem.ff.quæ in fraud.credit. Refellitur ẽt alia ratione illud Abb.documentum,qui dixit aliquem non nisi ex delicto priuandum esse hac eligẽdi potestate,per tex.in d.c.gratũ,de postul. præla.Nam ille tex.non facit ad rem,ibi.n.habetur hoc solum,quod uolentes iterare electionẽ iam deletam uitiõ personæ,priuantur iure eligendi propter hoc delictum. Sed ibi nõ negant; quin alia quoq; ratione possint hoc eodem iure eligendi carere. & ideò qui uenire negligunt; & occurrere imminenti periculo,ipsi se ipsos à ferẽdis suffragijs excludunt. c.cùm nobis dilu, de elect.atq; ita consequẽs est,vt eorum potestas ad solos præsentes recidat, vt prædictum ẽt.
7 Quando † enim instante periculo magis expedit,vt negocia terminentur,quàm differantur,id à minori parte fieri posse docuit Ang.in l.iij.§.si duo.ff.de carbo.edicto. facit ad rem.l.cùm hi. §.eam transactionem.ff.de transact. & si de hac re legislatores interrogati fuissent, procul dubio hoc idem respondissent, ne respublica periclitetur. ideò iste casus pro expresso habendus
* est,secundum glo.* cõmu.approb.in l.tale pactum.ff.de pact. præterea hoc ipsum in maioribus Christianæ reipubl.negocijs vetustissima probat consuetudo, quæ ipsarum legum uiribus est
8 subnixa. Videmus.n.in electione † summi Pont. qua inter Christianos nullam maioris esse ponderis nemo est qui nesciat,c.vbi periculum,de elect.in 6.quamuis in ea saltem duæ partes præsentium Cardinalium exigantur. c.licèt, de elect.tamen non modò soli præsentes licet numero sint pauciores absentib.& contumacib.sed ẽt unus solus,qui sit pñs,iure potest Papã eligere,& in eo solo ob imminens periculum ne tanta electio differatur,& data aliorũ Cardinalium cõtumacia virtualiter totius Collegij potestas retinetur,per tex.in l.sicut, hoc eod.tit.quod cuiusq; uniu.nom.& ad rem facit elegans tex.in l.si optio.ff.de opti.lega.ibi,cum tota familia ad unũ,i. Stichum reciderit. hoc idem sentit gl.in l.neratius.ff.de uerb.sign.& in c.1.de elect.& ita in proposita re concludit glo.in clem.ne Romani.§.porrò. de elect.in uoce, omnes. in cuius sententiam * cõiter itum est,vt ibi habetur apud Card.& Imol.& apud doct.in d.c.licèt, & in d.c.vbi periculum. facit glo.& ibi Abb.& alij in d.c.gratum,de postul.prælat.Inno.in c.cùm nobis, de elect.Abb.in consi.15.& in cons.38.in 2.vol.Aret.& Ias.in l.si grege.ff.de lega.1.Accedant ad

hæc

hæc trad.per Abb.in c.cùm in Vintonenſ.in 1.not.eod.tit.de elect.& per Rom.in conſi.52.co
9 lu.3.in fi.& in conſi.366.col.2.& Dec.in c.nullus,col.3.de elect.Limita † tamen hoc quod præ
diximus.ſ.iura totius collegij in uno ſolo retineri,vt procedat ſolùm quando ſubeſt ſpes,quòd
alij in locum deficientium ſubrogentur,alioqui uerò vbi nulla eſt ſpes,vt hodie eſt in Senatore
Romæ,qui ſolus eſt,& nulla eſt ſpes vt alij ſenatores creentur: ita dicunt Alber.Bal.& Ang.in
l.non ambigitur.ff.de legi.id quod memoratu dignum eſſe cenſeo. Prætereà attende quia con
10 tra prædicta uidetur tex.in l.fi.ff.quib.mod.uſufruc.amit.vbi legato † uſufructu gregis,ſi grex
ad numerum peruenit,vt grex nõ intelligatur,perit legatũ. Sed quicquid ſit,hoc,quod de uno
ſolo prædiximus,ſaltem extra omnem prorſus difficultatem eſt,quãdo aliqualis numerus Car
dinalium licèt minor contumacib.præſens eſſet,ſimiliter uidemus in poteſtate Concilij vniuer
ſalis,quæ licèt ſit penès habentes iuriſdictionem epiſcopalem,tamẽ nuſquam legitur,in aliquo
Concilio duas partes uocandorum interfuiſſe,ſed longè minorem, nihilominus data aliorum
contumacia,Concilia illa,vt legitima & uniuerſalia ab omnibus recipiuntur,& omnes ea uene
rantur.Quare limitatio prædicta ueriſsima eſt,& memoratu digniſsima. Limitatur etiam alio
modo prædicta regula,quæ vult maiorem partem præſentium ſufficere quando duę partes uo
11 candorum conuenerunt,vt non habeat locum,vbi de confirmando † officiali vniuerſitatis age
retur: nam tunc omnium ſuffragia penitus exiguntur.tex.eſt ſing.in §.fi.in auth.de defenſor.ci
uit.quem extollit Rom.in ſing.95.& in ſing.601.& in vtroq; loco uide ibi addita per Caſtil.&
Feli in c.ſignificauerunt,nu.10.de iudi.Alias etiam limitationes ad prædicta,& maximè ad d.l.
quod maior,vide per Feli.& Dec.in d.c.cùm omnes,& Dec.in d.l.aliud.§.refertur.ff. de regul.
iur.& per Card.Iacobatiũ in tract.de Concilio,lib.6.pag.354. Et ad præcedentia uide Cæpol.
12 in cautel.29.Et attende,quia vbi duę† vniuerſitates tanquam duo corpora ad agendũ aliquid
congregantur,tunc requiritur maior pars utriuſq; uniuerſitatis,vt per Abb.& alios habetur in
c.paſtoralis,in princip.de reſcrip. Quoniam autem Bar.in d.l.nulli,in fi.ait, licèt ſufficiat maio-
rem partem,vel duas partes eſſe præſentes,tamen omnes debere uocari. Vide Præpoſ.in cap.
quanto.63.diſt.Feli.in d.c.cùm omnes,col.19.& ſequ.de conſtit.Feder.de Sen.in conſi.65.&
Alex.in l.omnibus.ff.ad Trebell.

Summarium in l. planè.ff.quod cuius.uniu.nom.

1 *Si uni ſoli commiſſa eſt electio,cum ſe ipſum eligere poſſe.*
2 *Nemo ex Cardinalibus ſuo ipſius nomine alteri uices ſuas demandare poteſt, etiam ſi iuſto impedimento foret detentus.*
3 *Ille qui non poteſt per ſe aliquid agere,neque minus poteſt per alium.*
4 *Ius ſingulare non eſt trahendum ad conſequentias.*
5 *Nullum in iure inter eum qui per ſe uel per alium facit, diſcrimen reperiri.*
6 *Electio debet eſſe pura, ſincera & gratuita.*
7 *Neceſſitatis tempore iura legitimè offenduntur.*
8 *Nemo ad Pontificatum cooptari poteſt niſi prius is Cardinalatus dignitate reſulgeat.*
9 *Quomodò Pontifex procreetur.*
10 *Si tantummodò unus Cardinalis permanet,an is ad Pontificatum cooptari debeat.*
11 *Mens hominum ad ea quæ rarò contingunt iuris interpretatione non porrigitur.*

Bar.in l.planè.ff.quod cuiuſque uniu.nom.

Bart. ex glo.in d.l.planè,colligit,ſi uni ſoli commiſſa eſt electio,† eũ ſe ipſum eligere poſſe. Ex hoc infertur per Ang.& alios alibi,vtrum Cardinalis, ad quem recidunt iura totius collegij, qñ cæteris contumacibus ſolus adeſt in conclaui tempore electionis,vt uidimus in præcedenti lucubr.poſsit ſeipſum eligere? Ex Abb.ſententia in c.gratum,de poſtul.prælat.reſpondendum eſſet, hoc fieri non poſſe: quia is ambitionis crimine non careret. tamen ipſe idem Abb. in c. licèt,de elect.in fi.remedium tradidit dicens;Cardinalem hunc totius ſacri Senatus nomine al-

teri eligendi potestatem concedere posse, qui tãquam senatus antedicti compromissarius eundem eligere non prohibebitur, dummodò electio illa fraudis suspicione careat. poterat glo. afferre, tex. & ibi trad. per eundem Abb. in c. fi. de insti. Sed aduertendum est, non nisi nomine to-
2 tius Collegij compromitti posse: nemo.n. ex purpuratis † patrib. suo ipsius nomine alteri uices suas demandare potest, ẽt si iusto impedimento foret detentus, vt ex mente Anch. decidit Philip. Franc. in c. vbi periculum, de elect. in 6. Et propterea falsa redditur distinctio quædam, qua in proposita difficultate utebatur. Dec. in c. licèt, de elect. vbi ait, si ille commissarius istum Cardinalem nomine totius uniuersitatis eligeret, id licere, alioqui uerò si nomine ipsius Cardinalis hoc faceret: nam ex prædictis dico hoc ultimum caput euenire non posse. Redeũdo igitur ad rem, de qua agitur, concludit Abb. hunc solum Cardinalem, ẽt si in eo totius collegij potestas retineatur, se ipsum tamen eligere non posse, sed in alium compromittere posse, à quo ipse demum eligi non prohibetur. Verùm, vt inuestigationis huius fiat illustrior intellectus, operæpre cium est, vt ista quæstio acerrimè disputetur. Et ideò cõtra Abb. arguitur: nam re gula iuris est,
3 eum, qui non potest † aliquid agere per se, id & per aliũ facere prohiberi. l. pupillus. ff. de autho. tutor. l. milites. §. 1. ff. de re milit. c. sicut. 46. dist. c. licèt. 2. de test. & quamuis contrarium quandoq; reperiatur, illud specialiter, hoc autem cõiter uerum esse perhibet gl. ad quam accedit Archid. in c. episcopus gubernationem, 88. dist. & Inno. in c. qñ apostolicam, de offi. delega. cùm igitur illi casus speciales sint, in alijs regula inuiolata remanet. l. omnis diffinitio, cum glo. ff. de reg. iur. sed in casu nostro is ẽt totius collegij nomine se ipsum eligere non posset, ut uisum est, ergo stantib. prædictis eum nec per alium id posse, respondẽdum est, nisi hoc à iure expressum esse intueremur. Nec obstaret, hoc in nonnullis alijs casibus expresse cautum reperiri: quia, ut
4 notissimum est, ius singulare † non est trahendum ad consequentias. l. ius singulare. ff. de leg. cũ simil. Et si quispiam hoc licere contenderet; quia iste Cardinalis à compromissario totius cœtus nomine eligeretur: Respondeo primò, quòd & ipse pariter eodem nomine semetipsum ad sedem Petri cooptaret. & tamen non potest, ergo ista ratio ad tollendam ambiguitatem huius quæstionis sufficere non uidetur. Rursus Si replicaretur, Cardinalem hunc, si seipsum ad Pontificatum eligeret, ambitionis nota infici, alioqui uerò quando à tertio eligeretur: respondeti
5 posset, in iure nullum inter eum, qui per se, † uel per aliũ facit, discrimen reperiri. c. qui per alij de reg. iur. in 6. cum cõcor. Et si adhuc instaretur, quemadmodum si totus Cardinalium coetus in aliquem compromitteret, ille unum ex compromittentibus ualeret eligere, ita idem, & quãdo totius ordinis potestas penès eum solum residet, iudicandum esse: Respondeo, argumentũ hoc non procedere. s. totum collegium tale quid agere non prohibetur, ergo idem potest etiã is, in quo totius collegij authoritas cõtinetur: quia data instantia argu. corruit. sed totum collegium Cardinalem hũc eligere posset, & tamen quãdo is eiusdem collegij iura adeptus est, seipsum eligere non potest, vt superius conclusum extitit; ergo &c. Præterea, quando oẽs amplissimi patres in aliquem compromitterent, fraudis abesset suspicio; quia cùm unanimiter in eum oẽs consenserint, non magis uni, q̃ alteri ex patribus iste compromissarius deuinctus esset: alioquin uerò vbi unus solus ei magnam adeò potestatem præberet: quia hmõi electio fraudis su-
6 spicione proculdubio non careret. Sed electio † debet esse pura, syncera, gratuitaq́; : pura ex animo, syncera ex prouidentia, gratuita sine pretio, teste Cardinal. in c. 2. in fin. de elect. in 6. ergo &c. vbi enim maius periculum ingeritur, ibi cautius negociãdum est. d. c. vbi periculum. Patet igitur conclusionem hanc Abb. & sequ. dubitabilem reddi, contra quam tenet Rosel. in d. tracta. Defendendo tamen illam dici posset argm̃ in contrarium adductum, scilicèt neminem per alium facere posse, quod per se ipsum non potest, non habere locum, nisi quando illud fieret nomine illius, qui id facere prohibetur. Bar. post Dyn. in l. Aristo, in fi. ff. quæ res pign. obl. poss. sed iste compromissarius cùm totius collegij iuribus fruatur, illum iure proprio, non aũt ipsius particularis nomine ad sedẽ uocaret; & talis electio ab uniuerso collegio facta diceretur: vt in simili est elegans tex. in l. vnum ex familia. §. 1. vbi Bar. ff. de leg. 1. & hęc fuit Abb. intẽtio, si rectè inspiciatur in d. cap. fin. de inst. Ratio autem discriminis ea est: quia inter eum, qui dat.

& qui

& qui accipit, differentia debet agnosci.d.cap.fin.& l.penul.ff.de arbit.cum simil.sed quando aliquid per alium meo quidem nomine fieret,id à me ipso factũ esse omninò uideretur.d.c.qui per alium. & hoc electioni ac præmemoratis iuribus repugnaret, alioqui autem in hoc casu in quo compromissarius uniuersi collegij uice,nec non & iure proprio eum eligeret. hic etenim inter dantem,accipientemq; manifestũ discrimen esse dignoscitur,quod in semetipsum eligente secus esset: quia subiecti dantis,& recipientis impossibilis est separatio.sicut & de iudice nº uimus:nam ét si non ut sui ipsius,sed ut principis uices gerens iudicet,tamen ob id ipsius particularis causa ab eo decidi non potest.l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.om.iud.& d.l.pen.idem igitẽ & hic cõcludendum est. Et ex his multa in contrarium adducta superius refelluntur. subiungi quoq; posset regulam in contrarium adductam in casu necessitatis locum non habere.l.j.ff. de
7 off.cons.necessitatis† enim tempore iura legitimè offenduntur. vt per Alex.in l.j.§.fi.ff. de lib. & posth.cum concor.de quibus per Dec.in l.quæ propter necessitatem.ff.de regul.iur. & per Feli.in c.cùm accessissent,de const.Sed uno tantùm Cardinali superstite cæteris uita functis necessitatem maximam instare nemo penitùs diffiteretur,vt per Ang.in d.l.nulli.ff.quod cuiusq; uniuers.nom.col.2.& per Paul.de Cast.in l.sicut.§.decurionibus.ff.eod.tit.ergo &c. Cæterùm responsionem hanc ubi alij omnes Cardinales ex hac uita non migrassent,sed abesse fortè contingeret,locum habere haud posse concedimus. Non prætermitto istam conclusionem Abb. videlicèt totius collegij potestatem penès unũ solum residere, duobus modis contingere posse: vno ubi solus Cardinalis in conclaui cæteris absentibus cõtumacibusq; reperiretur,quo casu totam eligendi facultatem ad hunc unum recidere iura uoluere,vt diximus,& tunc dici posset,hunc solum aliquem ex Cardinalibus absentibus, vel etiam seipsum forma superius tradita eligere posse,& huiuscemodi teneret electio.Altero.s.vbi oẽs,uno excepto, cum morte uitam commutassent, & tunc ét si iura à memoratis authoribus adducta sentiant in eo solo totius ordinis iura conseruari,vt ex mente aliorũ affirmat Philip.Franc.in d.c.vbi periculum,tñ ista conclusio in hoc capite mihi non mediocriter ambigua uideretur: quia per conciliare decretũ sub
8 Stephano Pontifice emanatum uidetur sancitum,neminem ad Pontificatum † cooptari posse, nisi prius is Cardinalatus dignitate refulgeat.c.oportebat, & c.nullus.79.dist.habetur per Io. de Ana.in c.ad liberandum,de Iudæ.& per Dec.in d.c.licèt,tradit Firma.in tract.de episcopo, in 18.q.primæ par.secundi lib.vbi ét de mente Abb.subiungit,exceptionem hanc electo Pontifici opponi non posse: licèt ego contra. quicquid tñ de hoc sit, Papam de gremio eligendum esse,iure cautum uidetur,quamuis nonnulli contrarium senserint.& in d.c.licèt,& in d.c.vbi.& hoc in Vrbano factum esse nouimus,qui erat Archiepiscopus Bar.Si igitur eligendum in Pont. Cardinalem esse oportere existimamus,quomodò unus solus superstes electionem Pont.habere posit,non uidemus,ipse.n.seipsum eligere non potest,& licet alteri eligendi facultatem cõcederet, tamen cum nemo alius reperiatur,certum erit,non nisi eum eligi posse, & sic ista electio,appellari electio non mereretur,quia in uno solo non cadit,cum sit unius é multis optio,vt per Alb.de Ros. in rubr.ff.de opt.legat.immo neq; inter duos omninò æquales daretur electio, quæ in pluribus tantummodò locum habet,quorum unus tanquam præstantior alijs præponatur,vt probatur in l.cùm aurum.§.sed si argenti,cum gl.in uoce optio,de aur.& arg.lega. iunct. not.per Rom.in sing.487.Responderi posset,quæ in contrarium adducuntur regulariter uera esse,sed hic suadente necessitate cùm unus tantùm Cardinalis superuiuat, iura trãsgredi licere, vt superius dictum est. & similia latè habentur per Feli.in c.cùm accessissent,de const.Licèt igitur cõiter electio dicatur unius de pluribus optio, &c. tamen contrarium urgente necessitate non improbatur. Cogitabam insuper, si hic ad ampliationem huius materiæ alia consideratio adhiberi potuisset. (præsupposita illa cõclusione pro uera.s.Pont.eligendum Cardinalem esse oportere)cùm unus tantùm supersit,& consequenter solus eligibilis, ac Pontificiæ dignitatis capax reperiatur,an is ipso iure censeatur electus? Et in primis ista opinio non absona uidebat. argõ.tex.in l.si optio,& in l.si tibi.§.1.ff.de opt.lega.vbi quando serui legata fuit electio,si unus solus supereſt,cum alius optari non possit, ille purè legatus censetur,& ibi Bart. per illum text.

opinatus est,ita & de cõsiliarijs qõnem decidi posse,qui per extractionem de sacculo electores constituuntur,vt si eorum unus tantùm è sacculo extrahendus supersit,is & pro extracto habeatur,& iure ad electionem procedere non prohibeatur,cùm solus iuris eligendi capax reperiat. Vnde in proposito casu idem dici posse uidebatur: & ita in hac quæstione sentit Dec.in c.nullus,nu.10.de elect.contrarium tamen uerius esse censeo,vt is.s.totius collegij nomine eligatur,
9 quod modo superius declarato fieri poterit. nã,vt Pontifex † à dicto collegio eligatur,pro forma traditum est in d.c.licèt,& alijs iurib.uulgat.Sed forma omninò seruanda est,licèt ratio formæ deficeret,vt per Aret.in c.nouit.de iud. col.6. in iuribus autem in contrariũ adductis nulla eligendi forma tradita fuit,sed ne legatum illud inutile redderetur, perinde est ac si purè factũ extitisset. & hoc est,quod ibi tradit Bar.ne.s.extractio foret inutilis,uno solo capace existente, illum solum pro extracto habendũ esse. sed hic licèt electio in uno fieri non possit,ueruntamen forma legis quantùm fieri potest seruanda est,ẽt si formæ ratio deficeret,vt prędiximus. & hęc uera esse uiderentur sequẽdo opinionem illam.s.neminem,qui Cardinalis non sit, Pontificem eligi posse, licèt difficile admodùm uideatur talem electionem ambitionis suspitione carere.
10 Præterea, quid si ille solus Cardinalis† superstes tanto regimini minime idoneus sit? dicemus ne eum nihilominus omninò eligendum esse? per d. c.oportebat. profectò hæc interpretatio absona videretur: quia ex mali creatione Pont. vniuersalis ecclesiæ status facillimè perturbari posset,capite.n.langueſcente,ẽt cætera membra non nisi malè se habere possent. & propterea licèt d.opinio uera esset,tamen d.c.oportebat,intelligẽdum esset, quando Cardinalis idoneus est,aliàs secus,per c.In nomine Domini. 23.dist.una.n. pars iuris ab alia declaranda est.l.vtrũ, vbi Ang.ff.de peti.hæred.Si verò contrariam sententiam,quam nonnulli approbarunt,amplecteremur.s.eum etiam,qui Cardinalis non sit,eligi posse, tum uitandæ ambitionis causa, dicendum uideretur,hunc totius collegij nomine aliquem idoneum eligere debere,aut forma superius tradita,& ipsum eligi posse,dummodò ambitionis suspitio abesset. Sed aliud dubiũ adhuc excitandum est, an.s.iste casus de uno tantùm superstite à decretis,quæ hoc ius Cardinalib.tribuere,fuerit uerisimiliter cogitatus,& comprehensus?an uerò,vtpotè non cogitatus,censeatur omissus & relictus in antiqui iuris dispositione,secundum l.commodissimè.ff.de lib.& posthu. & l.si uerò.§.de uiro,cum ibi traditis.ff.sol.matr. & eum probari uidetur cogitatum non fuisse tum quia iste casus insolitus est,immo præter omnium opinionem, sed talia nunquam cense-
11 tur cogitata,arg.l.fistulas.§.frumenta.ff.de contr.empt.mens enim† hominum ad ea,quæ raro contingunt,iuris interpretatione non porrigitur.c.coram,de off.deleg.per quem text.ita dixit Soc.in consi.126.col.2.in 4.vol.ergo &c. tum etiam quia non est uerisimile legem,quæ in eligendo totius mundi capite maioris partis Cardinalium suffragijs non fuit contenta,ut communiter fit.l.quod maior pars.ff.ad municip.sed duarum ex tribus partibus sententias exigit,vt in re tanti ponderis maturius cautum sit,eandem posteà voluisse,si iste casus contingeret, electionem hanc ab uno solo fieri debere. Et hæc coniectura confirmari posset: quia nusquam lex eo modo interpretanda est,vt posit à sapiente redargui.l.Saluius Aristo.ff.de lega.præstand. quapropter fortè non inconueniens esset,si diceretur,casum hunc tanquam incogitatum à lege omissum fuisse,& ideò huiusmodi electionem fieri debere secundum formam traditam in d.c.In nomine Domini. tamen casum hunc nunquam esse uenturum uel facilè credendum est,cum in dies Cardinalium numerus magis,ac magis augeatur.

Summarium in l.illud.ff.quod cuiusque uniu.nom.

1 *Episcopus qui est etiam canonicus in actibus ad capitulum pertinentibus tanquã canonicus sedere debet.*

Bar.in l.illud.& in l.item,in princ.ff.quod cuiusqueuniuers.nom.

Bart. in d.l.illud,& in l.item,quæ simul legitur, colligit rationem mirabilẽ ex isto tex.quæ hoc vult,vbi aliquis cõsideratur, vt talis, non esse curandum, quamuis aliàs etiam habeat qualitates.ibi,tanquã decurio. Tu ex hoc inferre potes ad Epm,† qui est ẽt canonicus,vt in actib.ad capitulum pertinentibus tanquam canonicus sedeat,vt habetur apud Feli.in c.3.de probat.

1

Summa-

Summarium in l.sicut. ff.quod cuius.uniu.nomi.

1 *Pro debito uniuersitatis singuli conueniri non possunt.*

Bar.in l.sicut,in principio.ff.quod cuiusque uniu.nom.

1 BART. in l.sicut,in principio ait,pro debito † uniuersitatis singulos conueniri non posse. de hac re vide,quæ posui suprà in l.j.in principio hoc eod.titulo,num.4. Attende tamen quia si uniuersitas est obligata ad aliquid faciendum,ut puta,si Papa mandat capitulo,ut aliquem recipiant in canonicum,tunc personas singulares teneri.distingue tamẽ ut eleg.habetur apud Soc. in cons.95.col.5.in 3.vol.Vide etiam Abb.& Feli.in c.eam te.de rescrip.

Summarium in d.l. sicut. §. in decurionibus. ff.quod cuiusuniu.no.

1 *Licèt personæ mutentur,tamen uniuersitas semper eadem persistit.*
2 *Quot personis populus constituatur & gens.*
3 *Utrum unus solus qui remansit & ad quem recidit ius totius uniuersitatis possit constituere syndicum.*
4 *Si collegium clericorum uacat,Christum uel uniuersalem ecclesiam possidere.*

Bar.in d.l.sicut.§.in decurionibus.ff.quod cuiusque uniu.nomine.

1 BART. in d.l.Sicut.§.in decurionibus,colligit in summa,licèt personæ † mutentur, uniuersitatem tamen eandem permanere. Item si unus solus remanet, in eo ius & nomen uniuersitatis conseruatur. contra hoc videtur tex.expressus in l.fi ff.quib.mod.usuf.amitt. Vide Ial.in l.si grege.ff.de lega.1.& quæ plenè posui suprà in l.nulli.num.2.hoc eod.titulo.vbi etiam habetur not.limitatio ad hunc tex.in §.In decurionibus,non semper uniuersitatis ius in uno solo retineri,sed in eo tantùm casu,in quo subsit spes, ut alij in locum deficientium subrogentur. Et dum
2 Bar.in d.§.subiungit,quot personis † populus constituatur,& gens,vide Bart.in l. prætor.ff.de ui bonor.rap.Abb.in c.1.de elect.& Dec.in c.nullus,eod.tit.An pretio uel mercede corruptibiles dici possint de populo; vide Abb.in capit.2.eod.titu.de elect.An autem clerici de populo esse intelligantur,vide Feli.in c.1.col.3.de tregu.& pac.Et in hac re distingui solet, an simus in
* fauorabilibus, & tunc clerici comprendantur, alioqui uerò in odiosis secundum * communem opin.de qua per Feli.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.74.de const.vide eundem Felin. in capitulo eam te.num.42.cum seq.de rescrip.In quo differat populus à plebe,habetur in §. plebiscitum. inst.de iur.natur.Et an Iudæi appellatione populi contineantur,vide tex.sing. in authen.de quæstore,in principio,ibi ciuitas nostra populosa diuersis hominum turbis.& glo.in c. ius quiritum prima dist.

3 Bar.in d.§.in decurionibus,quærit utrum unus † solus, qui remansit, & ad quem recidit ius totius uniuersitatis possit constituere syndicum. Vide Abb.in cons.25.in quarto dubio. & in cons.38.colu.fi.in 2.volu.& Præpos.in c.non est.§.ius uerò.sexta dist. Et ad rem faciunt, quæ posui suprà in l.nulli.num.2.hoc eod.tit.

4 Bar.in d.§.in decurionibus,in fi.ait,si collegium † clericorum uacat, Christum vel uniuersalẽ ecclesiam posidere. Vide Bal.in cons.438.col.2.in 1.vol.& in cõs.63.in 4.vol.Raph.Cuma. in cons.158.col.3.Cæpol.in tract.de seruit.rustic.prædior.in tit.de seruit.iuris piscan.col.13. & seq.& non ab re sunt trad.per Abb.in cons.6.in fi.in 1.vol.

Summarium in l.j. ff.de nego.gest.

1 *An tacitum mandatum eliciatur ab eo,qui est præsens & tacet.*
2 *Tacens in iudicio præsumitur consentire.*
3 *Quando aliquis est uocatus simpliciter, sibi non nocet in onerosis tacendo.*
4 *Si creditor est præsens & tacet quando uenditor uendidit rem sibi obligatam, non videtur propterea sibi præiudicare.*
5 *Tacens in quacunque uniuersitate quando tractatur aliquid præiudiciale,ita peccat,ac si consensisset.*

6 *Socium à periculo & damna contingente consocio suo ad quod alioquin teneretur, non teneri si eum præmonuit.*
7 *Illud quod à maiori parte fit, prævalet.*
8 *Proditores veritatis dicuntur, qui eam tacent, & iudicantur hi ac si mendacium loquerentur.*
9 *Veritas omnia vincit.*
10 *Ea censetur esse verior & melior sententia quæ plurimorum suffragijs confirmatur.*
11 *Magis quodcunque scandalum tolerari debet quàm quod veritas relinquatur.*
12 *Consiliarij principum quando veritatem non consulunt tenentur.*
13 *Cardinales quare sunt ita appellati.*
14 *Cardinales quomodò antiquitus nuncupabantur.*
15 *Episcopi non autem Cardinales in Apostolorum ordinem positi fuerunt.*
16 *Episcopi quandoque sacerdotes apostolicæ administrationis participes efficiuntur.*
17 *Cardinales antiquitus dicebantur Consiliarij Papæ.*
18 *Cardinalis nomen quando repertum fuit.*

Bar. in l. j. ff. de negoc. gest.

1 BART. in d.l.j.tradit, an tacitum mandatum † eliciatur ab eo, qui est præsens & tacet. Vide Alex.in consi.79.in 4.vol.& in consi.32.in fi.in 5.volu.& in consi.120.colum. eod.vol.& in l.sæpe col.25.ff.de re iud.& Barb.in consi.71.col.2.in 4.vol. Attende, taciturnitatem nunquam haberi pro consensu, quando agitur de præiudicio tacentis. Socin. consi.21.in 1.vol. nec etiam quando aliquis tacet eo præsente, cui debetur reuerentia. Alex. in l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.ff.solut.matrim. Feli. latè in cap.causam matrimonij, de offi. deleg.& omninò in cap.nonne, de præsump. vbi tradit regulam cum fallen. Item vbi requiritur consensus pro forma siue ad actus perfectionem semper intelligitur de consensu expresso, non autem tacito. Alex.in consi.114.colum.3.in 5.volum. Io. Campegius in tract. de dote
2 in 5.par.quæst.81. Tamen tacens † in iudicio præsumitur consentire, & eius sibi competens remittere. Crauet.in consi.1. Item pater, qui est præsens quando filius eligitur decurio, tenetur tanquam fideiussor ad omnia, quæ malè gessit. text. est not. in l.ij.ff.ad municip. Aret.in consi. 91.in fi. Et ad prædicta vide glo.& doct.in l.filiusfamilias.§.inuitum.ff.de procurat. glo. in l. adopt.ff.de adopt. Bar. plenè & ibi Iaf. plenissimè & ordinatè in l.quæ dotis.ff.solu. matr. Ioan.
3 & Feli.in c.1.de maior.& obed. ubi habetur quàmuis quando † aliquis est uocatus simplicius, sibi non noceat in onerosis tacendo, tamen quando uacatus fuit ut in aliquo negocio animum suum explicet, tacendo censetur consentire, & affirmare: hæc Felin. Ad præcedentia accedant trad. per Feli.in c.cùm omnes, de const.& Abb.in consi.40.in 2.vol.& in c.non iniustè, de procurat.& Lanfranc.de Orian.in tract.de arbitris.num.42.in 1.par.& nu.13.in 5. par. & Damasum in tract.de brocardis, in primo membro.nu.48. Ad hæc accedat, quia si creditor † est præsens & tacet, quando debitor uendidit rem sibi obligatam, non videtur propterea sibi præiudicare. ideò enim tacuit; quia sciebat ius suum sibi saluũ esse. l.sicut.§.non uidetur.ff.quib.mod. pig.vel hypot.solu.& quid ex hoc inferatur, vide apud Aret.in consi.92.uel 93.col.5.& Alex. in consi.20.colum.pen.in 3.vol. Et in hac materia taciturnitatis non est silentio prætereundũ,
5 tacentem in quacunque uniuersitate † siue ecclesiastica, siue seculari, quando tractatur aliquid præiudiciale, ita peccare ac si consentiret: Iaf.in d.l.quæ dotis.nu.89.ff. solut. matr. Vide Abb.in cap. in causis. de elect. Et ita expresse docuerunt Innoc. & Abb. in cap.1. de his quæ fiunt à mai. par. cap. vbi quemcũque de collegio siue capitulo ad liberè loquendum cogi, & totis uiribus eum debere resistere, si quid aduersus honorem uel utilitatem suæ uniuersitatis agitur, apertissimè tradiderunt, eumque citra peccatum mortale tacere non posse: quoniam qui de collegio sunt, in ijs, quæ ad uniuersale commodum pertinent, ex ui officij tacere non possunt. argumento d.c.primi. uerum si is, qui loqui tenetur, fileat, in sui præiudicium consentire censetur.

censetur.l.de ætate.§. qui tacuit.ff. de interrog.act.c. post præstitum,de constit. in 6.& prædictam conclusionem sequitur Abb.in c.dilectus.2.de simon.in c.uestra de loca.& in c. in causis, de elect.Et ad rem faciunt trad.per Bar.in trac. repræsal.& per Iaſ.in l.j.col.fi.ff.de off. assess.&
6 per Alex.in consi.49.in 1.vol. vbi uult, socium † à periculo & damno contingente consocio suo,ad quod alioqui teneretur,non teneri,si eum præmonuit ne ad locum illum accederet. Ad hæc accedant ea,quæ dixit Dominus Moysi. Prouide de omni plebe uiros sapientes timentes Deum in quibus sit ueritas. Et Zach.8.Veritatem diligite. & Paralip.cap.29. Nolite negligere,vos enim elegit Dominus,ut stetis coram eo pro salute populi. Et si forte diceretur, eum saltem tacere posse quando uidet cõtrariam sententiam à maiori uniuersitatis parte amplecti:
7 tum quia quod à maiori † parte fit, præualere solet.l.quod maior.ff.ad municip.ideò inanis esse contradictio, tum etiam quia illa opinio, quæ à pluribus approbatur,melior est iudicanda, quamuis iniusta esse uideatur.c.prudentiam,de off.deleg.præterea multoties odium quęritur. Et ideò dementis est frustrà niti,& odium quærere. Quare dicendum videretur, eum saltem illo in casu tacere posse,in quo se nihil prodesse posse opinatur. Respon.veriorem adhuc esse diuersam sententiam,ut omninò quilibet de uniuersitate liberè loqui debeat,cum enim ad officium eorum,qui sunt de uniuersitate spectet,ut liberè loquantur,quod sentiunt, ut in præcedentibus dictum est,illud sequitur,ut is qui suscipit officium illud,consequenter etiam onus ei
8 dem annexum suscipiat: sed tales ita sunt proditores † ueritatis, eam tacendo,ac si mendacium loquerentur.c.nolite timere.11.q.3.Similis Alex.sententia est de teste in l.argentarius. §. cùm aũt.ff.de eden.citat tex.in c.1.de crim.falſ.facit c.quisquis metu.11.q.3.vbi ille qui uult nocere,& ille qui prodesse negligit,æquiparantur. nam quando aliquis à lege uel à pacto est obligatus ad non negligendum,ita omittendo tenetur,ac si committendo delinqueret, secundũ Aug. in consi.72.Hinc Dominus per Prophetam,eos,qui tacent,increpat dicens: Non ascendistis ex aduerso neque opposuistis uos murum pro domo Israel,ut staretis in prælio in die Domini. Et alibi per Esaiam ait: Clama ne cesses.Non prętermitto illud Oseæ 4. Non est veritas neque scientia Dei in terra,maledictio & mendacium inundauerunt,propterea lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Neque huic solidissimæ conclusioni reluctatur illud, quod prædiximus,scilicèt quando maior pars uniuersitatis contrarium sentit, uana eo in casu futura esset eius oratio. quoniam respondeo, eum omnino confidere debere,se inuictam ueritatem proferentem alios quoque in suam sententiam esse adducturum. argumento l.Si in tres.ff.de
9 arbitr.Veritas † enim omnia uincit.c.consuetudo,8.dist.& labium ueritatis firmum erit in perpetuum. Prouerb.12.transumptiuè in c.qui ambulat.quæst.5.& semper ueritati locum esse ait iurisconsultus in l.fin.ff. de probat.nam ueritas est finis omnis iustitiæ.l. eos.§.1. C. de appell. ideo super omnia est amanda,ut docuit Soci.in consi.8. in principio in 1.volumine.Et quantæ dignitatis sit ueritas habetur plenè apud Alberic.in l.cum ita legatum.ff.de cond.& demonstr.
10 & de effectibus ueritatis,vide Dec.in l.ij.colum.2.C.de eden.Neque repugnat illud,† quòd ea censetur esse uerior, & melior sententia,quæ plurimorum suffragijs confirmatur.d.c. prudentiam. nam distinguendum est,aut maior pars in notorium ipsius uniuersitatis damnum consentit,& tunc eum tacere non posse,extra quæstionem est,teste Bar.in d.tract.repræsal.& alijs, quæ prædiximus. Aut casus dubius est,& eo etiam in casu, unusquisque tenetur animi sui sententiam explicare: quoniam ab eo eiusmodi ratio audiri posset: qua cæteri à suis opinionibus reuocarentur. postquàm autem dixit quod sensit,si contraria sententia à maiori parte amplectitur,tunc credendum est eam esse meliorem, quæ pluribus placuit. & ita procedit.d.c. prudentiam,atque ita in nullo casu eum tacere posse concludendum est. Ad id,quod deinde in cõtrarium afferebatur, de odio siue periculo liberè loquẽtibus imminente responsum colligitur ex tex.in d.c.nolite timere.11.q.3.vbi hæc habentur: Nolite timere eos,qui occidunt corpus, ne fortè timore mortis perterriti liberè non dicatis,& reliqua. Ad idem est tex.in d.c.quisquis metu.ead.cau.& quęst.Quisquis metu cuiuslibet potestatis ueritatem occultat,iram Dei super se prouocat,magis enim timet hominem quàm Deum.hinc dixit Christus,qui amat aliud plus-

quàm

11 quam me non est me dignus. Matth. 10. ideo magis quodcunque † scandalum tolerari debet, quàm quòd ueritas relinquatur. c. qui scãdalizauerit. de reg. iur. Et pro ueritate melius est supplicium pati, quàm pro adulatione beneficium adipisci. c. nemo præteritorum. 11. q. 3. Quare concludendum est omninò tacentem peccare. Et utinam Principes huiusce modi peccatores in eorum consilijs non haberent, sunt enim Principes hac in re ceteris hominibus infœliciores: quia rarò ueritatem audiunt. proinde infinita propè damna oriuntur, ad quæ reficienda ipsi
12 consiliarij tenentur, † vt ex mente Innoc. docuit Abb. in c. sicut dignum, de homicid. Felin. in c. 1. de off. deleg. Bal. in l. quoniam. C. de appell. & Cæpoll. in caut. 35. & in caut. 215. Ex hoc scriptum est in c. tanta. 86. dist. malè consulentem pœnas dedisse, & rectè consulentem. & præsentis uitæ subsidium, & æternæ remunerationis præmia consequi. Huc oculos intendant S. R. E. Cardinales; quorum onus præcipuum est, assistere summo Pont. ad regendam uniuersalem ecclesiam, sciantque se obstrictos esse ad liberè proferenda cõsilia, solum Deum; & vniuersale bonum præ oculis habentes, atque ideò necesse est à principibus laicis non pendere, sed à sola ecclesia. cui uni sunt ascripti & obligati. hinc dixit B. Antoninus in 3. par. suæ summæ, tit. 21. c. 2. §. 2. iampridem ecclesiam Cardinales Alemanos creare non consueuisse, ne Imperatori secreta ecclesiæ aperirent. debent igitur liberè & intrepidè loqui, & se opponere tanquàm murum pro ecclesia Dei, & potissimùm his temporibus, quibus (proh dolor) Christiana respublica tot procellis hæreticorum & infidelium agitatur, ut ferè in profundum demergatur, alioqui sciant se Deo esse rationem horum omnium reddituros. nam uæ illis, qui fugiunt cum uident lupum
13 uenientem, & non curant de ouibus Christi. & potissimum Cardinales, † qui hoc nomen promeruere, quasi ut quemadmodum cardo ostium moderatur, ita & eorum bono consilio universalis ecclesia sit regenda. teste gl. in c. 2. de off. Archid. & Io. de Ana. in c. ad liberandam, de iudæis. faciunt trac. per Archid. in c. sacrosan. 22. distin. sunt enim cardines mundi, super quibus uniuersi orbis machina uoluitur. Io. de Lign. in tract. de bello, & Mart. Laud. in 1. tract. de Card. q. 1. & in 2. q. 8. ostium autẽ, cui firmiter debet inhærere, ipse est Christus, qui dixit se esse ostiũ, vt habetur Io. 10. idque ut per eorum recta consilia, & sancta opera regnum cœlorum fidelibus aperiatur: ita inquit. B. Antoninus in 3. par. suæ summæ tit. 21. Et quãuis Cardinales nomẽ hoc non semper habuerint, tamen in antiqua lege à diuino numine dignitatis eorum fuit institu-
14 substantia, & sacerdotes leuitici † nuncupabantur, de quibus loquens dominus in Deut. c. 17. aiebat. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, uenies ad sacerdotes stirpis generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, ipsi enim iudicabunt ibi iudicij ueritatem &c. ex ijs enim Deus ea, quæ ibi constituebat, in nouo quoque testamento obseruari mandauit. ut loco sacerdotum leuiticorum Cardinales, loco autem iudicis qui eis præest, summus Pontifex insinuaretur. ita hæc Deut. uerba declarantur in c. per uenerabilem. §. rationibus. qui filij sint legit. iuncto. c. fundamenta. §. decet, de elec. idque docuit Bal. in l. rescripta. col. 2. C. de precib. imper. offer. & latissimè Roma. in consi. vlti. in sermone quem habuit ad Cardinales, incip.
✱ Vos estis lux mundi. & hæc sententia * frequentioribus sapientum uotis comprobatur, ut uidere est apud Arch. & Io. And. in d. §. decet. Abb. & Host. in c. ex gestis, de cleri. non resi. Abb. in d. §. rationibus, & ibi Card. Alex. & Alberi. in dictionario in uoce, Sacerdos, & Mart. Laud. in d. tract. primo quæst. 26. successiuè autem post Christi aduentum purpuratos patres etiam Apostolorum uices gerere satis exploratum est, quibus Dominus Iesus dixit: Vos estis sal terræ, & lumen mundi. Matth. 5. transumptiuè in c. quoniam uetus. 24. q. 1. & sint lucernæ ardentes in manibus uestris. Luc. 12. & in c. qui sanctus, de pœni. distinct. 1. quemadmodũ enim ante Christi passionem Apostoli ecclesiæ regimini incumbebant unà cum eo qui solus principalis erat in ecclesia sua. c. legatur. 24. q. 2. & qui uerus erat Pontifex. c. Dominus. 56. dist. ac quemadmodum post Christi obitum ecclesiæ cura onerati fuere cum Petro, qui ad summos pascendi greges labores fuerat assumptus per illa uerba: Pasce oues meas, de quibus in cap. significasti, vbi Abb. de electa hi supremi ordinis antistites in hoc Apostolorum onera sustinentes, cum Papa Christi uicario, & Petri successore regimini Christianæ reip. inuigilãt, c. bonæ, de postul. præla.

& hoc

& hoc latè affirmat Rom.in d.consi.vltim. & Io.de Turre crem.in 1.libro de potest.ecclesiasti ca.c.80.Et si forte obijceretur,Apostolos Christo non astitisse,ut cũ eo ardua iudicarent,sicut superius in descriptione Cardinalatus positum est,immo Christum solum quæque difficillima expedisse,& Apostolos illum magistrũ & dominum appellasse,ut euangelicæ attestantur scripturę.Respõdetur,id ratione diuinitatis factum fuisse,cuius uirtute iudicium Christi decipi nõ poterat, consequenterque in eo habendi consilij ratio non suberat. quæ quidem potissimùm viget in Pont.Max.quem falli posse non ignoramns.c.nunc autem. 21. dist. Non obst. etiam si
15 in contrarium adduceretur,Episcopos † non autem Cardinales in Apostolorum ordinem subrogatos fuisse.c.in nouo.21.distin.ut latè And.Siculus in cons. 1.in 1.vol.tradidit: quia respondeo, Apostolos triplici modo considerandos esse. Primo quatenus Christo ante passionem assistebant. Secundo quatenus mortuo Christo,priusquam tamen se diuisissent,cum Petro ecclesiæ curam habuerunt. Tertio autem quando post aduentum Spiritus sancti,ac de ipsius prę cepto per orbem diuisi prouinciã quisque suam, uel regnum ad prædicandum sorte assumpserunt. Cardinales igitur Christi uicario assidentes primo & secundo modo, Episcopi autem ciuitates, uel prouincias moderantes alio modo Apostolorum uicibus funguntur: ita not.B. Antonin.Archiepis.Flor.in 3.parte suæ summ.tit.21.§.2.Et latius Io.de Tur.cre.in d. loco.Episcopus igitur quò ad quid Apostolorum uices gerere concedimus, cum suæ diœcesis curam
16 exerceant. Sic etiam sacerdotes † quandoque apostolicæ administrationis participes efficiũtur,ut est quò ad sacramentorum administrationem.c.absit. 11.q.3.Idem & de concilio legitimè congregato dicendum est.c.si quis presbyter.2.q.4.sed ex his non tollitur,immo apertius demonstratur, Cardinales propriè in hoc amplissimo officij sui culmine Apostolorum onera sustinere,cùm ad regimen totius ecclesiæ destinati comperiantur.c.bonę,de post.præla.& eorum consilio totus ferè orbis terrarum gubernetur,ut per Io.de Lign.in trac.de bell.Hæc enim erat præcipua Apostolorum cura, Actu 15. immo & hæc prima fuit eorum cura. prius enim Apostoli Cardinalatus,quàm Episcopatus onera sustinuere,cum antequam per orbem ut episcopi diuiderentur,Petro assistentes ut Cardinales uniuersali ecclesiæ inuigilarunt,ut superius fuit ostensum, & hoc in concilio Constan.apertè fuit decisum. nam inter alia Io. Hus documẽta quæ à d.Concilio damnata fuerunt,illud quoque fuit reiectum, in quo habebatur, Cardinales sanctam Apostolorum uitam non degentes eorum successores iure dici non posse. ex quo manifestè Concilium sensit,Cardinales qualescũque sint,omninò Apostolorũ uices obtinere. Nec mirum est,si multa ab Apostolis gerebantur officia,tum quia pleni erant spiritu sancto,& scientia eis mirabiliter infusa,tum etiam quia messis ob Christianorum paucitatem modica reperiebatur: nunc autem cum messis maxima sit, atque illa sancti Spiritus documenta non uigeant,distincta eorũ officia comperiantur,seiunctimque administrentur,ut diximus, & in quo libet officio Apostoli repræsententur. Quod autem de Cardinalibus superius traditum est, id latissimè comprobat Rom.in d.consi.& B.Anto. in loco præmemorato,& Ioan.de Tur.crem. vbi etiam in c.83.ait,ex historijs liquere,post Apostolorum quoque diuisionem Petrũ sibi non nullos collaterales,coadiutoresque retinuisse,uidelicet,Linum,Cletum & Clementem,qui demum ei & in pontificatu successerunt. Idemque sentit etiam.c.Si Petrus.8.q.1.licèt glo.ibi uariauerit. ex quibus omnibus colligi potest, ecclesiam nunquàm fere sine Cardinalibus rectam
17 fuisse. Et priusquam Cardinales † hoc nomine uocarentur, consiliarij Papæ dicebantur. ita B.Gregorius Theodoricum uirum eloquentissimum nuncupauit,ut in c.ecclesiasticis.12.q.2. sic & Pelagius Papa in c.in parochia,16.q.1.& eodem nomine in Melden.Concilio dicti fuere. & rectè quidem,cum nomen hoc assessoribus principum,ut ipsi sunt,ualde conueniat.l. consiliarios.cum gl.C.de assess.& ita eos appellatos fuisse probat Rom.in d.consi. vltimo.ad quem accedo,quamuis non defuerint,qui eos urbis diaconos,&presbyteros nuncupatos fuisse asserant,ut affirmat Io.de Tur.crem.in primo libr. de potest.ecclesiast.c.83. Nomen autem istud,
18 † Cardinales, fertur fuisse repertum Pontiani.xvij. Papæ Martyrisq; temporibus, qui fuit sub Alexandro Imperatore post Christi ascensionem,236.annum.huius sentẽtiæ fuit Archid.in c.

ubi

ubi periculum,de elect.in 6.inquiens; Pontianum in urbe propter baptiſma & ſepulturas xv. Cardinales inſtituiſſe.idem quoque ſenſit Cardinalis in clem.ne Romani.§.porrò de elec.ſubiungens,illos tale officium amplius non exercere. Et hic nolo ſilentio præterire ipſius Pontiani temporibus 236.Cardinales extitiſſe,teſte Card.in d.§.porrò.idque quoniam eorum numerus in mero ſummi Pontificis arbitrio reſidet,ut per Philip.Frãc.in d.c.vbi periculum,& Mart. Laud.in 2.tract.de Card.q.2.quamuis Alberic.in rubrica.ff.de ſtat.hom.dicat.decens ac rationabile eſſe,ſi iſte ampliſsimus ordo 72.numerum nõ excederet, & hoc diſcipulorum exemplo. Fuerat etiam in Concil.Baſil.in 23.ſeſsione ſancitum, Cardinales plures 24. eſſe non poſſe, & non niſi unum de ciuitate aliqua ad dignitatem hanc euehi poſſe. Verùm omnes ad prædicti ſententiam acceſſerunt,hoc.ſ.in libera ſummi præſulis uoluntate poſitum eſſe. Redeundo autem ad prædicta, nonnulli uoluere hoc nomen, Cardinales, initium habuiſſe ſub B.Marcello, qui fuit circiter 314.annum poſt Chriſtum,eumq; 25. Cardinales creaſſe aiunt: ita Io.de Turcrem.in d.loco.Plerique alij autumãt ſub B.Sylueſtro originem habuiſſe,qui fuit circiter 316. annum poſt Chriſtum.in hanc ſanè ſententiam adducuntur, propterea quòd in donatione Cõſtantini nulla de Cardinalibus habetur mentio,ut videre eſt in c.Conſtãtinus, 96.diſtin. verum generali ſynodo ſubſequuta, & per Sylueſtrum eundem coacta, tunc Cardinales adfuiſſe perhibent,ut in c.præſul.2.q.5.& in c.à ſubdiacono,93. diſt. & ita ex prædictis concludit Albericus in rub.C.de ſum.Trin.& in ſuo dictionario in voce,Cardinalis,& Oldr.in conſ.63.& Martina ſuper decr.in uoce,Cardinales.Rom.in d.conſi.ultimo.Mart.Laud.in 1.trac.de Card.q.24. & in 2.q.18.& Barb.in trac.de præſt.Card.in 1.qu.& communiter alij ſcriptores conſentiunt, quãuis Io.de Tur.crem.in d.lib.c.83.teſtetur, ſe apud Gotifredum Viterbien.legiſſe, Cletum qui Lino in Pontificatu ſucceſsit,ſeptem diaconos cardinales inſtituiſſe.Cęterùm prædicta plurimis placuerunt. Vt eò autem redeamus, unde digreſsi ſumus,cum.S.R.E. Cardinales hoc nomine quaſi principales in eccleſia Dei appellentur, ſic enim ſacerdotes principales antiquitus nuncupabantur.c.paſtorali.7.quæſt.1.& c.relatio cum glo.21.q.1.Rurſus cùm Papæ Conſiliarij ſint, quibus proferendæ ueritatis onus incumbit, ut prædictum eſt. Et rurſus cum in locum Apoſtolorum,& in locum ſacerdotum leuiticorum, vt iam anteà probauimus, ſint ſufficti,quos ipſe Dominus ad liberè proferendam ueritatem obſtrinxit, concludendum eſt, eos potiſsimùm ſeiuncta omni humana gratia uel timore ſua debere proferre conſilia cùm ſorum ces uniuerſi orbis,teſte.B.Bernardo,in quarto libro de cõſideratione.idque latè probat Feli. in rub.de maior.& obed.ſed de ijs hactenus.

Summarium in l. ſi quis abſentis. ff.de neg.geſt.

1 *Quicunque negociorum geſtor tenetur ad reddendam rationem.*

Bar.in l.ſi quis abſentis.ff.de negoc.geſt.

1 Bart. in d.l.ſi quis abſentis,ait quemcunque negociorum † geſtorem teneri ad reddendam rationem. uide Alex.in conſi.79.in 4.vol.& in conſi.110.col.fi.in 3.vol.vbi ait.quemcunque adminiſtratorem ad reddendam rationem teneri excepto patre,qui filium habeat in potestate,qui pro adminiſtratione bonorum aduenticiorum ipſius filij rationem reddere non compellitur. vide eundẽ Alex.in l.j.ff.de eden.& Soc.cõſ.26.& cõſ.213.Et actio negociorũ geſtorum competit etiam pro impenſis utilibus factis pro inuito.Soc.in d.conſ.26.col.pe.in 1.volu. Quid ſi plures ſunt negociorum geſtores,utrum in ſolidum, an verò quilibet pro ſua parte teneatur? vide Bar.in l.ſi cui.ff.de negoc. geſt.

Summarium in l.ait prætor.§.negocia.ff.de nego.geſt.

1 *Numerus pluralis an uerificetur in uno.*

Bar.in l.ait prætor.§.negocia.ff.de negoc.geſt.

1 Bart. in d.§.negocia, tangit quæſtionem illam, vtrum numerus † pluralis uerificetur in uno?

uno? eumque uerificari ait. idem habetur in glo.in principio instit. de iur.person.in uoce omnes,& in §.1.in uoce,negociorum, inst. de oblig. quæ ex quasi contrac.& in princip.inst.de vi bon.rapt.in uoce,utilis,adde multos alios tex.& authoritates ad rem faciẽtes, quas colligit Ias. in auth.Si qua mulier.C.de sacros.eccles. col.9. uersi. puto contrarium.& latius tradit idem Ias. in l.singularia.ff.si cert.pet.vbi ait,statutum in duabus personis,uerificari in una.& latissimè tradit in l.Gallus.§.quod si is.in 1.not.ff.de liber.& posth.& in istis locis concludit pluralem sermonem secundum propriam significationem exigere duas personas, nisi rationis identitas & effectus aliud suadeat,scilicèt ut etiam in uno solo uerificetur,uel causa uitandæ contrarietatis,uel absurditatis,ut ibi per eum; maximè in d.§.quòd si is.Item pluralis sermo ubi plures nõ sunt,verificatur etiam in uno.Mar.Soc.iun.in cõs.139.nu.33.Immo in multis casibus strictè intelligendis,in quibus etiam in pluribus uerificari posset, verificatur in uno, ut per Ias.in consi. 145.col.fi.in 1.vol.& de hac re vide Feli.in c.plerunque,de rescrip.& omninò in c. omnes leges,in addit.ad princ.opus Abb.in decretum. nu.8.

Summarium in d.l.ait prætor.§.hæc uerba.ff.de nego.gest.

Statutum super uero ad illud quod secundum fictionem inducitur, porrigi non debere nisi specialiter exprimatur.

Statutum disponens mulierem uel minorem contrahere non posse sine certa solennitate,non habet locum in procuratore suo contrahente.

Statutum correctorium ullo pacto ad casum fictum trahi non debere.

Si statutum prohibet contrahi posse sine consensu duorum consanguineorum,non sufficere contractum fieri illis præsentibus & tacentibus.

Statutum disponens de lucro dotis,locum habet in dote præsumpta.

Bar.in d.l.ait prætor.§.hæc uerba.ff.de neg.gest.

BART. in d.l.ait prętor.§.hæc uerba,colligit ex isto tex.statutũ † super uero ad illud,quod secundum fictionem inducitur,porrigi non debere,nisi specialiter exprimatur. Adde quòd l.si quis maior.C.de transac.quæ loquitur in maiore iurante, non habet locum in minore iurante, quamuis iusiurandum fingat eum esse maiorem,ut per Bar.in d.l.si quis maior, col.1. & ibi Ias. col.fi.citat.l.fin.& ibi Ange.C.de his qui uen.ætat.impetr. Et quoniam in d.§.hæc uerba,infert Bar.statutum in casu uero ad casum fictum non dilatari,vide Ias.in l.Gallus.§.quid si is,in 3.not. ff.de liber. & posthum.in 1.& 2.lectura, vbi limitat hoc non procedere, quando fictio eundẽ casum inducit.& de hac re vide Ias.in l.non dubium,col.9.& seq.C.de legib.Ideò statutum † disponens,mulierem uel minorem contrahere non posse sine certa solennitate, non habet locum in procuratore suo contrahente,ut per Ias.in l.j.§.acquirimus,col.2.versi.4.ff.de acqui.possess. Et ad prædicta uide Doct.in c.at si clerici,vbi præsertim Feli.de iudic.& plenissimè an casus verus ad fictũ porrigatur,vide trad.in d.l.Gallus.§.Et quid si tãtum. Rursus circa id,quod de statuto prædictum est,ut casum improprium,vel fictum non comprehendat,vide Alex.in cõs.15. col.4.in 1.vol.in l.emancipata,col.2.C.qui admit.& in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falci. Cæpol. in consi.14.col.pe.Barb.in consi.12.col.2.in 1.vol.& in cons.51.col.17.eod.vol.Card.in cõs. 60.& in consi.72.in primo dubio.Ana.in consi.27.col.3.Barb.in c.nam concupiscentiam,col. fi.de const.Feli.in c.cùm inter,col.3.de re iudic.& in rubrica de sponsal.col.4.Abb. in c.fi.eod. tit.Aret.in cons.131.& in cons.163.col.2.Et statutum † correctorium ullo pacto ad casum fictum trahi non debere,docuit Alex.in cons.224.incip. Prospectis his,col.2.in libro primi & secundi uol.quod quidem consilium repetitum est in cons.40.in 3.vol.Vide etiam ad prędecentia Soc.in consi.1.in 1.vol.ubi limitat regulam prædictam non habere locum quando casus uerus, & casus fictus æquiparantur: quoniam tunc casus fictus continetur. Vide etiam Alex.in consi.114.col.pe.in 5.vol.vbi ponit pulchrum exemplum: si statutũ prohibet, † contrahi posse sine consensu duorum consanguineorum,non sufficere contractum fieri illis præsentibus, & tacentibus.

tacentibus. Et circa præfata uide eundem Alex.in consi.76.in eod.5.vol. & aliquid per Soci. in consi.165.in 1.vol.Salic.in l.transigere,col.3.C.de transact.Cor.in cons.69.in 3.vol.& Feli. in c.cùm dilectus,col.2. de cleric.non resid. & in c.insinuatum, de simon. Ex præcedentibus
5 potest inferri an statutum disponens† de lucro dotis,locum habeat in dote præsumpta.s.quam mulier præsumitur dare secundo viro;& dicitur eam in statuto contineri: quia est dos uera,licèt præsumptione probetur.Soc.in cons.88.in 4.vol.De qua re vide Raph. Cuma.in cõs.109. & Io.Crotum in repet.capituli Raynutius,de testa.& omninò Curtium in cons.78.

Summarium in d.l.ait prætor.§.apud Marcellum.ff.de neg.gest.

1 *Mandatum uerum Titij uel putatiuum domini non impedire actionem negociorum gestorum.*

Bar.in d.l.ait prætor.§.apud Marcellum.ff.de nego.gest.

1 Bart. in d.l.ait prætor.§.apud Marcellum,dicit,mandatum † verum Titij, uel putatiuum domini non impedire actionem negociorum,vide Soc.in cons.26.col.4.in 1.vol.

Summarium in l.si pupilli.ff.de nego.gest.

1 *Negocium ad nos pertinet duobus modis scilicèt re ipsa,uel cura,& sollicitudine.*

Bar.in l.si pupilli,in princ.ff.de neg.gest.

1 Bart. in d.l.si pupilli,in principio in primo notabili ait,negocium† ad nos pertinere duobus modis,scilicèt re ipsa,uel cura & solicitudine. Vide quid ex hoc inferat Aret. in consi.25. col.6.in quarto dubio.& in consi.155.col.5.Et dum Bar.ibidem in ultimo notabili inquit, ad hoc ut obligetur ille,ad quem negocium spectat,cura & sollicitudine necesse esse, ut eius contemplatione geratur.Vide Bal.in cons.1.col.2.in 5.vol.

Summarium in d.l.si pupilli.§.item si procuratori.ff.de nego.gest.

1 *Quando aliquis contrahit nomine alieno uel ob alterius utilitatem utrum obligetur ipse contrahens tantum an dominus,an uterque.*

Bar.in d.l.si pupilli.§.item si procuratori.ff.de nego.gest.

1 Bart. in d.l. si pupilli.§. item si procuratori, quærit quando aliquis contrahit † nomine alieno,uel ob alterius utilitatem,utrum obligetur ipse contrahens tantùm,an dominus,an uterque? Vide latissimè Soc.in consi.154.

Summarium in d.l.si pupilli.§.sed & si quis negocia.ff.de nego.gest.

1 *Ille qui gerit negocia animo deprædandi,tenetur actione gestorum negociorum.*

Bar.in d.l.si pupilli.§.sed & si quis negocia.ff.de nego.gest.

1 Bart. in d.l.si pupilli.§.sed & si quis negocia,ait,eum,qui gerit † negocia animo deprædandi,actione negociorum gestorum teneri. Et paulòpost quærit quomodo probabitur eũ deprędandi animo accessisse. Ad hoc vide aliquid apud Bar.in c.pe.in secundo not. de const. & Bal.in consi.24.col.4.in 1.vol.

Summarium in d.l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de neg.gest.

1 *Quod meo nomine gestum non est, ratum habere non possum.*
2 *An & quando ratihabitio æquiparetur mandato.*
3 *An ratificari possint gesta à procuratore reuocato.*

Bar.in d.l.si pupilli.§.sed si ego.ff.de negoc.gest.

1 Bart. in d.l.si pupilli.§. sed si ego,in 1.not.ait,quod meo nomine † gestum non est, ratum habere

habere non possum. Hoc idem ait Bar.in l.j.C.qui admit.& in l.j.§.sed si is.ff. de ui & ui arm. & hac ratione ego audiui à Curtio iuniori se obtinuisse in contingentia facti contra quosdam duces,qui spoliati fuerant à quibusdam Papiensibus in ciuitate Papiæ, & ideò petebāt ciuitatem condemnari debere,eò quod cum huiusmodi maleficium non uindicasset,videretur illud ratū habuisse.& ipse ex prædictis obtinuit: quia ciuitas ratum habere nō poterat,quod suo nomine gestum non erat. Et ad prædicta uide Alex.in consi. 58.in 1.vol.& in cōsi.69. propè fi.in 3.vol. Aret.in consi.165.col.5.& omninò in col.pen.limita prædictam regulam, vt procedat quo ad commodum meum,quia ratum habere non possum,quod meo nomine gestum nō est, alioqui uerò quò ad præiudicium meum.Bar.in l.si fundus.§.1.ff.de pign.tradit Ant.de Fano in tracta.
2 de pignorib.& hypot.in 4.membro secundæ par.princip.nu.56. & an & quando ratihabitio † æquiparetur mandato,vide Fulg.in cons.154.& ex præcedentib.infertur,actum nomine meo gestum,quem ego ratum habui,dici esse meum.Soc.in cons.158.sed huiusmodi ratihabitio locum non habet,nisi res sit integra,secundum Alex.in cons.110.in 1.volu.& in cons.343.in lib. primi & secundi vol.Et quid ex hoc inferatur,vide apud Dec.in l.contractus.nu.25.ff. de reg. iur.& ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, hæc est regula quæ tñ fallit in multis casib.vt per Feli.in c.sicut tuis,nu.7.de simon.& Soc.in cons.126.in 4.vol. Attende etiam in re proposita ratihabitionem,& retrotrahi, & fieri posse de gestis ab habēte generale mandatum, quamuis in illis speciale mandatum exigeretur,secundum Alex.not.in cons.78.col.4.& 5.in 5. vol.& in cons.26.in 6.vol.in quib.locis limitat hoc non habere locum in trib.casibus. Et primò quando ex hmōi ratihabitione auferretur ius illi quæsitum,contra quē fit ratihabitio. vt ait gl. in c.ratihabitionem,de reg.iur.in 6.dum citat tex.in c.ex parte decani,de rescrip.Item non habet locum in quocunq; casu,in quo cessat æquitas. & ratio est,quia ratihabitio æquiparat̄ mandato per fictionem,sed fictio nunquam habet locum ubi cessat æquitas, vt ait Bart.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.igitur.&c. Secundò non habet locum ubi tempore quo fit huiusmodi ratihabitio,ille non potuisset actum illum facere.tex.est sing.in l.bonorum.ff.rem rat.haber. Tertiò non habet locum quando res non est integra,vt prædixi,& in eo statu in quo erat,quando actus ab initio fuit gestus.hęc Alex.in d.consilijs.& multa scitu digna in materia ratihabitionis habentur apud Feli.in §.sunt & alij.col.2.& 3.de rescr.quem uideas semper.An aūt ratifica
3 ri † possint gesta à procuratore reuocato,vel falsō procuratore? Vide Feli.in d.c.ex par.decani. nu.50.eod.tit.de rescri.& omninò in c.causam,nu.2.de iudic.sed nunquid actus,qui nullius est roboris & momenti ratificari possit?Respon.duas esse ratihabitionis species: vna est qñ ratum habeo,quod meo nomine, & rite gestum est, & ista ratihabitio retrotrahitur ad tempus actus gesti,& potest fieri ēt parte absente,& non dicitur nouus actus. Altera est qñ ratificatur actus nulliter gestus,& ista ratihabitio ualida est, sed non retrotrahitur.& dr̄ nouus actus, in quo eadem solennitas requiritur,quæ iam inde ab initio in actu nouo exigebatur. hæc Areti.in consi. 127.Bart.in l.hr̄des palàm.§.sed quid post.ff.de testa.& Soc.in cons.92.col.6. in 3.vol.& qūo, quando,& in quibus casibus ratihabitio fieri possit,& de illius uiribus & ualiditate, vide plenè per Dec.in l.semper qui non prohibet.ff.de regul.iur.ad quem semper recurre.

Summarium in d.l.si pupilli.§.si Titij.ff.de negoc.gest.

1 *Vbi impensa est necessaria & tunc siue dominus ratum haberet, siue non, potest negociorum gestorum actione conueniri, quæ ad dominum pertinet reipsa.*

Bar.in d.l.si pupilli.§.si Titij.ff.de neg.gest.

1 BART. in d.l.si pupilli.§.si Titij,ait,vbi impensa † est necessaria,ut quia alioqui res esset tempore peritura. & tunc siue dominus ratum haberet,siue non,potest negociorū gestorum actione conueniri,quæ ad dominum pertinet reipsa. Vide ad hoc Barb.in cons.71.col.2. & sequ.in 4.vol.& in cons.46.in primo dub.eod.uolu.

Summarium in d.l.si pupilli.§.item quæritur.ff.de neg.gest.

1 *Ratihabitionem nihil operari circa productionem actionis negociorum gestorum.*

De negocijs gestis.

Bar.in d.l.si pupilli.§.item quæritur.ff.de neg.gest.

1 Bart. in §.item quæritur.eiusdem l.ait ratihabitionem † nihil operari circa productionem actionis negociorum gestorum,sed tantùm hoc facere,vt negocium, quod alioqui meum non erat,meum efficiatur.Vide Aret.in cons.128.colu.j.& dum Bart.in d.§.in fi.ait, negocium dici meum naturali ratione.vt si tu consanguineum meũ ab hostib. redemisti,ad quem redimendũ ego tenebar naturali rõne,vide Barb.in cons.71.col.2.in 4.vol.& in cons.46.in 1.dub.co.uol.

Summarium in d.l.si pupilli.§.uideamus.ff. de nego. gest.

1 *Nemo sine actione experitur.*

Bar.in d.l.si pupilli.§.uideamus.ff.de neg.gest.

1 Bart. in ead.l.§.videamus.versi.venio ad versiculum quãquam,ait neminem† sine actione experiri. De hac regula uide Bar.in l.absentem,col.2.ff.de pœn.vbi habetur an sententia ua leat sine actione legitima præcedente. De qua re uide Soc.in consi.26.in 1.volum.& omninò Aret.in consi.85.colum.2.ubi not. distinguit; Aut iudici, ut iudici constat nullam competere actionem,& sententia est nullius momenti. Aut non constat,& tunc ualida est,per text.in l.posthumus.§.sed & si quis.ff.de inoff.testam.& uide Bald.in l.ij.colu.fi.C.de re iudic.licèt Pau.de Castr.in l.j in princi.ff.ad Trebell.indistinctè dicat,sententiam non ualere. & quæ exceptiones contra sententiam opponi possunt,uide plenè in tract.Io.Mon.nuncupato, Defensorium iuris. §.contra sententiam.vide ẽt Inno.in trac.exceptionum,in tit.de exceptionib.contra sententiã.

Summarium in l. si autem.§.item si fundum.ff. de nego. gest.

1 *Obreptionem esse quando aliquis ut procurator alicuius petit & consequitur,cum non sit procurator.*

Bar.in l.si autem.§.item si fundum.ff.de neg.gest.

1 Bart. in l.si autem.§.item si fundum,colligit ex isto text.obreptionem † esse, quando aliquis ut procurator alicuius petit & consequitur,cùm non sit procurator. Quot modis dicatur quis falsus procurator,tradit Bal.in l.falsus.C.de fur.Feli.in c.ex parte decani. nu.3. & in c.fin & alij.nu.32.de rescri.Et an pœna falsi teneatur,uide Ang.in d.l.falsus, colu.2.C.de fur.Quid si quis gerat se in iudicio tanquã alicuius procurator illo sciente & patiente,utrum ex tacito consensu illum procuratorem constituere uideatur: vide plenè apud Alex.in repet.l.sæpe.ff.de re iudic.& Felin.in d.c.ex parte decani.nu.16.

Summarium in d.l. si autem.§. si quocunque.ff. de nego. gest.

1 *Compensatio tollit actionem ipso iure.*

Bart.in d.l. si autem.§. si quocunque.ff.de neg.gest.

1 Bart. in d.l.§. si quocunque, ait, compensationem † tollere actionem ipso iure. vide Feli. in c.suborta,col.2.& seq.de re iud.& Paul.de Castr.in consi.325.col.2. & in hac re scias compensationem communiter non fieri ipso iure, sed facto hominis. Soci.in cons.17.in 3.vol.Sed
* compensatio fit ipso iure quò ad impediendum cursum usurarum.glo. est * comm. appro.in l. si constat.C.de compes.tradit Soci.in cons.99.col.2.in 1.uol.Item fit compensatio cum debito necessario quò ad legata, alioqui uerò quò ad donationes inter uiuos. & aliqua alia ad rem facientia tradit Soc.in consi.93.col.pen.in 1.uol.

Summarium in l. Pomponius.ff. de negoc. gest.

1 *Quæ ex mera alicuius uoluntate pendent, fieri possunt etiam absente parte.*
2 *An & quando aliquis possit uenire contra id, quod semel ei placuit.*
3 *Quomodò negocium utiliter gestum debet pro rato haberi apud iudicem.*

Bar.

Bart. in l.Pomponius.ff. de neg. gest.

BART. in d.l.Pomponius,colu. 3.versic.Item ex eo, quod pendet, colligit ea, quæ ex me-
1 ra alicuius uoluntate † pendent, fieri posse etiam absente parte. Ex hoc infert Bart.in authen. sacramenta puberum,colu. 2.versic. Nota significationem.C.si aduers. uendit. contractum puberis iuramento firmatum,habere locum,etiam si pubes iurasset absente parte de non contraueniendo ipsi contractui: licèt Ias.ibi col. 19.versi.sum in tertia,contrarium sentiat. & ad prædicta faciunt trad. per Alexand. in l.qui in aliena.§. fin.ff.de acquiren.hæred. vide Feli. in cap. cum M.Ferrarien.col. 15.de constitu.Barb.in consi. 18.colu. 2.in primo volu.& Aret.in consi. 128.colum. 2.& seqn.

2 Bart.in d.l.Pomponius,col. 6.uersic.circa hoc glo.tradit,an & quando aliquis † possit uenire contra id,quod semel ei placuit,& econtrà quãdo aliquis approbare possit,quod semel reprobauit. De hac re,an & quando aliquis possit factum suum oppugnare,uide doct. in l.post mortem.ff.de adopt.Abb.& alios in c.nosti,de elect.in c.diuersis,de cleric.coniug. & in c.veniens, de fil.presbyt.& ubicunque de periculo animæ ageretur, potest aliquis uenire contra confessionem propriam etiam iuramento firmatam.Feli.in rubr.de sponsal.col.pen.uersi. vndecimò licet.Circa illud uerò an aliquis possit approbare quod semel oppugnauit,vide trad.in c.ex eo, de reg.iur.in 6.& quamuis regula sit,quòd non,tamen limitatur multis modis, vt per Bar.in l. per legatum.ff.de his quib.vt indig.& latè per Feli.in c.capitulum.nu.22.de rescript.vbi ponit octo limitationes ad prædictam regulam.vide etiã Feli.omninò in c.examinata, col. 2.de iudi.

3 Bar.in ead.l.col. 7.uersic. venio aduersiculum Quemadmodum, tradit qũo negociũ † utiliter gestum debet pro rato haberi apud iudicem,vide ad hoc Soc.in cons. 126.in 4.vol.

Summarium in l. sed an ultrò. §. his autem. ff. de neg. gest.

4 *Sufficere negocium utiliter gestum esse respectu dominij, licèt effectum utilem non habuerit.*

Bar.in l.sed an ultrò.§. is autem.ff.de negoc. gest.

1 BART. in d.§.is autem,colligit in summa, sufficere negocium † utiliter gestum esse respectu domini, licèt effectum utilem non habuerit. vide ad declarationem huius rei Alex. in l.sæpe.colu. 25.ff.de re iudic.

Summarium in l. si negocia.ff. de neg. gest.

1 *Negociorum gestor tenetur de dolo & culpa.*

Bar. in l.si negocia.ff.de negoc.gest.

1 BART. in d.l.si negocia, ait negociorum † gestorem teneri de dolo & culpa. & dum ibi infertur ad quæstionẽ de equo dimisso in pascuis,an & quando dimittens teneatur,uide Corn. in consi.28.in 3.volu.

Summarium in l. Pomponius. lib. 26. ff. de negoc. gest.

1 *Vbi unus est quasi contractus, inspicitur initium, vbi uerò sunt plures, cuiusque per se inspici solet.*

Bar.in d.l.Pomponius lib. 26.ff.de neg. gest.

1 BART. ex d.l.Pomponius, ita colligit, ubi unus est quasi † contractus, inspicitur initium; ubi uerò sunt plures,cuiusque per se initium inspici solet. Attende tu illum tex. diligenter,ibi, nisi ab initio,ex quo habetur,ubi aliquis incipit uno animo aliquid agere, deinde alio animo agit,dicuntur plura negocia. & propterea ille tex. hoc modo facit optimè ad illam not.decisionem Bar.in l.ij.ff.de priuat.delic.ubi ait,si aliquis animo uulnerandi uulnerat aliquẽ, deinde ex superueniẽtibus uerbis illum occidit,eum teneri de uulnerato,& de occiso. quod documentũ

est perpetuò menti tenendum: quoniam iste de homicidio facto ex proposito condemnari nõ posset: nam propositum fuit quò ad uulnera duntaxàt, non autem quò ad mortem.

Summarium in l.eum actum.ff. de negoc. gest.

1 *Seruus qui factus est liber, non tenetur de ante gestis.*

Bar. in l.eum actum.ff.de neg. gest.

1 BART. in d.l.eum actum, ait, seruum, † qui factus est liber non teneri de antegestis. Vide in simili casu trad. per Dec. in c.quanto in tertio notabili. de iudic. & dum ibi paulò post agit Bar. quæ dicuntur esse negocia connexa, & quæ separabilia. Vide Imol. in cons. 139. & dum ibi in fi. tradit Bart. si probatum est, aliquem gessisse negocia in seruitute & in libertate, non tamen apparet distinctè ferendam esse absolutionis sententiam. vide Ang. in consi. 155. in secundo dubio. & Ias. in rubrica. C. qui admit. col. 2. nu. 6.

Summarium in l. at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest.

1 *An per famam publicam dominium probari possit.*
2 *Quomodò fama probari debeat.*
3 *Quando factum dicatur esse antiquum, & quando non.*
4 *An in causa euictionis teneatur aliquis respondere positionibus factis super dominio euincentis.*

Bar. in l.at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest.

1 BART. in d.§. cùm me absente, tradit, an per famam † publicam dominium probari possit? Attende circa hoc Bar. documentum, quoniam in primis quærendum est, quomodò fama publica probari possit. Et quoniam difficilis est probationis, ideò inquit Soc. in consi. 54. col. pen. in 3. vol. si multi testes deponunt se publicè ita dici audiuisse, talis fama dicitur esse sufficienter probata, tamen Alex. in consi. 83. in 3. volu. ad hoc ut fama probetur, debere testes nominare aliquos, à quibus ita publicè dici audiuerunt, licèt posteà dicant etiam ab alijs, de quibus non recordantur. vide etiam Alex. in consi. 159. col. pen. in 5. vol. & in cõsi. 101. in fin.

2 Et quomodò fama † probari debeat, vide Alex. in consi. 19. In causa appellationis, in 4. colu. mninò Feli. in c. cùm oporteat, nu. 18. de accusat. An autem dominium sola fama probetur de qua re agit Bar. vide Barb. in consi. 41. & in consi. 50. col. 4. in 1. uol. & in consi. 6. col. 6. cũsq. & in cons. 8. col. 2. in 2. uol. & in cons. 18. col. 25. eod. uol. & in cons. 70. col. 2. eod. uol. Roman consi. 127. & in consi. 424. colu. 2. & Aret. in consi. 15. colu. 3. & in cons. 37. & in cons. 42. & in consi. 103. in 1. dubio. Alex. in cõsi. 146. Videretur inspectis, in lib. in quo primi & secundi uol. consilia continentur, & in consi. 70. In causa uertente, in 3. vol. & in consi. 24. col. fin. in 5. volu. vbi habetur, famam probare dominium in antiquis. idem tradit Alex. in d. cons. 83. in 3. uol. & hoc probationis genus sufficit secundum aliquos in factis excedentibus 40. annos. Alex. in cõs. 116. col. fi. in 5. vol. vel saltem. l. quia hodie uita hominis breuior est, quàm esse solebat. & ideò non militat hoc tempore illa præsumptio, quemcunque præsumi uiuere usque ad centum an-

3 nos. Hæc ait Alex. in cons. 90. in 6. vol. ubi tandem concludit, qñ factum† dicatur esse antiquũ, & non, hoc totum in arbitrio iudicis residere. de qua re uide Dec. in cõs. 428. & plenissimè Felin. in c. veniens, de testi. & Curt. in consi. 82. nu. 2. & ad præfata. vide Ias. in l. cùm aliquis. col. 3. C. de iure delib. & Soc. in consi. 86. & in consi. 89. & in consil. 186. & fama probari dominium & iurisdictionem in antiquissimis tradit Soc. in consi. 187. in 1. uol. & Alex. in consi. 101. colu. 5. in 7. volu. Accedat ad prædicta, famam, quòd aliquis fuit in possessione alicuius rei, probare malam fidem noui possessoris, & ideo præscriptio impeditur. Soc. in d. cons. 187.

4 Bar. in d.§. cùm me absente, tradit, nunquid in causa euictionis † teneatur aliquis respondere positionibus factis super dominio euincentis, quia si negat, cogitur deierare, si verò affirmat, sibi ipsi præiudicat. vide Corn. in consi. 161. colu. 16. in 4. volumine. & dum ibi in fin. ait Bart. licèt

licèt stipulatio, vel actio ex empto, uel pro euictione non committatur nisi in re petita, & reliqua, vt ibi per eum. Vide Alex. in consi. 4. in 3. vol.

Summarium in d.l. at qui natura. §. non tantùm. ff. de neg. gest.

1 *Mulieri soluto matrimonio ratione dotis ab hæredibus uiri usuras præstari non debere.*

Bar. in d.l. at qui natura. §. non tantùm. ff. de neg. gest.

1 BART. in ead. l. §. non tantùm, ait, mulieri † soluto matrimonio ratione dotis ab hęredibus uiri usuras præstari nõ debere: quia sunt usuræ prohibitæ. Vide tu de hac re Alex. in consi. 26. col. 2. in 4. uol. in consi. 74. in 5. vol. in consi. 31. & in cons. 200. in 6. volu. Ang. in l. Titia. ff. sol. matri. Rom. in consi. 454. in fin. Soc. in consi. 88. & in consi. 103. in 4. volu. Abb. in consi. 38. co
* lum. fin. in 2. uolu. & Crauet. in consi. 79. nu. 3. sic etiam * communiter in hanc sententiam itum est, ut mulier non possit pecunias dotales deponere, & ex eis lucrum percipere sine periculo damni; quia est usura. Soc. qui ait hanc esse communem opin. in consi. 111. in tertio uolumine. id quod est contra abusum quendam, quem multoties uidi: putant enim multi, dotem esse usque adeò priuilegiatam, vt ex ea usuræ percipi possint, sed malè sentiunt. Vide ad prædicta Crauet. in cons. 89.

Summarium in l. nam & Seruius. ff. de negoc. gest.

1 *Si aliquis fuit datus in obsidem ab aliquo, & propterea oportuit eum soluere pecuniam vt se ab illa captiuitate redimeret, poterit eam repetere ab eo.*
2 *Carceratus tenetur ratam habere uenditionem eorum, quæ pro redimenda eius captiuitate, uendita sunt.*

Bar. in l. nam & Seruius, in princ. ff. de nego. gest.

1 BART. in d. l. nam & Seruius, in princ. si aliquis fuit datus in obsidem † ab aliquo, & propterea oportuit eum soluere pecuniam ut se redimeret ab illa captiuitate, poterit eam repetere ab eo. vide Feli. in c. significauit, in 3. notabili de Iudæ. vbi ex ijs infert, eum, qui soluit pecuniam pro redimendo aliquem à captiuitate, posse eam repetere, etiam si ille hoc expresè prohibuisset, & contra expressam illius uoluntatẽ soluisset. idem ait Dec. in consi. 691. vbi hoc docuit etiam in multis alijs similibus expresis. & de hac re uide plenè eundem Dec. in l. inuito. ff. de reg. iur. cum ibi addit. Vide etiam ad hæc Bal. in c. ex rescripto, de iureiur. col. j. in c. sciscitatus, de rescrip. & in rubr. de his quæ ui met. cau. col. 4. & pro hoc Bartoli documento uide tex. & ibi Alex. in l. iij. §. fi. ff. de cond. ob cau. & Abb. in cons. 69. in 1. vol. & in consi. 21. in 2. vol. &
2 omninò Raph. Cuma. in cons. 81. vbi ait, carceratum † teneri ratam habere uenditionem eorũ, quæ pro redimenda eius captiuitate uendita sunt. Et dum ibi in d. loco Bart. infert ad aliam quæsti. Si aliquis est captus in ciuitate ista pro repręsalijs concesis propter factum sui communis, vel alicuius personæ, vt possit repetere ab eis, vide Doct. in l. ij. §. fi. ff. de uerb. obli. ubi limit. quando iustè fuit exactus. Et dum ibi paulò post. Bart. agit de capto, qui aufugit, & alij soluunt pro eo, an sit locus repetitioni: vide Abb. in consi. 7. col. 2. in 1. dubio. in secundo uol. & in cõs. 49. colu. 3. eod. uolu.

Summarium in d.l. nam & Seruius. §. mandato. ff. de neg. gest.

1 *Ille qui gessit negocium per alium tenetur ad interesse, si imprudenter illum elegit.*
2 *Vbi aliquis ad aliquod officium elegitur, ex quo is electioni de se factæ consentit, censetur fateri se esse peritum & idoneum.*

Bar. in d.l. nam & Seruius. §. mandato. ff. de nego. gest.

1 BART. in d.l. nam & Seruius §. mandato, ait, eum, qui gesit † negocium per alium, teneri ad interesse si imprudenter illum elegit. Vide Rom. in consi. 414. in tertio dubio. Ad rem faciunt, quæ habentur communiter apud glo. & docto. in l. ij. ff. quod quisque uir. vbi traditum

est, imperitiam assessoris electi à magistratu nō excusare magistratum, quominùs faciat litem suam. Sed prædicta limitari possunt, vt non habeant locum quando electus fuit uir approbatus,& in similibus expertus, & ad quem communiter recursus habebatur: quia tunc eligens excusatur,secundum Ang.in l.terminato.C.de fruct.& liti.expens. Salic.in l.fi.C.de pœn.iudic. qui malè iudic.& Alex.in consi.19.col.fi.in 7.volu.vbi multa affert ad rem hanc facientia. Attende tamen, quòd vbi aliquis ad aliquod officium † eligitur, ex quo is electioni de se factæ consentit,censetur fateri se esse peritum,& idoneum: proinde si non est talis,tenetur de imperitia propter illum tacitum consensum,secundum glo.not.in d.l.ij.ff.quod quisque uir. & propterea fortè in re proposita dici posset,etiam si malè eligens teneatur,tamen posse repetere ab electo damnum,& interesse, quod ipse ob illius imperitiam passus est.

2

Summarium in l. siue.ff.de nego. gest.

1 *Ex quo aliquis puniri debet, præmium consequi non debet.*
2 *Pœna & præmium quandoque ex eodem facto oriuntur.*

Bar.in l.siue.ff.de negoc. gest.

1 BART. in d.l.siue, colligit ex isto tex.ex eo, ex quo aliquis puniri † debet, præmium consequi non debere. Vide glo.not.& ibi Barb.in c.dilectus.j. de rescrip. & Feli.in cap.dilectus.1 eodem tit.nu.5.vbi multa ponit exempla. sed hic fortè dici posset, hoc locum habere quando præmium principaliter ei daretur,alioqui uerò si in consequentiam,vt in simili casu aiunt doc in l.quod fauore.C.de legi.& ad prædicta uide Felin.in c.intelleximus,in princ.& quæ posui in
2 Barto.in l.item in potestate.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur. nu.3. & quòd pœna † & præmium quandoque ex eodem facto oriātur,docuit glo.& Bar.in l.decreto.ff.de suspect.tutor. Ad precedens autem Bartoli documentum faciunt trad.per eundem Bar.in l.tutela legitima.§.1.ff.de legit tut.vbi inquit, delictum nunquam immunitatem tribuere delinquenti. & ideò infen, si alicui datum esset onus intuitu honoris eidem iniuncti, si is propter delictum honore priuatur, eum tamen propterea onere non priuari. ad hæc accedunt tradita per Feli. in c.dilectus,2.nu 5.cum seq.de rescrip.& in c.intelleximus,de iudic.

Summarium in l. si ego.ff.de nego. gest.

1 *Solutione facta gestori soluentem non liberari, nec dominium acquiri creditori, nisi ratihabitione secuta.*

Bar.in l.si ego.ff.de neg. gest.

1 BART. in d.l.si ego,colligit in summa, solutione † facta gestori soluentem nō liberari, nec dominium acquiri creditori,nisi ratihabitione secuta. Vide Aret.in consi.95.colu. fin.Alexan. in consi.184.columna fin.in 5.volu.vbi ponit exemplum. Curt.latè in consil.48. colum.15.& Paul.de Castr.in consi.81.colum.3. Et dum Bart.in d.l.si ego,tradit an ubi aliquis soluit uni ut daret alteri, possit istud mandatum reuocare; vide Barb.in consi.89.colu.9.in 3.volu.& dum posteà Bart.remittit se ad glo. in d.l.si ego, attende glo.illam, dum ait, eum qui permittit labi tempus infra quod debet aliquid petere,censeri repudiare illud,vide Soci.in consi.63.col.3.in 1.volu.& in consi.16.in 4.volu.

Summarium in l.cum alicui.ff. de neg.gest.

1 *Si potestas ciuitatis condemnat aliquem in publicatione bonorum & destructione domorum, & in istis bonis sit turris communis cum alio, & potestas commisit officiali vt turrim diuideret & destrueret, an ualeat talis diuisio.*

Bar.in l.cùm alicui.ff.de neg.gest.

1 BART. in d.l.cùm alicui,in fi.ponit quæstionem: si potestas† ciuitatis cōdemnat aliquem in pu-

in publicatione bonorum,& destructione domorum,& in istis bonis sit turris communis cum alio,& potestas commisit officiali, vt turrim diuideret & destrueret, an ualeat talis diuisio? & tenet eam ualere. Vide Ang. de Aret. in tract. maleficiorum, in glo. Et eius bona publicamus, col. 4. Sed quid si domus esset communis, & ille qui maleficium commisit habet partem inferiorem, nunquid illa pars sit destruenda contradicente domino partis superioris? Vide Bartol. Brixien. in tract. quæstionum dominicalium, in 43. q.

Summarium in l. ex duobus. ff. de nego. gest.

1 *Negociorum gestor expensas uoluntarias repetere non potest.*

Bar. in l. ex duobus. in princ. ff. de neg. gest.

1 BART. in d. l. ex duobus, in princip. colligit in summa, negociorum † gestorem expensas voluntarias repetere non posse. Vide Rom. in consi. 413. colu. 3. & in consi. 426. vbi loquitur in socio, in fi. & Soc. in cons. 26.

Summarium in d. l. ex duobus. §. Titium. ff. de nego. gest.

1 *Expensæ factæ intuitu pietatis repeti non possunt.*
2 *Frater post mortem patris an possit à fratribus petere ut communibus expensis doctoretur, quando pater uiuens similes fecit expensas pro fratre.*
3 *Alimenta uxori præstita à marito, qui non habuit dotem, an possint repeti.*

Bar. in d. l. ex duobus. §. Titium. ff. de negoc. gest.

1 BART. in d. §. Titium, ait, expensas † factas intuitu pietatis repeti non posse. Subinde quærit quomodò probabitur expensas huiusmodi factas fuisse pietatis causa. Vide eundem Bar. in l. si paterno. C. de nego. gest. & in l. Nesennius, infrà hoc eod. tit. Abb. in c. 1. de inf. & langu. expos. Alex. in cons. 143. in fi. in 2. volu. vbi loquitur de expensis factis à patruo pro nepote. & in cons. 110. in 7. vol. & Dec. in cons. 21. nu. 7. vbi loquitur de expensis factis à fratre. & ait fratrē in dubio censeri expensas facere animo repetendi. & hoc locum habet etiam si frater fratrem ab hostibus captū redimeret: quia præsumitur id fecisse animo repetendi. Dec. in consi. 628.
2 Nunquid autem frater † post mortem patris possit à fratribus petere, vt communibus expensis doctoretur, quando pater uiuens similes fecit expensas pro fratre? & dicas eum non posse hoc petere. glo. est. not. in l. qui originem. ff. de muner. & honor. quam extollit Paul. de Castr. in suo singu. nu. 7. Tamen frater tenetur fratrem egenum alere, secundum glo. in l. si quis à liberis. & ibi Bart. ff. de liber. agno. quam ad hoc citat Paul. de Castr. in singul. 5. & l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. Alber. in tract. de testi. in princip. post numerum 13. Immo frater tenetur in casu indigentiæ alere fratrem etiam malè merentem respectu patris, neq; pater potest hoc prohibere: quia esset contra ius naturale. Cæpol. in caute. 247. Sed circa prædicta quæritur, quid
3 de alimentis † uxori præstitis à marito, qui non habuit dotem, vtrū præstita esse censeantur animo repetendi, an non? Abb. in cons. 85. in 2. vol. ait, ea repeti non posse, quando maritus protestatus non fuit, se illa eo animo præstitisse. Quid si aliquis præbuit alimenta ei, quem putabat esse filium suum cùm non esset, an huiusmodi expensas à filio putatiuo, vel ab eo, qui uerus est pater, consequi possit? Bar. in l. j. §. competit. ff. si mul. uentr. nom.

Summarium in l. qui aliena. §. uno defendente. ff. de nego. gest.

1 *Expensæ factæ ab uno ex socijs in causa seruitutis prædij communis ab alio socio repeti possunt actione negociorum gestorum.*
2 *Sententiam prædio dari, & sic pronunciari, prædium seruire, uel prædio seruitutem deberi.*

Bar. in l. qui aliena. §. vno defendente. ff. de neg. gest.

1 BART in d. §. vno defendente, colligit in summa, expensas factas † ab uno ex socijs in causa

seruitutis prædij communis, ab alio socio repeti posse actione negociorum gestorum. Adde quòd expensæ factæ ab aliquo pro conseruanda re obligata, non solùm reperi possunt, sed etiã debet ille, qui eas fecit, cæteris creditoribus anterioribus præferri. l. interdum. ff. qui poti. in pign. hab. tradit. Ant. de Fano in tract. de pignoribus & hypothec. in 3. membro septimæ part. nu. 21. Quid si duo socij habent rem cõmunem, quæ indiget refectione, & unus uelit eam reficere, alius uerò reluctetur nolens contribuere, cautela est, vt ille suis sumptibus reficiat, & petat ab altero partem expensarum: nam si recusabit, ille post quatuor mẽses amittet partem ipsius rei ad se pertinentem, quæ reficienti applicabitur. Cæpol. in caut. 85.

2 Bar. in d. §. vno defendente, dicit ex isto tex. adnotandum esse, sententiam † prædio dari, & ideò libellum concipi posse, & pronunciari sententiam, quæ contineat, prædium seruire, vel prædio deberi seruitutem. Adde quòd per istum tex. Bar. in l. j. colum. 5. versi. quicquid. ff. de verbo. obliga. ait, fundum ipsum dici præscribere, licèt mediante domini scientia. de qua re ibi agit Ias. col. 9. versi. succesiuè.

Summarium in l. Nesennius. ff. de neg. gest.

1 *Protestatione animum protestantis declarari.*
2 *Onus alimentandi non spectare ad filium.*
3 *Extraneus qui dotat filiam, quam pater dotare tenebatur, censetur donare.*
4 *Negociorum gestorem in dubio existimari pendere de bonis illius cuius negocia gerit.*
5 *Quædam sunt personæ quibus aliquis tenetur ex necessitate.*

Bar. in l. Nesennius. ff. de negoc. gest.

1 BART. in d. l. Nesennius, in primo notabili ait, protestatione † animum protestantis declarari. vide Aret. in cons. 5. col. 1. & Barb. in cons. 41. colu. 4. in 3. vol. & quid sit protestatio, quotuplex sit, & quis sit eius effectus, & plenè quæ ad rem hanc pertinent, vide apud Bart. Alex. & alios in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nou. nunci. & in l. j. eod. tit. & multa scitu digna in materia protestationis uide apud Bald. in suis singul. in versic. Protestatio.

2 Bar. ibi paulòpost, ait, onus alimentandi † non spectare ad filium: & ideò mater præbens alimenta filio censetur habere animum repetendi. Collige ex hoc Bar. documento, quòd vbi quis facit id, quod facere non tenetur, vel ad quod alius tenebatur, dicitur facere animo repetendi. Vide Soc. in l. j. col. 7. versi. Postremò. ff. solu. matri. vbi uidetur ita intelligere. l. & ideò ff.
3 de in rem uers. Sed obst. l. vnic. §. accedit. C. de rei vxor. actio. ibi enim habetur, extraneum qui dotat filiam, quam pater dotare tenebatur, censeri donare, nisi stipuletur sibi reddi. & de hac re uide Bar. & alios in l. si quis à liberis. §. si mater. ff. de liber. agnos. & in l. alimenta. C. de nego. & quæ ibi ponam. & Alex. in consi. 110. in 7. volu. & Raph. Cuma. in cons. 87. vbi ait, alimenta præstita nepoti à patruo, qui eius negocia administrabat, repeti posse. Et dum Bar. ibi subiungit, librum rationum probare in ijs, quæ pendent à mera uoluntate nostra, vide Barb. in consi. 41. colu. 4. in 3. vol. & in cons. 46. col. 3. in 4. vol. Et an liber rationum cuiuscunque personæ fidem faciat, & an & quando edi debeat, & an in totum, an in parte, de qua agitur, sit edendus? vide plenè per Firma. in tract. de gabellis. in 4. par. num. 2. cum sequ.

4 Bar. in d. l. Nesennius, versic. Item no. quòd gestor, ait gestorem † negociorum in dubio existimari expendere de bonis illius, cuius negocia gerit. contra istam decisionem tenent Alex. Imol. & Aret. in l. j. ff. sol. matr. quos etiam ibi refert Ias. in 6. col. & vide ad hanc quæst. Roma. in cons. 8. in 2. dubio. & in cons. 255. & in cons. 426. vbi loquitur in patre, qui recepit dotem pro filio. Bal. in cons. 137. vbi loquitur in auia materna, quæ alimenta præbuit nepti, cuius bona ab auia paterna administrabantur, in 5. vol. Dec. in cons. 21. col. 4. Barba. in cons. 46. in 1. dubio. in 4. vol. & Alex. in cons. 103. col. fi. in 3. vol. & an alimenta à patre filio debeantur, qui portionem bonorum consumpsit, & alia ad rem, de qua agitur, facientia, vide apud Dec. in l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. & Barb. in cons. 46. col. 3. in 4. volu.

Bar.

5 Bar.in d.l.Nesennius,propè fi.ait,quasdam esse personas,quibus aliquis tenetur ex necessitate,& tunc ille censetur expendere de bonis proprijs,non autem de bonis illius, cui tenebatur,
* licèt protestetur: tamen Doct. * comm.in l.j.ff.sol.matr.in gl.in uoce,semper,circa.l.fi. de dot. promiss.concludunt,quòd licèt pater ad dotandam filiam diuitem teneatur, si tamen expressa patris uoluntate constaret,eum de bonis ipsius filiæ dotem præbere,intelligitur de bonis filiæ, non autem de bonis proprijs dotem præbuisse. Dum uero subiungit Bar.quid de expensis factis circa personam ex mera uoluntate,vide Aret.in cõs.160.col.2.& Soc.in consi.16.in 1. uol.

Summarium in l.qui sine usuris.ff.de nego.gest.

1 *Quæ sit differentia inter pœnam & usuram.*
2 *An & quando pœna exigi possit.*

Bar.in l.qui sine usuris.ff.de negoc.gest.

1 Bart. in d.l.qui sine usuris,tradit,quænam inter pœnam, † & usuram sit differentia. De hac re vide Ias.in l.lecta,col.3.ff.si cert.pet.Rom.in consi.204. in secundo dub. Bar.in l. ita stipulatur.§.alteri.ff.de uerbo.obligat.Item scias,quando pœna est imposita,ut pœna,tunc quandoque fit nouatio,& unum tantùm peti potest,alioqui uerò si est imposita sicut usura.Bar.in d. l.ita stipulatus,col.17.in decima oppos.ultimæ par.Hic opportunè quæri potest,an & quando pœna exigi possit,videtur dicendum pœnam legalem semper exigi posse,conuentionalem uerò non,nisi quatenus eius interest, cui promissa non fuerunt seruata. sed quæstionem scitu dignam super hac re excitat Petr.de Anch.in consi.144.Apud antiquos,& Io.Baptista Caccialu
2 pus in tract.de transact.q.15.nu.3. & 4. vbi tradit etiam an & quando † pœna exigi possit. Et ad hoc uideas Dec.in §.1.de const.& Abb.in c.dilecti, de arbitr.Non prętermitto,pœnam adie
* ctam dationi quantitatis non tenere secundum * comm.opin.legistarum & canonistarum, quoniam censetur apposita in fraudem usurarum, ut uidere est in l.cùm allegas. C. de usur. idque plenè aperuit Ambrosius de Vignate in tract. de usuris,num.91.cum sequ. Et quod usura dicatur pœna,& alia ad rem facientia,vide apud Soc.in consi.154.in 1. volu. Et usuram & pœnam æquiparari,docuit idem Soc.in cons.174.in 1.vol.

Summarium in l.soluendo.ff.de neg.gest.

1 *Inuitum & ignorantem liberari posse.*

Bar.in l.soluendo.ff.de neg.gest.

1 Bart. in d.l.soluendo, colligit in summa,inuitum † & ignorantem liberari posse, sed illi actionem auferri non posse. Vide pulchrum casum ad rem hanc pertinentem apud Petr. de Anch.in consi.285.& Soc.in consi.26.col.pen.in 1.vol.Et dum Bar. prosequitur discutiendo, an & quando in inuitum possit beneficium conferri,vide plenè Dec.in l.inuito.ff.de regul.iur. cum ibi addit. Et ad prædicta.s.in inuitum non posse beneficium conferri,adde hoc locum habere,quando aliquod ius irreuocabiliter ei acquireretur,alioqui verò, si reuocabiliter: ita docuit Ang.in §.item nobis,inst.per quas person.nob.acquir.& Dec.in l.j. C.qui admit. Et uide quæ posui supra ad Bar.in l.nam & Seruius,in principio hoc eod.tit.dum agitur de eo, qui potest soluere pro inuito, & contrarium protestante, & eum redimat à pœna corporali. Et ad prædicta faciunt trad.per Specul.in titulo de Sal.§.4.versiculo Sed quid si infirmus, & quæ tradit Roma.in consi.292. Et quis dicatur inuitus,vide Barto.in l.inuitus.C.de procurat.& in l. quæ dotis.ff.solut.matrim. Et quæ sit differentia inter inuitum,& renitentem,vide apud Feli. in c.lator,columna secunda de re iud.

Summarium in l.si communes.ff.de neg.gest.

1 *Seruus non potest defendi pro parte.*

Bar.

De calumniatoribus.

Bar.in l.si communes.ff.neg.gest.

1 Bar. in d.l.si communes,soluit contrarium.l.si cum uno.ff.si ex nox.cau.ag. vbi seruus † nõ potest defendi pro parte. & dicit,hæc ideò esse,ne sequatur inconueniens, ut aliquis possit habere pro parte seruum,& pro parte æstimationem damni. Istam sol. Bart. sequitur Ias.in l.ij. §.& harum,col.3.& in l.stipulationes non diuiduntur,col.17.& in l.in executione.§.pro parte. ff.de uerb.obligat. Sed Ruinus in §.Cato,eod.titulo,col.9.uersi. sed ad hoc, istam solutionem multis cõfutat argumentis.

Summarium in l.mandasti.ff.de neg.gest.

1 *Qui contemplatione procuratoris gerit negocium,quod spectat ad dominum solum, uigore mandati contra dominum actionem non habet.*

Bar.in l.mandasti.ff.de negoc.gest.

1 Bart. in d.l.mandasti hoc ait in summa. Qui contemplatione † procuratoris gerit negocium,quod spectat ad dominum solum,uigore mandati contra dominum actionem non habet. vide Aret.in cons.29.col.10.& Ang.in cons.322.

Summarium in Rub.& in l.primam.ff.de calumn.

1 *Quis sit calumniator.*
2 *Quis ratione magni amoris & affectionis excusatur à calumnia.*
3 *Coniecturæ excusant à pœna præsumptæ calumniæ.*
4 *An & quando calumnia purgari possit.*

Lucubrat.in rubricam.& in l.primam.ff.de calumni.

1 DE materia huius tituli,& quis sit † calumniator,& quot modis agitur de calumnia ad eam puniendam; & nunquid calumnia,& temeritas idem sint, & multa alia ad rem hanc pertinentia,vide per Bar.in l.j.C.de calumniat.& in l.j.ff. ad Turpill. & per Ias. latè in §.quadrupli.col.pen.& ult.inst.de act.vbi tradit etiam, quo sit concipiendus libellus in hac materia.de qua re tradit Ang. de malefic. col.56. versic. Quæro, super verbo, nec non ad querelam,vbi etiam aperit quomodò probetur calumnia. Et de hac re vide Bar. in l.properandum.§.finautem alterutra.C.de iudic.Et attende unum,quod non est obliuioni tradendum,
2 ratione magni amoris, † & affectionis excusatur aliquis à calumnia. quamuis enim accusator, qui non sustinet querelam, puniri debeat de calumnia,tamen hoc non habet locum, quando pater uel mater occisores filij accusarent; quia ratione affectionis magnæ à calumnia excusantur, Feli.in c.2. de calumni. & ad prædicta uide plenè trad. per Paulum Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum in titulo de calumniatoribus. Et inter cætera in re proposita scias, accusatorem,qui per unum testem probauit,excusari à calumniæ pœna,quæ à iure imponitur, non autem à speciali pœna, ad quam ipse se, nisi probauerit, obligasset. Abb.in c.cùm dilecti,
3 uersiculo tertiò oppo.de elect.Sic etiam coniecturæ † excusant à pœna præsumptæ calumniæ. tex.est not.in c.1.in fi.de elect.in 6.De calumnia uerò punitur aliquis tribus modis. Primo ex officio iudicis mercenario,& tunc pœna in sententia absolutionis est exprimenda: & ita intelligitur.l.j.C.de calumni. vel per totam illam diem,quoniam tanto tempore durat officium iudicis in accessorijs,ut habetur in c.cùm appellationibus,de appell.in 6. Secundo punitur calumniator officio iudicis nobili,& hoc fieri potest etiam diù post prolatam absolutionis sententiã, argumento l.nullum.C.de testi.tradit Bart. in l.ij.§.publico.ff.de adulter.ad rem facit glo.sing. in §.fi.2.q.1.& quod tradidit Ang.in l.illicitus.§.veritas.ff.de off.præsid. Tertio puniri potest per uiam accusationis,sicut de quolibet alio crimine. glo.& Abb.in c.1.de calumni. Casus autem exceptos in quibus potest aliquis sine metu calumniæ accusare, enarrat Abb. in capitulo 2.eod.titu. ubi etiam inquit,calumniatorem similitudine supplicij esse puniendum.& quomodò puniatur, docuit etiam Ias.in l.Et si legibus.C.si contr.ius.uel util.public. Et an & quando calumnia

4 calumnia † purgari posit, & quæ hac in re præsumptio exigatur, vide apud Iaſ. in l.iiij.§.condemnatum. ff.de re iudic. Et an calumnia ipso iure irritet transactionem an non, aperit idem Iaſ.in l.ſub prætextu.C.de transact. Et dum Bart.in l.j.§. ſed & constitutio, agit de eo qui corrumpit iudicem, uel aduersarium,& dicit ita reum, sicut actorem esse puniendum,vide Felin. in c.cùm uenerabilis,colum.5.de except.

Summarium in l.generaliter.§.si igitur.ff.de calumnia.

1 *Affectum esse puniendum,licèt non sequatur effectus.*

Bar.in l.et generaliter.§.si igitur.ff.de calumniat.

1 Bart. in d.§.si igitur,colligit in summa,affectum † esse puniendum,licèt non sequatur effectus. Adde tu Rom.in sing.328.ubi ait,textum hunc esse sing.ad probandum, quòd iudex, qui accepit pecuniam ut iustitiam non ministraret,quamuis pœniteat re integra, nihilominus est puniendus. De hac re, hoc est, quando & in quibus casibus affectus sine effectu puniri debeat, vide regulam cum fallent.apud Feli.in c.1.de præsumpt.& quæ posui ad Bart.in l.si quis uiolauerit.ff. de rer.diuis.

Summarium in l.annus.ff.de calumnia.

1 *Annum in hac action à die scientiæ computandum esse.*

Bar.in l.Annus.ff.de calumn.

1 Bart. in d.l.annus, ait in summa, annum † in hac actione à die scientiæ computandum esse. Vide Alexan.in consi.173.colum.fi.in 5.vol.

Summarium in l.omnes. ff.de in integ.restit.

1 *Causa potest esse uera & non iusta, & econtra.*

Bar.in l.omnes.ff.de in integr.rest.

1 Bart. in d.l.omnes, ait causam † esse posse ueram, & non iustam, & contrà. Adde quod ex hoc infertur, exceptiones esse in specie exprimendas: quoniam alter sciri non potest, an ueræ sint & iustæ. Vide Bald.in consi.133.colu.2.in 5.volu.& Alex. omninò in consi.28.in 1.volum.

Summarium in l.scio.ff.de in integ.resti.

1 *In his, quæ conceduntur secundum ius commune, curari de minimis, alioqui uerò in his quæ contra ius commune ex speciali priuilegio permittuntur.*

Bar.in l.scio.ff.de in integr.resti.

1 Bart. in d.l.scio,ait,in ijs,quæ conceduntur † secundum ius commune, curari de minimis, alioqui uerò in ijs, quæ contra ius commune ex speciali priuilegio permittuntur. Sed contra hoc uidetur facere text. in l.j.§. sunt qui putant. ff. ne quid flum. publ. vbi minimum damnum de iure communi non consideratur.Item quamuis propter deteriorationem emphyteota possit expelli, alioqui tamen est ubi deterioratio modica est, licèt hoc non sit contra ius commune; atque ita est contra hoc Bart.documentum. hæc habentur apud Iaſ.in authen. qui rem.C.de sacroſ. eccleſ. verſiculo limita, & in l.ij.colum.32.quæſt.42.C.de iure emphyt. Tamen pro hac regula scilicèt,ut ius commune etiam minima curet, vide text. in c. Si motu proprio,de præben.in 6.& trad.per Iaſ.in d.auth.qui rem,col.5.in glo in uerbo,potest. vbi ponit. 13.casus,in quibus unus numus consideratur.& in l.sciendum.ff.qui satisd.cog.Felin.in c. quæ in eccleſiarum,col.14. uersi.quarta declaratio,de const.vide in apostill.Alex.in rubri.ff. solut.

matri.

matr. Imol. in c. coram fœlicis, de resti. in integ. Et an & quando de minimis habeatur cura, vide plenissimè Ant. Corset. in tract. de minimis.

Summarium in l. nemo. ff. de in integ. restit.

1 *Non uidetur rem perdidisse, qui ad eam potest restitui.*

Bar. in l. nemo. ff. de in integr. restit.

1 BART. in d. l. nemo, ait in summa, non videri † rem perdidisse, qui ad eam potest restitui. ex hoc ad illam decisionem inferri potest, scilicèt, ubi res fuit uendita cum pacto redimendi, si redimitur, dicitur esse eadem res patrimonialis, quæ fuit anteà, & omnes suas retinet qualitates perinde ac si nunquam alienata fuisset: ut not. docuit Dec. in consi. 88. Et pro tenui facultate. citat Barto. in l. in diem. ff. de aqu. plu. arcen. Et idem ait Mar. Soci. iuni. in consi. 20. nu. 30. Et dum Bar. ait prædictam regulam procedere per fictionem, ut indicat uerbum, videtur, quod in d. l. nemo, positum est, vide omninò Dec. in l. qui actionem. ff. de reg iur.

Summarium in l. non solùm. ff. de in integr. rest.

1 *Beneficium restitutionis transit ad hæredes & alios successores uniuersales.*
2 *Priuilegium an & quando dicatur personale uel reale.*

Bar. in l. non solùm. ff. de in integ. rest.

1 BART. in d. l. non solum, colligit ex isto tex. beneficium † restitutionis transire ad hæredes & alios successores uniuersales. Vide Alex. in consi. 116. colum. 2. in 5. volum. & omnino Soc. in consi. 153. col. antepe. & seq. in 1. vol. & Aret. in cons. 67. col. 6. & dum ibi paulò post ait Bar. beneficium non acceptatum ad hæredes non transmitti. vide aliquid per Socin. in consi. 153. col. 4. Et quia Bar. in d. l. non solùm, opp. de priuilegio personali, Vide pro solutione eundem Bar. in l. j. col. 2. ff. de const. princip. & quæ ibi posui ad eum. Et de hac re vide Barto. in l. quæ
2 tali. ff. sol. matr. Et an & quando priuilegium † dicatur personale, uel reale, vide Alex. in cõsi. 86. in 1. vol. & Soc. in consi. 58. in 1. vol. vbi tradit an & quando transeat ad successores. & eundem Soc. in consi. 115. col. 5. eod. vol. Et dum Bar. ibi subiungit, Si minor decedit hæreditate onusta, hæredem eius petere posse restitutionem ad adeundam hæreditatem. vide Socin. in consi. 177. & Fulgos. in consi. 85.

Summarium in l. diuus. ff. de in integ. rest.

1 *Una præsumptio tollitur per aliam.*

Bar. in l. Diuus. ff. de in integr. rest.

1 BART. in d. l. Diuus, in secundo notabili ait, unam præsumptionem † tolli per aliam. Vide Aret. in consi. 38. colum. 2. vbi certa tollit incertam. & de hac re vide Bald. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Feli. in c. literas, col. 2. de præsumpt. & ibi Abb. & in c. accedens. de crimi. falsi. Quid si duæ contrariæ præsumptiones concurrunt, & una aliam non superat. Vtrum inuicem se elidant. Abb. in c. cùm inter. R. de elect. & in c. mulieri, de iureiur. & Ias. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. Et ad prædicta vide Ias. in l. si quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1. in l. quod in rerum. §. si usufructũ. & in l. licèt imperator. eod. tit. & in l. Titia. §. idem respondit. ff. de uerb. oblig. & Mar. Soc. iuni. in cons. 89. nu. 42.

Summarium in l. si. ff. de in integ. restit.

1 *Absentiarum quot sunt genera.*
2 *Absentibus causa reipublicæ multa priuilegia sunt concessa.*
3 *An absens propter delictum teneatur dimittere procuratorem in causa.*

4 *An contumax appellans audiatur.*
5 *Contumax qui à diffinitiua sententia appellare non potest, an possit appellare à condemnatione expensarum propter contumaciam facta.*
6 *Verus contumax etiam dicitur.*
7 *Contumax etiam dicitur ille, qui illicentiatus recedit à iudice.*

Bar.in l.inter minores, quæ est.l.fi.ff.de in integr.rest.

1 BART. in d.l.fi.quærit,quot sunt genera † absentiarum. Vide Felin.in cap. quoniam frequenter,in principio col.pen.ut lit.non cont.& aliquid in c.cùm Bertoldus,col. 8. de re iud. & omninò Io.Monach.in tract.nuncupato,Defensorium iuris, in §. contra sententiam. Et dum Bar.subiungit,quomodò absenti ex probabili uel necessaria causa subueniatur, vide ultra præfata Aret.in consi. 104.col. 3.& in consi. 161.col.6.Ad illud uerò,quod ibidem ait Bar.in fauo
2 rem † absentium causa reipublicæ,dicas eos multis priuilegijs perfrui,ut sunt Oratores. Et nõ solùm ipsi sed etiam eorum comites eadem priuilegia assequuntur.l.administrantes,& ibi Bar. ff.de excus.tut.sed limita hoc sing. non habere locum quando data opera huiuscemodi officia affectarunt,quoniam propter hoc non debent talibus priuilegijs gaudere: ita docuit Rom. in sing. 591.vbi tradit etiam qui sunt ij, qui ex huiusmodi affectatione absentes esse censeantur. Attende etiam,quòd licèt absentes sint fauorabiles,tamen fauorabilior est causa minoris secũdum glo.sing.in l.nec non.§. 1.ff.Quib.ex caus.minor.quæ ait regulam hanc negatiuam esse uera, vbi restitutio minori negatur,multòmagis absenti. hæc Feli.in c.cùm olim.nu. 8.& 9. de testi.Prosequitur deinde Bar.dicens,eundem fauorem deberi etiam infirmo; quæ tamen omnia intelligit,quando iudex ignorauit,alioqui si hæc impedimenta sciuisset; quia sententia esset irrita & inanis, nisi esset sententia interloquutoria de mittendo in possessionem ex primo decreto: quoniam ualida esset. Vide ad hoc Feli.in c.2.col.6.versi.Et ex hoc collige,de testi.

3 Bar.in d.l.fin.col. 3.versiculo uenio ad tertiam absentiam,tradit,an absens † propter delictum teneatur dimittere procuratorem in causa, & an & quando sit ei restitutio concedenda, vide ad hoc Ang.in consi.65.vbi ait, carceratum, qui citatus fuit pro aliquo debito, pro quo personaliter comparere non tenebatur,ita dici contumacem,si non comparet, ac si in uinculis nõ fuisset. Vide ad hoc Alex.omninò in consi.84.col. 2.in 3.volum. vbi tradit etiam an carceratus dicatur absens ex iusta & probabili causa. Et ad prædicta vide aliquid apud Abb.& Aret. in c.intelleximus, de iudic.

4 Bar.in ead.l.& ead.colu.versic.Venio ad quintam,quærit, an contumax † appellans audiatur. De hac re vide Doct.in l.ij.C.quor.appell.non recipi. Ias.in l. prætor ait.ff.de oper.nou. nunc. & in l.plerique.ff.de in ius uocan. & aliquid in l.properandum.§. sin autem.colu. 5.C.de iudic. & ibi in 2.colu.uersiculo quintò nota,limitat prædicta,scilicèt ad hoc, ut aliquis dicatur contumax,necesse esse,ut pars aduersa eius absentiam expressè accuset quò ad hoc ut contra eum tãquam contra contumacem procedi possit,alioqui uerò quò ad effectus, qui ipso iure à lege inducuntur,ut ibi per eum. & practicam procedendi cõtra contumacem uide per Abb.in c. pro ut,de dol.& contum. Multas tamen alias species contumacię enumerat idem Ias.in l.sancimus,
5 col. 2.uersi. extende.C.de iudi. Nunquid autem contumax † qui à diffinitiua sentẽtia appellare non potest, appellare possit à condemnatione expensarum proper contumaciam facta? vide Ias.in d.l.sancimus, col. 5.in 5.quæst. Et quamuis contumax communiter non audiatur appellans, an per uiam querelæ proponens iniustum grauamen à parte sibi illatum audiatur? vide
6 Abb.in c.dilectus,de sequestr.poss.& fruct.Et dum subiungit Bar.Quis dicatur † uerus contumax,aitque illum esse,qui inuentus dixit se nolle uenire. Vide Soci. in consi. 195. colu. 3.in 1. vol.Ias.in l.qui Romæ,nu. 13.ff.de uerb.oblig.Alex.in l.si mora,uersi.fallit quintò.ff.solut.matr. vide glo.in clem.unic.de dol.& contum.& quod habetur in c.sunt quorum.2.q.6.& per doct. in d.l.ij.C.quor.appell.non recip.ubi habetur huiusmodi notorium contumacem, si appellat, non esse audiendum. Immo si citatus prima uice ait se nolle uenire,non debet amplius citari,licèt

7 cèt trina citatio exigeretur. Abb.in c.consuluit,de offic.deleg.& in c.1.de iudic. Dicitur † etiã contumax ille,qui illicentiatus recedit à iudice,ut per Abb.in d.c.1.de iudic. & in l. destitisse. ff.eod.titu.quod tamen intellige, quando fuit citatus ad totam causam secundum Abb. in d.c. prout,de dol.& contum.& in c.fi.de dilat.Et quis sit uerè & propriè cõtumax, vide apud Ang. in consi.187.& in consi.206.Ad prædicta facit, quòd licèt oblatio realis exigeretur, tamen si creditor ait se nolle recipere,tunc etiam uerbalis sufficeret,ut tradit Paul.de Cast.in d.l.qui Romæ,in principio.Et verum contumacem esse illum,qui dixit se nolle uenire,vide Card. in cons. 32.in primo dubio. Et dum Bar.ibidem in pe.colu.vers.quartò quidam est fictus contumax, ait,eum,qui ad domum citatus est,dici fictum esse cõtumacem,vide Ang.in cons.186.Et quot sint species contumaciæ,docuit Ias.in l.sancimus.C.de iudic.

Summarium in rub.ff.quod met.cau.

1 *Cuius qualitatis metus esse debeat.*
2 *Metus quomodò probetur.*
3 *Quomodò sit formandus libellus in actione metus.*
4 *Licèt actus metu factus irritus sit, tamen est intelligendum quando metus à parte, non à iudice fu illatus.*
5 *Non solùm metus quem aliquis habet in se, sed etiam in filium, sufficit ad rescindendum actum.*
6 *Metus dicitur esse illatus non modò quando re ipsa fit, sed etiam quando adest suspitio.*
7 *Ea quæ propter metum non fiunt, habentur pro factis.*
8 *Metus reuerentialis an sufficiat ad actum rescindendum.*
9 *Blanditijs metum & uim inferri.*
10 *Renunciatio bene ficy metu facta, non ualet.*
11 *Sicut dolus non excusat nisi sit talis, qui caderet in prudentem uirum, ita metus non excusat nisi caderet in constantem uirum.*
12 *Actus metu factus an ratificetur si cessante metu adimpleatur.*
13 *Interuentus consanguineorum & amicorum an purget metum.*
14 *An excusetur qui aliquem metu occidit.*
15 *Exceptio metus & uiolentiæ tollitur spatio triginta annorum.*
16 *Si testator in graui infirmitate constitutus propinquorum precibus legat, huiusmodi legatum metu factum esse dicitur.*
17 *Preces importunæ factæ ab his quibus debetur reuerentia, metui æquiparantur.*

Bar.in rub.ff.quod met.cau.

BART. in d.rubrica ponit solùm uerba ipsius tituli. Tu uerò circa materiam huius tituli,attende multa, quæ hoc in loco dicere operæprecium est. Et primum cuius
1 qualitatis metus † esse debeãt,ad hoc ut ea,quæ metu facta sunt,rescindantur,docuit Ias.in §.quadrupli,col.8.& seq.insti.de action.ubi distinguit,an intentetur actio, an officiũ iudicis. Et de hac re vide Ang.in consi.215.& omninò in consi.218.col.2.Cæpol.in cautel.250. & 251.Soc.in consi.4.col.5.in 3.vol.Feli.in c.causãm matrimonij,de offi.deleg. Dec.in consi. 209.& omninò in l.in omnibus causis.ff.de regul.iur.vbi plenissimè aperit,quæ ad rem pertinent,& quæ inter masculum & fœminam sit differentia. de quo uide Ias.in l.interpositas.C.de transact.& in l.fi.uersiculo circa primum.C.de iur.& fact.ignor.& ad præfata uide Mar. Socin.
2 iuni.in cõs.77.& quomodò † probetur iste metus,habetur in locis præmemoratis,& per Fulg. not.in consi.191.& Raph.Cuma.in consi.68.& Crauet.in consi.49. & quando probetur, uel præsumatur metus legalis,vide Anch.in consi.299.& maiorem fidem habendam esse duobus testibus de metu deponentibus,quàm mille negantibus,& de libera uoluntate dicentibus,docuit Ias.in d.§.quadrupli.col.10.uersi.vltimò pro nunc.& Barb.plenè in consi.54.in 1.volu. &

in consi.

in consi.60.col.5.eod.vol.Et Ias.in d.§.quadrupli,col.11.tradit quomodò hac in re sit formãn
3 dus † libellus. de quo uide Specul.in titulo de his quæ ui met.ue cau. vbi plenè de actibus me-
tu factis traditum est. Et unum testem de metu dicentem sufficere. tradit Cæpol.in d.cautel.
150.Item scias quod nisi protestatio fiat de metu,creditur contrahentes liberè contraxisse,ne
cessaria enim est protestatio,cùm id facilè fieri possit; ita Bal.in tract.schismatis,posito in rubri
ca.C.si quis.aliq.testar.prohib. quem refert & sequitur Ias. in l.qui in aliena. §.fin. colum.79.
in glo.2.ff.de acquir.hæred.Item ibidem colum.29.in glo.in uerbo non fieri,ait, etiam si actus
4 metu † factus irritus sit uigore huius tituli,tamen hoc esse intelligendum,quando metus à par-
te,non autem à iudice fuit illatus,qui nihil iniustè agere iuris interpretatione censetur. de qua
re vide Bar.in l.creditor,in ultima quæst.ff.solut.matr.ubi tradit an solo iudicis præcepto me-
tus incutiatur,an uerò resistentia exigatur. Et metus semel factus præsumitur semper durare,
secundum Ang.in l.ad inuidiam.C.quod met.caus.quod intellige donec uiget potestas illa ter
rendi secundum Ias.in d.l.qui in aliena.§.fi.colum.8.& in d.l.interpositas. Item non solùm me-
5 tus,† quem aliquis habet in se,sed etiam in filium,sufficit ad rescindendum actum. Aret.egre
giè in consi.14.colu.12.Et idem uidetur esse etiam,quando metus esset penès cõsanguineos.
Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori,in 9.quæst.ff.de oper.nou.nunci.Feli.in c.ecclesia san-
ctæ Mariæ,nu.127.de const.Et ad præcedentia vide Barb.& Feli.in d.c.1.de offic.deleg. Hoc
5 etiam in re proposita potissimùm attende,scilicèt,metum † dici esse illatum, non modò quan-
do re ipsa fit, sed etiam quando adest suspicio, aliquem metu compelli ad aliquid faciendum.
tex.est not.in l.nouissime.§.si quis compulsus.ff.quod fals.tut.aut.& ita inquit Alexan.in consi.
98.in 3.vol.vbi habetur etiam an ex solo armorum terrore metus incutiatur. Et quid si arma
fuerunt deposita,utrum ad huc metus perseuerare existimetur,an non. Metum quoque indu-
ci ex terribili uultu alicuius potentis,docuit Dec. in c.quia quæsitum,colu.2.de offi.deleg.vbi
7 citat Bald.Et ea, quæ propter † metum non fiunt, haberi pro factis inquit Dec.in d.l. in omni
bus causis.ff.de regul.iur.illud etiam non est silentio prætereundum scilicèt metum mortis, &
metum perditionis bonorum æquiparari.Bar.in l.pen.ff.de condit.ob turp.caus.Abb.in c. Ab-
bas,de his quæ ui metus ve cau.fi.& Mar.Soc.iuni.in d.consi.77. atque ideo pro tutela bonorũ
ita licita est occisio,quemadmodum est etiam pro difendenda persona,ut latè posui ad Bar. in
8 l.ut vim.ff.de iust.& iur.nu.6.An uerò metus † reuerentialis sufficiat ad actum rescindendum,
an non,vide Ias.in d.§.quadrupli.inst.de actio.Et in l.pactum quod dotali,col.fi. C. de collat. &
Feli.in cap.1.& in cap.causam matrimonij,de offic.deleg.Et ex quibus huiusmodi metus præ-
sumatur vide sing.apud Aret.in consi.24.colum.penul.Attende unum aliud scitu dignum, sci-
9 licet blanditijs † metum & uim inferri. Abb. in d.c.Abbas. colu.1. & ideò mulier dicitur uim
passa ab eo,qui eam,uel auro,uel multis blanditijs inducit ad sibi consentiendum in actu uene-
reo.Ang.in auth.de lenon.& Paris de Puteo in tract.de ludo. nu.44. Adde ad præfata aliquem
priuari causa sua propter metum illatum à potentiore in iudicio.glo.in d.c.1.de offi. deleg. Itẽ
quamuis metus hoc solo non probetur,quòd rem uiliori pretio dedit, tamen alioqui est in ty-
10 ranno secundum Bal.in l.decernimus in fi.C.de sacros.eccl.Renunciatio † beneficij metu facta
non ualet,& idem est etiam si fieret metu propter fratrem in uinculis existentem. Dec. in c. 2.
col.3.de rescrip.vide Ias.in l.ij.C.de transact.ubi ait,idem esse,quando aliquid de facto timere-
tur. An autem matrimonia metu interueniente contracta ualeant,vide glo.& doct.in l.a diuo
Pio.ff.de rit.nupt.& Cæpol.omninò in cautel.148.& quæ pono in l.si mulier, in principio. in-
frà eod.tit.An carcer inferat metũ,dicitur in l.qui carcerem, infrà eod.titu. Item si per metum
compuli,te,ut aliquid mihi tradas,non potes intentare remedium.l.si quis à se fundum, ad leg.
Iul.de ui.vbi ponam. & vide Bal.in c.de appellationibus,de appell.ubi sub dubio ait,contra il-
las personas,contra quas non datur actio de dolo,non dari actionem quod met.cau.l. si oleum.
11 §.fi.ff.de dol.Sicut enim dolus † non excusat nisi sit talis,qui caderet in prudentem uirum, ita
metus non excusat,nisi caderet in constantem uirum. Abb.in c.cùm dilectus,de his quæ ui me-
ue cau.Quando autem princeps mandaret Iudici sub pœna,ut sententiam proferat, uel ut de-

claret confinia,non dicitur metus illatus: quoniam iste metus est bonus,ut per Dec.in cõs.42.
12 colu.4. Nunquid actus metu † factus ratificetur si cessante metu adimpleatur, uide Aret. in d.
consi.14.colum.pen.& text.not.vbi Bar.& Bald.in l.ij.C.quod met.cau.Raph.Cuma. in consi.
68.& Abb.in c.ad audientiam,de his quæ ui met.ue cau.Quid si iuramentum appositum est in
contractu facto metu interueniente? distingue,aut illi contractui lex resistebat,ut puta in mulie
re uendente rem dotalem, & tunc iuramentum non obligat. Aut lex ualiditati contractus non
refragabatur,& tunc iuramentum obligat,sed absolutio est concedenda: Abb.in c. cùm con-
tingat,de iureiur.& Ias.in auth.sacramenta puberum.C.si aduers.uendit.vbi aperit etiam,an ali
13 qua sit inter ius ciuile,& ius canonicum differentia. An autem interuentus † consanguineorũ,
& amicorum metum purget? vide non nihil scitu dignum apud Ang. in consi.215. & omnino
in consi.218.colum.2.& Ias.in l.pen.ff.de condit.ob turp. cau. ubi alia quoque docuit ad rem
hanc facientia. Illud autem in primis est attendendum,nullam speciem metus excusare aliquẽ
à peccato mortali.c.sacris,& ibi glo.& Abb.de his quæ ui met.cau.Et ibi pariter habetur, utũ
aliquis excusetur si propter metum uel propter necessitatem famis participaret cum excõm-
14 nicato. An autem excusetur qui † aliquem metu occidit,ut putà,quia ei dominus suus mortẽ
minabatur, nisi illum interficeret, eumque excusandum esse docuit Barto. in l.ij. ff.de nou.
quod de iure ciuili procedere,non autem de iure canonico affirmat Abb.in d.c.sacris. Itẽ sci
15 exceptionem † metus,& uiolentiæ tolli spacio 30.annorum,Ias.in consi.72.in 1.vol. Et quo-
plex sit metus,& quis sit iustus metus,vide trad.in l.metus.C.quot met.cau. & ad prædicta o
nia vide Abb.in c.cùm inter.R.de elect.vbi tradit etiam,an instantissimæ preces principis me
tum inducant. Denique illud perpetuò est adnotandum,si testator in graui infirmitate consi
16 tutus propinquorum † precibus legat, huiusmodi legatum metu factum esse dici: quia time
derelinqui,si negat ea,quæ petuntur. Crauet.in consi.10.col. fi. nam testamentum huiusmodi
ualde suspectum est,ut per Alex.in consi.33.in 3.vol.Soc.in cons.163.col.3.in 1.vol.& in cil.
20.in 3.vol.& in consi.28.col.fi.eod.vol.& in consi.229.ubi late agit de hac re,& in consi.52.
col.8.& seq.in 3.vol.& Dec.in consi.439.solent enim testatores in graui infirmitate constituti à cõsanguineis uexari,ut ait Bar.in extrauag.ad reprim.in uoce,nõ obst.& Soc. in cons.
17 col.3.in 3.vol.ad rem facit,quoniam preces † importunæ factæ ab ijs,quibus debetur reuerẽ
tia,metui æquiparantur quò ad rescindendum actum factum ob huiusmodi preces.Soc.in cõs.
263.col.4.in 1.uol.de qua re vide Feli.in c.1.de offi.deleg.& ideò si hæc locum habet ubi de
betur reuerentia;multò magis ubi infirmus timet derelinqui. & prædicta decisio memorabilis
potissimùm procedit,quando testator pluries recusauit uelle testari:nam si posteà testatur,cre
ditur id fecisse,ut se redimeret à uexationibus.Soc.in cons.98.col.3.in 3.vol.

Summarium in l.isti quidem.ff.quod met.cau.

1 *Pater censetur magis amare nepotes ex filijs quàm ipsos filios.*

Lucubrat.in l.isti quidem.ff.quod met.cau.

1 Quamvis Bar.in hac.l.nihil dicat,collige tamen ex glo.patrem † censeri magis amare ne-
potes ex filijs,quam ipsos filios: ita Ludouic.Bologn.in consi.49.col. antep. inter cõsilia Alex.
in 4.vol.Curt.iuni.in cõs.169.& alij quos refert,& sequitur Mari.Soc. iuni.in cons.127.nu.54.

Summarium in l.metum autem.ff.quod met.cau.

1 *Metum in hac actione probandum esse periculi instantis, non autem suspcati de futuro.*

Bar.in l.metum autem.ff.quod met.cau.

1 Bart. in d.l.metum autem colligit in summa, metum † in hac actione probandum esse
periculi instantis, non autem suspicati de futuro. sed contra hoc multa uidentur urgere, quæ
tradidit Ias.in l.ij.C.de transact.licèt de isto textu mẽtionem non faciat, & nonnulla, quæ posui

supra

suprà in præcedenti lucubra. & de materia huius.l. & quomodò probetur metus, qui cadat in constantem uirum, vltra ea, quæ in præcedenti lucubr. diximus, vide Alex. in cons. 98. & in cõs. 99. in 3. vol. & in cons. 156. viso processu, in 5. vol. & Dec. in consi. 42. in 3. dubio.

Summarium in d.l.metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cau.

1 *Populus & uniuersitas potest metum inferre, & delinquere.*

Bar. in d.l.metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cau.

1 Bart. in d.l.metum. §. animaduertendum, ait, populum, † & alias uniuersitates posse metum inferre, & delinquere. Vide Ang. in cons. 165. Et an & quando uniuersitas dicatur delinquere, & quomodò puniatur; vide Feli. in c. dilectus secundo de simon. Et ad hoc ut puniatur de delicto, necesse est, ut habito tractatu deliquerit. Feli. plenè in c. cùm omnes, de const. & omninò vide Alber. Brun. in cons. 28. & Curt. in cons. 20. nu. 43. & in cons. 21. nu. 6. An autem uniuersitas possit excommunicari; multi dixerunt quòd non, cùm non habeat animam, & ideò eã puniri non debere; quoniam pueri, mulieres & aliæ personæ punirentur, quę non deliquerunt, * tamen in contrariam sententiam communiter itum esse docuit Oldra. in cons. 65. incip. Hìc agitur de duobus, de qua re vide Feli. in c. dilect. de excep.

Summarium in d.l.metum autem. §. sed licèt. ff. quod met. cau.

1 *Licere mihi pecuniam accipere ut te à uiolentia illata liberem.*

Bar. in d.l.metum autem. §. sed licet. ff. quod met. cau.

1 Bart. in d.l.metum. §. Sed licèt, ait in summa, mihi liceret† pecuniam accipere, ut te à uiolentia illata liberem. Vide Signor. in cons. 167. col. 5. & in cons. 79. col. 3. & in consi. 162. & in cons. 245. Et dum Bar. ibi subiungit, neminem teneri alium iuuare: quia pecuniam pro hoc potest accipere. Vide Rom. in cons. 117. & in simili casu Bal. in l. j. in princip. ff. de off. præfec. vigil. Ad hæc accedant ea quæ posuimus suprà ad Bar. in l. vt uim. ff. de iust. & iur. ubi agitur, an & quando aliquis teneatur opem ferre ei, qui uim patitur.

Summarium in d.l.metum autem. §. sed quod prætor. ff. quod met. cau.

1 *Negocium non dicitur perfectum nisi secuta numeratione uel traditione.*

Bar. in d.l.metum autem. §. sed quod. ff. quod met. cau.

1 Bart. in eadem l. §. sed quod prætor, ait, negotium † non dici perfectum, nisi secuta numeratione uel traditione. Sed contra hoc uidetur esse glo. in uerbo perficere, in l. contractus. C. de fide instru. quæ ait, contractum emptionis perfectum esse statuto pretio, licèt numeratio non sequatur, tunc enim contractus adimpletur, & perfectum esse dicitur id, quod ex qualibet sui parte constat. l. j. ff. de orig. iur.

Summarium in l. extat. ff. quod met. cau.

1 *Creditor qui per uim abstulit rem uel pecuniam, ammittit omne ius, quod habet in re.*

Bar. in l. extat. ff. quod met. cau.

1 Bart. in d.l.extat, ait, creditorem, † qui per uim abstulit rem uel pecuniam, amittere omne ius, quod habet in re. Vide Feli. in c. 1. nu. 26. de iudic. vbi tradit, an & quando, creditor possit debitorem capere uel ei res aufferre, & ijs similia facere. Quid si aliquis est creditor uerè, sed creditum probare non potest, utrum possit quocunque modo bona debitoris accipere? idq; fieri posse ait Alex. in cons. 125. col. 2. in 4. volu. citat Innoc. in c. quia plerique, de immun. eccl. quem extollit Bal. in l. j. C. de test.

Quod metus causa.

Summarium in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau.

1 *Actio quod metus causa, est arbitraria.*
2 *Sententia diffinitiua est illa, quæ negocium principale decidit.*
3 *Ab executione facta appellari non potest, sed à pronunciatione de exequendo.*

Bar. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau.

1 BART. in d. §. hæc autem actio, dicit in summa, hanc actionem † esse arbitrariam, & ideo iudex non restituentem, quod eum restituere oportebat, post primam sententiam condemnat in quadruplum. Circa istum. §. vide Ias. in §. quadrupli, colu. 7. versic. in ea glo. instit. de action. vbi refert & sequitur ferè omnia, quæ hic habentur per Bar. & ponit etiam aliqua ibi in 2. col. & dum Bar. subiungit, quomodò in huiusmodi actione sit formandus libellus, vide quæ posui
2 suprà in rubri. Posteà Bar. tradit, sententiam † diffinitiuam esse illam, quæ negocium principale decidit. ad quod uide omninò Alex. in consi. 192. Visis actis, nu. 9. cum seq. in libro primi & secundi vol. Attende tamen sententiam uim habere diffinitiuæ etiam si totum negocium non diffiniat, sed tantùm partem substantialem, vt not. dixit Bal. in l. j. C. quand. prouoc. non est necess. versic. decimò quæro nunquid. vbi citat tex. sing. in l. intra utile. ff. de minor. Alex. in cõs. 182. in 6. vol. & quæ dicatur merè & purè diffinitiua sententia, vide apud Ias. in l. Imperium col. 3. vers. ex prima. ff. de iurisd. omn. iudic.
3 Bar. in dicto §. hæc autem actio, propè finem ait, ab executione † facta appellari non posse, sed à pronunciatione de exequendo, & tangit trad. in l. ab executione. ff. de appellatio. Vide Felin. in cap. quò ad consultationem, colu. 9. de re iudic. Bald. in consil. 144. in 2. volumine. & in cons. 35. in 5. volu.

Summarium in d. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod met. caut.

1 *Vbi factum est in obligatione, ex legis dispositione obligatus præcisè ad factum compellitur.*

Bar. in d. l. si cum exceptione. §. sed & siquis. ff. quod met. cau.

1 BART. in ead. l. §. sed & si quis, colligit ex isto tex. ibi acceptilationem † omninò faceret neatur, vbi factum est in obligatione ex legis dispositione, obligatum præcisè ad factum compelli. Sed contra hoc dici posset, quia in isto. §. ideo præcisè ad factum compellitur, quoniam aderat facultas faciendi, quo casu siue simus in dispositione legis, siue hominis, semper obligatus cogitur præcisè ad factum, quando adest huiusmodi facultas, vt tradit Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de rebus eccles. non alien. §. fin. in addi. incip. Non fuerunt isti libelli. & ad rem faciunt, quæ habentur apud Bar. in l. certi conditio, versicu. Not. ergo istam glo. ff. si cert. peta. vbi qui tenetur ad fundum, quem possidet, soluendo interesse, non liberatur, quando adest facultas. prætereà hoc esset contra tex. in l. Celsus. ff. de arbitr. atque ita hoc Bartoli documentum redditur dubitabile.

Summarium in l. si mulier. ff. quod met. cau.

1 *Metus iustè illatus facit ut actus illo interueniente confectus rescindi non possit.*

Bar. in l. si mulier, in princip. ff. quod met. cau.

1 BART. in d. l. si mulier, in princip. ait in summa, metum † iustè illatum facere, ut actus illo interueniente confectus rescindi non possit. Vide Alex. in consi. 99. In casu prædicto, col. 1. in 3. uol. & Feli. in cap. cùm inter. col. 10. & seq. de except.

Summarium in d. l. si mulier. §. si dos. ff. quod met. caut.

1 *Dotis contractus metu factus nullius est roboris & momenti.*

Bar.

Bar.in d.l.si mulier.§.si dos.ff.quod met.cau.

1 BART. in d.l.§. si dos, ait,dotis contractum metu factum † esse nullius roboris & momenti. Quid autem in matrimonio metu contracto, an ualeat ? an sit nullum ipso iure ? an uerò debeat rescindi ? & quid in matrimonio dolo interueniente contracto ? vide glo. in l.à diuo Pio. ff.de ritu nup.& matrimonium metu contractum irritum esse ipso iure ait Ias.in l.interpositas, columna prima.C. de transact. & est text. & ibi Docto. in capitulo veniens, de sponsal.idque habetur apud Alexand.in consi.99.colum.1. in tertio volu. & de hac re uide Cæpoll. omninò in cautel. 148.

Summarium in l.qui in carcerem.ff.quod met.cau.

1 *Carcerem inferre iustum metum esse.*
2 *Si carceratus liberatur, non dicitur esse liber quando filium pro obside reliquit in carcere.*
3 *Carceratus tenetur ratam habere uenditionem eorum, quæ pro redimenda captiuitate sunt uendita.*
4 *Si carceratus uolens contrahere poneretur extra carcerem, adhuc contractus non tenet.*
5 *Carceratus an possit esse testis in his, quæ in carcere committuntur.*
6 *Carcerem frangens uel fugiens an peccet.*
7 *Si carceratus fuit iustè condemnatus ad mortem,an eo casu possit fugere sine peccato.*
8 *Damnatus ad perpetuum carcerem an sit capax eorum, quæ sibi in testamento relinquuntur.*
9 *An carceratus ob suum maleficium eximere de carceribus sit causa pia.*
10 *Consanguinei qui ueneno carceratum pro maleficio capitali interficiunt, vt euitetur infamia, puniendi sunt ut parricidæ.*
11 *Carceratus detentus pro debito potest contrahere matrimonium.*

Bar.in l.qui in carcerem.ff.quod met.cau.

1 BART. in d.l.qui in carcerem, ait, carcerem † inferre iustum metum, & promissionem factam à carcerato nullius esse roboris,& momenti. Vide Barto.in l.qui à latronibus.ff.de testa. Abb.in cons. 60. in primo volu.Roma.in consi.316. Cardin.in consi.137. in primo dubio. & multa ad rem hanc facientia uide per Rapha. Cuma. in consi.68.& Fulg.in consi.5. & in cons. 176. Abb.in cap.accedens. de procur. Amplia regulam huius.l. vt locum habeat etiam in eo, qui habet filium in carceribus: nam actus ob talem causam factus à patre irritus esset. Aret.in
2 consi.14.colu.12. & propterea si carceratus † liberatur, non dicitur esse liber, quando filium pro obside reliquit in carcere.Felin.in cap.afferte,de præsumpt. Limita regulam huius.l.vt locum habeat in eo tantùm, qui positus est in carcere publico; Bald. & Imol.in d.l.qui à latronibus. Item limita nisi contractus sit utilis carcerato,quoniam tunc ualidus est. Bal.in rubrica.C. de rescind.uend. versiculo, Et hoc uerum nisi contractus sit utilis carcerato. quem sequitur
3 Dec.in consi. 691.& ideò carceratus † tenetur ratam habere uenditionem eorum, quæ pro redimenda captiuitate sua uendita sunt; Rapha. Cuma. in consi. 81. potest etiam procuratorem constituere ad se defendendum. Ioan de Ana.in cap. significauit, de Iudæ. & Doct.in ca-
4 pitulo veritatis, de dolo & contuma. Et dum Bar. subiungit, si carceratus † uolens contrahere extra carcerem poneretur, adhuc contractum non tenere, uide Abb. in dicto capitulo accedens. in tertio not.& Bald. consi.247. in secundo uolumine. An autem carceratus possit facere testamentum, tradit Bart.in d.l.qui à latronibus. & Rapha.Cuma. in consi.44. vbi loquitur in damnato ad perpetuam carcerem an testari possit. & an & quando carcerati confessio
5 ei noceat,vide apud Rapha. Cuma.in consi.157. Nunquid carceratus possit † esse testis in ijs, quæ in carcere committuntur ? vide Alberic.in tract.de testibus,in capitulo quando testes repelluntur ratione domesticitatis.num 17.cum sequ. Quid si carceratus citatus pro aliquo debito, pro quo personaliter non tenetur comparere, vtrum dicatur esse contumax,si non comparuit? respond.illum esse contumacem perinde,ac si non esset in uinculis. Ang. in consi.65.
6 de hac re uide Ias. in l.j §. in ius uocan. ff. de in ius uocan. An autem carcerem † frangens,

uel fugiens peccet,& in foro conscientiæ redire ad carcerem teneatur? Felin. in c. 1. nu. 64. de constit. Vide Rapha. Cuma. in consi. 105. & dicas eum, quando iustè detinetur, peccare. Dec. in l. quod à quoquam. ff. de regul. iur. & iuramentum de redeundo ad carcerem, eum obligare ait Abb. in c. sicut & infrà, de iureiur. Si uerò iniustè detentus esset, iuramentum nõ obligaret: quia seruari non potest sine interitu salutis æternæ. glo. sing. in uoce, per uiolentiam, de re iudic. Immo si talis, qui iniustè fuit captus, non fugit, & frangit carceres, cum possit, pœna capitali est puniendus. vide in consi. 12. col. 25. uersicu. tertia ratio, inter consilia Alber. Brun. uide
7 ad præfata Abb. in c. à nobis, de apost. Quid si carceratus † fuit iustè condemnatus ad mortem, an eo casu possit fugere sine peccato? Bart. in l. relegati. ff. de interd. & Abb. in cap. 1. de testi. cogen. cum ibi addit. Attende etiam hac in re, in qua agitur utrum aliquis iustè uel iniustè fuerit detentus, quòd si carceratus ut exeat de carceribus fideiusionem præstitit de iudicio sisti, & iudicata soluendo, dicitur consentire capturæ, & amplius de eius iniustitia dicere non potest. Soc. plenè in consi. 113. in 3. vol. & ideò cautum esse debere aduocatum, vt saltem sibi
8 reseruet ius dicendi de nullitate capturæ, ait Socin. 99. in 4. uolum. An autem damnatus † ad perpetuum carcerem sit capax eorum, quæ sibi relinquuntur in testamento? vide Imol. in l. ff. de public. iudic. & Felin. in cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos, nu. 12. de accusat. vbi etiam habetur, carcerem perpetuum appellari ultimum supplicium, secundum Bart. in l. pro gramma. C. comminat. vel epist. de qua re uide Ioan. de Ana. in cap. 1. colum. 13. de collu. de
9 teg. An carceratos † ob suum maleficium eximere de carceribus sit causa pia? & indistinctè hoc esse pium opus, docuit tex. in l. sed si ideò. ff. solut. matrimo. de quo uide Barto. & alios in authen. contra rogatus. C. ad Trebell. & argumenta ad utranque partem colligit Ioan. Campegius in tract. de dote, in 12. quæst. secundæ par. vbi ipse concludit, pium esse. Tamen fortè distinguendum est, an iustè uel iniustè sit detrusus in carcerem. Illud etiam scias, consangu-
10 neos, † qui ueneno carceratum pro maleficio capitali interficiunt, vt euitetur infamia, puniendos esse ut paricidas. Felin. in cap. cùm iuramen. de homic. in fin. citat Bald. in l. j. ff. de iust. homin. Redeundo autem ad rem de qua agitur in d. l. qui in carcerem, si quæratur an ea, quæ aguntur à carcerato ualida sint, an non? Innocen. in cap. cùm locum, de sponsal. distinguit, aut sunt de ijs, super quibus iste in carcerem est detrusus, & quoniam hæc fiunt metu, non valent d. l. siquis in carcerem. Aut actus sunt diuersi, ut putà aliquis est detentus pro debito, & tunc
11 poterit contrahere † matrimonium, ex quo non fuit carceratus, ut contraheret matrimonium: ita Abb. in d. cap. cùm locum, vbi etiam tradit, an matrimonium ab eo contractum, qui fuit captus ab hostibus ualidum sit. Et an carceratus in carcere publico, vel priuato desinat possidere, vide apud Iaf. in l. si is qui pro emptore, nume. 115. ff. de usucap. & ibi nume. 332. enarrantur priuilegia carceratorum. Et quotuplex sit carcer, uide plenè apud Ioan. de Ana. in capitulo à nobis, de apost. & in cap. significauit, colu. 4. de Iudæ. & Bald. in authen. si captiui. C. de episc. & cleric.

Summarium in l. non est uerisimile. ff. quod met. cau.

1 *Vbi præsumptio est contra aliquem, qui probare debebat, afficitur duriori probatione.*
2 *Verisimilitudo dicitur cognata naturæ.*
3 *Testis qui dixit se non recordari de his, quæ uerisimiliter recordari debet, suspectus est de falso.*
4 *Verisimilitudo una quæ alijs uerisimilitudinibus coadiuuatur, plenæ sufficit probationi.*
5 *An contra præsumptionem iuris probatio admittatur.*
6 *Licèt aliquid præsumatur, illud tamen non sufficit neque proficit nisi allegetur.*
7 *Probatio iuris non admittit probationem contrariam.*
8 *Vbi agitur de alterius præiudicio, non sufficit præsumptio, sed probatio est necessaria.*
9 *Qualitas requisita à lege debet probari in specie, & non sufficit iuris præsumptio.*

Bar. in l. non est uerisimile. ff. quod met. cau.

1 BART. in d. l. non est uerisimile, hoc ait in summa. Vbi præsumptio † est contra aliquem, qui

qui probare debebat, afficitur duriori probatione. Ex hoc Bartoli documento rectè infertur, quemadmodum maior exigitur probatio in ijs, quæ ueriſimilitudini reluctantur, ita leniorem probationem exigi in ijs, quæ ueriſimilia ſunt. & ideò in caſu illo teſtes probant, qui alioqui nõ
2 ſufficerent. Dec. in conſi. 596. nu. 7. Veriſimilitudo † enim dicitur eſſe cognata naturæ, & propterea ueriſimiles probationes uel coniecturæ cæteris præferuntur. Bald. in conſi. 180. Mortuo filio, in 3. uol. Felin. in c. auditis, de præſcript. Crauet. in conſi. 5. & teſtis qui non ueriſimile dixit, non probat. Alex. in conſil. 2. colu. pen. in 7. volu. nam ea, quæ diſtant à ueriſimili habent imaginem falſitatis. Bald. in l. j. C. de ſeru. fugit. Socin. in conſi. 149. col. pen. in 1. volu. Hinc tra-
3 ditum eſt, teſtem, † qui dixit ſe non recordari de ijs, quæ ueriſimiliter recordari debet, ſuſpectũ eſſe de falſo, vt declarat Crauet. in conſil. 9. & teſtis uariantis dicto ueriſimiliori ſtandum eſt. Soci. in conſ. 251. col. 1. & 2. & quamuis probatio ueriſimilis iure non concludat, debet tamen concludere coram bono uiro, qui de facto & æquitate procedit. Aret. in conſi. 126. citat Bald.
4 in l. ſolam. C. de teſti. in fin. & ueriſimilitudo † una, quæ alijs ueriſimilibus coadiuuatur, plenæ ſufficit probationi. Bald. in l. ſi creditores, in antiqua lectura. C. de fideicommiſ. vbi meminit Ariſt. in primo Ethic. qui ait, vera omnia conſonant, falſa autem citò diſſonant. hoc idem ſequitur Soci. in d. conſi. 149. colum. penul. in primo uolumine. Et ad prædicta uide Alexand. in conſi. 99. colu. fin. in 3. vol. proinde quamuis præſumptio communiter plenæ non ſufficiat probationi, alioqui tamen eſt in ijs, quæ ſunt conſona ueritati. Bar. in l. ij. in princip. col. 2. ff. de excuſat. tutor. Attende etiam magis credi duobus teſtibus de metu deponentibus, quàm pluribus dicentibus de libera uoluntate, vt dixi ſupra in rubrica. ad quod uide etiam Præpoſit. in c. ius militare, col. 1. diſt. 1. Et dum Bar. ſubiungit, quando aliquis dubitat ſibi poſſe uim inferri, eum poſſe officium iudicis implorare, ut uim prohibeat. de hac re vide Bart. & quæ ibi poſui in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præſid.

5 Bar. in d. l. non eſt ueriſimile, ſubijcit nunquid contra præſumptionem iuris † probatio admittatur. & diſtinguit ut ibi per eum. Vide Alex. in conſi. 99. in fi. in 3. vol. Fulg. in conſi. 166. Et cõtra præſumptionem iuris & de iure, non admitti probationem, hoc ideò eſt; quia magis eſt fictio, quàm præſumptio. uide Aret. in conſi. 147. Præſumptio autem iuris & de iure dicitur eſſe illa, in qua lex firmat pedes & facit ius, & quæ probationes contra eam admittantur; vide apud Feli. in c. quanto, de præſumpt. & contra huiuſmodi præſumptionem admittitur probatio per confeſsionem partis, in cuius fauorem præſumptio eſt. Feli. in c. quoniam contra. num. 51. de probat. Item admittitur probatio in contrarium per indirectum, ut declarat Dec. in conſi. 64. col. 3. & Socin. in conſi. 191. col. 3. in 1. volu. Et quomodò contra huiuſmodi præſumptionem probatio admittatur, tradunt Doct. in auth. Sed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. & canoni-
6 ſtæ in c. is qui fidem, de ſponſal. Attende tamen in hac re, quia licèt aliquid † præſumatur, illud tamen non ſufficit, neque proficit, niſi allegetur. tex. eſt not. & ibi Barto. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adult. Soc. in conſi. 149. col. 4. in 1. uol. & Petr. de Anch. in conſi. 388. colu. 2. vbi ait ad rem facere illud, quod de notorio dici ſolet: nam etiam illud non ſufficit, niſi allegetur, ſecundum glo. ſing. in clem. appellanti, de appellat. Ad præcedentia accedat,
7 præſumptionem † iuris non admittere contrariam probationem, quando lex præſumit ſuper facto certo, vt putà ſi quis reuertatur à captiuitate: quia præſumitur, immo fingitur eum nunquã fuiſſe captiuum, alioqui uerò ſi præſumptio eſt ſuper facto incerto, vt declarat Damaſus in trac. de brocardis, in primo membro, nu. 50. Quid autem ſit præſumptio, quot ſint præſumptionũ ſpecies, & quæ recipiant contrariam probationem, vide apud Spec. in 2. par. tituli de præſump. §. 1. & 2. & Abb. in c. quanto, de præſumpt. nobiles præſumptiones poſuit glo. & Bar. in l. merito. ff. pro ſoc. de qua re multa exempla ſcitu digna ponit Crauet. in conſi. 151. nu. 16. & unam præſumptionem, quæ eſt utilis, tradit Barto. in l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. illud
8 etiam ſcias, vbi agitur † de alterius præiudicio nõ ſufficere præſumptionem ſed probationem eſſe neceſſariam. capitulo cùm nobis, de teſti. glo. in cap. ſicut, de ſenten. excommun. & Abb. in c. licèt, de offic. deleg. & ideò licèt quilibet bonus eſſe præſumatur, tamen hoc non habet locũ

in præiudicium tertij. Abb.in c.cùm in iure,de offic.deleg.Dec.in consil.528.& in cap.Ofius,
9 nu.7.de elect. Adde quòd qualitas † requisita à lege debet probari in specie, & non sufficit iuris præsumptio. Et ideo si statutum imponit pœnam rapienti mulierem honestam,non sufficit honestas præsumpta, quæ de quacunque persona conijcitur, sed probatio huius qualitatis est necessaria. Cæpoll. in consi. 57. Sed contra hanc decisionem mea sententia urget text.iuncta glo.in authen.sed cùm testator.C.ad leg. falcid. vbi tex. vult, eum,qui prohibet falcidiam,non esse ignarum patrimonij sui. & glo. ibi,ait,hoc semper præsumi,atque ita sufficere. & qualitatem à lege requisitam sola præsumptione posse probari aperit Feli.in c.Quoniam, nu. 5.de off. ordin.vbi ait, si statuto cautum est,eum, qui ciuem occidit,acrius esse puniendum,quàm si forensem trucidaret, & incognitus occidatur, præsumendum esse, illum esse ciuem. Similiter si substitutus pupillariter dicit se admittendum esse ad hæreditatem ex pupillari substitutione,& non appareat,an defunctus decesserit in pupillari ætate,an uerò in adulta,præsumitur pro eo, nisi contrarium probetur,& ui huius præsumptionis locus est substitutioni,absque eo quòd alter probet istam qualitatem,quæ est fundamentum intentionis suæ: ita Soc.in consi.89.col.4. in 1.uol.& Caccialupus in repe.l.precibus.C.de impub.nu.56.Cogita. Item scias præsumptionem siue legem,quæ innititur præsumptioni,locum non habere in foro conscientiæ. Bald.in l. cùm quis.C.de iur.& fact.ignor.Feli.in c.si cautio, nu. 50. de fide instru.& in foro conscientiæ semper tutior præsumptio est sumenda. Feli.in c.auditis,colu.18.de præscript.& ideò in foro poli usura est præsumenda,vt tutior uia eligatur. Crauet.in consi.48.

Summarium in d.l.non est uerisimile.§.si fœnerator.ff. quod met. cau.

1 *Factum metu alicuius uerecundiæ modicæ officio iudicis rescinditur.*

Bar.in d.l.non est uerisimile.§.si fœnerator.ff.quod met.cau.

1 Bart. in d.l.non est uerisimile.§.si fœnerator,hoc ait in summa,factum † metu alicuius uerecundiæ modicæ officio iudicis rescindetur, non autem per hanc actionem. Vide Barba in consi.1.col.43.in 1.vol.ubi citat hunc tex.

Summarium in d.l.non est uerisimile.§.si quis.ff.quod met.caus.

1 *An ille qui indebitè detrusus fuit in carcerem possit ibi recomendari pro alio debito uero.*

Bar.in d.l.non est uerisimile.§.siquis.ff.quod met.cau.

1 Bart. in ead.l.§.si quis,quærit,an ille,qui indebitè detrusus † fuit in carcerem, possit ibi recomendari pro alio debito uero? Vide Corn.qui alleg.hunc tex.in cõsi.51.col.28.in 1.uol. Soc.omninò in conf.99.in 4.volu.Paul.de Castr.in consi.301. & in l.si cum aliena,& ibi etiam Alex.ff.de iudic.Alex.in l.si finita, in princi.colu.3.ff.de damn.infec.& in l.sed eximendi.§.1.ff. ne quis cu.qui in ius uoc. Anch.in consi.439.col.fi.& in conf.291.per totum,& in consi.116. in fi.Fulg.in conf.176.Bal.in conf.86.in 3.volu. & in conf.104.in 4.uolu. Quid si captura non fuit rite & legitimè facta,sed de debito constat,an reuocari possit? Respond.non posse: quia iterum capi possit; ita Rom.in d.l.si finita.in princip.Paul.de Castr.in consi.37.in fi. & Firma. in tract.de Episcopo,quæst.49.in 3.par.primi libri.

Summarium in Rubr.ff.de dolo malo.

1 *Ad hoc ut dolus ualidus sit, est necesse quòd fallere possit prudentissimum hominem.*
2 *Dolus quando dedit causam contractui, uel ingressui religionis, uel matrimonio, an hæc omnia reddat irrita & mania.*
3 *Dolus an præsumatur.*
4 *Nunquam in eo dolus esse præsumitur,ad cuius utilitatem non cedit actus,quem fecit.*
5 *Dolus excluditur multis ex causis & coniecturis.*

Lucubrat. in rubricam. ff. de dolo malo.

1 CIRCA hunc titulum attende, quia requiritur dolus, † qui fallere posit prudentissimum quemque. Iaſ. in l. interpositas, col. 1. versic. sicut non. C. de transact. nam sicut metus debet esse huiusmodi, vt in constantem cadat, ita dolus debet esse talis, vt in prudentem cadat, vt dixi suprà in rubri. Quod met. cau. Item scias, etiam si iuramentum firmet contractus inualidos, hoc tamen non procedere, vbi adest dolus: quia nec contractus, nec iu-
2 ramentum ualet. glo. in l. j. C. si aduer. uend. & quando dolus † dedit causam contractui, vel ingressui religionis, vel matrimonio, an hæc omnia reddat irrita & inania, vide apud Abb. in c. cùm dilectus, de his quæ ui met. ue cau. & in c. cùm dilecti, de empt. & uendit. Dolus non debet alicui prodesse communiter, alioqui uerò ubi contra aliquẽ ageretur, qui fuisset particeps doli; nam eo casu dolus prodest excipienti, non autem agenti; quoniam in pari causa turpitudinis potior est causa possidentis. Damasus in trac. de brocardis, in primo membro, nu. 21. An
3 autem dolus † præsumatur? & dicas communiter non præsumi, sed probari per coniecturas, quarum nonnullas ponit Feli. in c. si autem, de rescr. Et quomodò probetur dolus, & uiolentia, tradit Alex. in consi. 103. in 1. vol. & Doct. in l. si quis cùm aliter. ff. de uerb. obli. & Abb. in c. su-
4 per literis, de rescrip. & in c. cùm causa, de empt. & uendit. & nunquam in eo dolus † esse præsumitur, ad cuius utilitatem non cedit actus, quem fecit. Feli. in c. tertio loco, nu. 2. de præsumpt. sed in aliquo casu præsumitur ex actibus præteritis. Feli. in c. cùm in iure, de off. deleg. & in c. fi. de præsump. & dolus dicitur interuenisse, vbi est enormis læsio, & ex qualitate personæ. Mari.
5 Soc. iuni. in consi. 77. nu. 46. & in cons. 129. nu. 68. & dolus † excluditur etiam multis ex causis, & coniecturis. Crauet. in cons. 8. quem semper uideas. Et ad prædicta uide Feli. in c. 1. de offi. deleg. Quid uerò sit dolus, & quid calliditas, vide apud Anch. & alios in rubr. de dol. & contu. Et dolus, & fraus differunt, sicut genus & species. Abb. in c. ex tenore, de rescrip. Attende etiã quia quamuis actio de dolo non detur filio contra patrem, neque seruo contra dominum, neque humili & plebeo contra positum in dignitate, tamen traditur cautela, qua uti debent isti tales ut agere possint. Cæpol. in caut. 107.

Summarium in l. j. §. non fuit. ff. de dolo malo.

1 *Bonus est dolus, qui committitur aduersus hostes publicos.*

Bar. in l. j. §. non fuit. ff. de dol. mal.

1 BART. in d. §. non fuit, ait in summa, bonum † esse dolum, qui cõmittitur aduersus hostes publicos. Hinc infert ad quæstionem, vtrum ille, qui fecit pacem cum bannito, qui poterat impunè offendi, si eum offendat, puniatur de pace rupta? & decidit quòd non. Vide in hac re plenas remissiones apud Alex. in l. quid ergo. §. si quis duos. ff. de leg. 1. & omninò Arch. in c. vtilẽ. 22. q. 2. quem sequitur Gemin. in c. nos in quemquam. 2. q. 1. & Feli. in c. afferte, de præsumpt. & ad prædicta uide glo. in c. cupientes, de elect. in 6. & plenè Corset. in singul. 177. Hæc autem decisio intelligenda est in eo, qui fecit pacem antequam iste esset bannitus. Bar. in l. qui seruũ, in princ. ff. de uerb. oblig. & Dec. in consi. 352. nu. 9. nam si primò fuisset bannitus, & deinde faciendo pacem promissæ fidei fœdus inijsset, crederem eum teneri.

Summarium in l. & eleganter. ff. de dol. mal.

1 *Si dolus dedit causam contractui, contractus nullius est roboris & momenti.*

Bar. in l. & eleganter. ff. de dol. mal.

1 BART. in d. l. & eleganter, col. 2. inquit, si dolus dedit † causam contractui, contractum ipso iure nullius esse roboris & momenti. quod tamen declara, vt ibi per eum. Vide quæ de hac re posui suprà in rubr. hoc eod. titu. Amplia, sicut dolus reddit irritum contractum ipso iure, ita

etiam irritam reddit ſtipulationem ſuper eo interpoſitam,licèt ſit ſtricti iuris,ſecundum glo.& ibi Alex.in l.ſi quis cùm aliter.ff.de uerb.oblig.& ex dictis Alex.ibidem,dum citat Bart. in l.ſub prætextu, colligitur idem eſſe in tranſactione ſuper contractu bonæ fidei interpoſita: quia irrita fit ipſo iure propter dolum in ea interuenientem. Et dum Bar.ibi proſequitur diſputando, an & quando dolus irritos reddat contractus,vide Iaſ.in §.actionum,col.6.verſi.in ea glo.inſti. de action. vbi tradit qualis eſſe debeat dolus interueniens etiam in teſtamento, vel lege,vel ſtatuto,uel matrimonio,& alia multa ſcitu digna,de quibus diximus ſuprà in rubrica. Attende tamen,quia dolus dans cauſam ingreſſui religionis, non reddit ingreſſum ipſo iure nullum. text. eſt ſingul.in capitulo conſtituit,20.quæſt.3.& dum Bar.in d.l.& eleganter, colu.4. ſubiungit, contractum dolo interueniente confectum ita demùm eſſe nullius momenti, ſi hoc uelit deceptus. vide Iaſ.in d.§.actionum, colu. 8. verſicu. ultimò eleganter. vbi habetur etiam, nunquid deceptus cogi poſsit declarare, velit ne ſtare contractui, an non. vide Felin. in capitulo dilectus,i. de reſcript.

Summarium in l.& eleganter.§.ſeruus.ff.de dolo mal.

1 *Qui non ſeruat pactum ad quod naturaliter,non ciuiliter eſt obligatus,tenetur læſo actione de dolo.*

Bar.in d.l.eleganter.§.ſeruus.ff.de dolo mal.

1 Bart. in d.l. & eleganter.§.ſeruus, ait in ſumma, Qui non ſeruat † pactum,ad quod naturaliter,non ciuiliter eſt obligatus,tenetur læſo actione de dolo. Ex ijs infertur, quando aliquis patitur damnum, tunc ex pacto nudo actionem non oriri, ſed de dolo. atque ita limitatur ferè inanis redditur regula illa, quæ habet,ex pacto nudo actionem non oriri. cuius rei meminit Iaſ.in l.iuriſgentium.§.ſed cùm nuda.ff.de pact. vide eundem in.§.in perſonam, colum.14 inſtitut.de action.& in l.l.lecta, col.8.ff.ſi cert.peta.& in l.ſi conuenerit, columna quinta.ff.de iuriſdict.omni.iudic. Vide Dec.in cap.1.de iudic.& in conſi.7.& Felin.in cap.tertio loco,columna fin.de præſumpt.Bald.in l.cùm mota.C.de tranſact.& omninò Alexan. in conſi.41.col. 2.in 3.volu.vbi citat hunc textum.

Summarium in d.l.& eleganter.§.idem Pomponius.ff.de dol.mal.

1 *Simplex mendacium non præſumitur doloſè dictum.*
2 *Aliquis non tenetur qui affirmat aliquem eſſe idoneum, & tamen contrarium eſt.*
3 *Mendacium dicere pro tuenda ſalute propria uel alterius an licitum ſit.*
4 *Simplex mendacium non præſumitur doloſè dictum.*
5 *An & quando uitietur reſcriptum in quo fuit expreſſum mendacium,uel tacita ueritas.*

Bar.in d.l.& eleganter.§.idem Pomponius.ff.de dolo malo.

1 Bart. in d.l.& eleganter.§. idem Pomponius, colligit in ſumma, ſimplex † mendacium non præſumi doloſè dictum: & ideò non inducere actionem de dolo,niſi cauſa ſui lucri aliquis mentiatur. Ad hæc accedit Alex.in l.dolum.C.de dol.& Felin.& Dec. in cap.ſi autem,de reſcript. & adducitur iſte tex. ad probandum,aliquem non teneri,qui affirmat aliquem eſſe idoneum,† tamen contrariũ eſt in caſu.l.cùm oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſſ.tutor.Sed intellige præ
2 dicta quando ille eſſet approbatus ut idoneus à deputatis ad approbandum,& nõ aliter,ſecundum Fulg. Alex. & Iaſ.in l. ſi uerò. §. qui pro rei.ff. qui ſatiſd. cogan. Attende tamen,quia.d.l. cùm oſtendimus.§.fin.ponit regulam generalem,ſcilicèt affirmantem teneri,neque ex hoc tex. contrarium colligitur,quia quamuis neget actionem de dolo dari, non tamen propterea conſequens eſt, vt alia actione non teneatur: quia poteſt teneri, non tamen de dolo. & iſte uidetur uerus intellectus,& ſenſus huius.§.Poſtquam hìc agitur de mendacio, non ab re eſt intelli-
3 gere,nunquid mendaciũ † dicere pro tuenda ſalute propria,vel alterius liceat? Et dicendũ eſt, non licere.c.nequis arbitretur.22.q.2.vbi glo.ait,hoc eſſe mortale peccatum in hominib.perfectis,

fectis,in imperfectis uerò esse ueniale. tamen glo.in summ. 14.dist.indistinctè inquit non licere minus malum facere,ut maius euitetur. Et B.Bernardus hoc idē confirmat in c.43. de interiori domo. dicens,per nullam fallaciam defendas alterius uitam. De hac re vide Abb.in cap. olim,in fi.de rescript.& in c.sicut & infrà,col.pen.de rescrip.qui idem sentit,licèt Barb.ibi in add dit.contra hoc afferat. l. cum pater.§. Titio fratri.ff. de legat.2. Et quoniam Barto. in summa
4 huius.§.ait,simplex † mendacium non præsumi dolosè dictum. cōtra hoc uidentur facere quę habentur apud Abb.& alios in c. super literis, de rescrip. ubi aiunt, mendacium strictè sumptum, sine dolo esse non posse, alioqui uerò,si largè sumeretur. & ex hoc inferunt ad quæstio
5 nem illam, An & quando uitietur † rescriptum, in quo fuit expressum mendacium, uel tacita ueritas. atque ita uidetur corruere Bartoli documentum, quòd simplex mendacium, præsumatur sine dolo: quia immo strictè sumptum,sine dolo esse non potest,ex prædictis. Et mendacium facit,ut mendax dolosus censeatur. Bar.in d.l.dolum.C.de dol.& Alexan.in consi.41. col.3.in 3.vol.Et mendacium dicitur esse peccatum contra naturam.Soc.in cons.13. col.4.in 1.vol.Et ideò mendacium est sufficiens indicium ad subijciendum mendacem quæstionibus & tormentis.Soc.in consi.54.col.pe.in 3.vol.

Bar.in l.si quis affirmauerit.ff.de dol.mal.

Bart. in d.l.si quis affirmauerit,ita inquit; contra mentientem de substantia hæreditatis datur actio ex eo cōtractu si interceſsit,alioqui verò datur actio de dolo. Vide Imol. in cōs.70.

Summarium in l.si oleum.ff.de dolo malo.

1 *Sequester non tenetur rem restituere nisi lite finita.*
2 *Sequestrum an obtineri possit nisi prius constet de debito per publicum instrumentum.*
3 *Sequestratio quid sit,& quotuplex,& quomodò sit concedenda.*

Bar.in l.si oleum.ff.de dol.mal.

1 Bart. in d.l.si oleum, sic ait; Sequester † non tenetur rem restituere, nisi lite finita, uel cum per actorem steterit. Vide Abb.in c.examinata,col.4.de iudic. Et dum Bar.ibi subiungit, quando res apud sequestrum deposita est,quamuis perdatur possessio, nō tamen commodum ipsius possessionis amitti,vide Abb.in d.c.examinata,col.4.vers.& primò.& ibi plenè Feli.qui
2 loquitur in materia sequestri,vbi nu.13.tradit,an sequestrum † obtineri possit, nisi prius constet de debito per publicum instrumentum,ut tenuit Bar.in l.litibus.C. de agric. & censit.libr. 11.nam alij uoluerunt sufficere,etiam si aliter quàm per instrumentum de debito constet. Ta-
* men *omnes conueniunt oportere,ut ante omnia debitum sit liquidum. Abb.in c.dilectus, de sequestr.poss.& fruct.in fi.cum ibi addit.per Barbat.Id,quod facit contra multos iudices, qui sequestrationem concedunt antequàm debitum probetur. potest tamen iudex ex officio nobili sequestrationem alicuius rei facere,quando subest dubium,quòd partes ueniant ad arma. sed neque hoc fieri debet,quando liqueret alteram partem possidere: quia ei fauendum est, & altera pars est actrix constituenda. Curt.in cons.60.& de hac re vide Abb.& alios in c.olim ex literis,de rescrip. & hæc faciunt etiam ad decidendum, quid si debitor esset suspectus de fuga.
3 Et quid sit † sequestratio,quotuplex sit, & quomodò sit cōcedenda, & plenissimè quæ ad rem hanc pertinent, vide apud Franciscum Curt.in tract.de sequestris. & Angel.Perusin.pariter in suo tract.de sequestris,& Abb.omninò in d.c.dilectus,de sequestr.poss.& fruct.An autē & quādo sequestratio fructuum alicuius fundi sit concedenda,vide Alex.in cons.163.in 6.vol.

Summarium in l.sed & ex dolo. §. de dolo. ff.de do.mal.

1 *Rectores de eorum dolo proprio tenentur.*

Bar.in l.sed & ex dolo.§.de dolo.ff.de dol.mal.

1 Bart. in d.§.de dolo, ait, Rectores † de eorum dolo proprio teneri. Vide Feli. in cap. venerabilis,col.2.de re iud.

Summa-

De dolo malo.

Summarium in l.arbitrio.ff.de dolo malo.

5 *Actio de dolo est arbitraria.*

Bar.in l.arbitrio.ff.de dol.mal.

1 BART. in d.l.arbitrio,in principio colligit ex isto tex.actionem † hanc esse arbitrariam; & ideò contra non restituentem iuratur in litem,quando non restituitur res secundum præceptũ iudicis. hæc Bar.Ex his uerbis Bart.iunctis ijs, quæ habentur in l.in actionibus.ff. de in lit. iur. infertur contra iudicem malè iudicantem,non iurari in litem; quoniam requiritur hic, ad hoc, ut iuretur contra non restituentem, commissum esse in non parendo iudicis præcepto de re restituenda,id quod reluctatur ijs, quæ docuit Bald. in l.ij.C.de sent.ex peric.recitand.vbi uult contra iudicem malè iudicantem posse iurari in litem. Vide ad hoc Bal.in l.j.in 14. oppos.C. de sent.quæ pro eo quod inter.profer.

Summarium in d.l.arbitrio. §. dolo cuius. ff.de do.mal.

1 *An & quando aduersus causam siue litis instantiam peremptam sit restitutio in integrum concedenda.*

Bar.in d.l.arbitrio.§.dolo cuius.ff.de dolo malo.

1 BART. in d.l.arbitrio.§.dolo cuius,tradit an & quando † aduersus causam siue litis instantiam peremptam sit restitutio in integrum concedenda,& quando datur actio de dolo. Vide ad hoc Alex.in consi.72.col.1.in 3.vol.Rom.in consi.174.colu.2.& in consi.220.colu.4.cum seq.& in consi.226.colum.2.Et an & quando restitutio in integrum contra iudicem concedatur,vide Feli.in c.cùm causa,de offic.deleg.

Summarium in l.cum à te. ff.de dolo malo.

1 *Ille qui dolo suo est absolutus, actione prima conueniri potest.*

Bar.in l.cùm à te.ff.de dol.mal.

1 BART. in d.l.cùm à te,inquit, eum, qui dolo † suo est absolutus, actione prima conuenire posse, & contra exceptionem rei iudicatæ de dolo replicari. Vide Ias. in repet.l. admonendi columna quarta.ff.de iureiur.

Summarium in l.rem quandam.ff.de do.mal.

1 *Qui rei tuæ uenditionem impedit, tibi actione de dolo, uel in factum tenetur.*

Bar.in l.rem quandam.ff.de dol.mal.

1 BART. in d.l.rem quandam,inquit,eum,qui rei † tuæ uenditionem impedit, tibi actione de dolo uel in factum teneri. Vide Bal.in consi.106.in 3.vol.

Summarium in Rub.ff.de minor.

1 *Contra casum & fortunam non datur restitutio in integrum.*
2 *Quis non dicitur læsus quando euentus est dubius.*
3 *Quando diuisio bonorum fit sorte, si læsio enormis contingeret, peti potest reformatio diuisionis.*
4 *Si inter duos de summo Pontificatu foret contentio, eam sorte dirimi posse.*
5 *In beneficialibus sorti non est locus.*
6 *Sors non est quicquam mali.*
7 *Sors admitti solet ad lites dirimendas.*
8 *In temporalibus possunt homines iudicio sortis se subijcere.*
9 *Pubes minor 25.annis si in contractu iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, licèt ex eo contractu læderetur, tamen restitutionem in integrum petere non potest.*

10 *Minor*

10 *Minor proximus pubertati non obligatur iuramento.*
11 *Restitutio est in primum gradum repositio.*
12 *Minor beneficio restitutionis in integrum sine iuramento renunciare non potest.*
13 *Restitutio in integrum officio iudicis nobili est concedenda.*
14 *Minor ætas fauorabilior est ad impetrandam restitutionem in integrum, quàm sit absentia.*
15 *Si minor delictum confiteatur, neque alioquin constet eum esse culpabilem nisi ex propria confessione, potest restitui aduersus huiusmodi confessionem.*
16 *Minori, mulieri & rustico iura facilè subueniunt.*
17 *Minori non succurritur si ei fiat solutio à debitore iussu iudicis.*
18 *Minori quando sit deneganda in integrum restitutio.*
19 *Minor uigintiquinque annis si est doctor iuris, non est in integrum restituendus.*
20 *Quando petitur restitutio, utrum necessaria sit litis contestatio.*
21 *Minor uigintiquinque annis dicitur esse qui agit annum 25.*
22 *Minor 25. annis an possit esse de consilio ciuitatis.*
23 *Minor an possit cogi ad compromissum uigore statuti.*
24 *Minor uenditori scienti denunciare non tenetur, quando contra eum agere uult de euictione.*

Lucubrat. in rubricam. ff. de minor. xxv. an.

1 CIRCA materiam huius tituli attende† contra casum & fortunam non dari restitutionem in integrum. Bald. in l. ait prætor. § fin. infrà eod. tit. vbi ex hoc infert, si frater minor cum fratribus suis ad diuisionem bonorum ueniant, & sorte deterior pars ei contingat, propterea eum restitui non posse; alioqui uerò si spontè partem illam peiorem elegisset. Item à sententia sortis & fortunę appellare non licet, secundum Bal. in l. fi. in principio C. comm. de lega. ad rem faciunt trad. per Iaſ. in l. de fideicommisso, in 2. not. C. de transact. nam
2 aliquis non dicitur lęsus† quando euentus est dubius, & se habet ad damnũ, & ad lucrum. Alex. in consi. 80. in 3. vol. & in consi. 34. in 1. vol. Et ideò, si annua pensio siue annui redditus emuntur ab aliquo ad eius uitam pro certo pretio, qui emptor tantùm uiuat, ut multò plus habeat, quàm fuerit dictum pretium, contractus est licitus ratione incertitudinis uitæ illius, secundum Alber. in l. iubemus, col. 4. versiculo quid de tali contractu. C. de sacros. eccl. vbi ait ita fuisse iudicatum à collegio Bergomensi. De qua re vide Dec. in d. l. de fideicommisso, & Abb. in qu. 4. incip. Augerius. & Bal. & alios in l. si ea. C. de usur. Abb. & Io. de Anan. in c. in ciuitate, de usur. &
3 Ambros. de Vignate in tract. de usuris, nu. 241. Limita tamen prædicta† quòd si diuisio bonorũ fieret per breuia, & sortis infœlicitate læsio enormis contingeret, peti posset reformatio diuisionis secundum Bal. in l. maioribus. C. comm. vtri. iudic. quem refert, & sequitur Philip. Franc. in rubri. de appell. col. 5. Ad ea quæ de iudicio sortis prędiximus, accedat Bal. in d. l. si duobus. C. comm. de lega. vbi Bal. iudicium sortis, fortunæ iudicium esse perhibet, cuius dux est Deus, teste Seneca cap. 7. in epist ad Lucilium. & iudicium sortis, ait Bal. sinceritate munitum censeri: quia cùm fortuna & muta sit & surda, consequenter quoque inexorabilis est. facit. C. sors. 26. q. 2. hinc & Matthiam sorte electum fuisse legimus, ut relatum est in cap. cleros. 21. dist. & à
4 sapientibus acceptum est, si inter duos de summo pontificatu† foret contentio, eam sorte dirimi posse, ut videre est apud Card. in cons. 150. Quæsitum sæpe fuit à me, in fi. post redditũ consilium. & Feli. in c. capitulum, col. pen. in fi. de rescript. Sed contra prædicta uidetur urgere text. in c. fi. de sortileg. vbi habetur, spiritualia sorte non esse dirimenda. ideò glo. ibi ait, electionem fieri non debere, nisi illis modis, qui traduntur in c. quia propter, de elect. in quibus sors non cõ memoratur. & ita decidit Bald. in d. l. si duobus. colum. 3. versic. sed nunquid electio Papæ. ad quem accedit ibi Iaſ. & in l. huiusmodi. §. Is cui. ff. de lega. 1. idem uoluit Archid. in d. c. sors. & in
5 beneficialibus† sorti non esse locum docuit Card. in c. licèt causam, colum. fi. de probat. quem sequitur Feli. in d. c. capitulum, col. fi. & in d. c. licèt. Accedit ad hæc not. documentum Io. And.

in d. c.

in d.c.licèt causam,quem sequitur Feli.in d.c.capitulum,nu.49.aiunt enim,rem in facto consistentem sorte dirimi non debere, alioqui uerò si in iure foret contentio. Neque reluctatur,
6 sortem † non esse quicquàm mali; quia uerum est in se, sed eius usus reprobatur, ne propter assidiuitatem mortales ad idolatriam delabantur, ut inquit glo.in c.1.de sortileg. Non obstat etiam sortem electionis super Matthiam cecidisse, quoniam illud diuino Spiritu cooperante factum fuisse nouimus: & ideò non est trahendum ad consequentiam,ut per glo.& Abb.in d. c.fi.de sortileg.citat.c.non statim.& c.non exemplo.26.q.2.Non obst. quæstionem Pontificatus sorte decidi posse: quia dupliciter respondetur. Primò enim dicimus,duobus de pontificatu certantibus,utrunque eorum in quasi possessione illius dignitatis in suis obediētijs reperiri, quò fit,ut quilibet eorum supra ius positiuum existat,ut per Card.in d.consi.150. & per Felin. in d.c.capitulum. Proinde non obstante iuris dispositione possunt ui tantæ potestatis contentionem eorum sorte dirimere. Prætereà etiam responderi potest,hoc eo in casu,ob specialem rationem tolerari, scilicèt,ut aliquo modo schisma ob uniuersale commodum fidelium extin-
7 guatur. nam † sors admitti solet ad lites,& dissensiones dirimendas,ut inquit Panor.in d.c.fin. de sortileg.sed iurisdictionem,in qua exigitur industria personę,sorte, principaliter dari nō posse docuit idem Panor.in c.quoniam,de offi.deleg.& propterea ubi Papa est eligendus,sors ni esset ullatenus admittenda: quia cadere posset super inhabilem. Proinde cura fidelium non deberet committi tanto discrimini. Et ad prædicta vide Ana.& Barb.in c.1.de sortileg.& Feder.de Sen.in consi.284.vbi examinat quid sit sors.Quare ex prædictis concludendum uidetur
8 in temporalibus † posse homines se iudicio sortis subijcere.d.l.si duobus, & l.sed cùm ambo de iud.iunctis ijs,quæ prædiximus. ad quæ accedit Rosell.in monarchia,fol.antep.uersicu.Per sortes. alioqui autem esse in spiritualibus,nisi (ut prædictum est) sed hoc quoque,quod in temporalibus dictum est,non sine dubio pertransirē, ubi de danda iurisdictione ageretur,per prædicta. Sed de ijs hactenus. Attende etiam in materia huius tituli,puberem † minorem 25.an-
9 nis,si in contractu iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis siue alia, licèt ex eo contractu læderetur, restitutionem in integrum petere non posse, etiam si iuramentum simpliciter interponatur: auth.sacramenta puberum,vbi Iaſ.C.si aduersus uēdit.& ibi Iaſ.col.4.& seq.trade quid de impubere doli capace. de quo vide glo.& Abb.in c.ex literis,de sponsal. Et si in minore restitutio tollitur per illam auth.credēdum est idem multòmagis esse in maiore. Tamē quod
10 minor † etiam proximus pubertati non obligetur iuramento, contra Bar.in d.auth.sacramen-
* ta,tenuit Fulg.in consi.237.vbi ait in hanc sententiam * communiter itum esse,& ibi ait,minorem,qui iurauit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis, non prohiberi contrauenire alia de causa. si uerò iurauit non contrauenire quacunque de causa, distingue ut per eum
11 in d.consi.Item scias restitutionem † esse in primum gradum repositionem, quoniam tantum dat restitutio,quantum fuerat ablatum per læsionem.l.quod si minor.§.restitutio,infrà eod.tit. ubi ponam. Et proponi potest coram quocunque iudice etiā pedaneo.l.fi.C.vbi & apud quos.
12 Item minor † beneficio restitutionis in integrum sine iuramento renunciare non potest. Bar. in l.pen.C.de pact. An autem certioratus renunciare possit, & vtrum quando interuenit iuramentum certioratio exigatur.Iaſ.in d.auth.sacramenta,col.14.versi.tertiò principaliter. Nun quid credatur notario affirmanti se certioraſſe,uel declaraſſe minori quid importet beneficiū restitutionis in integrum? vide Iaſ.in l.si duo patroni.§.idem Iulianus. colum.3. versiculo Ego iuxta.ff.de iureiur.vbi docuit,an etiam in multis alijs notario testanti sit habenda fides. Non
13 est silentio prætereundum restitutionem † in integrum officio iudicis nobili esse concedendam.Bar.in l.j.colum.5.versic.officium.ff. de iurisdi. omn.iudic.ideò quamuis petens partem usurarum,quæ debentur officio iudicis mercenario,si deinde sors sit soluta,aliam partem usurarum petere prohibeatur,cùm principale sit extinctum; tamen cùm restitutio officio iudicis nobili conceditur,quod actioni æquiparatur,quamuis principale foret extinctum, ad huc potest petere accessoria.l.fi.§.Lucius,& ibi glo.& Bar.ff.de condit.indeb.de qua re vide Alb. in consi.35.in 2.vol.Item ita rectè colligi solet.Minor non restituitur,igitur neque maior. gl.in l.

nec

14 nec non,in principio.ff. ex quib. cau. maio. Et minor † ætas fauorabilior est ad impetrandam restitutionem in integrum.quàm sit absentia.Soc.in consi. 153.col.9.in 1. volu.Aret. in consi. 103.col.2.ubi Salic.reprehendit,qui in l.j. C. de rest. mi. contrarium senserat, & in consi.162. col.2 Itē fauorabilior est restitutio,quæ fit ratione minoris ætatis,quàm sit illa,quæ fit ex clausula,si qua mihi iusta causa.Curt.in consi.58.Attende aliud scitu dignum,& nunquam obliuio-
15 ni tradendum: si minor † delictum confiteatur,neque alioqui constet eum esse culpabilem,ni si ex propria confessione, potest restitui aduersus huiusmodi confessionem. Ang.in l.certum. § in pupillo.ff.de confes.cuius documentum,ut singulare,sequitur Alex.in consi.115.in 3.vol. & in consi.80.in 7.vol.vbi ait, idem esse etiam quando minor se matrimonium cum aliqua cō traxisse confiteretur,& alioqui matrimonium non probaretur: nam aduersus confessionem hu
16 iusmodi esset restitutio concedenda secundum Alex.in d.consi minori, † mulieri,& rustico iura facilè subueniunt, eosque deceptos fuisse facillimè conijcitur, quando enormis est læsio. Mari.Soc.iuni.in consi.144.nu.32.Attende mirabilem fauorem ætatis minoris: nam si minor emit rem cum pacto,ut res loco pignoris apud uendi torem remaneat, donec pretium ei fuerit solutum,huiusmodi pactum reijcitur,& nihilominus tenet emptio:quia postquam ei fuit acquisitum dominium,non potuit obligari,id quod incredibile uideretur,cùm uno & eodem tēpore facta fuit uenditio & pactum, nisi haberemus text.sing.in l.j.§.fin. ff. de reb. eor. Minori
17 † autem non succurritur,si ei fiat solutio à debitore iussu iudicis.text.est sing. in l. ait prætor.§. permittitur,& ibi Rom.infrà hoc eod.tit.& ad hoc illum tex.extollit Paul.de Castr. in sing.13. & Alex.in consi.15.in 2.volum.vbi declarat.Sed Paul.de Cast.in l.ij.ff.de iudic.limitat hoc procedere, quādo debitor iussus soluere prius huic iudicis præcepto restituisset,alioqui uerò si absque aliqua resistentia simpliciter soluisset: quia tunc sponte soluisse præsumeretur: & hoc idē uoluit in cons.290. Visis his. vbi subiungit necesse esse, ut etiam solutio fiat incontinenti per
18 mandatum,alioqui uerò si ex interuallo,ut ibi per eum. Et quando sit neganda † minori in integrum restitutio,eleganter docet Bal.in l.j.in 24 oppo.C. qui admit.ubi ait, quotiescunque lex uel statutum expressam facit mentionem de minore siue alia persona, cui à iure communi conceditur restitutio, nunquam aduersus huiusmodi statutum restitutionem posse concedi. idem ait Alex.in consi.165.nu.5.in 6.vol.& ibi tradit etiam alios casus,in quibus restitutio negari solet. Item,si semel restitutio fuit concessa,iterum in eadem causa restitutio sine aliqua superueniente causa concedi non potest.l.fi.C.si sæpius in integr.restit.postul. Et si sine causa cō
19 ceditur,nullius est roboris & momenti. Dec.in consi.436.Item minor † 25. si est doctor iuris, non est in integrum restituendus.Bar.in l.sed & probari.ff.de excus.tut.Mar.Soc. iuni.in consi. 69.nu.49.Rursus, si minor renunciat beneficium ecclesiasticum, & alteri conferatur, petere non potest restitutionem in integrum, vide Abb. in c.ex parte, colum.7.de sponsal.An autem beneficium restitutionis in integrum aduersus hæreditatem non aditam ad hæredes transmittatur,an non? vide Raph. Fulg.in consi.85.Nunquid restitutio facta minori super probationibus iam publicatis prosit aduersario suo,qui est in maiori ætate constitutus? vide nor. Soci.in
20 cons.110.in 4.vol.Quando petitur † restitutio utrum necessaria sit litis contestatio: domini de Rota in decisi.9.in nouis. An & quando minor æquiparetur prodigo, & contrà, vide Bart.in l.si curatorem habens.C.de in integ.rest.minor. Et an priuilegia de uno ad alium extendantur. Feli.in c.cùm non licear,col.3.de præscript. An minor qui fuit læsus in causis spiritualibus, in quibus maior existimatur,possit petere restitutionem in integrum,Abb.in d.c.ex parte.col.6.
21 de restit.spoliat. Minor † autem 25.annis dicitur esse,qui agit annum 25.l. si maritus.§. minorem.ff. de adulter.& habetur in l.ad rempublicam.ff.de muner. & honor. vbi Alber. & ibi traditur,quando annus inceptus habeatur pro completo. An autem aliquis fuerit minor,uel maior tempore contractus, dic eum fuisse maiorem iuris interpretatione censeri, secundum glo.
22 optimam in l.si minorem.C.de in integ.rest.Minor † 25.annis nunquid esse possit de consilio ciuitatis,uel habere officium aliquod,in quo agatur de administratione reipublicæ? Abb.in d. c.cùm uigesimum,de offic.deleg.Si minor contrahit,ad quē probatio spectet, rem esse uersam

in ipsius

23 in ipsius minoris utilitatem.Soc.in con. 115.col.fi.in 1.volu. vtrum autem minor † cogi possit ad compromissum uigore statuti,quo cautum est,inter cõiunctos fieri debere compromissum necessarium: Et an peti possit in integrum restitutio, Alex.latè in consi.ultimo in 6.vol. & de hac re vide quæ posui in 1.const.C.de nou.cod.confic.Et minoris bona non incidunt in commissum,quamuis non sint solutæ collectæ,etiam si facta sint proclamata, quibus præcipiatur, bona non soluentium infra certum tempus incidere in commissum. Alex.in consi. 31.in 5.vol.

24 Item minor † uenditori scienti denuntiare non tenetur,quando contra eum agere uult de cuictione,quamuis regula sit in contrarium; ita sing.dixit Bal.in l.j.C.de peric.& commod.re.uẽd. & Aret.in consi.26.vbi de huius documenti ueritate subsistit. Et minor 25.annis renunciare potest beneficium ecclesiasticum sine curatore. Crauet.in consi.90.Item scias minorem, cui sunt elapsi decem anni post minorem ætatem censeri ratum habere contractum etiam nullum. l.fi.C.si maio.& Soc.in consi.147.col.4.in 1.vol.

Summarium in l.denique.ff.de minorib.

1 *Princeps potest minori administrationem bonorum suorum concedere.*

Bar.in l.denique in princ.ff.de minor.

1 Bart. in d.l.denique in principio ait,Principem † posse minori administrationem bonorum suorum concedere,non autem id posse iudicem inferiorem. vide plenè Alex. & Aret. in l.more.ff.de acquir.hæred.& Alexand.in l.bonorum,col.1.C.qui admit. Et dum Barto.infert,hoc pariter fieri non posse à statuto, nisi statutum esset ciuitatis, quæ superiorem non recognosceret quia ipsamet sibi est princeps. Vide Alexand.in consi.15.colum.3.versiculo Et satis est, in 3. volum.vbi ait gesta ab his,qui de facto superiorem non cognoscunt, teneri perinde ac si à summo principe facta essent.

Summarium in d.l.denique.§.si quis.ff.de minor.

1 *Minor quomodò possit restitui aduersus sententiam quæ habet necessariam consequentiam ab alio actu non rectè gesto.*

Bar.in d.l.denique.§.si quis.ff.de minorib.

1 Bart. in d.l.denique.§.si quis cum minore, tradit quomodò minor † restitui possit aduersus sententiam, quæ habet necessariam consequentiam ab alio actu non rectè gesto,vide Alex.in consi.141.col.3.in 5.vol.

Summarium in d.l.denique.§.minorem.ff.de minor.

1 *Minor ætas inspicitur de momento ad momentum.*

Bar.in d.l.denique.§.minorem.ff.de minorib.

1 Bart. in d.§.minorem,ait,minorem † ætatem inspici de momento ad momentum. Vide Ang.in consi.404.Et cùm tempus de momento ad momentum inspiciatur, ideò ualdè cauendum est ab amissione temporis, quod est cunctis rebus preciosius: nam teste Seneca in epist. prima,Omnia sunt aliena,tempus autem nostrum est. proinde à sapientibus est acceptum,honestam esse solius temporis auaritiam. Et multa de amissione temporis tradit Io.Baptista Caccialupus in tract. de ludo. num.16.Et dum Barto.tangit in d.§. minorem, an & quando annus incœptus habeatur pro completo, vide Feli.in c.cùm uigesimum,de offi.deleg.& Firma. omninò in tract.de Episcopo,in 31.quæst.primæ par.secundi libri.& Ias.in l. diuortio, nu.7. ff.sol. matr.Dec.in c.cùm in cunctis,de elect.

Summarium in d.l.denique.§. sed utrum.ff.de minor.

1 *Minor filius familias aduersus obligationem suam restituendus est, etiam si iussu patris contraxisset, præterquàm in mutuo.*

2 *Ex condemnatione executio contra filium fieri non potest.*

Bar.

Bar.in d.l.denique.§.ſed utrum.ff.de minorib.

1 BART. in ead.l.§.ſed utrum,colligit in ſumma. minorem † filiumfamiliàs aduerſus obligationem ſuam reſtituendum eſſe,etiam ſi iuſſu patris contraxiſſet,præterquàm in mutuo. Adde in hoc textum hunc eſſe ſing.ut per Iaſ.in l. ſingularia.num.29.ff. ſi cert. pet. Et attende, quoniam pater,qui tenetur pro filio tanquàm fideiuſſor,uſque ad peculium conueniri poteſt, non excuſſo prius filio.Bar.in l.cùm filiusfamiliàs,in princ.per iſtum tex.ff.de uerb.obligat.vbi Iaſ. col.3.verſ.ſecundò.vbi limit.

2 Bar.in d.§.ſed utrum,oppo.dicens,ex condemnatione † executionem contra filium fieri non poſſe: deciditque eum ſaltem carcerari poſſe. De hac re uide Barto.in l.Si filiusfamiliàs. ff.ſol. matr.& in tract.de carceri.in 4.quæſt.& Ang. in l.j.ff. de except. rei uend. Et ad prædicta uide Iaſ.in §.actiones autem,col.2.inſt.de actioni.& in l.j.C.qui admit.& in l.ſeruum,col.pen. C. qui teſta.facer.poſſ.Cæpol.in cautel.30.& Alex.in conſ.61.Viſo proceſſu,col.1.in 5.volu. Et dum Bar.in d.§.ſed utrum,col.fi.opponit,dicens,ſublata obligatione principali nõ remanere acceſſoriam. De hac re habetur etiam in l.cùm filiusfamiliàs,in princ.ff.de uerb.oblig.vbi gl.Bar. & alij. Et dum Bar.in fi.d.§.ſed utrum,tradit,an filia poſsit in dote inſtitui; vide Barb. in conſ.2. col.6.& ſeq.in 1.volum.

Summarium in d.l.denique.§.ſed & hæres.ff.de min.

1 *Minor eſt reſtituendus aduerſus negligentium adhibitam in non denunciando.*

Bar.in d.l.denique.§.ſed & hæres.de minor.

1 BART. in ead.l.§.ſed & hæres,ait, minorẽ † eſſe reſtituendum aduerſus negligẽtiam adhibitã in non denunciando. Pro declaratione an ei reſtitutio concedatur aduerſus conditionem non impletam, vide omninò Aret.in conſ.67.col.3.

Summarium in l.ait prætor.ff.de minor.

1 *Dictio,geſtum, poſita in edicto,omnem contractum uel quaſi contractum continet.*
2 *Ille qui appellat ab interlocutoria,iniuriam & grauamen ſibi illatum à iudice debet exprimere.*

Bar.in l.ait prætor.ff.de minor.

1 BART. in d.l.ait prætor,in principio ait,uocem hanc,geſtum, † poſitam in edicto,omnem contractum,uel quaſi contractum continere, aduerſus quem minor eſt reſtituendus. Quid ſi cum minore geſtum non eſſet,tamen læſus reperitur? Vide eundem Bar.in l.Aemilius,colu.2. infra eod.titu.& in l.cùm filiusfamiliàs.§.in hac.ff.de uerb.obligat. Et dum ibi Barto. in d.l.ait prætor,verſiculo Venio ad verſiculum, ait, dicendum uideri, minorem non poſſe debitorem conuenire; vide Rom.in conſi.80.

2 Bar.in d.l.ait prætor,tradit,eum, † qui appellat ab interlocutoria,iniuriam, & grauamen ſibi illatum à iudice debere exprimere. Adde caſum,in quo licet appellare ab interloquutoria,pro ut iuſtificabitur ex nouiter actitandis, ut per Alex.in l.recuſare.§.ſi quis alio.colum.3.ff.ad Trebell.Et dum Bar.ait,appellare licere à diffinitiua etiam ſi iudex nullam iniuriam fecerit, ſed rectè iudicaueriť; vide ad hoc & ad prædicta Matthæſyl.in ſing.39.Roman. in ſing.775. Bal. in c.peruenit,& in c.conſtitutus,de appellat.& Ana.in conſi.26.Bar.autem ibi paulòpoſt ſubiungit,ſi appellatur ab interlocutoria lata in contumacem,tunc poſſe alias nouas cauſas afferri coram iudice appellationis. vide tu Alex.in d.l.recuſare.§.fi.col.3.ff.ad Trebell.& Ana.in d.cõſi. 26.Et dum Bar.ibi propè fi.d.l.ait prætor,in princ.inquit,ſi iudex nõ pronunciauit ſuper emergenti,ſed ultra procedit,utrum iudicium ualeat,vide Feli.in c.ſuborta,de re iud.

Summarium in l.ait prætor.§.hodie.ff.de minor.

1 *Res minoris ad licitationem ſiue ſubhaſtationem uendi debet.*

Bar.

Bar.in d.l.ait prætor.§.hodie.ff.de minor.

1 BART. in d.l.ait prætor.§. hodie, ait, res minoris † ad licitationem siue subhastationem uendi debere. Vide Imol.in consi.99.in septimo dubio.in l.licitatio, in apostil.ff. de publi. & Bald.in authen.hoc ius porrectum. C.de sacrosanct.eccles. Et dum Barto.agit, an minor sit restituendus contra uenditionem factam per licitationem: vide Barto.in l.si tempora. C.de fid.instru.& iur.hast.fisc.lib. 10.in fi.

Summarium in l.& si sine.§.item & in.ff.de minor.

1 *Dilationes iudiciales uel legales currunt minori ipso iure.*

Bar.in l.& si sine.§.item & in eremodicijs.ff.de minor.

1 BART. in d.l.§.Item & in eremodicijs,inquit,dilationes † iudiciales uel legales currere minori ipso iure,licèt restitui possit. vide Bar.in l.fi.col.2.ver.oppono & uidetur. C. in quib. cau. in integr. rest.non est necess. Et ad rem faciunt quæ habentur per eundem in l.nam & posteà,§ si minor,col. 3.verſ.quæro quomodò probabit.ff.de iureiur.in hac materia scias, minorem absentem esse fauorabiliorem ad obtinendam restitutionem,ut docuit Aret.in cons. 103.colu.: vbi redarguit Sali.in l.j.C.de rest.minor.qui contrarium affirmauit.vide eundem Aret. in cons. 161.col.2.& Soc.in consi.153.col.9.in 1.vol.

Summarium in l.minor etiam.ff.de minor.

1 *Minor an sit restituendus aduersus ueram contumaciam & dolum.*

Bar.in l.minor etiam.ff.de minor.

1 BART. in d.l.minor etiam,tradit,utrum minor † sit restituendus aduersus ueram contumaciam,& dolum. vide Alex.in l.vbi exigitur.ff.de eden.

Summarium in l.si ex causa.§.nunc uidendum.ff.de minorib.

1 *Minor non est restituendus aduersus delictum dolo commissum.*
2 *Minoribus quomodò subueniatur in delictis.*

Bar.in l.si ex causa.§.nunc uidendum.ff.de minor.

1 BART. in d.§.nunc uidendum, colligit in summa, aduersus delictum † dolo commissum, minorem non esse restituendum, nisi ut habeatur pro confesso, & transacto. Vide Bal.in cons. 30.in 1.volum.& Fulg.in consi.61. Et dum ibi Bart.paulòpost subiungit, quid significet restitutio illa, ut habeatur pro transacto,& tradit cautelam pro beneficio minoris, ut ibi per eum. quam cautelam declara melius, scilicèt,quando aliquis uult litem habere cum minore aliquid petiturus ab eo, tutor, uel curator, uel procurator minoris quærere debet tractatum concordiæ & transactionis, & offerre aduersario aliquid minus, quàm in ueritate habere debet,& esset uia iuris consecuturus, ita ut ipse aduersarius consentiat. posteà minoris aduocatus dicat; nolo stare huic transactioni, sed si aliquid habere debes, pete: nam hoc modo si minor condemnabitur,habebit restitutionem in integrum, qui in d.transactione habebitur pro trãsacto: si verò causam uincet,melius erit pro eo, & istam cautelam pro memorabili & notatu digna tradit Cæpol. in cautel. 6. incip. Quando aliquis litigat. & Francisc.Crem.in sing. 28. Obtinui semel.vbi ait, se in facti contingentia obtinuisse; & postea inuenisse Bald. hoc idem dicentem in l.ij.col. 2.C.de rescind.uend.Sed ista cautela fuit Rom.in sing.308.Volo tibi dare cautelam. ubi ait,casum hunc esse singularissimum. Feli.post Bal.in c.fi.col. 2.verſi.sed pone, de probat.
2 Cæpol.in cautel.2.Et dum Bar.ibi prosequitur,quomodò minoribus † subueniatur in delictis. vide Aret.in consi.67.colu.5.Et attende,quia minoribus 18.annis subuenitur in delictis, quæ fiunt in omittendo. auth.si captiuis.C.de episc.& cleric.tradit Bar.in l.si quis in tantam. col.3.

C.vnd.

C.vnde ui. Vide Bar.in l.j.§.aduersus,col.fi.ff.de oper.no.nunc.& quia Bart.in d.§.nunc uidendum,in fi.ait,nonne est in dolo,eò ipso quòd negat ueritatem: Solue tu oppositionem illam, vt per Ias.in l.j.§.nunciatio,col.7.versi. circa id.ff.de oper.no.nunc.

Summarium in d.l. si ex causa. §. Papinianus.ff.de minor.

1 *Monachus eximitur à patria potestate.*
2 *Monachus an desinat esse ciuis.*

Bar.in d.l.si ex causa.§.Papinianus.ff.de minorib.

1 BART. in d.l.si ex causa.§. Papinianus, ait, monachum † eximi à patria potestate. Vide omninò Soc.latè in l.j.col.33.ff.de vulg.& pupill.& Feli. in c.dilectus.2.num.17. de rescrip. vbi inquit, hoc esse uerum quò ad ea, quæ concernunt commodum ipsius monachi, alioqui in ijs, in quibus de ipsius incommodo ageretur. Similiter etiam limitatur hoc non habere locum, quando de damno monasterij ageretur: quoniam quò ad ea non censetur exemptus à patria potestate per ingressum religionis. Feli. in c.Iudæi, 2. in fin. de Iudæ. An autem † monachus desinat esse ciuis,& alia priuilegia sua perdat? Et dicas, quòd non: quoniam ingrediens religionem ascendit,& ideò non debet descendere. Feli.in d.cap.dilectus,nu.17.& quamuis huic conclusioni reluctari uideatur glo.in cap.1.de purg. canon. quæ ait monachum perdere nobilitatem, tamen contrarium fuit iudicatum in Rota, ea ratione præcipua; quoniam nobilitas est ius sanguinis, quod immutabile est. l.ius agna.ff. de pact.ita refert Petrus Lenauderius in tracta. de oneribus doctorum, quæstio.54. & quando monachus pro mortuo habeatur, & quando non, vide Alexand.in consi.282.in lib.primi & secundi volum. & Abb. & Io. de Ana. in cap.sicut.2.de homicid.

Summarium in d.l. si ex causa.§. si in commissum.ff.de minor.

1 *Aduersus commissum uectigal minor est restituendus.*

Bar.in d.l.si ex causa.§.si in commissum.ff.de minorib.

1 BART. in ead.l.§.si in commissum,ait,aduersus † commissum uectigal minorem esse restituendum. Sed immo uidetur dicendum, bona minoris non incidere in commissum,quamuis solutæ non sint collectæ,& facta sint proclamata, quòd bona non soluêtium infra certum tempus incidant in commissum. Alex.in cons.31.in 5.vol.

Summarium in l.uerum.§. sciendum.ff.de minor.

1 *Minor debet restitui causa cognita.*

Bar.in l.verum.§.sciendum.ff.de minor.

1 BART. in d.§.sciendum,colligit, minorem † debere restitui causa cognita: ideò in libello narrare debet se minorem,& læsum. Vide ad hoc Dec.in cons.389.col.4.

Summarium in d.l.verum.§. item quæritur.ff.de minor.

1 *Si duo sunt priuilegiati pari priuilegio ille præfertur, qui tractat de damno uitando.*
2 *Priuilegiatus non debet uti priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
3 *Licèt minor constituat debitorem in mora sine interpellatione, hoc tamen locum non habet contra alium minorem.*
4 *Priuilegiatus an uti possit priuilegio contra eum à quo est priuilegium consecutus.*

Bar.in d.l.verum.§.item quæritur.ff.de minorib.

1 BART. in d.l.§.item quæritur,colligit in summa, si duo sunt† priuilegiati pari priuilegio,

cum præferri,qui tractat de damno uitando. exemplum uide apud Paul.de Caſt.in conſi.117. & hoc idem tradunt Doct.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc.eccleſ.& Rom. in conſi.179. nu.6.& in conſi.369.de qua re uide omninò Abb.in capitulo in præſentia,nu.37.cum ſequ.de probat.& in cap.fi.de ordin.cognit.& Felin. & Dec. latiſsimè in d.capitulo in præſentia,colu. 22.Iaſ.in l.Marcellus,colu.8.verſic.limita.ff.ad Trebell.& Dec.in l.in re obſcura.ff. de reg. iur.

2 & priuilegiatum † non uti priuilegio contra pariter priuilegiatum, uide quid ex hoc decidat Feli.in d.c.in præſentia,col.10.verſic. & per iſtam glo.& Alexand.in l.j.§.ad municipium.ff.ad leg.Falc.& quid decidit Barbat.in conſi.15.incip. Deum inuocent adiutorem, in 3.uolu.& in conſ.38.col.7.verſ.Sextò faciat.eodem volum.Vide etiam Ang.in §.item ſi.col.10.uerſic.Ter-

3 tiò. Inſtitu.de except. Ex hoc etiam infertur, quamuis minor † conſtituat debitorem in mora ſine interpellatione,hoc tamen locum non habere contra alium minorem. Paul.de Caſt.in cõſilio 125.in 1.volu.ſic etiam in ſimili caſu à contrario deciditur,an criminoſus à pariter criminoſo repelli poſsit: ita, vt paria delicta mutua compenſatione tollantur. de quo habetur in l. cùm mulier,& in l.viro, & uxore.ff.ſolu.matrimo.& in cap.cùm dilecti,de except.& ad prædi-

4 cta uide Mari.Soc.iunio.in conſ.74.nu.21. An autem priuilegiatus † uti poſsit priuilegio contra eum,à quo eſt priuilegium conſecutus? uide docto.in cap.fin.de fruct.& lit.expen.Attende etiam in hac re, priuilegiatum,qui ignominiosè exercet id,à quo ſuum oritur priuilegium; vt putà, ſi miles ignominiosè militaret,non poſſe uti priuilegio ſuo. tex. eſt not.in l.ſed & milites §.qui nimirum.ff.de excuſa.tutor.

Summarium in l. ſi apud.ff.de minor.

1 *Priuilegium ætatis eſt potentius priuilegio Velleiani.*

Bar.in l.ſi apud.ff.de minor.

1 Bart. in d.l.ſi apud, ait, priuilegium † ætatis eſſe potentius priuilegio Velleiani, & reſqua, vt ibi per eum. Vide in ſimili caſu tex. in l.cætera. §.ſed. & ſi quis. vbi Paul. de Caſt.& Aret.ff.de legat.primo.

Summarium in l.in cauſæ.la prima.§.interdum.ff. de minor.

1 *Reſtitutio in integrum eſt in rem ſcripta.*

Bar.in l.in cauſæ.j.§. interdum.ff.de minor.

1 Bart. in d.§.interdum,ait, reſtitutionem in integrum † eſſe in rem ſcriptam,ideò dari in ſubſidium contra eum,ad quem res peruenit, licèt cum minore non contraxerit. Adde quòd iſtum tex.adducit Bar.in l.ſi tertius.§.ſi quis priuſquam.in 2.q.ff.de aqu.plu.arcen. ad probandum,quòd officium iudicis tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.

Summarium in l.in cauſæ.la ſecunda.ff.de minor.

1 *Auxilium extraordinarium in ſubſidium introductum, non concurrit cum ordinario.*

Bar.in l.in cauſæ.ij.ff.de minor.

1 Bart. in d.l.in cauſæ,2.in princip.ait in ſumma,auxilium † extraordinarium in ſubſidium introductum, non concurrere cum ordinario. Vide Felin.in c.ſignificauit, col.1.in quarto notabili.& col.3.in princ.de teſti.& in c.paſtoralis,col.3.verſic.dum firmat Abbas, de except.& egregiè Dec.in conſi.422.vbi dicit, hoc uſque adeò eſſe uerum, ut remedium uni conceſſum in ſtatuto ad alium non porrigatur. vide Iaſ.in §.præiudiciales,col.8.inſti.de action.

Summarium in d.l.in cauſæ.la ſecunda.§.idem Pomponius.ff.de minor.

1 *Licere contrahentibus ſe circumuenire, dummodò abſit dolus.*

Bar.

Bar.in d.l.in causæ. 2.§.idem Pomponius.ff.de minorib.

1 BART. in d.l.in causæ.§.idem Pomponius, tradit, licere contrahentibus † se circumuenire,dummodò absit dolus, & deceptio non sit ultra dimidiam iusti pretij. Dicas hoc non procedere in foro conscientiæ. Dec.in c.1.colu.3.de const.& an & quando contrahentibus liceat se inuicem decipere,uide eundem Dec.in l.si quis in conscribendo. C. de pact. & qua cautela uti debeat deceptus citra dimidiam iusti pretij, vt contractus rescindatur, aut iustum pretium suppleatur,vide apud Thom.Ferrat.in cautel.4.vbi multa adducit scitu digna.

Summarium in l.minor autem magistratus.ff. de minor.

1 *Minor magistratus contra sententiam maiorum non restituit.*

Bar.in l.minor autem magistratus.in princ.ff.de minor.

BART. in d.l.minor autem magistratus.in princip. nihil dicit. Tamen ex tex.colligitur,mi
1 norem† magistratum contra sententiam maiorũ non restituere. Limita regulam huius.l.ut non procedat in pœnitentijs iniungendis,in quibus minor immutat pœnitentiam à superiore iniunctam.glo.est sing.in c.tempora pœnitudinis.26.q.7.Rom.in sing.454.

Summarium in d.l.minor autem.§.sed & pro.ff.de minor.

1 *In una causa non licet tertiò prouocare.*
2 *Quando appellatio est prohibita à sententia, an aliquo casu antequam feratur sententia liceat appellare à grauaminibus futuris.*

Bar.in d.l.minor autem.§.sed & Percennio Seuero.ff. de minorib.

1 BART. in d.§.Sed & Percennio Seuero. colligit in summa, in una causa † non licere tertiò prouocare,sed post duas sententias peti posse restitutionem in integrũ. Ex quo habetur,sublata appellatione,sublatam non esse restitutionem in integrum. Vide Soc.in consi.242.& in cõs. 299.in 1.volu.& plenè Barb.in consi.44.in 3.vol.& in consi.9.in 1.uolu.col.4.Rom. in consi. 90. Paul.de Castr.in consi.317.aliquid per Aret.in cons.161.colu.4.& Bal. in cons.148.in 1. uol.& in consi.44.& in consi.96.in 5.uolu. Ex & prædictis sumitur cautela,ubicunque appellatio est prohibita,ibi restitutionem in integrum esse petendam. Cæpol. in cautel. 180. Sed
2 quæro,quando appellatio † est prohibita à sententia, an aliquo casu antequam feratur sententia,liceat appellare à grauaminibus futuris? vide Ang.in consi.188. Accedat ad prædicta unũ aliud scitu dignum, vbi prohibita est appellatio, & quęcunque exceptio,tamẽ prohibitum esse nõ censetur posse principaliter agere de nullitate; ita not.docuit Bal. in l.j.C.ne lic.in una cad. sent.& clarius Aret.in consi.75.col.pen.

Summarium in l. Papinianus.ff.de minor.

1 *Ex separatis de uno ad aliud non infertur.*

Bar.in l.Papinianus.ff.de minor.

1 BART. in d.l.Papinianus,colligit regulam illam,scilicèt,ex separatis † de uno ad aliud non inferri. Adde tex.in l.inter stipulantem.§. sacram,ibi, sed hæc disimilia sunt.ff.de uerb.obliga. & tex.in l.sed si accepto.ff.de iur.fisc. Vide Bal. in l.si maritus.C.de donat. inter uirum & uxor. Card.in c.si inter,colu.3.de sponsal. Paul.de Castr.in consil.316. Alexand.in consi.178.in lib. primi & secundi uolum.

Summarium in l.quod si minor. §. restitutio.ff.de minor.

1 *Per restitutionem omnia reponuntur in pristinum statum.*
2 *Restituto minore an censeatur restitutus aduersarius ad probandum.*

De minoribus.

Bar.in l.quod si minor.§.restitutio.ff.de minor.

1 BART. in d.§.restitutio,colligit in summa, per restitutionem † omnia reponi in pristinum statum.iste tex.affertur à Rom.in consi.454. ad probandum,vbi titulus, ex quo aliquis se tuetur, redit ad non titulum,uel habet ortum ex causa irrita,eum qui possedit rem ex tali titulo teneri ad fructuum restitutionem. Et an & quando restitutus recuperare debeat fructus perceptos,etiam si bona fuissent publicata,vide Dec.in l.in condemnatione.§.cùm uerbum.ff.de regul.iur. 2 An autem ex hoc posit inferri,quòd restituto † minore censeatur restitutus aduersarius ad probandum,vide Bar.in l.j.§.nunciatio,in fi.ff.de oper.nou.nuncia. Et quod restituere sit in pristinum statum reponere, ut quod abstulit læsio,reddat restitutio,vide in l.fi. C.de sent. pass.& in l.videamus.§.in Fauiana.ff.de usur.& Abb.in c.querelam,in fi.de elect. & in c.præterea,de usur. vbi tradit,quæ nam sit differentia inter uerbum,satisfacere, & uerbum restituere. & in rubr.de restit.in integr.vide etiam Bar.in l.qui proprio.§.item quæritur. ff. de procura.& quotuplex sit restitutio,vide Barto.in l.cum quis.§. si quis pro reo.ff.de solut.& in l.j.§.fin.ff.de quæstio.& dum Bart.in d.§.restitutio,quærit,quid si pecunia soluitur perdituro? Vide Aretin in consilio 81.

Summarium in l. patri pro filio. ff. de minor.

1 *In quibus casibus speciale mandatum requiritur, coniuncta persona admittitur, si prætendit proprium interesse.*

2 *Coniuncta persona protestari non potest.*

3 *Coniuncta persona agere potest pro minore in casibus, in quibus non requiritur speciale mandatum.*

Bar. in l.patri pro filio.ff.de minor.

1 BART. in d.l.patri pro filio,colligit in summa,in casibus,in quibus † requiritur speciale mandatum,coniunctam personam admitti, si prætendit proprium interesse. Ad istam l.uide Aret. Alex.Soc.& Ias.in l.iij.ff.sol. matr.& Soci.in consi.231.col.2.in 1.vol.Attende etiam,quia hæc regula x1.recipit limitationes. Alex.in l.exigendi.C.de procur.vide Feli.in cap.sunt & alij.nu. 2 42.de rescri.vbi plenissimè agit de hac re. & coniunctam personam † protestari non posse,docuit Feli.in c.cùm.M.Ferrarien.nu.58.de consti. Quæ autem dicantur coniunctę personæ,tradit Alex.in d.l.exigendi, & Feli.in d.c.sunt & alij.nu.57.cum seq.vbi quid de coniunctione spirituali,& quid de spurijs & naturalibus an dicantur coniuncti. Et animaduertendum est,quoniam hoc non habet locum nisi in affinitate ascendentium, & descendentium, alioqui uerò in affinitate transuersalium.Ang.in consi.194.& ad præfata uide,quæ posui suprà ad Bar.in l.fed & hæ.ff.de procur. & Io.Andr.in c.constitutus,de restit.in integ.& ibi Abb. in recollectis Par- 3 mensibus. Et dum Bar.in d.l.patri & filio,ait, coniunctam † personam agere posse pro minore in casibus,in quibus non requiritur speciale mandatum,uide Aret.in consi.26.col.5.Ad ea,quę prædixi, accedat,patrem pro suo interesse admitti debere, quãdo contra filium pro aliquo crimine ageretur. Imol.in l.accusator.§.ad crimen.ff.de public.iudic.Ang.in l.seruum quoque.§. publicè.ff.de procur.Bar.in l.prætor,in princip.ff.de damn.infect.Cæpol.in cons.40. & in cõsilio 46.& in cautel.66.

Summarium in l.etiam. §. ex causa.ff.de minor.

1 *Si per restitutionem rescinditur unum capitulum sententiæ, cætera firma remanent, si illi non sunt connexa.*

Bar.in l.etiam.§.ex causa.ff.de minor.

1 BART. in d.§. ex causa, ait, si per restitutionem † rescinditur unum capitulum sententiæ, cætera firma remanere,si illi non sunt connexa. Ex hoc Barto.documento,& ex dictis per glo. ibi, colligitur tot esse sententias, quot sunt capitula. id quod facit ad materiam.l. si idem cum eodem.ff.de iurisd.omn.iud.& dum Bar.opponit de l.in hoc iudicio.ff.famil.ercis.soluit,ibi agi de connexis, hic de disiunctis. Istam solutionem sequitur glos. in l.j.C.si aduersus rem iudic.

& Panorm.

& Panorm.in cap.cùm intereſt,de re iudic.vbi Felin.ponit regulam cum fallentijs. Vide etiam Card.in conſ.74.colu.2.in fi.Abb.in cap.dilectus,in 3.notabili de cauſ. poſſ. & propri.Soci.in conſi 85.colum.3.in 1.volu.aliquid per Barb.in conſi.10.colu.pen.in 1.volu.& Feli.in c.cùm Ioannes,col.11.de fide inſtrum.

Summarium in l.minor 25.annis adito.ff. de minor.

1 *Minor ætas probatur ex aſpectu iudicis.*

Bar.in l.minor 25.annis adito.ff.de minor.

1 BART. in d.l.minor 25.annis adito, concludit, minorem† ætatem probari ex aſpectu iudicis,quò ad hoc ut onus probandi contrarium, in aduerſarium transferatur, qui poterit probare contrarium. De hac re agendum erit in l.de ætate,infrà eod.tit.& quia Bart.ait, hunc eſſe unum caſum, in quo iudex iudicat ſecundum conſcientiam ſuam cùm iudicet ex aſpectu. Ad rem hanc uide, quæ plenè poſui ad Bar.in l.illicitas.§.veritas.ff.de off.præſid.vbi eſt locus proprius. Et dum Barto. proſequitur diſcutiendo utrum ſoluentes minori ſint excuſati, an non, ſi non allegant minorem ætatem, uide Paul.de Caſtr.in conſi.290.colum.penult.& Bald.in l.falſus, colu.penult.C.de furt.

Summarium in l.ſi minor 25.annis filiofa.§.minores.ff. de minor.

2 *Minor eò ipſo quòd compromittit in arbitrum, læſus uidetur.*

Bar. in l.ſi minor 25.annis filiofa.§.minores.ff.de minor.

1 BART. in dicto §.minores, colligit ex iſto tex. minorem, † eò ipſo quòd compromittit in arbitrum, læſum uideri. Limita hoc non procedere, quando ſtatuto cautum eſſet, inter affines compromiſſum fieri debere: quoniam læſus non diceretur, cùm ſit uſus iure communi. Bal.in l.fin.C.de in integr. reſtitu.Item limita hoc non procedere,quando minor compromitteret cum minore propter conditionis æqualitatem,per ea,quæ poſui ſuprà in l.verùm.§. item quæritur, hoc eodem titu. ad quæ me remitto. & hanc limit.ad iſtum text. non nulli tradiderunt in l.de fideicommiſſo.C.de tranſact. Vide etiam ad prædicta Panorm. in conſi.21.columna prima.in 2.uolu.Alexand.omninò in l.ſi plures.ff. de pact.Aret.in conſi.78.& Bal.in conſilio 96.in 5.volumine.

Summarium in l. ſi in emptionem.ff. de minor.

1 *Propter intereſſe affectionis minor eſt reſtituendus.*

Bar.in l. ſi in emptionem.ff.de minor.

1 BART. in d.l.ſi in emptionem, colligit in ſumma, propter intereſſe † affectionis minorem eſſe reſtituendum. Vide Bal.in conſi.13.col.3.& in conſi.27.in 1.vol.

Summarium in l.minor 25.annis omiſſam.ff.de minor.

1 *Minorem eſſe reſtituendum ut omiſſam allegationem ſiue probationem iterum inducat.*

Bar.in l.minor 25.annis omiſſam.ff.de minor.

1 BART. in d.l.minor 25.annis omiſſam. ait,minorem eſſe reſtituendum,† vt omiſſam allegationem ſiue probationem iterum inducat, & propterea Bart. ſubiungit cautelam, ut minor non litiget per procuratorem, quem ſolus iuramento interueniente conſtituit: quoniam propter iuſiurandum perderet beneficium illius.l.minor. citat authen.ſacramenta.C.ſi aduerſ.uendit. De hac re uide Iaſ. in dicta authen. ſacramenta, colu.19.& ſequ. & Imol. in capitulo cùm contingat. de iureiuran.Feli.in cap.exceptionem, colu.3.verſ. fallit ſextò,de except.& Areti. in conſ.20.in fi. Attende etiam iſtam cautelam, quam tradit Bar. quia eſt ſolennis limitatio ad titulũ.C.qui legit.perſon. ſtand.in iudic.non hab. vt non procedat, ſi illa perſona interueniẽte,

iuramento procuratorem constituisset. Et dum Bart. dat exemplum in d.l. minor, quando minor omisisset opponere aliquam exceptionem declinatoriam, vide Ias. in l. eleganter. §. si quis post, col. 2. ff. de condit. indeb.

Summarium in l. auxilium. ff. de minor.

1 *Minor restitui non debet aduersus dolum præsumptum in futurum.*
2 *Quæ crimina sint atrocia, & quæ leuia.*

Bart. in l. auxilium. ff. de minor.

1 BART. in d.l. auxilium, ait, minorem † restitui non debere aduersus dolum præsumptum in futurum. Vide Raph. Cuma. in consi. 74. & dum Bar. in uersicu. contra hoc opp. de hac lij. ait, minorem non esse restituendum aduersus dolum præsumptum in futurum, sed aduersus dolum præsumptum in præteritum: vide Alex. in cons. 103. col. 6. in 1. vol.

2 Bar. in ead. l. quærit, quæ sint † crimina atrocia, & leuia. De hac re uide eundem Bar. in l. non solùm. §. si mandato meo. ff. de iniur. Salic. in l. non ideo minùs, nu. 11. C. de accusat. & trad. in § atrox. institu. de iniur. & per Ioan. Monach. in tract. nuncupato, Defensorium iuris, in §. contra priuilegium, & Felin. in capitulo cùm illorum, num. 15. de senten. excomm. vbi concludit, rem hanc in arbitrio iudicis residere.

Summarium in l. Aemilius. ff. de minor.

1 *Per nouam denunciationem siue protestationem de soluendo, uidetur esse remissa prima mora.*
2 *Judex ferre non potest sententiam, quæ non sit conformis libello.*
3 *Quando alicui committitur causa cum clausula, vt sola facti veritate inspecta procedat, sententiam ualet, etiam si non sit conformis petitioni.*

Bart. in l. Aemilius. ff. de minor.

DE intellectu huius l. Aemilius, uide omninò Curt. in consi. 58. Bar. in d.l. Aemilius, propè principium colligit ex illo tex. per nouam † denunciationem siue protestationem de soluendo videri remissam esse primam moram. Attende, quoniam hoc uidetur esse mirum, vt *id quod* aliquis agit ad propriam utilitatem ad constituendum debitorem in mora maiori eum sæpe interpellando, contrarium effectum operetur, ut in eius præiudicium uertatur, cùm prior mora purgetur. de quo uide Ias. in l. si ex legati causa, columna penultima, versicu. tertiò limg. ff. de uerbor. obligation. & animaduerte, quia text. in d.l. Aemilius, non præsupponit, per solam secundam interpellationem recedi à prima, sed præsupponit etiam si fiat denunciatio, ibi, quòd uenditor denunciando. vide Ias. in l. vinum, colum. 8. versic. secundo loco. ff. si cert. pet. & omninò Imol. in cons. 10.

2 Bar. in dicta l. Aemilius, propè fin. ait, regulam illam, qua cauetur, iudicem † ferre non posse sententiam, quæ non sit conformis libello, non habere locum in principe, qui id potest facere ex plenitudine suæ potestatis. Hoc idem tenent Anto. de Butr. & alij in capitulo licèt Heli, de simon. & Archid. in capitulo secundo, de restitutio. spoliat. in sexto. quibus adde Specul. in titu. de actio. & petit. §. supereſt, versiculo sed nunquid. & Ioan. Andr. in capitulo mandatum, de rescript. Et hanc limitationem simpliciter sequitur Alexand. in l. vinum. ff. si cert. peta. quoniam princeps non tenetur ordinem iudiciarium seruare, & eius sententia huiusmodi ordine non seruato ualida est. tex. est in capitulo ad petitionem, de accusat. quem not. Bal. pro singul. in capitulo secundo. de non firm. fidel. Et ratio, quam ponit Barto. in fine prædicti documenti, ex qua colligitur, quando alicui committitur † causa cum clausula, ut sola facti ueritate inspecta procedat, sententiam ualere, etiam si non sit conformis petitioni: dicas pro ea facere quod docuit Anto. de Butr. in c. 2. de iuram. calum. per illum tex. & trad. in l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet. & uide Alex. & Ias. in d.l. vinum, & Dec. in cons. 11. col. fi. & plenè de ui huius

3 clausulæ

clauſulæ uide per Rom.in ſingu.783.incip. Quid importantuerba, cum ibi addit. per Caſtill. & Feli.in c.olim, col.fi.de accuſat.

Summarium in l. intra utile.ff.de minor.

1 *Ab interlocutoria quæ quaſi totam cauſam dirimit, & in alijs præiudicium parit, appellari poteſt.*
2 *An & quando pendente appellatione ſuper interlocutoria, ſententia lata ſuper diffinitiua mandari poſſit executioni.*

Bar.in l.intra utile.ff.de minor.

1 BART. in d.l.intra utile,in principio ait, ab interlocutoria † quæ quaſi totam cauſam dirimit, & in alijs præiudicium parit, appellari poſſe: & pendente appellatione officium iudicis quieſcere ſuper principali. Vide Bald.in conſi.190.in 1.volu.Abb.in conſ.30.& in conſ.38.in 1.volu.& dicas, appellantem ab interlocutoria,debere in ſpecie cauſam grauaminis exprimere. clem.appellanti,de appellat. Dec. conſ.687. Et an ſufficiat notorietas, vt appellans excuſetur ab allegatione huius grauaminis, tradunt Domini de Rot. in deciſ.7.in nouis. Et dum Bar.ibi propè fi.ait, ſi pronunciatur malè iudicatum, irritum reddi quicquid poſt appellationem factum eſt. Vide Feder.de Sen.in conſ.163.colu.3. Et an & quando pendente † appellatione ſuper interlocutoria ſententia lata ſuper diffinitiua mandari poſsit executioni.Felin.in c. veniens,in princ.de teſti.& circa prædicta attende, quoniam appellatio ab interlocutoria non deuoluit cauſam appellationis ad ſuperiorem, niſi poſtquam per iudicem appellationis auditis,& citatis partibus fuit recepta,& inhibitio ſubſecuta.c.non ſolùm,in princip. de appella.in 6.c.Romana.§.ſi uerò,cum ſeq.eo.tit.& lib.tradit Alber.Brun.in conſi.54.col.fi.

2

Summarium in l.minor 25.annis cui.ff.de minor.

1 *Stipulationem per quam nouatur actio iudicati, non habere paratam executionem.*
2 *Inſtrumenta quæ habent executionem paratam ex forma ſtatuti, ita demùm procedere, ſi debitum eſt liquidum contra eum contra quem fit executio, & non aliter.*

Bart.in l.minor.25.annis cui.ff.de minor.

1 BART. in d.l.minor 25.annis cui, colligit ex iſto text. ſtipulationem, † per quam nouatur actio iudicati, non habere paratam executionem, ſententiam uerò diffinitiuam habere paratam executionem. Ad id,quod inſtrumenta non habent paratam executionem: vide Ange. & aliquid apud Alexand. in l.ſi cùm dotem. §. eo autem tempore, columna tertia. verſiculo, Item not. quòd in actione de dote.ff. ſoluto matrimo. & in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudic. & Barba.in conſi.42.colum.13.in primo volumine.& Ana.in conſi.50.columna tertia. Socin.in conſi.2331.col.5.uerſic.circa quartam,in 1.vol. vbi tradit etiam,quid ſi ſit inſtrumentum iuratum,vel guarentigiatum, & an ſtatutum diſponens, quòd inſtrumenta publica exequantur,ſit contra ius commune. & ibi col.7.tradit,quæ requirantur ad hoc, vt uigore huiuſmodi inſtrumenti habentis executionem paratam poſsit aliquis capi. Vide eundem Socin.in conſilio 40. columna fin.eodem uolu.& Aretin.in l.more, colum.prima.ff.de acquiren.hæred. Et in hac re
2 attende,inſtrumenta,† quæ habent executionem paratam ex forma ſtatuti, ita demùm procedere, ſi debitum eſt liquidatum contra eum, contra quem fit executio, & non aliter. Alexand. in conſi.334.in lib.primi & ſecundi uolu.Bald.in l.ij.C.de execut.rei iudic.& Socin.in conſilio 51.in 1.volu.An autem ſimul peti poſsit liquidatio & executio: vide eleganter Socin.in conſi. 89.in 3.uolu. Quæro nunquid ſtatuto concedente executionem paratam inſtrumentis,idem ſit etiam ſi non adeſt inſtrumentum, ſed teſtes examinantur,& eorum dicta rediguntur in ſcriptis probantia inſtrumentum fuiſſe confectum, & conceſſam fuiſſe executionem illius debiti? Alex.in conſi.93.in fi.in 6.uol.tenet hoc operari eundem effectum, ac ſi ipſum inſtrumentum produceretur. Tñ uide eundem Alex.in l.fi.in glo.in uoce,depoſitionib.C.de edic. diui Adri. toll.& dum Barto.in d.l.minor,ait,ſententiam habere executionem paratam,attende, ſi ex ſen-

tentia agitur actione iudicati uel in factum, tunc proceditur ordinariè per uiam libelli, & litis contestationis, alioqui uerò si petitur simpliciter officium iudicis: quia tunc proceditur summariè, vt per Bar. in l. infrà, & ibi pono in lucubr. ff. de re iudic.

Summarium in l. de ætate. ff. de minor.

1 *Aetas quomodò probetur per testes.*
2 *Quis ætatem probare debeat.*
3 *Aetas incipit à puncto natiuitatis.*
4 *Si testes testimonium dicentes de ætate adducant se hoc scire, quia sunt uicini, uel consanguinei, an sufficiat.*
5 *Aetas quomodò probetur ex aspectu.*
6 *Quando testis ex aspectu dicit illum fuisse talis ætatis, si interrogatus quid sit aspectus tanti temporis, respondet nescio tibi dicere nisi quòd est aspectus tanti temporis, hoc sufficit.*
7 *Si testes dixerunt celebratum fuisse contractum Seruio & Titio præsentibus, & deinde interrogati quibus præsentibus respondeant, nullis, eos non esse contrarios: quia intelligitur eorum dictum, nullis præsentibus, nisi prædictis.*
8 *Testes, qui debebant examinari super duobus capitulis, & interrogati super uno, cum ab eis peteretur nunquid aliud scirent, responderunt, nihil aliud scire in præsenti causa: quia debet intelligi super capitulo super quo interrogati fuerunt, non autem super alio.*
9 *Cui probandi onus incumbat.*

Bar. in l. de ætate. ff. de minor.

1 BART. in d.l. de ætate, col. 3. uersi. venio ad secundam q. quærit, quomodò ætas † probetur per testes. Vide Felin. in cap. quoniam frequenter, in princip. nu. 23. vt lit. non contest. & in c. in præsentia. de probat. Bar. in l. ij. ff. de excus. tut. vbi etiam Nicol. de Neap. & in l. excusatur, eod. titu. & Specul. in 2. par. tituli de probat. §. 1. vers. restat uidere, & §. 3. vers. quartò, & vers. pen. & quis ætatem † probare debeat, vide Salic. in l. minorem. C. de in integr. restitu. & plenè Feli. in d.c. in præsentia. An autem minor ætas probetur per dationem tutoris, vel curatoris factam inter alias personas? vide Alex. in consi. 21. in 1. vol. & dum Bar. in d.l. de ætate, iudicium-
3 git, ætatem † incipere à puncto natiuitatis, qui modicus est, & non clarus: quia fit in occulto. Vide Paul. de Castr. in cons. 140. in 1. dubio. Et circa præfata quomodò ætas probanda sit, & quis eam probare teneatur, vide Bar. & Bal. in l. cùm te. C. de probat. Archid. & Anch. in c. eo tempore, de rescrip. in 6. Specu. in tit. de actore, in princ. & maximè in versi. Si quæris. Et an in contractibus, vel iudicijs, vel arbitrijs aliquis præsumatur maior, uel minor, vide Bal. in l. j. C. si quis ignor. rem minor. Bar. in l. muto. ff. de tute. & Io. Andr. in c. infamibus, de regul. iur. in 6. Et dum Bart. in d.l. & col. prosequendo rem hanc circa modum probandi ætatem, ait, sufficere, si
4 testes † de ea testimonium dicentes adducant, se hoc scire, quia sunt uicini, uel consanguinei. Hoc idem sequitur Ias. in l. j. col. 3. versic. Aduerte. ff. si cert. pet. vbi alia cumulat. & vide remissiuè Alex. in l. non tantùm, col. j. C. vnd. legit. & Feli. in c. literis, colu. 3. de præsumpt. & Corn. in cons. 21. in 3. volu. Dicit posteà Bar. ibi paulò post præcedentia, si testis, qui dixit de quotitate anni, interrogatur quo anno natus est, & respondeat, nescio; hoc debere intelligi, scilicèt nescio dinumerare quotitatem dicti anni ab illa numeratione, quam feci, vt testis à contrarietate seruetur. Vide Alex. in cons. 42. col. fi. in 3. vol. Feli. in c. quoties, col. 3. de testi. & in c. cùm causam, eod. tit. & Aret. in cons. 83. Circa probationem † uerò quæ fit ex aspectu, de qua etiam ibi
5 agit Bar. vide aliquid apud Ant. de Butr. in cons. 46. col. 3. & quatenus Bar. in d.l. de ætate, col. 4. ait, in eo quod cognoscibile est per aspectum, secundum communem hominum notitiam, rationis redditionem sufficere, quando testis dicit se uidisse, quamuis illud consistat in iudicio intellectus. Vide Decium in cons. 54. col. fi. In eo autem, quod est cognoscibile per aspectum, non secundum hominum peritiam, sed ex arte, tunc ait Barto. aspectum non esse sufficientem rationis

rationis redditionem in teſte,ſed debere aſpici per iudicem,ſiue peritos, quibus iudex cõmiſit. vide ad hoc Aret.in conſi.83.col.8.& in conſi.43.col.7.& ſequ.& de modis probandi minorẽ ætatem, vide omninò Alex.inconſi.149. in 5.vol.

6 Bar.in d.l.de ætate,col.6.ait,quando teſtis ex aſpectu † dicit illum fuiſſe talis ætatis: ſi interrogatus, quis ſit aſpectus tanti temporis, reſpondet; neſcio tibi dicere niſi quòd eſt aſpectus tanti temporis: hoc ſuffic ree. Et idem eſſe etiam ſi ſimpliciter reſpondet, neſcio. Hoc idem ſequitur Iaſ.in l. ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff.de uerb.oblig.& in l.j.col.3.ff.ſi cert.pet.& pro hoc Bartoli documento facit,quod tradidit Alber.in l.non erit.§.dato.in gl.j.ff.de iureiur. vbi
7 voluit,ſi teſtes dixerunt † celebratum fuiſſe contractum Seio & Titio præſentibus, Et deinde interrogati quibus præſentibus, reſpondeant nullis, eos non eſſe contrarios; quia intelligitur eorum dictum nullis præſentibus niſi prædictis. Cuius deciſionem refert & ſequitur Alex.ibi, & in d.l.ſtipulatio iſta.ff.de uerb.oblig. & ad rem faciunt tradita per Ang. in fortioribus termi nis in conſi. 274. Thema ſuper quo petitur. vbi ait,teſtes dicentes celebratum fuiſſe contractum,& interrogati de præſentibus, reſpondent nullis,probare,quamuis deinde reperiatur ali quos fuiſſe præſentes: quoniam eorum dictum intelligendum eſſe perhibet, nullis præſentibus,quos uiderimus. pro quo Ang.conſilio benefaciunt trad. per Bar.in l.j.§.ſi quis neget,col. 1.verſic. Prætereà.ff.quemad.teſt.aperi.& quæ habentur hac in l.per Bar.& per Bald.in l.data opera,colu.18.C.qui accuſ.non poſſ.& in l.j.in princip.ff.ſi cert.pet. Accedat ad hæc deciſio
8 Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de teſti.§.nunc uidendum,in ultima addit.de teſtib. † qui debebant examinari ſuper duobus capitulis,& interrogati ſuper uno,cùm ab eis peteretur, nũquid aliud ſcirent,reſponderunt,nihil aliud ſcire in præſenti cauſa: quia debet intelligi ſuper capitulo ſuper quo interrogati fuerunt,non autem ſuper alio. Prætereà hoc idem confirmatur ex ijs, quæ uoluit Bar.in tract.de teſti.in glo.in uoce,rem aliquam. Vide ad prædicta Alexan.in conſi. 42.col.pen.in 3.vol.& in conſi.180.in fin.in 5.vol.& in conſi.116.in 4.vol. Felin.in c.cùm tu, col.2.de teſti.& in c.fraternitatis,col.5.ſed ultra.de teſti.& in c.cùm cauſam, eod.tit. & in c.ſedes,col.4.de reſcrip.& omninò Dec.in conſi.118.in fi.

Bar.in ead.l.& col.verſic. ſumus expediti de ſecunda quæſt.principali, quærit, cui probandi
9 † onus incumbat. De hac re vide Abb.in d.c.in præſentia,col.10.verſic.ſed quæro,de probat. vbi Dec.in nu.48.in glo.in voce, ſecundæ. Et uide quæ poſui ſuprà in lucubr.huius.l.de ætate, in princip.vbi ad rem hanc multæ citantur authoritates. Vide etiam Bal. in conſi.66. in 3.uol & in conſi.418.in 2.vol. Imol.in conſi.114.Abb.in c.1.de regul.Aret. in conſi.82. col.pen. &. Alex.in conſi.143.col.pen. & fin.in 5.uol.

Summarium in l.etiam.ff. de minor.

1 *Quomodò & quando aduerſus præſcriptionem reſtituatur ille, qui erat in utero.*

Bar.in l.etiam.ff.de minor.

1 Bart. in hac l.tradit,quomodò,& quando aduerſus † præſcriptionem reſtituatur ille,qui erat in utero; & diſtinguit, vt ibi per eum. Et dum ſoluit contrarium.l.Aemilius, dicens eum haberi pro nato,& contra eum currere præſcriptionem, & eſſe reſtituendum ac ſi natus eſſet, & hoc in præſcriptione legali. Hanc ſol. ſequitur Iaſ.in l.cùm filiusfamiliàs.§. in hac,colu.2. & ſeq.ff.de uerb.oblig.ſed reprobat rationem Bar.hic, & aliam tradit, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine. & dum Bar.quærit,an contra minorem currat præſcriptio ſtatuaria,ui de Rom.in conſi.38.in 2.dubio. & Anch.in c.canonum ſtatuta, colu.52.& ſequ.de conſtitu.& Corn.in conſi.74.in 4.volu.

Summarium in l.inter.ff.de minor.

1 *Denunciationem eius qui non habet ius denunciandi, non conſtituere aliquem bonæfidei.*

Bar.

De capitis diminutione.

Bar.in l.tutor.ff. de minor.

1 BART. in d.l. Tutor, colligit in ſumma, denunciationem † eius, qui non habet ius denunciandi, non conſtituere aliquem bonæfidei. Vide Nicol. de Neap. in l. ſi id.ff. quod falſ. tut. authen.ubi idem tenet.

Summarium in l.amiſſione. §. qui deficiunt.ff.de capi.diminu.

1 *Bannitus ab aliqua ciuitate uel Regno an perdat ea, quæ ſunt iuris ciuilis Romanorum.*
2 *Bannitus qui ex forma ſtatuti non habetur pro hoſte, neque poteſt impunè offendi non perdit ea, quæ ſunt propria ipſius ciuitatis.*

Bar.in l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capit.diminut.

1 BART. in d.§.qui deficiunt.tradit, nunquid bannitus † ab aliqua ciuitate, uel regno perdat ea, quæ ſunt iuris ciuilis ciuium Romanorum, an uerò ea tantùm, quæ ſunt propria ipſius ciuitatis. De hac re vide Alex.in conſ.23.& in conſ.25.& in conſ.26. in 1.vol.& in conſ.258.in lib.primi & ſecundi vol.& in conſ.116.in 3.volu.Corn.in conſi.29 & in conſi.55.in 2.volum.Et quæ plenè poſui ad Bar.in l.ſi qua.ff.de ijs, qui ſunt ſui uel ali. iu-
2 vbi latè materiam bannitorum explicauimus. Et dum Bar.ait, bannitum, † qui ex forma ſtatuti non habetur pro hoſte, neque poteſt impunè offendi, nõ perdere ea, quę ſunt propria ipſius ciuitatis, Vide Cæpol.in conſi.76.col.2.& Alex.in conſi.114.col.1. in 1.volu. Attende unum ſcitu dignum in re propoſita, quòd etiam ſi bannitus ex forma ſtatuti poſsit impunè offendi, tamen delictum, quod in eius perſona committitur, nõ eſt laudabile, ſed tantùm eſt tolerabile, & ideò is non poſſet ad dignitatem promoueri. Dec.in l.bona fides.ff.de reg.iur. citat Bal.in l. Decuriones, in fi.C.ex quib.cauſ.infa.irrog.

Summarium in l.tutelas.ff.de capi.diminut.

1 *Nobilis delinquens maiori pœna eſt puniendus quàm popularis.*
2 *Si frater inſtituat filios fratris an etiam intelligatur de naturalibus ſenſiſſe.*
3 *In dubio ea præſumptio debet capi, per quam delinquens acrius puniatur.*

Bar.in l.tutelas.ff.de capit.diminut.

1 BART. in d.l.tutelas, quærit, ſi ſtatuto cautum eſt, nobilem † delinquentem maiori pœna eſſe puniendum, quàm popularem: vtrum baſtardus dicatur nobilis? Vide Alex.in conſi.2.in 1.vol. Feli.in proœm.decretal.colu.2.& in c.in præſentia, colu.9.de probat. Barb.in conſi.27. col.25.in 1.vol.& in conſi.18.col.5.in 2.vol. Ant.de Butr.in conſi.55.omninò Alex.in l.ex fi-
2 cto.§.Si quis rogatus.ff.ad Trebell. Capr.in conſ.2. Bal.in c.nonnulli, de reſcrip.& in conſ.163. in 5.vol.ubi tradit, an ſi frater † inſtituat filios fratris, intelligatur etiam de naturalibus ſenſiſſe. Angel.in conſi.401.& in conſi.191.& Anchar. in conſi.389. Attende unum aliud notatu dignum, quòd occurrit in themate propoſito per Barto. nam ipſe ait, ſi nobilis eſt acrius puniendus, quàm plebeus, quid dicendum ſit de ſpurio? ſed ego quæro, utrum in dubio delinquens præſumatur nobilis, an plebeus? Et prima fronte dicendum uideretur, eum præſumi plebeum, ut mitius puniatur.l.interpretatione.ff.de pœn. cum ſimil. Ad rem faciunt trad. in l. merito.ff. pro ſoc. ubi habetur illam præſumptionem eſſe ſumendam, per quam uitatur delictum. Tamen uerior uidetur eſſe diuerſa ſententia per ea, quæ in ſimili caſu aiunt Doct. Si ſtatutum diſponit, eum, qui occidit ciuem eſſe acrius puniendum, quam occidentem forenſem, & incognitus occidatur, conijciendum eſſe eum, qui occiſus eſt, fuiſſe ciuem. id quod uidetur mirabile, ut in du-
3 bio † ea præſumptio capiatur, per quam delinquens acrius puniatur, tamen ita inquit Feli.in c. quoniam, num.5.de off. ordin. vbi alleg. Ang.in l.ſi cum exceptione.§.in hac. ff.quod met.cau. tex.in l.j. vbi Bar.ff.ad municip.& ipſe addit Doct.in rubrica.ff. ſolut. matrimonio quæ deciſio nunquam

nunquam est obliuioni tradenda, quoniam prima fronte contrarium diceretur, tũ ut benignior fiat interpretatio ad minorem pœnam imponendam, tum etiam, quia qualitas requisita à lege debet in speciè probari. Io. And. & alij in c. 1. de homic. & tamen sufficit qualitas præsumpta, ut delinquens maiori pœnæ subijciatur. qua in re vide omninò, quæ posui ad Bar. in l. non est verisimile, propè fi. ff. quod met. cau. vbi agitur an qualitas requisita specificè sit probãda, an uerò sola iuris præsumptione probetur.

Summarium in l. legatum. ff. de capit. diminut.

1 *Fratres minores quamuis aliquid habere in proprio vel communi non possint, tamen legata ei relicta pro alimentis possunt habere.*

2 *Fratres minores an possint instituí hæredes hoc pacto, ut bona illa uendere teneantur, & pretium in suos necessarios usus conuertere.*

Bar. in l. legatum. ff. de capit. diminut.

1 BART. in d. l. legatum, ait, fratres† minores quamuis aliquid habere in proprio uel communi non possint, legata eis relicta pro alimentis habere posse: sed legatum annui redditus non, quia aliquid habet proprietatis. Vide ad prædicta Alex. in l. si Stichum aut Pamphilum. §. 1. ff. de verbor. oblig. Et circa eorum incapacitatem attende, quia usque adeò sunt incapaces hæreditatis, ut etiam si ad Cardinalatum promoueantur, tamen succedere non possint: ita inquit Ludouic. Bologn. in addit. suis ad tractat. Matthæsyl. de successionibus ab intestato, in tertio articulo principali, nu. 41. Quid si instituantur† hæredes hoc pacto, vt bona illa uendere teneantur,
2 & precium in suos necessarios usus conuertere? vide Ioan. Crot. in repet. l. primæ. ff. de leg. 1. nu. 27. Ex eo autem, quod ait Bar. d. fratres incapaces esse annui redditus, infertur hæredem tuta conscientia posse legatum annuum factum dictis fratribus retinere. Petr. de Anch. in consi. 199. adde in hac re Dec. in c. in prę sentia, de probat. & per locum a speciali vide Feli. in c. cùm dilecta. nu. 90. cum seq. de rescript. Videas etiam circa prædicta Fulg. in cons. 108. & de eorum capacitate, & incapacitate vide Abb. in cons. 27. in 2. vol. & in cons. 63. eod. vol.

Summarium in l. si. ff. de capi. diminu.

1 *Capitis diminutionis tria sunt genera.*

Bar. in l. capitis, quæ est l. si. ff. de capit. diminut.

1 BART. in d. l. si. ait, Iurisconsultum ibi ponere tria genera† capitis diminutionis. Hoc in loco opportunè pulchrum dubium excitatur, si pœna capitis à lege uel statuto imponeretur, utrum huiusmodi pœna sit intelligenda, ut caput amputari debeat, ita ut sequatur mors, an verò uerificari debeat in pœna capitis ciuili, de qua in hac. l. agitur & istam interpretationem tanquam benigniorem esse accipiendam docuit Io. Andr. in c. quando, de iureiur. in cuius sen-
* tentiam * communiter itum esse ait Alex. in cons. 104. in 1. vol. Quod tamen limita, quando sta tutum pœnam iniungit in alio casu, quàm sit de iure communi, quia aliter eo casu dicendum est ut per Imol. in l. ij. ff. de public. iudic. Attende quia Feli. latè de hac re differuit in c. ex literis, col. 12. & seq. de const. ubi tenet, pœnam capitis intelligendam esse de pœna mortis naturalis, non autem ciuilis. pro qua opinione uidetur tex. cum gl. in l. j. vbi doct. C. de eunuch. ibi enim habetur in tex. eum, qui aliquem castrat, esse capite puniendum. Et tamen gl. ibi & doct. aiunt pœna mortis naturalis esse puniendum. Vide eundem Felin. in capitulo qualiter. 2. §. ad corrigendos, in fin. de accusat.

Summarium in rubrica. ff. quibus ex cau. maior.

1 *Impeditus an teneatur mittere procuratorem.*

Bar.

Quibus ex cauſis maiores.

Bar.in rubrica.ff.Quib.ex cau.maio.

1 IN hac materia vide Bar.in l.quæſitum.ff.de re iud. An impeditus † teneatur mittere procuratorem, & quomodò probetur impedimentum, & an proteſtatio exigatur? vide Iaſ.in l.ij.§.1.& ſeq.ff.ſi quis caut.& Dec.in conſ.138.col.fi.

Summarium in l.j.ff.quibus ex cau.maio.

1 *Clauſula generalis, ſi qua mihi iuſta cauſa, quid importet.*

2 *Quamuis hæres poſſit prætendere ignorantiam reſpectu contractuum defuncti, atque ita ui huius clauſulæ generalis ei prouideatur, hoc procedit quando ſe defenderet, non autem quando ageret.*

3 *Creditores eius qui confitetur pecuniam numeratam, uel dotem in eorum præiudicium elapſo tempore opponendi, habent reſtitutionem in integrum ex hac clauſula generali.*

4 *An & quando reſtitutio in integrum competat hæredi minoris ex perſona ipſius minoris.*

Bar.in l.j.ff.quib.ex cauſ.maior.

1 BART. in hac.l.j.§.hæc uerba, agit de ui illius clauſulæ † generalis: Si qua mihi iuſta cauſa videbitur. & ibi multa colliguntur in apoſtil. Tu ultra ea, quæ ibi adducuntur, vide remiſſiue Iaſ.in §.rurſus, colum.7.in glo.in voce, Reipublicæ inſtit.de action.& ibi Io.Fabr.col.8. verſic. ſed quæritur. Et cui competat, & alia ad rem facientia, vide apud Iaſ.in l. admonendi. col.3.in fi.ff.de iureiur.& Bar.in l.Pantonius, in principio.ff.de acquiren.hæred.& Curt.iuni.in conſil. incip.Memoria.& Iaſ.in d.l.admonendi, col.7.& ſeq.& in l.ij.C.qui admit.Bar.in l.j.C. de reſc. milit.& in l.ſi infanti, col.fi.C.de iur.delib.& in l.qui duos.ff.de reb.dub.colum.1.& 2.verſic. Tamen.& rurſus Iaſ.in l.cùm antiquioribus, col.2.de iur.delib.Bar.in l. filiusfamiliàs.§. in hac ff.de uerb.oblig.vbi Iaſ.col.pe.& fi.Et ex ibi traditis per Bar.& per Iaſ.in 2.col.collige, quam-
2 uis hæres † poſsit prætendere ignorantiam reſpectu contractuum defuncti, atque ita ui huius clauſulæ generalis ei prouideatur, hoc procedere quando ſe defenderet, non autem quando ageret: quia debet ire inſtructus. vide Iaſ.in repet.d.l.admonendi, col.6. vbi ait, ſemper propter inſtrumenta de nouo reperta reſtitutionem eſſe concedendam contra ſententiam, licet tranſiuerit in rem iudicatam. & ibi in col.ſeq.agit, an perpetuò reſtitutio competat, an uerò infra quadriennium continuũ. & ibi col.22.verſi.reaſſumo. Et creditores † eius, qui confitetur
3 pecuniam numeratam, uel dotem in eorum præiudicium, elapſo tempore opponendi habent reſtitutionem ex hac clauſula generali.Soc.in l.j.colu.16.verſi. illud.ff.ſol.matr. Et an reſtitutio in integrum peti poſsit ex eo, quòd teſtator, cui petens ſucceſsit, ignorantia ductus non adiuit hæreditatem per ſpacium 40.annorum.Alex.in conſi.306.in libro primi & ſecundi volu.Et an
4 & quando reſtitutio in integrum competat hæredi † minoris ex perſona ipſius minoris.Soc.in conſi.177.in 1.vol. Et an reſtitutio in integrum, quæ peti debuerat infra quadriennium, peti poſsit elapſo quadriennio ex capite ignorantiæ.Socin.in conſi.66.in 4.volum. Et quod ex iſto capite peti poſsit etiam contra præſcriptionem completam docuit Alex.in conſi.39. col.4.in 6.vol.Et an reſtitutio minori ſit concedenda, ſi tempus ei decurſum eſt poſt pubertatem ui huius clauſulæ generalis.Curt.in conſi.58.

Summarium in l.ab hoſtibus.ff.quibus ex cauſ.maio.

1 *Bonis abſentis procurator eſt conſtituendus.*

Bar.in l.ab hoſtibus.ff.quib.ex cauſ.maio.

1 BART. in d.l. ab hoſtibus, ait bonis abſentis † procuratorem eſſe conſtituendum. Vide Aret.in conſi.135.Hoc idem tenet Alexand. in conſi.146. Videretur inſpectis, in libro primi & ſecundi vol.vbi ait, quamlibet coniunctam perſonã petere poſſe talem procuratorẽ & curatorem, & quas actiones intentare poſsit huiuſmodi procurator. Et attende quoniam in dubio

debet

debet dari ille,qui ab inteſtato eſt ſucceſſurus. Soc.in conſi.234.col.pe.in 1. vol. Non autem eſt dandus aliquis,qui ſit minor 25.annis,neque is,qui hoc affectat;quia redditur ſuſpectus,ſed talis ſuſpicio probata honeſtate perſonæ remouetur. Dec.in conſ.575.Et quibus ſolennitatibus curator bonorum ſit conſtituendus,& quas actiones intentare poſsit,& quas nõ,vide Ang. in conſi.102.& omninò in conſ.193.vbi tradit in quot.caſibus curator dari poſsit,ac de ordine eos dandi,& de eorum poteſtate.

Summarium in d.l.ab hoſtibus.§.ſed quod.ff.quibus ex cau.maio.

1 *Remedium reſcindens quid ſit,& quid reſciſſorium.*
2 *Præſcriptio habet duo tempora,quia quandoque incipit in præſentia,& finitur in abſentia.*

Bar.in d.l.ab hoſtib.§.ſed quod ſimpliciter.ff.quib.ex cau.maio.

Bart. in d.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter,col.5.verſiculo His expeditis,tradit quid
1 ſit remedium † reſcindẽs,& quid reſciſſorium.Vide plenè,& clarè de utroque apud Iaſ.in §.rurſus,col.2.& ſeq.inſt.de action.vbi ait etiam an ſit proprium nomẽ actionis iſta actio reſciſſoria: & quòd quædam eſt inſtitutoria,& alia reſtitutoria,ut ibi per eum. Et de omnibus iſtis actionibus & remedijs,ac de cuiuſque natura & proprietate uide pleniſsimè Baptiſtam à.S. Blaſio in tract.de actione,& eius natura in ſecunda actione cum duabus ſequen.

Bar.in eod.§.col.6.verſic.Mihi videtur ſic dicendum,agit de præſcriptione † habente duo tempora: quia quandoque incipit in præſentia,& finitur in abſentia,& tunc currit tempus à die reuerſionis ſiue reſtitutionis,& reliqua,ut ibi per eum. quandoque cœpta in abſentia,& finita eſt in præſentia,& tunc non datur reſtitutio. Vide cumulata,quæ ad hanc difficultatem pertinent,apud Iaſ.in §.neque.col.12.inſt.de action.vbi refert Bar. alibi contrarium ſenſiſſe in l.quo tempore.C.de reſtit.milit.Ibi enim indiſtinctè firmat opinionem Bulg. hic verò cum diſtinctione. Et dum Bar. propè finem ait,ſi aliquis eſt læſus una die,an & quomodò habeat petere eadem die reſtitutionem. Vide ad hoc Alexand.in l.fin.colum.2.ff. de feri. Et quoniam ſubiungit theoricam,quod illud reſtaurat reſtitutio,quod abſtulit læſio.Vide Iaſ.in d.§. rurſus, colum.16.inſt.de action.Et an & quando reſtitutio etiam facta contra ſententiam condemnatoriam reſtituat bona ablata in alium tranſlata,& fructus perceptos,& primam dignitatem, & locum prælationis, & alia multa ſcitu digna, vide in annot. in Barto. quas poſui in l. ſi qua. ff. de his qui ſunt ſui uel alie.iur.

Summarium in l. Julianus.§.eum quoque.ff.quibus ex cau.maio.

1 *Abſens ex cauſa Reipublicæ reſtituendus eſt.*
2 *Abſentium quinque ſunt genera.*
3 *Abſens ſi à ſua poſſeſſione ſpolietur,quilibet pro eo agere poteſt ſine mandato.*

Bar.in l.Iulianus.§.eum quoque.ff.quib.ex cau.maio.

Bart.in d.§.eum quoque,ait in ſumma,abſentem† ex cauſa reipublicæ reſtituendum eſſe
4 eumque percipere debere commoda,perinde ac ſi eſſet præſens. vide Aret.in conſi.67. col.4 in fi.item abſens cauſa reipublicæ non debet fieri reus,ut poſt Suetonium ſcribit Soci. in quodam conſilo non impreſſo,incip.Eleganter. Et quis dicatur abſens cauſa reipublicę vide Iaſ.in l.cùm quidam.ff.de acquir.hæred.Attende, quia licèt abſentes cauſa reipublicæ ut ſunt oratores multis priuilegijs perfruantur,tamen illi,qui huiuſmodi officia affectant, non poſſunt illis priuilegijs perfrui, ſecundum Rom.in ſing.591.vbi tradit etiam, qui ſint illi, qui ex tali affe-
2 ctatione abſentes eſſe præſumantur. Et abſentium † quinque eſſe genera docuit glo. in l.fi.ff. de reſt.in integr.vbi habetur etiam,quomodò uirtute cuiuſque earum reſtitutio ſit conceden da, de quo vide Feli.in cap.quoniam frequenter,in principio colum.pen.ut lit.non conteſt. & omninò Ioan.Monach.in tract.nuncupato, Defenſorium iuris,in §.contra ſententiam. Attende etiam

3 de etiam in hac materia abſentiũ,quia ſi abſens † ſua poſſeſsione ſpoliatur,quilibet pro eo agere poterit ſine mandato. tex.eſt ſing.ſecũdum lectur.comm.approb.in l.j.C.ſi per uim,uel alio mod.tradit Feli.in c.cùm olim,col.2.de teſti.ubi idem eſſe ait etiam in eccleſia ſpoliata. Non tamen abſentis cauſa ita fauorabilis eſt, ut eſt cauſa minoris,ſecundũ glo.ſing.in l.nec non.§.1. infrà eod.tit.tradit Feli.in d.c.cùm olim inter nu.8.& 9.In quibus autem abſens cauſa reipublicæ differat à minore,& cui ſit magis fauendum,Iaſ.in d.l.cùm quidam.ff.de acqu.hæred.& in l. non quocunque.§.ſi ex bonis.ff.de leg.1.

Summarium in l.denique.ff.quibus ex cau.ma.

1 *Fictio poſtliminij non habet locum in his, quæ ſunt facti.*

Bar.in l.denique.ff.quibus ex cau.maio.

1 BART. in d.l.denique,ait, fictionem poſtliminij † non habere locum in ijs, quæ ſunt facti. An & quomodò procedat fictio in ijs,quæ ſunt facti, uide Bart.in l.j.§.2.in principio.vbi Alex. &alij.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.verum.ff.de regu.iur.in l.non dubium. C.de legi. & in l.cùm hæredes.ff.de acqui.hæred.

Summarium in l.nec utilem.ff.quibus ex cau.maio.

1 *Fictio ceſſat,ubi ceſſat æquitas.*

Bar.in l.nec utilem.ff.quib.ex cauſ.maio.

1 BART. in d.l.nec utilem,colligit in ſumma,fictionem † ceſſare,vbi ceſſat æquitas. De hoc an uerũ ſit,& an iſte tex.hoc probet,vide Iaſ.in l.ſi is,q pro emptore,col.25.& ſeq. ff. de uſuc

Summarium in l.ait prætor.§.planè.ff.quibus ex cau.ma.

1 *Debitorem in actione perſonali poſſe præſcribere contra creditorem.*
2 *Statutum denegans actionem creditori poſt lapſum 10.uel 20.annorum,an ualeat.*

Bart.in l.ait prætor.§.planè.ff.quib.ex cau.maior.

1 BART. in d.§.planè,ait,debitorem † in actione perſonali poſſe præſcribere contra creditorem: quia huiuſmodi præſcriptio ex ſola negligentia non petentis currit: & ideò in iſto caſu non habere locum.c.malæfidei poſſeſſor,alioqui verò in præſcriptione fundi, quæ à poſſeſsione præſcribentis cauſatur.Iſtam diſtinctionem Bar.hic ſequitur Iaſ.in §.rurſus,col.10.in fi.inſt. de action.& hanc eſſe comm.Doct.ſententiam ait Soc.in conſi.40.col.fi.in 1.vol. Et malæfidei
* poſſeſſorem iſto caſu præſcribere,docuit Cæpol.in cautel.46.In contrariam uerò ſententiam* communiter itum eſſe ait Alex.in conſi.96.in 4.vol.vide eundem in cõſi.51.in 5.vol.& in cõſ. 39.in 6.vol.Felin.in c.fi.de præſcript.Dec.in conſi.559.& Mar.Soc.iuni.in conſ.144.vbi teſtatur communem opinionem eſſe,malæfidei poſſeſſorem in actionibus perſonalibus præſcribe-
2 re non poſſe,contra Bar.hic. Ex hoc inferri ſolet ad quæſtionem illam,nunquid ſtatutum † denegans actionem creditori poſt lapſum 10.vel.20.annorum,ualeat? in qua Bar. reperitur ſibi ipſi contrarius. Eius enim ualiditatem affirmauit in l.ſequitur.§.ſi uiam.ff.de uſucap.quem ſequitur Soc.in conſi.63.col.3.in 1.vol. Et ad rem faciunt trad. per eundem Soci. in conſi.120. col.pen.in 1.vol.& Iaſ.qui multa affert pro hac opinione in §.1.nu.99.inſt. de action. Contrariam uerò partem docuit idem Bar.in l.omnes populi,in 3.quæſt.princ.ff.de iuſt.& iur. per d.
* c.malæfidei poſſeſſor,de reg.iur.id quod * communiter approbatum eſſe teſtatur Alex.in cõſi. 69.in 3.vol.& in d.conſ.51.in 5.vol.& in conſi.172.in 6.vol.ubi inquit à mille annis citra opinionem hanc eſſe confirmatam,& in conſi.28.& in conſi.122.& 123.Limita tamen hanc ſententiam non procedere in duobus caſibus,ut per Alex.in conſi.218.in fin.in 6.volu. De hac re videndus eſt etiam Rapha.Cuma.in conſi.90.ubi in uno caſu tenet ualiditatem huius ſtatuti,

& bene

& bene probat. Et ad rem faciunt trad.per eundem in conſi.147.& per Fulg.in conſi.123. Et huius ſtatuti inualiditatem affirmauit Petr.de Ancha.in conſi.5.& in conſi.258.Imol.in conſi. 44.& in ſuo eleg.conſ.123.ubi etiam ipſe teſtatur communem opinionem eſſe,ut ſtatutum nõ valeat. ſed Ant.Roſell.in ſua monarchia poſtquam tractauit de concilijs,quærit nunquid ſtatutum,uel lex,uel princeps tollere poſsit ius diuinum ? & tangit iſtam quæſtionem in uerſi. poſtquam retulimus. vbi animaduertendo prædictam Bart.contrarietatem in d. l.omnes populi, & in d.§.Si uiam,& in l.ambitioſa.C.de decret.ab ord.faci.concludit pro concordia opinionũ, ſtatutum ualere,quando huiuſmodi præſcriptionem induceret propter bonum aliquod ciuitatis,ut putà,quia præſumpſerit fraudem, uel ſimulationẽ in huiuſmodi contractibus: & in caſu iſto procedat opinio Bar.in d.§.ſi uiam,& in d.l.ambitioſa. Si uerò hoc non fit ob aliquam publicam utilitatem,& tunc non ualere ſtatutum,& iſto caſu locum habere opi.Bar. in d.l. omnes populi. Sed contra hoc,ac etiam contra ultimam limit.Alex.in d.cõſi.258.in 6.vol.vrget,quia ſi ſtatutum ex defectu poteſtatis communiter facere non poteſt,ut poſſeſſor malæfidei præſcribat,neque hoc ſancire poterit præſumendo iſtas fictiones,& uerba concipiendo,ut ait Alex. in d.conſi.nam hoc modo fieret fraus legi de modo ad modum contra ea,quæ habentur. in l.non dubium.C.de legi.poſſet enim ſemper ſtatutum facere per indirectum, quod directò non poteſt,contra.c.cùm quid, de reg.iur.in ſexto. Et propterea tutiorem puto eſſe opinionem, ſtatutum non ualere. Et ubi agitur de periculo animæ ſemper tutior uia eſt eligenda.c. iuuenis, de ſponſal.& ad præfata vide omninò Raph.Cuma.in conſ.67. & pleniſsimè Ioan.Franciſcum Balbum in tract.de præſcriptionibus,in 14.q.princ.Et quę ego poſui ad Bar.in d.l.oẽs populi.

Summarium in d.l.ait prætor.§.deinde.ff.quib.ex cau.ma.

Dilatio poteſt peti pro aduocato quando eſt longo tempore abſuturus.

Bar.in d.l.ait prætor.§.deinde.ff.quib.ex cau.maio.

Bart. in d.l.ait prætor.§. deinde,in fi.ait,dilationem † peti poſſe pro aduocato, quando eſt longo tempore abſuturus. Vide Feli.in c.1.ut lit.non conteſt. & in c.1.de dilati. & Barb. in cap.quoniam Abbas, colu.6. de off.delega. nam ſi aliquis caret aduocaao, dicitur magna defenſionis parte carere.l.aduocati.C.de aduoc.diuer.iudic.

Summarium in l. ſed & ſi per prætorem.ff.quib.ex cau.maio.

Quando ſtat per iudicem ut inſtantia alicui non currat.

Bar.in l.ſed & ſi per prætorem.ff.quib.ex cauſ.maio.

Bart. in d.l.Sed & ſi per prætorem,in principio nihil dicit ad declarationem huius text. ex quo colligitur,quando ſtat per iudicem,ut inſtantia † alicui non currat. Vide Alex. in conſi. 72.col.1.& fi.in 3.vol.& in conſi.71.in 5.vol.

Summarium in d.l. ſed & ſi per procuratorem.§.aduerſus.ff.quib.ex cau.maio.

Abſens eſt reſtituendus quando procuratorem dimittere non potuit.

Bar.in d.l.ſed & ſi per prætorem.§.aduerſus.ff.quib.ex cau.maio.

Bart. in d.l.Sed & ſi per prætorem.§. Aduerſus, ait abſentẽ † eſſe reſtituendum, quando procuratorem dimittere non potuit. De hoc,an & quando aliquis excuſati debeat,ſi procuratorem non dimiſit,vide Feli.in c.accedens.2.ut lit.non conteſt.

Summarium in d.l.ſed & ſi per prætorem.§.quoties.ff.quib.ex cau.maio.

Uſucapione reſciſſa tempus abſentiæ tantum reſcinditur.

Bar.in d.l.ſed & ſi per prætorem.quoties.ff quib.ex cau.maio.

Bart. in ead.l.§.quoties,ait,uſucapione † reſciſſa tempus abſentiæ tantùm reſtitui. Attende,quoniam hoc Bar.documentum limitatur non habere locum,quando totum commodũ

aufertur

aufertur propter particulare impedimentum: ita ex dictis Bar. colligit Alex. in l. si ita stipulatus essem, vers. ultimò nota. ff. de uerb. oblig. vbi Bar. docuit, si data est mihi mensis dilatio ad probandum, & in fine mensis acta probatoria pereant, alium mensem concedi debere.

Summarium in l. cum miles. §. si is qui. ff. quib. ex cau. maio.

1 *Post completam usucapionem etiam post rem alienatam aduersus utrunque restitutio est concedenda.*

Bar. in l. cùm miles. §. si is qui. ff. quib. ex caus. maio.

1 BART. in d. §. si is qui, ait, post completam usucapionem, † etiam post rem alienatam aduersus utrunque restitutionẽ esse concedendã. vide Paul. de Cast. in cons. 8. vbi ponit pulchrũ casum. Et ad declarationem vide Alex. in l. filiusfamiliàs. §. Diui, col. 3. ff. de leg. 1.

Summarium in l. abesse. ff. quibus ex cau. maior.

1 *Absens causa reipublicæ dicitur esse, ab eo tempore quo urbem is egreditur, usque quo reuertatur.*

Bar. in l. Abesse. ff. quib. ex cau. maio.

1 BART. in d. l. Abesse, inquit, eum dici abesse † causa reipublicæ ab eo tempore, quo urbem egreditur, usque quo reuertatur. vide Feli. in c. quàm sit, de Iudæ. in 2. not.

Summarium in l. is qui reipublicæ. ff. quib. ex cau. maio.

1 *Si absens procuratorem dimisit, præsens non est restituendus.*

Bar. in l. is qui reipublicæ. ff. quib. ex cau. maio.

1 BART. in d. l. is qui, ait, si absens † procuratorem dimisit, præsentem non esse restituendũ sed contra hoc oppo. quia etiam si absens procuratorem non reliquisset, præsens non est restituendus. Circa istam oppos. vide Ias. in §. rursus, col. 5. inst. de acti. Et dũ Bar. ibi paulò post subiungit, quando res petitur certa rei uendicatione, non potest petitor pronũciari dominus, sed tantùm effici possessor. vide Feli. in c. illud, col. pe. vers. sexta conclusio, de præscrip.

Summarium in l. si qua militi. ff. quib. ex cau. ma.

1 *Quando subueniatur magis absenti quàm minori.*

Bar. in l. si qua militi. ff. quib. ex cau. maio.

1 BART. in d. l. si qua militi, dicit ibi esse casum, in quo magis subuenitur † absenti, quam minori, an autem hoc sit communiter uerum, vide Aret. in cons. 104. & quæ posui supra hoc eod. tit. in lucubrat. in l. Iulianus. §. eum quoque propè fi.

Lucubrat. in rubricam. ff. de alien. iudic. mut. ca. fac.

DE materia huius tituli vide Abb. & alios in c. 1. & 2. eod. tit.

Summarium in l. j. ff. de alie. iud. mut. cau. fac.

1 *Qui rem alienat causa mutandi iudicium, tenetur ad interesse.*

2 *Condemnatio fieri deberet de damnis & interesse.*

Bar. in l. j. ff. de ali. iud. mut. cau. fact.

BART. in d. l. j. in principio explicat mentem iurisconsulti in hoc edicto, dicens, qui rem
1 † alienat causa mutandi iudicium, tenetur ad interesse. Et quia inter cætera habetur in text. alienationem, quæ fit in potentiorem, complecti potissimùm in hoc edicto, iccircò scias, quãuis regulariter prohibita sit alienatio in potentiorem, hoc tamen limitari quatuor modis vt tradit Matth. de Afflictis in tract. de iure prothomiseos, §. 5. nu. 1. Vide etiam Felin. in c. 2. nu. 4. de præsumpt. qui ait, prohibitum alienare in potentiorem, non censeri prohibitum alienare in filium, quamuis potentior sit. Et dum Bart. subiungit, mirabilem esse solutionem illius glo. quæ
2 uult condemnationem† fieri debere de damnis & interesse, vide Alexand. in l. edita, colum. 6. C. de eden. Et quia Barto. ibi in fi. decidit, alienationem factam in clericum contineri in huius edicti prohibitione, quia durior aduersarius constituitur. idem tenuit Soc. in consi. 264. colu. 1. in 1. vol. vide etiam quod in simili casu inquit Abb. in cap. 2. colum. 1. versi. in ea gl. eod. titu. Et qui dicantur esse potentiores, vide in titu. C. ne lic. potent. & in Specul. in titulo de cess. circa principium, in versi. quod intelligo. & in titulo de his quæ ui met. cau. propè fin.

Summa-

Summarium in l. quia etiam. §. opus quoque nouum. ff. de alien. iud. mut. cau. fac.

1 *Si ego habebam publicianam contra te pro quadam re, quam sine titulo possidebas, tu eam uendidisti cuidam & tradidisti, atque ita contra eum qui habet titulum & possessionem uincere non possum, tu teneris ex hoc edicto.*

2 *Si promisi tibi sub pœna opus non facere in fundo meo, vt ista obligatio non transeat ad emptorem, quomodo intelligatur.*

Bar. in l. quia etiam. §. opus quoque nouum. ff. de alien. iud. mut. cau. fac.

1 BART. in d. §. opus quoque nouum, ait, si ego habebam publicianam † contra te pro quadam re, quam sine titulo possidebas, tu eam uendidisti cuidam & tradidisti, atque ita contra eũ qui habet titulum, & possessionem uincere non possum, tu teneris ex hoc edicto. istud Bartoli documentum simpliciter refert & sequitur Ias. in §. sed istæ, col. 5. inst. de action. ubi illud extollit tanquam singulare. Et quia Barto. subiungit idem esse in petitione hæreditatis, vide Ias. omninò in §. actionum, inst. de action. colum. 37. versi. aliam singul. limit. vbi quamuis hoc dictum dicat esse memoratu dignum, tamen de eius ueritate dubitat, propter aliud contrarium ipsiusmet Bartoli documentum, ut ibi videre est, qui insolutum relinquit hoc difficilè fundamentum. Ibi tamen aliud sing. ait posse teneri. s. contra eum, qui pro possessore, uel pro hęrede possidebat, si dolo alienat, competere petitionem hæreditatis, perinde ac si possideret, licèt cõtrarium uelit hìc Bar. cogita, & vide omninò Ias. in d. §. actionum.

2 Bar. in d. §. vers. ultimò glo. inducit, argumentum colligit, si promisi † tibi sub pœna opus non facere in fundo meo, vt ista obligatio non transeat ad emptorem. Vide Cæpol. in trac. de serui. vrban. prædior. cap. 2. col. 2. & in fi. & Ias. in l. fi. ff. de ope. nou. nunc.

Summarium in d. l. quia etiam. §. ex quibus. ff. de ali. iud. mu. cau. fac.

1 *Iudex qui per imperitiam malè iudicauit, conueniri potest ad interesse expensarum.*

Bar. in d. l. quia etiam. §. ex quib. ff. de alie. iud. mut. fac.

1 BART. in d. l. quia etiam. §. ex quibus, ait, iudicem † qui per imperitiam malè iudicauit cõueniri posse ad interesse expensarum. vide Bal. in c. 1. §. iudices, de pac. iura. firm.

Summarium in l. cum miles. ff. de alie. iudi. mut. cau. fac.

1 *Actorem in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium exceptione posse repelli, & eum qui cessit, agere teneri.*

Bar. in l. cùm miles. ff. de alie. iudi. mut. cau. fac.

1 BART. in d. l. cùm miles, colligit ex isto tex. actorem, † in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium, exceptione posse repelli, & eum, qui cesit, agere teneri. Ex hoc infertur, hunc titulum habere locum etiam in actore. & hoc sequitur Abb. in c. 1. col. fi. eod. titu. vbi ait, in facultate rei esse excipere uigore huius tituli, vel petere interesse. Et dum Bar. ibi in fi. ait, cedentem agere compelli ex necessitate: & ideò alteri cedere non posse. idem ait Abb. in c. 2. colu. 1. vers. si verò, eod. titulo.

Summarium in l. fi. ff. de alie. iud. mut. cau. fac.

1 *In omnibus actionibus quæ possessoribus competunt, si est in possessione ille, cui facta est alienatio, licèt alioquin possit agere, tamen isto casu agere non poterit.*

Bar. in l. si quis iudicij, quæ est l. fi. ff. de alie. iud. mut. cau. fac.

1 BART. in d. l. fi. propè fi. sic ait: In omnibus actionibus, † quæ possessoribus competunt, si est in possessione ille, cui facta est alienatio, licèt alioqui possit agere, tamen isto casu agere nõ

poterit. Istam l. sing. limit. sequitur Alex. in l. si prius, col. 1. versi. Item prę mitte. ff. de oper. nou. nunc. & Ias. in §. æquè, col. 7. vers. reperio, instit. de action.

Summarium in l. j. ff. de arbitr.

1 *In quibus conueniant, & in quibus non, iudicium & compromissum.*

Bar. in l. j. ff. de arbitris.

1 BART. in d. l. j. quærit cum glo. in quibus conueniant, † & in quibus non conueniant iudicium, & compromissum: vide Orian. in tract. de arbitris, char. 41. q. 35. vide etiã Soc. qui citat hunc tex. in cons. 195. col. 1. in 1. vol. & arbitri magis æquiparantur iudicibus delegatis quàm ordinarijs; ideò ad instar eorum regi debent secundum Feli. in c. fi. de re iud. & arbitri possunt iudices appellari largè. Abb. in cons. 33. nu. 5. in 2. vol.

Summarium in l. ex compromisso. ff. de arbitr.

1 *A sententia arbitri non oriri exceptionem rei iudicatæ, sed pacti.*
2 *In omnibus casibus in quibus oritur actio ex sententia arbitri hodie appellari potest.*

Bar. in l. ex compromisso. ff. de arbit.

1 BART. in d. l. ex compromisso, ait, à sententia † arbitri non oriri exceptionem rei iudicatæ, sed pacti. Limita istam legem non habere locum, si ex forma statuti laudum posset modari executioni sicut sententia: quia si arbiter te absoluisset, haberes exceptionem rei iudicatæ: ita Paul. de Castr. in l. pecuniam, columna prima. ff. si cert. pet. & Felin. in capitulo ex tenore, col. penul. de rescript.

2 Bart. in d. l. ex compromisso, versicu. vltimò scias, inquit, in omnibus † casibus in quibus oritur actio ex sententia arbitri hodie appellari posse. De hac re uide latè eundem Barto. in l. j. C. eod. titu. & Orian. in tracta. de arbitris, chart. 29. quæst. 28. & 30. & Alexand. post Bart. & alios in l. nemo potest, colu. 6. ff. de lega. 1. & in l. arbitro. ff. qui satisda. cog. uide etiam Felin. in cap. super his, nu. 14. de accusat.

Summarium in l. Labeo ait. §. tametsi. ff. de arbitr.

1 *Ab initio nemo cogitur arbitrium suscipere.*
2 *Persona coniuncta utrique litiganti cogitur acceptare compromissum.*
3 *Arbitri subrogantur à iure loco iudicum.*
4 *Si in compromisso facto in arbitratorem apponerentur hæc uerba, eligentes eum vt bonum uirum, præcipuè non habito respectu in alium, an tunc impediatur reduci ad arbitrium boni uiri.*

Bar. in l. Labeo ait. §. tam etsi. ff. de arbitr.

1 BART. in d. §. tam etsi, colligit in summa, ab initio neminem † cogi arbitrium suscipere, sed post susceptum cogi explicare. Limita istam regulam, vt non habeat locum, quando partes sub pœna stare sententiæ non promisissent; quia tunc arbiter non cogitur pronunciare. vide Alex. in l. j. colu. 2. ff. de lega. 2. vbi ait rationem esse, quia non staretur sententiæ, & esset inefficax, ex quo non producit actionem. Et quid de iure nouo, vbi parit actionem? quid de iure canonico, & quid in eo, qui sumpsit arbitramentum? Rursus limita istam. l. in eo, quod prædictum est, scilicèt, neminem cogi ab initio arbitrium suscipere: nam hoc non procedit † in persona cõiuncta utriq; litiganti, quæ cogitur acceptare compromissum: ita sing. ait Bal. per illũ tex. in l. j. §. quãuis. ff. vbi pupil. educ. deb. quẽ extollit Franc. Cremens. in suo sing. 58. incip. nemo cogitur. Et quando aliquis dicatur arbitrium suscepisse, vide apud Orian. in trac. de arbitris, in char. 3. col. 1. & 2. Et limita rursus hunc tex. vt non habeat locum in arbitris, † qui subrogantur à iure loco iudicum: ita Barb. in c. pastoralis, in princ. de rescri. uolens in casu illius cap. arbitri, de quibus

ibi

ibi agitur,cogi posse ad compromissum suscipiẽdum,ea ratione,quia loco iudicum substituuntur. & uide Barb.in c.suspicionis,col.7.de off.deleg.vide etiam Alex.in cons.81.in 5.volu. vbi docuit,quando aliquis dicatur arbitrandi onus suscepisse. & an postquam illud suscepit,renunciare possit. Et quid si non apparet de acceptatione,sed de renunciatione, nunquid possit iterum acceptare. Nunquid autem quando est præsens is, in quem fit compromissum, videatur acceptare,vide Barb.in c.super eo,col.4.& seq.de off.deleg. Et dum Bar.in fin.d.§.quærit,si in
4 compromisso† facto in arbitratorem apponerentur hæc uerba: eligentes eum ut bonum uirũ, præcipuè non habito respectu in alium, an tunc impediatur reduci ad arbitrium boni uiri? & impediri ait.cuius documentum extollit Rom.in suo singu.50. vide authoritates hoc idem sentientes ibi in addit.Castill.& Imol.in cons.1.& Aret.in cons.26.col.4.in secundo dubio. Adde, arbitrium boni uiri dici esse illud, quod aliquis faceret in rebus proprijs, vel sibi fieri uellet. Dec.in l.in personam.§.generaliter.ff.de reg.iur.

Summarium in l. Pædius.ff.de arbitr.

1 *Compromissum in libertum & in infamem fieri posse.*
2 *Monachus an possit esse arbiter.*

Bar.in l.Pædius.ff.de arbitr.

1 Bart. in d.l.Pædius,colligit ex tex.compromissum † in libertum,& in infamẽ fieri posse. Postea quærit,quid de excommunicato. Vide Specu.in tit.de arbitris.§.fi.& Orian.in tract.de arbitris in quæstione,Qui possint esse arbitri. Et an religiosi,& fratres minores, uide eundem Oria.in d.tract.fol.10.q.2.& seq.& Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell.Et de materia huius.l.vide Abb.in c.per tuas, eod.tit. Attende etiam quoniam fœmina esse potest arbitratrix,sed non arbitra, nisi habeat iurisdictionem,vt regina, uel comitissa: Abb.in c.quintaual
2 lis,de iureiur. Et dum Bar.in hac.l.Pædius.§. in seruum,quærit an monachus † possit esse arbiter,vide Abb.in c.fi.col.2.de procur.& multa per Soc.in cons.38.in 1.volu.& per Bal.in cons.42.in 1.vol.eumq; arbitrum esse non posse sine licentia sui superioris tradit Soc. in consi.101. col.pen.in 3.vol.& hoc idem ait in fratre.S.Francisci idem Soci. in cons.99.eod.3.uol. Et quia Bar.in d.§.inquit,monachum & seruum æquiparari, dicas tu, eum esse magis similem filio,quã seruo,secundum Bal.in tract.de substitutionibus,in 1.par.nu.14.& 15.

Summarium in l. sed si ita.ff. de arbitr.

1 *Arbitri quibus data est potestas procedendi simul & separatim insolidum, tenentur simul procedere quando causam simul cognoscere cœperunt.*

Bar. in l. sed si ita.ff.de arbit.

1 Bar. in d.l.sed si ita,inquit, arbitros,† quibus data est potestas procedendi simul & separatim insolidum, teneri simul procedere, quando causam simul cognoscere cœperunt: quia quamuis à principio unus tantùm procedere potuisset,tamen alioqui est,quando simul cœpta est causa. vide Alex.in consi.93. in 7.volu.

Summarium in l. sed etsi in seruum. §. siquis iudex.ff.de arbitr.

1 *In iudicem ordinarium alicuius causæ compromitti non potest.*

Bar.in l. sed etsi in seruum.§. siquis iudex.ff.de arbit.

1 Bar. in d.l.§.si quis,inquit in summa, in iudicem † ordinarium alicuius causæ compromitti non posse. Vide Bal.in l.siquis ex consensu.C.de episco. audi. & Orian.in tracta.de arbitris fol. 9. Feli.in c.literas,de præsumpt.& ibi Barb.in 2.colum.& Ang.in consi.118.in 2.dubio.& de hoc,an iudex ordinarius assumi possit in arbitrum,& arbitratorem,uide Felin.in d.cap.literas,

col. 2. vbi uidetur uelle aliquam esse differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum. & ibi dicit, quòd si aliquis iudicasset ut arbiter, potest denuò iudicare ut iudex ex nouis probationibus. vide Iaſ. in auth. Si uerò contigerit, in 5. not. C. de iudic. & latè Alexand. in l. & post operis. ff. de ope. nou. nunc. & hac in re, scilicèt, quæ sit differentia inter ius canonicum, & ciuile, Orian. in d. tract. in secunda par. nu. 14. cum seq. ait, iudicem ordinarium de iure ciuili arbitrum esse non posse, sed arbitratorem; de iure autem canonico arbitrum quoque esse non prohiberi. Quid si in terminis iuris ciuilis factum fuit compromissum in iudicem ordinarium tanquã in arbitrũ, & postea priusquam feratur sententia ille desinat esse iudex, utrum ui huius compromissi potest ferre sententiam? dic quòd non, ut per Soc. in consi. 99. col. 5. in 3. vol. & per Orian. in d. loco, vbi etiam ait, quid si factum fuit hmõi compromissum in aliquem, qui posteà efficitur iudex ordinarius, utrũ desinat esse arbiter propter superueniẽs impedimentũ? & decidit nõ desinere.

Summarium in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr.

1 *Ille est arbiter qui inter partes officium iudicis assumit, non qui amicabiliter componit.*

Bar. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr.

1 Bart. in d. l. si de meis. §. recepisse, inquit, eum esse arbitrum, † qui inter partes officium iudicis assumit, non qui amicabiliter componit. Vide Feli. qui hunc tex. citat in c. nonne, col. 3. de præsump. in vers. secunda regula. & Rom. in cons. 265. & Card. in cons. 116. in princip. & in 2. q. Et quæ sit differentia inter arbitrum & arbitratorem cum omnibus quæstionibus ad eam hanc pertinentib. vide plenissimè apud Abb. in c. quintauallis, de iureiur. Et dum Bar. in eod. l. in fi. ait, Tu qui es arbiter procura semper componere si potes, alioqui uerò si eris iudex: quia hoc ad iudicem non spectat. Vide Barb. in cons. 41. col. 19. & seq. in 1. vol. vbi multa docuit speciali pro pace. & uide omnes in c. si quando, de off. deleg. & Feli. in rubr. de treg. & pac.

Summarium in d. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitr.

1 *Arbiter quid facere debeat quando sibi non liquet de causa.*

Bar. in d. l. si de meis. §. ex compromisso. ff. de arbitr.

1 Bar. in ead. l. §. ex compromisso, tradit, quid facere debeat † arbiter quãdo sibi non liquet de causa, & qũo potest ei non liquere. Vide Orian. in tract. de arbitris, fol. 17. q. 12. & Feli. in c. ecclesia. S. Mariæ. col. 9. & fi. de consti. & Bal. in c. super eo. 2. col. fi. de appellat.

Summarium in l. item si unus. §. si multò post. ff. de arbit.

1 *Dictio multò post, quomodò intelligatur.*

Bar. in l. Item si unus. §. si multò post. ff. de arbit.

1 Bar. in d. l. item si unus. §. si multò post, tradit, quomodò intelligatur † ista uox, multò post, vide Abb. in cons. 33. col. 4. in 4. dubio. in 2. vol.

Summarium in d. l. item si unus. §. item si plures. ff. de arbitr.

1 *Quando plures arbitri reperiuntur an & quomodò possit unus sine alio ferre sententiam.*

Bar. in d. l. item si unus. §. item si plures. ff. de arbitr.

1 Bar. in d. l. item si unus. §. item si plures, tractat de plurib. † arbitris, an & quomodò possint unus sine alio sententiam ferre. Vide plenè Orian. in d. tracta. de arbitris, fol. 17. & sequ. q. 13. & 15. & Abb. in cons. 64. in princ. col. 4. in 1. volu. Imol. in cons. 113. & seq. Vide Roma. in repet. l. primæ. col. fi. suprà eod. tit. & Signorel. in cons. 104. & de hac re uide Alex. in cõs. 93. in 7. vol. & quomodò arbitri si dissentiant, pronunciare possint, & quot modis dicantur esse discordes, & quid seruandum sit, docuit Soc. in cons. 54. in 1. volu. Et dum Barto. in §. idem Pomponius, refert

refert intellectum Oldr.quem dat huic tex.in quadam sua disputatione,dicas hunc intellectum defendi à Dec.in c. 3.colum.fi. de offi. deleg.

Summarium in d.l.item si unus.§. si in duos.ff.de arbitr.

Si duobus arbitris potestas assumendi tertium incertum tribuatur,non ualet compromissum.

Bar.in d.l.item si unus.§.si in duos.ff.de arbitr.

BART. in d.l.Item si unus.§. si in duos, inquit, si duobus † arbitris potestas assumendi tertium incertum tribuatur,non ualere compromissum, alioqui uerò si certum. Vide aliquid per Bald.in cap.cùm speciali,colum. 2.& seq.de appell.& in consi.97.in 5.volum. An autem in arbitratore posit dari potestas eligendi tertium incertum,dicas, hoc ualere secundum Rom. in singul.163.incip.Tu habes.

Summarium in d.l.item si unus.§.principaliter.ff.de arbitr.

Si in duos compromittitur simpliciter,compromissum ualet,et si dissenserint,possunt cogi elegere tertium.

Bar.in d.l.item si unus.§.principaliter.ff.de arbitr.

BART. in ead.l.§.principaliter,ait,si in duos compromittitur † simpliciter,compromissum ualere,& si dissenserint,eos cogi eligere tertium,cuius authoritati parebitur. Vide Aret.in cõs. 99.colum.2.ubi etiam tradit,an iste tex.locum habeat in duobus arbitratoribus. Et dum Bar. subiungit, aduertendum esse circa huius tertij electionem; quia non coguntur partes eum eligere,sed arbitri,uide Orian.in d.tract.de arbitris,fol.14.& seq.quæst.2.& Card.in consi.86.& Bal.in c.pastoralis,in principio col.2.de rescrip.vide Feli.in c.suspicionis,col.1.de offi.deleg.& Aret.in cons.100.col.fi.Attende tamen,quoniam arbitratores tertium eligere non coguntur, neque partes,ita per plures eccellentissimos uiros consultum fuisse ait Bald.in c.1.de inuest.in ma.fact.quem refert & sequitur Aret.in cons.99. Quid si arbiter, qui pro tertio est eligendus (ut prædiximus) antequam de discordia constet,eligatur,Dec.in consi.475.colum.fin. inquit laudum irritum esse.

Summarium in l.in tres.ff.de arbitr.

Duo arbitri contradicente tertiò iudicare possunt,alioqui uerò eo absente.

Bar.in d.l.item si unus.§.Celsus.ff.de arbitr.

BART. in d.l.item si unus.§.Celsus,inquit duos arbitros † cõtradicẽte tertio iudicare posse,alioqui uerò eo absente. Et ratio in tex.ponitur,quoniam absens posset alios in suam sententiam trahere. attende,quia hæc ratio non uidetur esse principalis, sed alia, scilicèt, quia exercitium iurisdictionis non habent insolidum,ut per Feli.in cap.causam matrimonij,col.fi.de off. deleg.Ex his duabus rationibus & ex decisione huius tex.posset oppugnari gl. in uoce, decem diebus,in c.vbi periculum,de elect.in sexto.quę ait,electionem summi Pontificis absentibus & spretis nonnullis Cardinalibus factam ualere, quando in ea duę partes trium partium interuenerunt etiam absentibus annumeratis. & cum glo.ibi sensit Philip.& Archid.quæ quidem opinio ea ratione confirmari posset, quia, si huiusmodi electio facta fuisset illis præsentibus & cõtradicentibus ualida esset.cap.licèt, de elect.igitur idem esse debet etiam illis absentibus.l.qui potest inuitis.ff.de regu.iur. vel dicamus absentes in ijs, quæ à maiori parte gesta sunt, haberi pro contradicentibus secundum glo.vbi Iaſ.in l.rescriptum.ff.de pact.atque ita urget etiam argumentum. sed decisio huius text.reluctatur huic sententiæ,quia duorum arbitrium ualet tertio contradicente, alioqui verò absente. & idem confirmat ratio huius decisionis,quia absens posset alios trahere in suam sententiam.quo casu cessat.d.l.qui potest inuitis, ut ibi affirmat gl. * comm.approb.argumẽto.l.duo ex tribus.ff.de re iudi.similiter etiam alia ratio militat, quòd omnibus in solidum non competit hoc ius eligendi.

De arbitris.

Summarium in l. qualem. ff. de arbitr.

1 *Prætor potest cogere arbitrum ut iudicet, non autem quid iudicare debeat.*

2 *Si arbitrator tempore compromissi dixit quomodò uolebat laudum suum proferre, idque compromittentes non latuit, huiusmodi arbitramentum uim habet propriæ transactionis.*

Bar. in l. qualem. ff. de arbitr.

1 BART. in d.l.qualem, colligit in summa, prætorem † cogere posse arbitrum, ut iudicet, nõ autem quid iudicare debeat. Item si aliquis ad iudicandum aliquid certum eligitur non ualet compromissum. Vide Socin. in consi. 27. ubi optimè declarat hunc tex. & inter cætera inquit, licèt à principio compromissum non ualeat, ut arbiter certam ferat sententiam, tamen post factum compromissum posse partes cum arbitro conuenire, ut certum arbitrium proferat. & ibi in fin. sentit Socin. contra Barto. hic, scilicèt compromissum tenere. In arbitratore autem quòd eligi possit, ut certam sententiam proferat, tenuit Rom. in sing. 140. incip. Si compromittitur. & Soci. in d. consi. 27. vide eundem Rom. in cons. 141. & in consi. 176. & Alexand. in l. conuenerit, colum. 1. & seq. ff. de re iud. & omninò in l. j. §. post operis. ff. de oper. nou. nunc. &

2 uerò arbitrator † tempore compromissi dixit, quomodò uolebat laudum & arbitrium suum proferre, idque compromittentes nõ latuit, huiusmodi arbitramentum uim habet propriæ transactionis, & neutra partium prætextu grauaminis posset recurrere ad arbitriũ boni uiri: ita Bal. singul. in l. uenditor. C. de rescind. uend. quem extollit Rom. in rubr. hoc eod. tit. & Io. Baptista Caccialupus in tract. de transactionibus, in 3. quæst. & ibi in 12. q. nu. 13. & seq. ait, si arbitratum fuit à partibus approbatum antequam latum esset, uel postquam latum est, sed nondum uisum & intellectum à partibus, utrum aliqua partium posset petere reductionem.

Summarium in l. quid tamen. ff. de arbitr.

1 *Non uidetur prolata sententia si forma compromissi non est seruata.*

2 *Quid operetur clausula, quòd arbiter possit iudicare semel & pluries, & quoties sibi placuerit.*

3 *Quando plures quæstiones fuerunt simul compromissæ utrum debeant omnes simul terminari.*

Bar. in l. quid tamen. ff. de arbitr.

1 BART. in d.l.quid tamen, colligit in summa, non uideri prolatam esse † sententiam, si forma compromissi non est seruata. Ex hoc limitatur id quod dici solet, eum, qui actum facit nomine alieno, si fecit actum nullum, impediri denuò illum agere: quia functus est officio suo. l. si ut proponis. C. quom. & quand. iud. ut non procedat quando actus esset nullus tanquam factus contra formam & substãtiam mandati: quia eo casu iterum ille actus fieri poterit, per istũ text. Et ita limit. Bald. in l. qui salutem. ff. de iureiur. & in l. post aditam. C. de impub. alio tamen modo, & melius fortè intelligitur Barto. in dicta l. si ut proponis, in prima colum. vide Deci. in c. in literis, colum. 2. versicu. 3. de offic. deleg. Et in re proposita scias potestatem arbitrorũ usque adeò à compromisso pendere, ut si extra compromissum iudicetur, sententia nulla est, & de nullitate dici possit, etiam si promissum fuisset de nullitate non dicere. Soci. in cons. 95. col. 4. in 3. vol. uide eundem Soc. in cons. 202. in 1. vol. & in cons. 104. in 4. vol. Dico amplius circa præmissa, ubi arbiter compromissi formam excessit, illud arbitrium usque adeò nullius esse roboris, ut ratum haberi non possit: Dec. in consi. 434.

2 Bar. in d.l.quid tamen, in principio colligit ex ista. l. quid operetur clausula, quòd arbiter possit iudicare semel & pluries, & quoties sibi placuerit. dicens huius clausulæ ui posse arbitrum, uel arbitratorem iudicare semel in uno capitulo, & posteà in alio, non autem pluries super eodem capitulo. Ad rem hanc uide aliquas concord. apud Alexand. in l. si diuersa, col. 3. de transact. Et vide omninò Orian. in d. tract. de arbitris, fol. 9. & seq. quæst. 16. & Feli. in c. præsentata, colum. fi. versi. extra glo. de testi. & Card. in consi. 29. Bald. in cap. olim ex literis, colum. 2. de rescrip. & in d.c. præsentata. Fulg. in consi. 144. in fi. Anch. in cons. 144. col. fi. & Signor. in cõs. 88.

Et hoc

Et hoc idem, quod hic ait Bar. de ui clauſulæ præfatæ, & quid operetur, ſequitur etiam Specu. in tit. de arbitris, verſic. ſed pone actum. & hoc procedit niſi eſſet tantùm unus articulus, uel una clauſula, vel quando dictum eſſet, quòd poſſet ſemel & pluries iudicare, & iudicatum mutare, & corrigere, vt not. docuit Anton. de Butr. in c. quintauallis, de iureiur. & Roma. in repet. huius rubricæ de arbitr. col. 17.

3 Bar. in d. l. quid tamen, in princip. in verſic. Quærit glo. tractat quãdo plures † quęſtiones fue runt ſimpliciter compromiſſæ, vtrum debeant omnes ſimul terminari? Et diſtinguit ut ibi per eum. De hac re uide Orian. in d. tract. de arbitr. col. 9. & ſeq. in 16. quæſt. & Feli. in c. cùm inter, col. 5. de re iud. Abb. in c. paſtoralis. §. quoniam, in fi. de reſcrip. & in c. 1. in 3. not. Paul. de Caſt. in conſi. 321. in fi. & Fulg. in conſ. 120. col. 2. Mihi autem uidetur ubi plures quæſtiones fue runt ſimpliciter compromiſſæ, quòd unum dumtaxat compromiſſum eſſe dicatur, atque ideò eodem tempore terminandum eſſe: ſi uerò in ſpecie iſta quæſtio, & illa compromittuntur, & tunc cùm plura ſint compromiſſa, poſſe diuerſis temporibus diffiniri. l. ſcire debemus, in prin cipio. ff. de uerb. obliga.

Summarium in d. l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbitr.

Qui pronunciat nihil uideri debitum, uidetur abſoluere debitorem.
Dictum teſtis non uitiari quando ait, iam ſunt anni decem, vt mihi uidetur.
Qui deponit de iudicio intellectus iuncto cum ſenſu corporis, illius teſtimonium tenet.

Bar. in d. l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit.

1 Bar. in d. l. quid tamen. §. ſi arbiter, hoc ait in ſumma. Qui pronunciat † nihil uideri debi tum, uideri abſoluere debitorem. Ad hoc uide pulchrè Ant. de Butr. in c. cùm inter, in fi. de cõ ſuet. vbi dicit; ſi iudex pronunciat exceptionem rei non obſtare petitioni actoris, ex hoc ſatis uideri eum condemnare in petitis. quod quidem documentum tanquam ſing. refert & ſequi tur Alex. in conſi. 79. in fin. in 5. vol.

2 In d. §. ſubiungit Bar. dictum † teſtis non uitiari, quando ait, iam ſunt anni x. vt mihi uidetur. vide Iaſ. in rubrica. ff. de iureiur. colu. 2. & 3. in 4. limit. Et dum progreditur Bar. inferendo ex hoc ad medicos & peritos, qui adhibentur ad iudicãdum utrum mulier ſit prægnans, uel utrũ cicatrix ſit permanſura, vide omninò Aret. in conſi. 64. col. 3. vbi optimè declarat hoc Barto li documentum, & Corne. in conſi. 22. colu. pen. in 4. vol. Attende demum concluſionem Bar. circa hæc dicta teſtium, quæ ea eſt, quòd aut teſtis reddit cauſam per uerbum, uidetur, vt pu tà, mihi uidetur, Titium iam annis x. poſſediſſe. & hoc nõ ualet. Aut dicit, ego uidi Titium poſ ſidere, & ita præmittit ſenſum corporis, ſcilicèt uiſum, & interrogatus, quanto tempore, reſpõ det, x. annis, vt ſibi uidetur, & tunc iſtud dictum ualidum eſt. Pro hoc Bartoli documẽto. ſ. illius

3 teſtimonium ſuſtineri, qui deponit iudicio intellectus † iuncto cum ſenſu corporis, benefaciũt trad. per Cyn. Bal. & Sali. in l. teſtium. C. de teſti. & Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de teſti. uerſ. Quid ſi depoſuit de credulitate. & Ant. de But. in c. quoties, de teſti. Bal. in l. data opera, col. 10. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. ſeruus legatus. §. quicunque, per illum tex. ff. de legat. 1. & in l. con uenticulam, col. 6. C. de epiſc. & cleric. & in l. ſiue poſſidetis, colu. 3. C. de probat. Alex. in conſi. 109. col. antepe. in 1. vol. & in cõſi. 15. Viſo proceſſu, col. 4. eod. vol. & omninò eundem Alex. qui citat Bar. in hoc §. in conſi. 152. Viſis diſpoſitionibus, in lib. primi & ſecundi uolu. nu. 3. & in conſ. 166. Animaduerſis his, nu. 18. eo. lib. ubi de uerbo ad uerbum refert hoc Bar. documen tum. & in conſ. 290. Ponderatis his, nu. 5. cum ſeq. eo. uol. & in conſ. 326. In cauſa, & lite, col. 2. eo. vol. & omninò in conſ. 54. col. 2. uerſi. & licèt, in 5. vol. & in conſi. 149. Viſo proceſſu, col. 1. eod. uol. Felin. in d. c. quoties. Cępol. in conſi. 32. col. 5. & ſeq. Barb. in conſi. 29. col. 15. in 1. uol. Card. in conſi. 56. Corn. in conſi. 162. in 1. vol. & Dec. in conſ. 84. col. 4. in fi. & in conſ. 256. Et præcisè circa hoc Bar. documentum uidendus eſt Soc. in conſi. 143. col. 2. & in conſi. 171. col. 3. in 1. uol. & Tyndarus in tract. de teſtibus, in 6. cap. num. 3.

De arbitris.

Summarium in l. si cum dies ff. de arbitr.

1 *Si per arbitrum stetit quo minùs daretur sententia, cogitur pati denuò in se compromitti.*

Bar. in l. si cùm dies. ff. de arbitr.

1 BART. in d.l. si cùm dies, in princip. hoc ait in summa. Si per arbitrum † stetit quominùs daretur sententia, cogitur pati denuò in se compromitti. Ad declarationem huius tex. uide Ang. in consi. 404.

Summarium in d.l. si cum dies. §. plenum. ff. de arbitr.

1 *Compromissum generaliter non porrigitur nisi ad ea, de quibus est iudicatum.*

Bar. in d.l. si cùm dies. §. plenum. ff. de arbitr.

1 BAR. in d.l. si cùm dies. §. plenum, ait, compromissum † generaliter nõ porrigi nisi ad ea, de quibus est iudicatum, non autem ad ea, de quibus est specialiter actum. dicas illud tamen non porrigi ad futura. Vide Roma. in cons. 403. & Barba. in cons. 3. in 4. vol. & in cons. 75. eod. vol.

Summarium in d.l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbitr.

1 *In ea ciuitate ferenda est sententia, in qua factum est compromissum.*

Bar. in d.l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbitr.

1 BART. in eadem l. §. si arbiter, inquit, in ea ciuitate † ferendam esse sententiam, in qua actum est compromissum, uel in continentibus ædificijs. vide Orian. in dicto tracta. de arbit. fol. 17. q. 2. & Bal. in c. præsentata, col. 2. de testi.

Summarium in d.l. si cum dies. §. intra quantum. ff. de arbitr.

1 *Vbi est pœna & non dies, admittitur purgatio moræ usque ad litem contestatam.*

2 *In pœna legali locus est pœnitentiæ usque ad sententiam, alioqui uerò in alijs.*

Bar. in d.l. si cùm dies. §. intra quantum. ff. de arbitr.

1 BAR. in eadem l. §. intra quantum, hoc ait in summa, vbi est pœna, † & non dies, admittitur purgatio moræ usque ad litem contestatam. & deinde subiungit mitius agi cum lege, *quàm* cum homine. Limita hoc, vt per Matthæsyl. in singul. 8. vbi durius agitur cum lege *quàm cum* homine. Vide Rom. in cons. 424. Et in re proposita scias, terminum triennij ad finiendam litẽ à lege statutum, non habere uim termini dilatorij ad probandum, neque citationis peremptoriæ ad ferendam sententiam, alioqui uerò est in termino iudici statuto à partibus: nam ille terminus habet uim dilationis ad probandum, & ultima dies termini pro citatione ad comparendum in ferenda sententia, ut not. declarat Bar. in l. admonendi, colu. 3. ff. de iureiur. & ibi Iason repet. col. 37. vers. secundò principaliter. Item in pœna † legali locus est pœnitentiæ usque ad sententiam, alioqui uerò in alijs. Bar. in l. eum qui. ff. de iurisd. omni. iud. & dum Bart. in d. §. ait, quòd si quis spontè recipit, petitio pœnæ tollitur. quæro quæ sit ratio, quòd pœna peti non potest, vide Bar. in l. ita stipulatus, in 10. quæst. primæ par. princi. ff. de uerbo. obligatio. Attende unum singulare in his terminis, quando compromissum est factum cum iuramento de non cõtraueniendo, & cum promissione pœnæ, & altera pars sit condemnata ad aliquid dandum uel faciendum infra annum, alia uerò infra biennium; si primus non seruat laudum exequendo illud, ad quod infra annum tenebatur, tenetur ad omnia promissa, & ad pœnam, & altera pars remanet libera, neque amplius ad aliquid aliud tenebitur. Matthæsyl. in singul. 50. incip. Nota magnum periculum.

Summarium in l. Celsus. ff. de arbitr.

1 *Mitius agitur cum lege quàm cum homine.*

Lucubrat. in l. Celsus. ff. de arbitr.

1 VIDE ad istam l. Alexand. in l. si mihi, colu. j. ff. de leg. 1. & Angel. in cons. 1. Et quoniam ex isto tex. & glo. colligitur regula, mitius agi † cum lege, quàm cum homine; Limita hoc non habere

bere locum in citatione,quæ fit à lege,cum qua durius agitur quã cum citatione hoïs, ut declarat Matthæs.in sing.8.cum ibi addit.per Castill.vide Feli.in c.consuluit,in princ.de off.deleg.

Summarium in l.Labeo.ff.de arbitr.

1 *Licèt sententia non ualeat, tamen ualet prorogatio diei, quæ intelligitur facta cum omnibus qualitatibus præcedentibus.*

2 *Si compromissum prorogatur postquam erat extinctum, quo casu prorogatio est nulla, utrum si non ualet ut prorogatio, ualeat saltem tanquam nouum compromissum.*

3 *Dies compromissi an computetur in tempore ipsius compromissi.*

4 *Arbiter qui à lege uel à partibus potestatem habet prorogandi, quantum & quoties prorogari possit.*

5 *Qualitas apposita in primo actu qui ad huc uiget, non censetur in secundo actu repetita.*

6 *Si fideiussor primo præstitus erat idoneus, & postea efficitur non soluendo, nunquid alius qui sit idoneus dari debeat.*

Bart.in l.Labeo.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.Labeo,in principio colligit ex isto tex.quòd licèt sententia † non ualeat, tamen ualet prorogatio diei,quæ intelligitur facta cum omnibus qualitatibus præcedentibus,de quibus nihil potest mutari. De hac re vide Imol.in consi.11.Alexand.in l.lecta.ff.si cert.pet.& Orian.in tract.de arbitris,colum.2.in uoce prorogatio. Feli.in cap.2.col.14.de sponsal. Aret. in l.si mihi, & tibi.colum.5.ff.de uerb.obligat.& Bald.in consi.436.in 1.volum.ubi tradit, an prorogatio facta esse intelligatur cum iuramento,quòd primò fuerat appositum. Quæro hic si
2 compromissum † prorogatur,postquam erat extinctum, quo casu prorogatio est nulla, utrum si non ualet,ut prorogatio,ualeat saltem tanquam nouum compromissum? Variæ de hoc fuerunt sententiæ: nam Imol.inquit,si interpositum est iuramentum, prorogationem habere uim noui compromissi, quia iusiurandum habet uim clausulæ omni meliori modo. Soc.autem cõtrà,ut uiderè est in eius consi.99.in 3.vol.vbi etiam habetur,ad hoc ut sciri possit, sit ne compromissum extinctum tempore prorogationis an non, sciendum esse à quo tempore incipiat tempus currere compromissi,an à die compromissi,an à die acceptationis. uide ibi apud eũ.
3 Nunquid autem dies † compromissi computetur in tempore ipsius compromissi,vide Ang.in consi.404.An tempus prorogatum dicatur esse idem cum primo? & regulariter idem uidetur, tamen multæ limitationes ad hoc traduntur,ut uidere est apud Feli.& Dec.in cap.de causis, de offic.deleg.Et an prorogatio actus faciat illum actum esse nouum, an non. Dec.in cons.93.Et in hac materia prorogationis illud potissimùm attẽdas,prorogationem compromissi esse partibus intimandam secundum Bal.in l.eos.§.apostolos.C.de appell.& Curt.in consi.31.cum sequen.Dec.in consi.39.alioqui nullius erit roboris & momenti,secundum Alex. in consi.63.in
4 fi.in 3.vol.& in consi.34.in 1.vol.Et arbiter, † qui à lege uel à partibus potestatem habet prorogandi,quantùm & quoties prorogare possit,vide Alex.in consi.212.in libro primi & secundi vol.& Ias.in l.ut inter diuinum.C.de sacros.eccl.Et de multiplici genere prorogationis vide remissiuè apud Feli.in c.ad petitionem,nu.13.de accusat.Et dum Bar.in d.l.Labeo.§.si per fideiussorem,inquit.fideiussores præstitos in primo compromisso debere iterum in prorogatio
5 ne promittere. Ex hoc uidetur inferri qualitatem † appositam in primo actu,qui ad huc uiget, non censeri in secundo actu repetitam. ad quod uide Rom.in consi.459.in col.fi.Attende circa prędicta quoniam absque aliqua noua promissione fideiussores uidentur obligati etiam pro tempore prorogato,secundum Dec.in consi.103.Sed quid si tempore prorogationis debitor principalis erat soluendo,& posteà non soluendo efficeretur? iniquum certè uideretur,ut fide iussor teneatur. & ideò quod nullo modo facta prorogatione fideiussor teneatur, docuit Soci. in consi.21.colum.penul.in 1.uolum.Feli.in c.de causis,de offi.deleg.& in c.1.num.4.de iureiur. Et de hac re uide omninò Alex.in consi.72.in 6.vol.& Ang.Alex.& alios in l.si unus.§.1.ff. de pact.Barto.in l.Lucius.2.§.Paulus.ff.de fideiussor. Doct.in c.constitutis,eod.tit. de fideiuss.

& Dec.

6 & Dec. in d.ca.de cauſis. Quid ſi fideiuſſor † primo præſtitus erat idoneus, & poſteà efficitur non ſoluendo, nunquid alius, qui ſit idoneus dari debeat? Diſtingue, ſi ille, qui tenetur dare fideiuſſorem eſt obligatus iure actionis, & liberatus eſt præſtando fideiuſſorem, qui tempore fideiuſsionis erat idoneus, licèt poſteà non ſoluendo efficiatur, alioqui uerò ſi officio iudicis teneretur. Aret. in conſi. 133.

Summarium in l. diem proferre. §. ſi hæredis. ff. de arbitr.

1 *Compromiſſum non tranſit ad hæredem compromittentis, niſi id ſit ſpecialiter actum.*

Bar. in l. diem proferre §. ſi hæredis. ff. de arbitr.

1 Bart. in d. l. diem proferre. §. ſi hæredis, ait, compromiſſum † non tranſire ad hæredem compromittentis, niſi id ſit ſpecialiter actum, effectum autem ſententiæ arbitri ad hæredē tranſire. Quid autem ſit in arbitramento, uide apud Bar. in l. ſi quis arbitratu, circa fi. ff. de uerb. obligat. vbi Iaſ. colum. 16. verſic. ſeptimò. Et ratio huius rei ponitur per Abb. in c. fi. de arbitr. Sed rurſus quæro, dicitur hic, ad hæredem compromittentis non tranſire compromiſſum: quid contrà, an compromiſſum factum ſub nomine dignitatis trāſeat ad illius ſucceſſorem, in quem factum eſt compromiſſum? vide Barto. & quæ ibi addidi in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulga. & pupill.

Summarium in d. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.

1 *Sententiæ arbitri etiam iniquæ parendum eſt metu pœnæ.*
2 *A ſententia arbitri appellare non licet.*
3 *Quando arbiter poteſt cognoſcere de iure & de facto, iudicare tenetur ſecundum formam iuris*
4 *Statur ſententiæ arbitri etiam iniquæ.*

Bar. in d. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.

1 Bart. in d. l. diem proferre. §. ſtari, ait, ſententiæ † arbitri etiam iniquæ parendum eſſe metu pœnæ. Vide Orian. in tract. de arbitris, fol. 17. quæſt. 2. & Bald. in cap. præſentata, colum. 2. de teſti. Et limita hunc text. ut habeat locum quò ad ipſam partem tantùm, alioqui *uerò quo* ad ipſum arbitrum: quia ſi malè iudicat, facit litem ſuam, & pars habet regreſſum contra iudicem, ut uidere eſt apud Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo, colum. 4. in 9. not. C. de pact. De ui autem huius uerbi, ſtare, quid ſignificet, vide Abb. in cap. poſt ceſsionem, de probat. & ibi Dec.
2 Et iſtam regulam quòd à ſententia † arbitri appellare non liceat, limitat Soci. in regula 17. ſed contra regulam huius. §. urget, ubi enim adeſt magna læſio, & ubi eſt dolus, ibi obſtat exceptio etiam reſpectu pœnæ, igitur & hìc debet obſtare. Vide Alex. in conſi. 46. Viſis & accuratè conſideratis, colum. 3. uerſic. confirmatur, in 1. volum. Attende etiam in hac re, Eum, qui arbitrium euidenter iniquum obtinet, ſi eo perfruitur, mortaliter peccare ſecundum Fulgoſ. in conſ 147. col. 6. inter conſilia Imol. Et an & quando dici poſsit de iniquitate arbitrij, etiam non obſtante iuramento de non contraueniendo, uide Abb. in conſi. lxxvij. col. pen. in 2. uol. Angel. omninò in conſ. 172. & in conſi. 253. & Abb. in c. quintauallis, de iureiur. ubi multa utilia in re propoſita aggregauit. Vide etiam omninò Alex. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. Et quo modò fieri poſsit, ut reductio non petatur, vide Cæpol. in cautel. 199. & Thom. Ferrat. in caut.
3 8. Et dum Bar. in d. §. ſtari, ait, quando arbiter † poteſt cognoſcere de iure & de facto, ſed iudicare tenetur ſecundum formam iuris, hunc eſſe arbitrum; & ſi tulit ſententiam contra ius non eſſe ſtandum eius arbitrio. adde Feli. in c. cauſam quæ, colum. penul. de re iudic. ubi approbat hoc Bartoli documentum. & latè tradit, an ſententia iniqua ſit nulla ipſo iure, ibi in 3. & 4. col. & Bald. in conſi. 43. colum. fi. in 5. volum. Vide Aret. in conſi. 8. col. 2. Barb. in capitulo ne innitaris, colum. penul. de conſt. Abb. in conſi. 41. in 1. vol. & in c. cùm dilecta, colum. 5. de reſcript. Orian. in tract. de arbitris, fol. 22. & ſeq. quæſt. 1. Imol. in d. cap. quintauallis, colum. 14. Rom. in conſi.

in consi.23.in tertio dubio.Feli.in c.1.col.fi.in ultima fallen.de const.& in c.fin.col.9. de præsumpt.& in c.1.col.3.de re iud.Barb.in consi.44.col.5.in 1.vol.& in consi.40.col.8 in 2.volu. Alex.in l.cùm hæreditas.ff.ad Trebell.& in consi.22.Viso titulo,colum.pen.in 5. volu. Aret.in l.Eum qui.§.si filius.ff.de acquir.hæred.in fin.Et quia Barto.in decisione propositæ quæstionis
4 opponit contra.d.tex.in hoc.§.stari, ubi statur † sententiæ arbitri etiam iniquæ, & respondet hoc ideo esse,quia compromissum factum fuit simpliciter: sed in quæstione proposita dictum fuit,ut secundum formam iuris sententiam proferret. Attende tu quoniam ista ratio diuersitatis videtur ueritate carere: nam simpliciter compromittendo intelligitur tacitè actum, ut iudicandum sit secundum formam iuris communis, non autem municipalis. Cæpoll. in cautel.99. vide omnò Abb.in consi.77.in 2.vol.igitur expressio eius,quod tacitè inest,nihil debet operari.l.iij.vbi omnes doct.ff.de leg.3.Vide omninò Abb.in d.c.cùm dilecta,col.4.in gl.in uoce, iuris ordine,de rescrip.& Feli.omninò in c.causam,col.pen.& fi.de re iudic.

Summarium in l.diem proferre.§. si plures.ff.de arbitr.

1 *Si arbitri pares numero dissentiunt, eorum sententia non ualet.*
2 *Testibus affirmantibus magis creditur quàm negantibus.*

Bar.in d.l.diem proferre.§.si plures.ff.de arbitr.

1 Bart. in d.l.diem proferre.§.si plures,ait,si arbitri † pares numero dissentiunt,eorum sententiam non ualere, alioqui uerò statur iudicio partis maioris. Vide Orian.in d.tract.de arbitris,fol.17.quæst.12.Et dum Barto.ibi paulòpost quærit,si testes discordant in ualore alicuius rei,quia aliqui eam plus,& alij minus ualere aiunt, quibus sit standum. Vide Aret.in consi.65. vbi not.distinguit,& in consi.83.colum.fi.& Feli.in c.cùm inter,col.5.& 8.& seq.de re iudi. & Alex.in consi.206.in libro primi & secundi volum.in consi.46.in 3.vol. & in consi. 107. colu. penul.in 4.volu.vbi inter cætera inquit,si testis dicit rem ualere centum, & plus, illam uocem, plus, nihil operari: quia est ambigua. Vide etiam eundem Alex.in consi.29.col.2.in 7. volu. contrarium tenet Salic.in d.l.ij.C.de rescind.uend.colum.15.quem sequitur Feli.in cap.pastoralis.nu.6.de rescript.Item Alexand.in consi.110.colum.3.in 1.volum.& in consi.54.in 6.vol. ait,testibus affirmantibus ualorem alicuius rei esse ultra 400.magis credẽdum, quàm testibus id negantibus. Idem docuit Dec.in consi.539.vbi citat glo.in ista.l.diem proferre.§. si plures.
2 vide Feli.in c.cùm.P.Manconella,in fi.de accusa.Et quamuis regula sit,testibus † affirmantibus magis esse credendum,quàm negantibus,tamen hoc fallit in multis casibus, ut per Feli. in c. in nostra,de testi.Et quomodò hæc procedant & declarentur,vide Decium in l.in omnibus causis.nu.9.ff.de reg.iur.& Abb.cum ibi addit.in c.cùm in tua,de testi.

Summarium in d.l.diem proferre.§. siquis litigatorum.ff.de arbitr.

1 *Arbiter sententiam ferre non potest absente parte.*

Bar.in d.l.diem proferre.§.si quis litigatorum.ff.de arbitr.

1 Bart. in d.l.diem proferre.§. si quis litigatorum, ait, arbitrum † sententiam ferre non posse absente parte,nisi id specialiter actum sit. Quærit deinde,quid in arbitratore? & remittit se ad l.Si quis arbitratu.ff.de uerb.oblig.ubi uideas Barto.in 2.colu.versi.quæro quid.& Alex. in l.j.colum.3.ff.de leg.2.

Summarium in d.l.diem proferre.§.coram.ff. de arbitris.

1 *Coram dicitur fieri si est præsens & intelligit.*
2 *Præsens an possit dici is qui non intellexit.*
3 *An præsentia alicuius faciat ut ille sciuisse existimetur negocium cui interfuit.*
4 *Si statutum exigit præsentiam propinquorum & amicorum, illi propinqui & amici debent negocium perspicue intelligere.*

Bar.

Bar.in d.l.diem proferre.§.coram.ff.de arbitr.

1 BART. in ead.l.§.coram,hoc ait in ſumma,coram † dicitur fieri,ſi eſt præſens & intelligit, & non aliter. Vide Iaſ.in l.ij.§.fi.col.4.ff.ſolut.matr. De huius uocis ſignificatione vide Io.And. & alios in c.vt circa,de elect.in ſexto. Ad quæſtionem autem ad quam infert Bart. de notario, qui ſcripſit actum fuiſſe præſentibus talibus, & teſtes dicebant ſe nihil ſcire: propterea Barto. ait,illum notarium malè ſcripſiſſe. Vide Alexan.in conſi.70.colum.4.in 1.volum.& omnino in conſi.73.colum.1.eod.volum. ubi citat hoc Bartoli documentum.Aret. in conſi.64. colum.6. in ſecundo dubio.Feli.in proœm.Decretal.colum.6.& omninò in c. cùm cauſam, inter nu.25.
2 & 26.de teſti.Et an præſens † poſsit dici is,qui non intellexit, vide Bart.in l.j.§.fi.ff.de author. tut.& multa ad rem facientia tradit Alex.in l.ij.§.fi.ff.ſolut.matr.ubi ait in hanc Bartoli opinio-
* nem * communiter itum eſſe. & in l.j.colum.20.ff.ſi cert.pet.Cæpol.in conſi.61.colu.3.Barb. in conſi.29.colum.15.in 1.volum.& in conſi.17.Dominum inuocent.colum.penul.in 3.uolu. & in c.cauſam matrimonij,colum.5.de offi.deleg.Iaſ.in d.l.ij.§.fi.ff.ſolut.matrim.& in l.j.in fin. ff.de in ius uoc.Bal.in l.teſtium. C.de teſti.& in capitulo 1.colum.1.de inueſt. int. domi. & uaſal.Et diſtinctionem, quam facit Barto. in d.l.j.§. fin. ff.de author.tutor. refert & ſequitur Lanfranc.de Orian.in cap.quoniam contrà,in uoce, teſtium depoſitiones, colum.6.de probat.Et
3 an præſentia † alicuius faciat, ut ille ſciuiſſe exiſtimetur negocium,cui interfuit, Dec. in conſi. 630.Quid ſi in inſtrumento dicitur N.donaſſe.M.mille, utrum præſumatur M. ibi fuiſſe præſentem an non? vide Soc.in conſi.68.in 4.volum.vbi tradit an & quando præſentia præſumtur. Et circa prædicta ſcilicèt,eum dici præſentem,qui etiam intelligit: & ideò cum dicitur aliquo præſente,ſubauditur,& intelligente; vide Barto.in l.ij.C.de erro.aduoc. vbi infert econtrà,ut ille non dicatur præſens,qui non intelligit. Vide etiam Abb.in c.ex parte,de cleri. non reſid.& omninò Card.in c.fi.de maio.& obed. vbi citat Bal.in rubrica.C.qui admit.& ibi
4 Bal.citat gl.ſing.in l.tutor,ff.de bono.poſſeſſ.ad hoc,quod ſi ſtatutum † exigit præſentiam propinquorum & amicorum,illi propinqui & amici debent negocium perſpicuè intelligere, alioqui præſentes fuiſſe non intelliguntur. vide Ant.de Butr.in d.proœm.Gregor.in §.ſanè,& eundem Ant.& Imol.& alios in c.auditis,de elect.Et de hoc videtur text.expreſſus cum glo.*in uoce*,ipſo præſente,in cap.in primis.2.q.1.ibi enim habetur in text.ipſo præſente,& gl.*ſubiungit*, & intelligente,quoniam alioqui præſens non diceretur.& Barb.in c.in præſentia,de *probat.* And.in c.in præſentium,de teſti.in 6.

Summarium in l.ſi quis rem.ff.de arbitr.

1 *Pœna quæ apponitur loco contemptus peti poteſt ſimul cum principali.*

Bar.in l.ſi quis rem.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.ſi quis rem, ait, pœnam, † quæ apponitur loco contemptus, peti poſſe ſimul cum principali. Pro huius.l.limitatione vide Bar.in l.ita ſtipulatus,in ultima par.in fi.opp.ff.de uerb.obligat. Et ad iſtum tex.vide Orian.in tract.de arbitris,fol.21.& ſeq.in uoce, ulterius.& Card.in conſi.29.col.1.verſi.Et not.ubi limitat hanc.l. Vide aliquid apud Rom. in conſi.332. col.2.in ſecundo dubio.& in conſi.338.

Summarium in l.ita demum.§.ſed ſi quidem.ff.de arbitr.

1 *An tacita conditio natiuitatem actionis impediat.*

Bar.in l.ita demum.§.ſed ſi quidem.ff.de arbitr.

1 BART. in d.§.ſed ſi quidem,agit,an tacita † conditio natiuitatem actionis impediat. vide Bal.in rubrica.C.de inſt.& ſubſt. Et ſcias conditionem ſubintellectam non facere actum conditionalem,niſi ſit expreſſa,ut ex multis concludit Feli.in c.2.in princ.de ſponſal.

Summa-

Lucubrat.in l.non distinguemus.ff.de arbitr.

AD l.non distinguemus,in principio.vide Alex.in l.j.col.3.ff.de legat.2.

Summarium in l.non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbitr.

1 *Sacerdos potest esse arbiter.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.sacerdotio.ff.de arbitr.

1 BAR. in d.l.non distinguemus.§.sacerdotio,ait,sacerdotem † arbitrum esse posse. quod intelligit in simplici sacerdote,non autem in monacho uel alio regulari. Et de his an possint esse arbitri, Vide Orian.in tract.de arbitris,fol.4.& seq.in uoce, hactenus,& fol.2. in versicu. quæro,in fin.Et vide ad hunc tex.quæ docuit Felin. in cap. præsentata,colum.2. de testi.Barbat.in consi.39.colum.5.& sequ. in 1.volu.Bald.in d.c.præsentata,& in consi.38.in 5.volum.ubi loquitur in fratre minore. Card.in clem.2.q.19.& 21.de rescrip.Anch.in consi.ultimo, Spec.in tit.de arbitr.§.fi.& Orian.in d.tract.in quæst. Qui possint esse arbitri. Alex. in consi. 80.in 5. volum. Vide omninò Soci.in consi.99.in 3.volum.ubi ait,fratres sancti Francisci arbitros esse non posse, neque arbitratores sine licentia sui superioris. et idem ait etiam in monacho, in consi.101.cod.vol.3.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arbi.

1 *De causa meri & mixti imperij, uel de causa status compromitti non potest.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.non distinguemus.§.Iulianus,hoc ait in summa. De causa † meri & mixti imperij,vel de causa status compromitti non potest. De hoc, an scilicèt, & quando compromissum fieri possit de causa status & libertinitatis,vide apud Rom.in consi.262.Incip.idem videtur mihi dicendum. valet tamen compromissum in causa criminali quò ad præiudicium partium. Abb.in c.literis,colu.3.in fi.de præscrip.Limita, ut non possit principaliter cognoscere sed incidenter,Ias.in l.quoties,colum.1.versic.Tu dic.C.de iudic.Et dum Bart. subiungit, hoc scilicet de causa status compromitti non posse, procedere tantum in arbitro, alioqui verò in arbitratore: quia potest etiam ea de re transigi. vide Rom.in consi.115. incip. Viso compromisso. sed de hac re vide Doct.in l.transigere.C.de transact.ubi habetur,compromissum de iure & de facto fieri non posse super causa criminali, in qua non ingeritur pœna sanguinis. Et idem esse etiam in causa mixta,in qua aliquid applicatur ob publicum interesse, & aliquid ob priuatum,tenuit Alex.in consi.82.in fi.in 1.volum.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.de liberali.ff.de arbitr.

1 *Statutum quod præcipit causas compromitti, non est porrigendum ad casus mixti imperij.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.de liberali.ff.de arbitris.

1 BART. in eadem l.§.de liberali,inquit,statutum † quod præcipit causas compromitti,non esse porrigendum ad casus mixti imperij,de quibus compromitti non potest,ut uisum est in §. præcedenti. Ex hoc infert Dec.in cons.44.statutum cogens compromissum fieri debere inter affines,intelligendum esse de causis compromisibilibus tantùm. Quid si stante isto statuto dubium oritur,utrum causa illa sit compromisibilis an non,poterit ne altera ipsarum partium petere super hoc dubio compromissum fieri debere an non? idque peti posse,ait Soc. in consi. 300.col.3.in 1.vol.Sed quia uisum est suprà causam status compromitti non posse, & causam mixti imperij,an saltem incidenter cognosci potest ab arbitro? idque fieri posse, sing. docuit Rom.in sing.466.& de hoc statuto vide quæ latè posui in prima const.C.de nou. codic. cõfic.

Summa-

De arbitris.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.si seruus.ff.de arbi.

1 *Compromissum factum à seruo, non ualet.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.si seruus.ff.de arbitr.

1 BART. in ead.l.§.si seruus, colligit hoc in summa; Non ualere compromissum factum à seruo, nec arbiter cogitur proferre sententiam. Vide Pet.de Anch.in c.canonum statuta, colu. 99.de const.ubi in pulchro casu citat hunc tex.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.dies.ff. de arbitr.

1 *Si dictum est in compromisso de prorogatione, ista conuentio prorogationem non facit nisi sequatur iussus iudicis.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.dies.ff.de arbitr.

1 BART. in ead.l.§.dies, ait, si dictum est in compromisso † de prorogatione, ista conuentio prorogationem non facit nisi sequatur iussus iudicis. Vide Anchar. in consi.88. vbi adduxit hunc tex.ut ibi uidere est.

Summarium in l.non distinguemus.§.cum in plures.ff.de arbitr.

1 *Dictio quilibet, distribuit actum in quemlibet separatim.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.cùm in plures.ff.de arbitr.

1 BART. in ead.l.§.cùm in plures, colligit ex isto text.uocem, † quilibet, distribuere actum in quemlibet separatim: & vocem, omnis, coniunctim. De hac re vide Orian.in tract.de arbit. in ulti.quæst.Soc.in consi.50.& consi.54.in 1.volum.vbi agit de materia huius.§. & Signorol. in consi.103.& Fulg.in consi.40.in secundo dubio.Cæpoll.in consi.14.col.5.Alber.in 1. part. statut.quæst.9.col.2.Et vide quod ex hoc infert Ias.in l.si mihi & Titio.col.5.ver.decimò amplia.ff.de uerb.oblig.Limita tamen prædicta nisi natura rei repugnet, ut per Bar.in l.hoc articulo.ff.de hæred.instit.Et ad rem hanc vide quæ pono ad Bar.in l.si pluribus.ff.de legat.2.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbitr.

1 *Arbiter si efficitur inimicus partis contra petitionem pœnæ obstat exceptio doli.*
2 *Procurator qui efficitur inimicus mandantis, eò ipso censetur reuocatus.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.cùm quidam.ff.de arbitr.

1 BART. in ead.l.§.cùm quidam, hoc ait in summa. Arbiter † si efficitur inimicus partis, cõtra petitionem pœnæ obstat exceptio doli. Adde quod pars protestari potest ne arbitretur, & si deinde spreta protestatione arbitrabitur, obstabit exceptio absque eo quòd aliquid probetur de iniquitate laudi. Feli.in c.suborta.nu.6.de re iudic.vtrum hoc, quod ex isto §.colligitur, locum habeat etiam in arbitratore? vide Orian.in tract.de arbitris, fol.41.quæst.34.& aliquid apud Bal.in c.constitutus, in fi.de rescript.& Feli.in d.c.suborta, col.4. Et dum Bart. subiungit, prædicta uera esse quando inimicitia superuenit absque culpa partis, alioqui uerò si eius culpa; quia per eum factum est, quominùs arbiter sententiam diceret: hoc sequitur Aret.in Lij. §.fin.in 3.colum.ff.de uerb.oblig.vbi quædam similia adducit. sed obst.quæ docuit Ias.in l.hæreditas, col.1.versi.nota tamen.C.de his quib.ut indig.Et ad prefata de inimicitia superuenien te vide tex.not.in l.pater.§.cùm à patre.ff.de testam.tutel.& in l.in confirmãdo.ff.de confirm.
2 tutor.Et ad rem facit illa decisio.quæ habet † procuratorem, qui efficitur inimicus mandantis, eo ipso reuocatum esse censeri, ut per Bar.in l.si cùm Cornelius.ff.de solut.& Feli.in c. ex parte decani, nu.42.de rescript.ita etiam legatum intelligitur reuocatum propter inimicitiam subsequentem inter testatorem & legatarium.quòd tamen intelligas quando inimicitia ex defectu legatarij

legatarij contingit, alioqui uerò si culpa testatoris.text.est sing. in l. cùm tabulis.§. 1. ff. de his quib.ut indig.Rom.in singul. 196.incip. Tu habes. vide Bart.in l.à filio.§.Seio.ff.de adim. leg. Aret.in cons. 92.col. 4.& in consi. ultimo col.pen.sed utrum per confessionem peccatorum testatoris censeatur odium remissum? vide Alex.in consi. 91.in 7.vol.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.

1 *Arbiter nihil potest ultra id quod ei fuit in compromisso concessum.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbitr.

1 Bart. in ead.l.§.de officio,colligit ex isto tex.Arbitrum † nihil posse ultra,id quod ei fuit in compromisso concessum. Attende arbitrorum potestatem usque adeò à compromisso moderari ac regi.ut si extra compromissum iudicetur,sententia nullius sit roboris & momenti, & de nullitate dici possit, etiam si promissum fuisset de nullitate non dicere. Soci. in consi. 95. colum.4.in 3.volum.immo huiuscemodi pronunciamentum consensu partium ratum haberi non potest. Dec.in consi. 434.de hoc tamen vide Alex.in consi. 84.in 5.volum. Et pro declaratione huius.§.de officio, uide Orian. in tract.de arbitris,fol. 38.quæst. 26.Felin.in c.causam, col. 2.de re iudic.& in c.vno delegatorum,de offi.deleg.Rom.in consi. 88.& in consi. 141.& in consi. 175.& in consi. 403.Imol.in consi. 20.& in consi. 106.col. 2.Anch.in consi. 1.& in consi. 262.Barb.in c.quintauallis,de offi.deleg.& in consi. 3.in 4.volu.Fulgos.in consi. 73. colu. 4. & Ang.in cons.ultimo Alex.in cons. 236. In causa & lite,col.pen.in libro primi & secundi uolumi nis,ubi citat tex.in hoc.§.de officio, vide eundem Alex.in consi. 84.in 5. volu. & Soci. in consi. 20.in primo uolumine.

Summarium in d.l.non distinguemus.§.quæsitum.ff.de arbi.

1 *Arbiter dicere debet sententiam per quam lis finiatur.*

Bar.in d.l.non distinguemus.§.quæsitum.ff.de arbit.

1 Bart. in ead.l.§.quęsitum,ait,arbitrum † dicere debere sententiam per quam lis finiatur, nec posse per alium delegare,nisi hoc sibi fuerit commissum. vide Rom. in consi. 33. in primo dubio.ubi hunc tex.allegat. & Fulg.in consi. 13.colum. 2. & 4.Et dum ait Barto.arbitrum non posse alteri delegare,vide Alex.in cons. 13.in 1.vol

Summarium in l. si duo.§.semel.ff.de arbitr.

1 *An & quando pœna semel commissa amplius committatur.*

Bar.in l.si duo.§.semel.ff.de arbitr.

1 Bart. in d.§.semel dicit,an & quando pœna † semel commissa amplius committatur. vide Barbat.in consi. 50.col. 9.& seq.in 2.vol.

Summarium in l.si pupillus.ff.de arbitr.

1 *Pupillo compromittente non cogitur arbiter sententiam dicere nisi fideiussor interceserit.*

Bar.in l.si pupillus.ff.de arbitr.

1 Bart. in d.l.si pupillus, hoc ait in summa. Pupillo † compromittente non cogitur arbiter sententiam dicere,nisi fideiussor interceserit. An autem & quando maior habens curatorem possit compromittere,vide Orian.in tract.de arbitr.fol. 11.q.2. Et ad materiam huius.§.vi de Bar.in consi. 47.& Bal.in consi. 96.& in consi. 441.in fi in 5.vol.

Summarium in l.si feriatis.ff.de arbitr.

1 *Arbiter an & quando possit pronunciare diebus feriatis.*

Bar.

De arbitris.

Bar.in l.si feriatis.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.si feriatis,agit an & quando arbiter posit † pronunciare diebus feriatis. Et dicit arbitratorem non posse diebus feriatis proferre sententiam. Tu dicas, arbitratorem & amicabilem compositorem posse pronunciare diebus feriatis etiam in honorem Dei, quando huiusmodi arbitramentum fit per uiam cõcordiæ & transactionis,alioqui verò si fieret per uiã sententiæ. Specul.in titulo de arbit.& arbitra.§.fi.versiculo in forma autem. Abb.in cap. fi. de feri. & Bald.in consi.470.in 1.volum.& ita subiungit etiam Bart.in d.l.si feriatis. Et dum Bart. ait, ferijs in honorem Dei renunciari non posse consensu partium, vel iudicis authoritate, vide Orian.in tract.de arbitris,fol.16.quæst.decima.& aliquid fol.24.q.6.& fol.39.quæst.31.& Alexand.in l.ex facto.§.si quis rogatus,2.colum.1.in fi.ff.ad Trebell. Et de hac re vide quæ posui ad Bar.in l.j.ff. de feri.

Summarium in l.non ex omnibus.ff.de arbit.

1 *Arbiter potest mulctare contumacem.*

Bar.in l.non ex omnibus.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.non ex omnibus,in fin.principij ait, arbitrum † posse mulctare contumacẽ vide Salic.& Alexand.in l.fin.C.de eden.Et quia etiam in §.cùm arbiter,eiusdem.l.Barto.prõ quitur hanc materiam mulctandi,tu de hac re scilicèt,an & quando arbiter posit mulctare, vide Bar.& doct.in l.j.ff.si quis iusdicen.non obtemp.Attende, quia hoc in loco concluditur,arbitrum posse mulctare quando partes hanc ei potestatem concesserunt. nam contra hoc urgere videtur, quia mulctare est iurisdictionis: et ideò qui iurisdictionem non habent, mulctare non possunt, ut per Ias.in d.l.j.col.4.& seq.in secundo intellectu. sed arbiter iurisdictionem nõ habet,neque priuatorum consensus potest eam illi tribuere, igitur mulctare quoquomodo nõ potest. cogita si dici posset,arbitrum eo casu iuridicè posse mulctare non ex ui iurisdictionis, sed ex ui consensus ipsarum partium. Item concluditur hic, quòd si arbitro non est concessa potestas mulctandi à partibus,mulctare non poterit. Sed huic conclusioni reluctatur: *nam arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum,*sed iudices mulctare possunt,ut traditum est *in dl.j.*gi tur idem posse debent & arbitri. De hac materia latè tradunt Doct.in d.l.j. vbi ponunt multas fallentias. Limita etiam prædicta ut non habeant locum in arbitro electo ex dispositione iuris uel statuti: quia tales possunt mulctam indicere. Abb.in c.suspicioni,de offi.deleg.

Summarium in l.cum lege.ff.de arbitr.

1 *Minor 20.annis arbiter esse non potest.*

Bar.in l.cum lege.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l. cum lege, ait, minorem † xx. annis arbitrum esse non posse. Vide Abb.& Felin.in c.cùm uigesimum, de offi.deleg.

Summarium in l.de rebus.ff.de arbit.

1 *Sententia arbitri non est porrigenda nisi ad res in libello contentas.*

Bar.in l.de rebus.ff.de arbitr.

1 BART. in d.l.de rebus,inquit sententiam † arbitri non esse porrigendam, nisi ad res in libello contentas,vide Rom.in cons.403.col.2.& Soc.in cons.220.in 1.vol.& omninò Alex.in cons.48.col.3.in 7.vol.vbi arguit ad partes, & demum concludit, arbitrum super non petitis arbitrari non posse. Et dum Bar.in d.l.de rebus,oppo.de l.licèt.C.de iudic.vbi in non prosecutis non obst.exceptio rei iudicatæ,vide Feli.in c.pe.col.6.de exception.

Summarium in l.inter Castellianum.ff.de arbitr.

1 *In his quæ habent causam continuam non sufficit ab initio factum, nisi perseuerantia subsequatur.*
2 *Si fit legatum alicui si monasterium ingreditur, & ille post ingressum exeat, an tale legatum teneat.*
3 *An ille qui consecutus est immunitatem propter numerum duodecim filiorum, illam amittat si deinde aliqui filiorum moriantur.*

Bar.

Bar.in l.inter Caſtellianum.ff.de arbitr.

1 BAR. in d.l.inter Caſtellianum,colligit ex iſto tex.in ijs, quæ habent † cauſam continuam, non ſufficere ab initio factum, niſi perſeuerantia ſubſequatur. Vide concord.apud Barbat.in conſi.60.col.14.in 1.vol. & in conſi.53.col.18.in 2.vol.Bald.in l.licèt.colum.2.in 4.quæſt.C. loca. & in c.conſtituto, col.pen.& fi.de appell. Et ad rem hanc faciunt multæ deciſiones ſcitu dignæ,in ea quęſt.ſcilicèt quãdo qualitas aliqua exigitur, utrum ſufficiat illam ab initio adfuiſſe,licèt poſtea deficiat. Vide Bar.in l.ex facto,in principio.ff.de uulg.& pupill. & in l. præcipimus.§.ſanè.C.de appellat.& Angel.in l.Si quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſt.vbi quærit, quid
2 ſi fiat legatum † alicui ſi monaſterium ingreditur, & ille poſt ingreſſum exeat. vide eundem Angel.in conſi.34.& in conſ.141.& Feli in c.in præſentia.num.57.de probat. nam uerba debent intelligi de effectu permanente,ut eſt tex.not.in l.j.§.fin.ff. quod quiſque iur. & in l. pen. §.docere.ff.nequis eum qui in ius uoc.vide Soc.in conſi.76.in 1.vol.& omninò Abb. in conſi. 69.in 1.volum. & concluſionem hanc tunc potiſsimum ueram eſſe arbitror, cùm perſeuerantia effectus reſidet in eius poteſtate, cui illa qualitas uel conditio fuit iniuncta, vt de illo, qui monaſterium ingreditur. Ad hæc accedant trad. per Angel. & Imol.in l. in ſubſtitutione.ff. de uůlga.& pupill.vbi quæritur, an legatum factum filiæ, ſi erit uidua, locum habeat, ſi deinde nubat. Vide etiam quæ habentur in l.reprehendenda.C.de inſtitu.& ſubſtitu. & quod eruditè
3 docuit Ioan.Andr.in regula decet, in mercurialibus. vbi in illa quæſt. an ille qui † conſecutus eſt immunitatem propter numerum 12.filiorum, illam amittat, ſi deinde aliqui filiorum moriantur? & concludit quòd non. & de hac immunitate uide latè Io.de Anan.in conſ.105.cum ibi addit. per Bologninum. Vide etiam quod conſuluit Paul.de Caſt.in conſi.245. ſecundum impreſsionem antiquam. & uide glo.in uerbo,ſufficit, vbi Bar.in l.fin.C.de indict.uidu.toll. & ad prædicta uide omninò Alber. in ſecunda parte ſtatut. quæſt.108. vbi ſolenniter examinat hanc difficultatem,& Bar. & omninò Iaſ. in d.l.ex facto,in princ.ff.de uulg.& pupill. & Iaſ.in l. j.§.veteres.ff.de acquir.poſſ. vbi ait ſufficere qualitatem requiſitam ab initio adfuiſſe. vide gl. in uoce,canonicus,in c.ſtatutum, & ibi Anch.de reſcri. in ſexto.& eundem in proœm.eiuſdem libri & in clem. & ſi principalis, de reſcript. Videre poteris etiam Ioan.Brunellum in tract.de ſponſalibus & matrimonijs,concluſione 22.in 4.dubio.nu.2.

Summarium in l.de his.ff. de arbitr.

1 *Compromiſſum factum ſimpliciter, non porrigitur ad lites futuras.*

2 *Si compromiſſum factum eſt de omnibus litibus uertentibus & quæ uerti poſſent occaſione relictorum in aliquo teſtamento, utrum comprehendat etiam fideicommiſſum, quod debetur ſub conditione.*

Bar.in l.de his.ff. de arbitr.

1 BART. in d.l.de his, colligit ex iſto text. compromiſſum † factum ſimpliciter non porrigi ad lites futuras. vide Socin.in conſi.27. col.pen.& in conſ.251. col.14.verſ.circa quintum,in 1.vol.vbi habetur, hoc locum habere ſolùm in compromiſſo ſimpliciter facto, alioqui uerò ſi in eo etiam futura complecterentur. Attende tamen quia licèt compromiſſum hoc etiam futura contineret,tamen arbiter non poteſt de illis pronunciare antequam ſint in eſſe productæ, & mota ſit quæſtio. ita Roma.in conſi.403. colu.2. & Paul.de Caſtr.in conſilio 73.colum.3.
2 Circa prædicta quæro ſi compromiſſum † factum eſt de omnibus litibus uertentibus, & quæ uerti poſſent occaſione relictorum in aliquo teſtamento,utrum comprehendat etiam fideicõmiſſum,quod debetur ſub conditione? vide plenè apud Socin. in conſi.251.col.12. cum ſeq. in primo uolumine. denique ſcias clauſulam illam, quòd intelligatur uerti lis & quæſtio de omni & eo toto ſuper quo fuerit pronunciatum, quæ poni ſolet in compromiſsis, reſtringendam eſſe ad iudicata ſuper litibus uertentibus, & quæ oriri poſſent, alioqui uerò ſi neque lis agebatur, neque ſuberat dubium, ut ageretur: Angel.in conſ.218.colu.penult. & Ioan.Bapt. Caccialupus in tract.de tranſactionibus, quæſt.18.nu.10. & de ui huius clauſulæ uide Soci. in

consi. 120. in cons. 283. & in consi. 299. in primo uolu. & in consi. 104. in 4. volu. Feli. in c. 16. vers. clausula, de rescrip. & omninò Ias. in l. j. C. de transac.

Summarium in l. si de re sua. ff. de arbitr.

1 *In re sua nemo potest esse arbiter.*

Bar. in l. si de re sua. ff. de arbitr.

1 BAR. in d. l. si de re sua, ait, in re sua neminem † posse arbitrum esse. An autem fideiussor possit esse arbiter in causa in qua intercesit, uide Orian. in d. tracta. de arbitr. quæst. 10. & aliquid apud Abb. in cons. 16. col. penul. in 2. uol. Feli. in c. cùm olim, in princ. de præsumpt. & ibi Abb. colu. 2. in 5. notabili.

Summarium in l. debet. §. item si prædixerit. ff. naut. caup.

1 *Si nauta protestatur ut unusquisque seruet res suas, ille non tenetur.*

Bar. in l. debet. §. item si prædixerit. ff. naut. caup. stab.

1 BART. in d. §. item si prædixerit, colligit ex isto tex. & glo. si nauta † protestatur, ut unusquisque seruet res suas, eum non teneri. & an illi debeant consentire protestationi non? Bar. distinguit ut ibi per eum. Tu de intellectu huius. §. vide Bar. in l. non solùm § morte. col. 4. versic. sed quæro an etiam. ff. de oper. nou. nunc. & Feli. in c. cùm. M. Ferrariensis col. 18. in fi. de constit.

Summarium in l. j. ff. de iudic.

1 *Eius qui habet iurisdictionem & tribunal, uel iurisdictionem tantùm posse prorogari iurisdictionem.*
2 *In quibus casibus prorogari possit iurisdictio, & in quibus non.*
3 *Clericos & uasallos prorogare non posse iurisdictionem alterius quàm episcopi & Domini.*
4 *Vbi factum est compromissum in aliquos tanquam in arbitros & arbitratores ex modo procedendi agnosci debere utrum procedant ut arbitri uel ut arbitratores.*
5 *Ille dici potest habere tribunal, qui habet iurisdictionem ordinariam.*

Bar. in l. j. ff. de iudic.

1 BART. in d. l. j. colligit in summa, eius, qui habet iurisdictionem † & tribunal, uel iurisdictionem tãtùm, posse prorogari iurisdictionem. Vide in hac re Rom. in sing. 144. incip. Vltimò dico tibi. & Feli. in c. P. & G. de off. deleg. Et an prorogatio iurisdictionis illius iudicis, qui ultra certam summam iudicare non potest, possit fieri à partibus, ita ut iudicari possit de maiori summa? Bald. in l. certa ratione. C. quand. prouoc. non est necess. id fieri non posse ait: sed Salic. eum redarguit, & bene iudicio meo. & latè de materia prorogationis
2 iurisdictionis uide apud Alberic. in rubr. huius tituli. & Spec. Aduoc. in 12. dist. Et in quib. † casibus prorogari possit iurisdictio, & in quibus non, tradunt doct. in l. ij. C. qui pro sua iurisd. Et per quos actus, & modos dicatur iurisdictio prorogari, habetur apud Bar. & alios in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudic. & ad prædicta uide Abb. & alios in c. ad petitionem, de accusat. & Innoc. in c. olim. 3. de rest. spoliat. & Specu. in tit. de except. & replicat. §. 4. uersi. Item not. vide etiam Feli. in c. inquisitioni. §. fi. col. 6. de accusat. & attende, prorogationem fieri non posse in legitimatione alicuius, quia est de reseruatis principi. Maria. Soci. iun. in consi. 142. nu. 2. & de multiplici genere prorogationis, uide remissiuè apud Feli. in d. c. ad petitionem, nu. 13.
3 Bart. in d. l. j. inquit, clericos & uasallos † prorogare non posse iurisdictionem alterius quàm Episcopi, & Domini. vide Dec. in c. cæterùm, colu. 1. de iudic. & ibi Abb. colu. 3. & in c. si diligenti, colum. 6. de foro compet. & Bal. in consi. 121. col. pen. in 3. uol. & ad prædicta, ut hic per

Bar.

Bar. vide Feli.in cap.cùm accesſiſſent, colu.8.de conſtit. Et dum ibi ſubiungit Bar. ad cognoſcendum utrum partes in iudicem conſenſerint,inſpicienda eſſe antecedentia & ſequentia. ex quibus hoc declarabitur. vide Roma.in conſi.91. colu.3.& Barb.in conſi.83.col.4. in 3.volu. & in conſi.121.colu.2.& ſeq.in 3.vol.

4 Bar.in eadem l.verſi.Nota iſtam glo.ait, vbi factum eſt compromiſſum † in aliquos tanquam in arbitros & arbitratores, ex modo procedendi cognoſci debere utrum procedãt vt arbitri, vel ut arbitratores. vide Angel.in l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.1.& Alexan.in conſi.13. Ex his quæ in themate, colu.3. in 1.vol.

5 Bar.in ead. l. verſic.venio ad ſequentem, exponit,eum dici præeſſe † tribunali, qui habet iuriſdictionem ordinariam. Adde quòd huiuſmodi iuriſdictio ordinaria ſiue procedat à lege ſiue à conſuetudine prorogari poteſt etiam ſub conditione. Abb.in c.ſignificaſti,col.1.de for.cõpet. Et dum Bar. ſubiungit de iudicibus chartularijs,vide tu quomodò fiant, & de illorum iuriſdictione apud Ang.in conſi.93.vbi tradit an & quomodò eorum poſsit iuriſdictio prorogari; & an teneat emancipatio coram eis facta; & an coram eis fieri poſsit inſinuatio donationis. vide Bal.in conſi.105.in 3.vol. Et quoniam Bart. ibi in fi.quærit nunquid in prorogatione expreſſus uel tacitus conſenſus requiratur, vide Abb.in c.ſignificaſti, colu.6.verſic.Nunc uenio, de foro compet. vbi ait etiam quid de conſenſu epiſcopi, qui requiritur. & concluſionem Bar. ſequitur Feli.in c.cùm olim,in princip.de reſcrip. & Abb.in conſi.61.in quæſtione, col.2.in 1. vol.& Aret.in c.1.col.pen.de iudic.

Summarium in l. conſenſiſſe.ff.de iudic.

1 *In ſententia debet poni iſta clauſula, Viſis petitione, & reliqua, ne iudex ignorare uideatur neceſſaria.*

Bar.in l.conſenſiſſe.ff. de iudic.

1 BART. in d.l.conſenſiſſe,verſic.& ideò, ait, practicam eſſe, vt in ſententia† ponatur: viſis petitione,& reliqua,ne iudex ignorare uideatur neceſſaria,& ſententia ſit irrita & inanis: vide ad hoc Alex.in l.ij.col.3.& ſeq.C.de eden.& Abb.in c.prudentiam,in princip. col.fi.de off. delega. tamen iſta uerba,viſis &c.communiter non probant niſi in quibuſdam caſibus,vt per Feli.in c.quoniam contra.num.17.de probat. Et dum Bar.tangit in uerſ. venio ad ver.& ſi iudex, non nihil de prorogatione, attende, iſtum text. eſſe elegantem ad probandum prorogationem ſemper fieri poſſe niſi ſpecialiter prohibita reperiatur, ait Salic.in l.ſi de certa ratione. C.quan.prouoc.non eſt neceſ.

Summarium in d.l.conſenſiſſe.§.legatis.ff.de iudic.

1 *Qui ex legationis uel teſtimonij uel alia legitima cauſa ad alium locum ſe tranſtulit, ibi conueniri non poteſt.*

Bar.in d.l.conſenſiſſe.§.legatis.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.conſenſiſſe.§.legatis, hoc ait: Qui ex cauſa legationis † vel teſtimonij uel alia legitima cauſa ad alium locum ſe tranſtulit, ibi conueniri non poteſt. Attende tu differentiam, quæ eſt inter ius reuocandi domum, & declinandi forum, vt per Abb. in capitulo fina.in tertio notabili.de foro compet.& ibi in columna penult. & fin. latiſsimè inſtat in materia huius.§. & ſequ.

Summarium in l.non uidetur, la prima.ff.de iudic.

1 *Si ex forma citationis apparet citatum non teneri comparere, eo caſu citatus non poteſt cogi.*

Bar.in l.non uidetur.j.ff. de iudic.

1 BART. in d.l.nõ uidetur.j.in princ.ait,ſi ex forma citationis apparet,citatum † non teneri

comparere,vt putà ſi in citatione diceretur, Talis presbyter, eo caſu citationem eum non cogere. vide Barb.in conſ.62.col.3.& 5.in 1.vol.& Ant.de Prato in quodam conſilio inſito conſilijs Barb.in fi.in 1.vol.col.5.& ibidem uide etiam Aret.in conſi.incip.In themate ſupradicto. & Feli.in c.cùm ordinem, colu.6.& ſequen.de reſcrip.& in c.ſi duobus, colu.3.de appell.vide etiam Alex.in l.ſi eum,in princip.ff.ſi quis caut. Et dum ſubiungit Bar. an ille,qui præſens non compellitur iudicium ſuſcipere,dicatur latitare: vide Rom.in conſi.454.& quia ibi Bart.in fi. d.l.non uidetur,infert ad bannitum,qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo, ſi poſteà oſtendit,quòd ſi præſens fuiſſet, iudicium ſuſcipere non compelleretur, eius bannum declarabitur nullius eſſe roboris & momenti. De iſta illatione Bar.uide Aret.in conſi.147. Viſa conſideratione. & nunquid propter contumaciam pœna mortis imponatur, vide Bal.in c.1.§.in uno,de pac.iuram.firm.vbi concl'idit,imponi poſſe.

Summarium in l.lis nulla.ff.de iudic.

1 *Lis inter patrem & filium in eius poteſtate exiſtentem an poſſit eſſe.*

Bar. in l.lis nulla.ff. de iudic.

1 BART. in d.l.lis nulla, inquit, eam ſummario non indigere, ex qua colligitur, litem † inter patrem & filium in eius poteſtate exiſtentem eſſe non poſſe, niſi in cauſa caſtrenſis peculij, & alijs certis caſibus. Vide Rom.in ſingul.615.incip. De iure ciuili. & dum proſequitur Bar.ſi cens litem eſſe poſſe,vt dotet filiam. Vide Bal.nouell.in tract.de dote,in 6.par.in 16.priuileg & ſeq. Et an pater cogi poſsit ad dotandam filiam nuptam? vide Bar.poſt gl.in l.obligamur à lege.ff.de actio.& oblig.& Paul.de Caſt.in l.ſi ſocer.ff. ſol.matr. Quid ſi pater legauit mille liæ ſuæ,& poſteà eam nupſit cum dote quinque centũ, an pater ſit liberatus ita quòd alia quinque centum peti non poſsint? & eum propterea liberatum non fuiſſe aiunt doct. dicentes ſum eſſe in l.Lucius.j.ff.de leg.2. & in hanc ſententiam * communiter itum eſſe ait Soc.in conſ. 101.col.1.in 3.vol.& dum Bar.in eodem loco ait, litem eſſe poſſe cum patre ut filium emancipet; De hac re uide glo.notatu dignam in l.j.C.de emend. propinq. & an & in quibus caſibus pater compelli poſsit ad emancipandum filium,vide apud Cæpol.in cautel.115.

Summarium in l. ſi quis ex aliena.ff.de iudic.

1 *In dubio debet quis comparere, & exceptionem declinatoriam fori opponere.*
2 *Judex iudicare non poteſt an ſua ſit iuriſdictio.*

Bar.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.ſi quis ex aliena,hoc ait in ſumma. In dubio † debet quis comparere,& exceptionem declinatoriam fori opponere. Ad iſtam l.vide Barb.in conſi.50.col.5.in 1.vol.Abb. in c.cæterùm,col.fi.de iudic.& in c.cùm ordinem,col.6.& ſeq.de reſcrip.

2 Bart.in eadem l.ait,iudicem † iudicare non poſſe, an ſua ſit iuriſdictio, quando iudici aliquid applicaretur, vt decima, vel ſportulæ: quia iudex in cauſa propria uideret; alioqui uerò poſſe. vide Alex.in conſi.1.in 5.vol. & Anto. de Prato in quodam conſilio inſito conſilijs Barb.in fi.in 1.vol.col.5.& Bal.in conſi.277.in 1.vol.& ad prædicta vide Feli.in c.ſuper literis,col.16. verſic.fallit octauò de reſcrip.

Summarium in l. cæcus.ff.de iudic.

1 *Cæcus retinere poteſt iuriſdictionem quam habet ante cæcitatem.*
2 *Cæcus non poteſt cogi ad ſoluendum collectas uel onera perſonalia.*
3 *Attenditur id quod communiter ſolet contingere.*

Bar.in l.cæcus.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.cæcus,ait,cæcum retinere poſſe † iuriſdictionem, quam habet ante cæcitatem, ſed

sed eam adipisci non posse. An autem cæcus posit esse testis in ijs, quæ uiderat ante cæcitatẽ, vide Bar. in l. ad testium. §. 1. ff. de testa. Ang. in l. si non speciali. C. de testi. Abb. in cap. 2. de consuetu. & omninò in c. cùm causam, de testi. Feli. in c. 1. in fi. eod. titu. de testi. & in c. cùm nobis, col. 2. & seq. de rescript. & quomodò cæcitas probetur, tradit Bar. in l. mutus. ff. de bonor. poss.
2 infan. fur. & cæcum † cogi non posse ad soluendum collectas, uel onera personalia, traditum est in l. j. & ibi Bar. C. qui morbo, lib. 10. Et an & quando cæcus posit esse testis, vide apud Abb. & alios in c. præterea, de testi. vbi Abb. nu. 6. ait, cæcum, qui habet notas contrahentium uoces posse deponere super contractu seu uerbis prolatis à contrahentibus, quamuis Angel. in d. l. si non speciali, dicat, talium dicta plenæ non sufficere probationi: quia in uoce decipi potuerũt.
* tamen contra eum est * communis opinio: quoniam etiam uisus decipi potest, fallitur enim quandoque. c. nec aliqua. 27. qu. 1. & habetur in c. causam matrimonij, de probat. Sed attendi-
3 tur † id quod communiter solet contingere, vt habetur in l. non epistolis, & in l. neque natales. C. de probat. & vide omninò Salic. in l. testium. C. de testi. colu. 8. versic. quæro sextò, an cæcus admittatur ad testimonium. vbi latè. An autem cæcus testari posit? & dic eum testari posse secundum formam traditam in l. iubemus. C. de testa. & in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. Item testari potest secundum normam traditam à statuto expressè disponente de cæco, Bar. & Aret. in l. quæramus. ff. de testa. cæcus autem à postulando repellitur, ne auersa sella postulet. l. j. §. casum. ff. de postul.

Summarium in l. si quis posteà. ff. de iudic.

1 *Priuilegium fori superueniens pendente iudicio, non eximit aliquem à iurisdictione.*
2 *Si clericus aliquis efficitur postquam fuit condemnatus pro crimine, iudex laicus potest exequi pœnam.*

Bar. in l. si quis posteà. ff. de iudic.

1 BART. in d. l. si quis posteà, hoc dicit in summa: priuilegium † fori superueniens pendente iudicio non eximit aliquem à iurisdictione. vide Alexan. in l. si seruus plurium. §. si quis. ff. de lega. primo. & in l. si quis in fin. ff. si quis cauti. Ex hoc infert posteà Barto. ad quæstionem de illo, qui pendente iudicio effectus est clericus, & remittit se ad ea, quæ plenè docuit in l. j. ff. de pœn. De hac re uide tu not. consilium Oldrad. in consi. 4. incip. Quòd clericus. Imol. in consil. 148. & in cons. 149. Io. Andr. & Abb. in c. uno, de oblig. ad ratio. licèt illa sit lectura Anton. de Butr. vbi latè distinguitur. Feli. remissiuè in cap. fi. nu. 29. de constitu. & in cap. proposuisti, vbi Abb. de for. compet. & idem Feli. in cap. ex tenore, vers. fallit 11. de rescript. Ias. in l. cùm quædam puella, in princip. colu. 2. ff. de iurisd. omn. iud. vbi sing. limit. & vide quæ posui ad Bart. in d. l. cùm quædam puella. & omninò Barb. in tracta. de præstantia Cardinalium, quæst. 2. vol. 1. ubi multa aggregauit. & præsumptiones, quibus aliquis censetur factus clericus in fraudem. Vide etiam Dec. in consi. 130. Et ubi non in fraudem clericus est effectus, tunc iudex secularis non potest procedere etiam quò ad bona secundum Imol. in cons. 108. & in cõs. 119. Ad præ-
2 dicta. Et quia Bar. in d. l. j. ff. de pœn. ait, si clericus † efficitur aliquis postquam fuit condemnatus pro crimine, iudicem laicum posse exequi pœnam, subintelligitur facta prius degradatione ab episcopo. sed cautela est, vt episcopus non faciat degradationem, atque ita in protectione ecclesiæ permanebit. Attende unum memoratu dignum in re proposita, quòd si delinquẽs ante delictum perpetratum fecisset uotum ingrediendi religionem, tunc si posteà efficitur clericus, nunquam potest à iudice laico iudicari; quoniam uotum retrotrahitur: ita Bal. in l. j. C. an seru. ex suo fac. etsi hoc aliter probari non potest, statur eius iuramento secundum Ange. in d. l. j. ff. de pœn. id quod mirabile esse uidetur.

Summarium in l. desistisse. ff. de iudic.

1 *Verbum hoc desistere, eam uim habere ut desistens non dicatur esse is, qui differt, sed qui in totum cessat.*

Bar.in l.deſtitiſſe.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.deſtitiſſe,colligit ex iſto tex.uerbum hoc, deſiſtere, † eam uim habere,ut deſiſtens non dicatur eſſe is,qui differt, ſed qui in totum ceſſat. Ad hanc l. vide Bald.in c. interpoſita,col. 2. de appell.& de huius uerbi ſignificatione uide tex.& ibi trad. in l.ij.ff.ad Turpil.Attende etiam quòd deſiſtere ab accuſatione dicitur actor, qui eſt contumax in termino ſibi præfixo ad accuſandum.Bar.in l.Papinianus.§.ſi quis.ff.de inoff.teſta.

Summarium in l.inſulæ Italiæ.ff.de iudic.

1 *Inſula quæ eſt in prouincia, eſt pars illius prouinciæ.*

Bar.in l.inſulæ Italiæ.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.inſulæ,ait,inſulam † quæ eſt in prouincia,eſſe partem illius prouinciæ. & idèo infert ad quæſtionem,de qua ibi per eum. vide Feli.in c.licèt cauſam,in primo notabili.de probat.inſulæ ſunt illius portus in quo ſitæ ſunt.l.Cæſar.ff.de public.& quid ſit inſula, uide in §.inſula.Inſtit.de rer. diuiſ.& in l.adeò.§.inſula.& ibi glo.ff.de acquir. rer.dom. vide etiam not.in l.inſula.ff.de uerb.obliga. An autem appellatione inſulæ contineatur quodlibet ædificium,uide apud Bar.in l.quominùs,in pen.quæſt.ff.de flumin.

Summarium in l.cum prætor.ff.de iudic.

1 *Quod quibuſdam prohibetur,cæteris uidetur eſſe permiſſum.*

Bar.in l.cùm prætor.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.cùm prætor, hoc ait in ſumma. Quod quibuſdam † prohibetur,cæteris uidetur eſſe permiſſum, hinc ſumitur illa regula vulgaris, Vnius inclusionem eſſe alterius excluſionem. Limita iſtam l.non procedere quando lex utitur aliquo termino ratione uſus frequentioris: nam tunc unius incluſio aliud non excludit,immo fit extenſio, ſecundum glo.in c.1.in uoce, præſidentes,de reſcrip.& Iaſ.in repet.l.admonendi,nu.107.ff.de iureiur.& Feli.in c.paſtoralis,de iudic.Rurſus limita iſtam l. vt procedat ſolùm, quando unum exprimitur,& *aliud* ominò omittitur,alioqui uerò ſi unum exprimitur in ſpecie,& aliud poteſt in uerbis *generalibus* contineri: quia tunc non cenſetur omiſſum, vt not.declarat Alex. in conſi.75.col.3.in 5.volu. Rurſus limita, & dic incluſionem unius non eſſe excluſionem cæterorum, quando conſtat de voluntate diſponentis.Iaſ.in l.j.§.adipiſcimur.ff.de acquir.poſſ.

Summarium in l. ſi filiusfamiliàs iudex.ff.de iudic.

1 *Judex qui per imperitiam malè iudicauit condemnari poteſt ut religioni iudicantis uidebitur.*

Bar.in l. ſi filius familiàs iudex.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.ſi filius familiàs,colligit in ſumma,iudicem,† qui per imperitiam malè iudicauit, condemnari poſſe, vt religioni iudicantis uidebitur. Si autem dolo malo iudicauit, condemnabitur in totum. Vide aliquid apud Soci.in conſilio 24. colu.3. in 1.volu. An autem & quando imperitia aſſeſſoris aſcribi poſsit magiſtratui,qui eum elegit, vide apud Alex.in conſ. 19.in fin.in 3.volu. Quid ſi iudex errat in iure, vtrum dicatur eſſe in dolo uel errore peritiam,Crauet.in conſ.18.nu.14.ait,eum eſſe in dolo. Adde ad prædicta,aduocatum, qui perdit cauſam propter imperitiam,teneri in foro conſcientiæ ad damna reſarcienda parti. Feli.in cap.tua nos, de homic.

Summarium in l. Julianus.ff.de iudic.

1 *Qui ſuccedit uni ex litigatoribus deſinit eſſe iudex.*
2 *Judex non poteſt eſſe is, qui in eadem re habet aliquod intereſſe.*

Bar.

Bar.in l.Iulianus.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.Iulianus,ait,iudicem, qui ſuccedit † uni ex litigatoribus, deſinere eſſe iudicem. & ex hoc infert Bar.tres habentes rem communem,vt ſi inter duos lis oriatur,tertium, qui habet rem communem cum eis, iudicem eſſe non poſſe. Vide ad declarationem huius rei Bal.in conſi.26.col.pen.in 1.vol.& ſcias,iudicem facilè,vt ſuſpectum repelli poſſe, ſecundum glo.in
2 c.cùm R.canonicus,de off.delega. & ideò iudex † non poteſt eſſe is, qui in eadem re habet aliquod intereſſe,vt dicitur in hac lege, ſed neque ille, qui in eadem prouincia habet caſtra, ſeu bona,ſeu uxorem,ſeu matrem: ita inquit Albert.Brun.in conſ.52.citat.l.ſi eadem.ff. de off.aſſeſſ.& l.hi qui, cum ſequ.ff. ex quib.cau. maio. Quinimmo poteſt iudex tanquam ſuſpectus remoueri, quando ut priuatus habet cauſam conſimilem. tex.eſt in capitulo cauſam, & ibi Abb. & alij, de iudic. Et ex quibus cauſis iudex ut ſuſpectus remoueri poſsit, vide apud Ioan. Monach. in tract.nuncupato, Defenſorium iuris, in §.contra iudices. & Innocen. in tracta. exceptionum, in titulo de exceptionibus contra iudicem. & omninò uide in re propoſita Albert. Brun.in conſi.31.

Summarium in l.ſi longius.ff.de iudic.

1 *Judex non eſt diutius expectandus, ſed alius loco eius eſt ſumendus.*

Bar. in l.ſi longius.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.ſi longius, in princ.inquit, iudicem non eſſe diutius † expectandum, ſed alium loco eius eſſe ſumendum. & idem ait Bart. fieri debere in aduocato. Tu uerò ſi uis ſcire, an & quando pro aduocati abſentia dilatio ſit concedenda, vide Feli. in cap.1. in princip.vt lit. non conteſt. nam ille qui aduocato caret, dicitur magna defenſionis parte carere.l.aduocati. C. de aduoc.diuerſ.iudic.

Summarium in d.l.ſi longius.§.ſi filius.ff.de iudic.

1 *Monachus qui eſt in ſtudio an poſſit agere ſine conſenſu Abbatis.*

Bar.in d.l.ſi longius.§.ſi filius.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.ſi longius.§.ſi filius, in fi. quærit cum glo.utrum monachus, † qui eſt in ſtudio,agere poſsit ſine conſenſu abbatis? & decidit, poſſe, quando licentiam ſtudendi habuit ab abbate; quia uidetur ei hæc omnia conceſsiſſe. De iſta quæſt. vide Felin.in cap.cùm dilecta. nu.78.colu.2.de reſcrip.& in c.ex parte,col.2.de accuſat.Abb. in cap. de multa,de præben.& glo.in cap.non dicatis. 12.qu.1. vbi ait etiam monachum poſſe facere eleemoſynam pauperi eſurienti de bonis monaſterij abſente abbate. de qua re uide Abb. in cap.clerici,col.1. de uita & honeſt.cleric.& Dec.in l.ſeruus,in fi.C.de pact. Et quia Bar.cum glo.facit mẽtionem de monacho exiſtente in ſtudio, ideò opportunè quærendum eſt, an & per quantum tempus poſsit monachus abbatem cogere ad præſtanda ſibi neceſſaria ad uictum & ſtudium, vide Abb.in conſil.88.in 1.volu. & circa prædicta attende quia monachus uſque adeò dicitur non habere uelle neque nolle,vt multi uoluerint eum naturaliter obligari non poſſe; quamuis Abb. contrarium ſentiat in conſ.105.in 1.volu.

Summarium in l.hæres abſens.ff.de iudic.

1 *Hæres ſequitur forum defuncti.*
2 *An & quando priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato poſſit uti priuilegio ſuo.*
3 *Priuilegiatus poteſt uti priuilegio ſuo pro tempore futuro.*
4 *Res cui onus aliquod eſt annexum, obligata permanet, licèt in alium transferatur.*
5 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.*
6 *Clerici & ſacerdotes non tenentur ſoluere tributa.*

7 *Exceptionis ea est uis, vt præter casum exceptum omnia excludantur.*

8 *Vbi post nonnulla in specie prolata & expressa, subiungitur clausula generalis, tunc verba illa indistincte, amplissimèque, & omni prorsus restrictione seiuncta esse intelligenda, & quoscunque casus nullo prorsus excepto continere.*

9 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

10 *Ecclesia est immunis tam in acquirendis, quàm in acquisitis.*

11 *Plus & minus vbi subest eadem ratio, differre non solet.*

12 *Annua tributa sunt soluenda de bonis ecclesiæ post annexum onus acquisitis.*

13 *Clausula in fine posita, est ad omnia præcedentia referenda.*

14 *Super bonis ecclesiæ nullæ exactiones imponi possunt.*

15 *Vbicunque priuilegiatus succedit, eo casu augumentum huius iuris adipiscitur non à potestate transferentis, sed à lege ipsa & à suo priuilegio.*

16 *Cui datur actio multò magis datur exceptio.*

17 *Mutatione personæ priuilegium quoque mutatur.*

18 *Priuilegiatus contra coæqualem priuilegio uti non potest.*

19 *Bona omnia quæ à principe grauantur, æstimari debere ut æqua lance onera sustineantur.*

20 *Bona sterilia de libro æstimationum sunt delenda.*

21 *Sicut res ecclesiastica quando fit profana, ad solutionem exactionum laici Principis indistinctè compelleretur, ea ratione quòd mutatione personæ priuilegium quoque mutari solet.*

22 *Tributum à Principe exigi non potest nisi de bonis subiectis eius imperio.*

23 *Si imperator ab ecclesia tributum petat, an ei soluendum sit.*

24 *Laicus neque clericus alienare potest bona ad decimas obligata sine illo onere.*

25 *Lex canonizata quæ canonibus contraria sit, non est in foro canonico obseruanda.*

26 *Quemadmodum persona à principio ita affici potest ut cum illo onere etiã clericatum suscipiat, ita etiã*

27 *In dubio pro religione est respondendum.*

28 *Caueant principes ne inde iniuria oriatur, unde iura nasci creduntur.*

29 *Priuilegium quod est clausum in corpore iuris, non intelligi sublatum quamuis generaliter sublata sint priuilegia.*

Bar.in l.hæres absens.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.hæres absens,hoc dicit in summa: hæres † sequitur forum defuncti,nec potest proprium priuilegium allegare. Limita ut per Feli.in c.cùm sit,col.6.in 6.limit.de for.compet.& de hac re uide eundem in c.quia G.nu.5.vbi etiam omninò uideatur Areri.col.2.de iudic.& aliquid apud Rom.in cons.300.Anch.in consi.244.de quo agit Feli.in d.c.cùm sit,col.
2 9.& Bal.in cons.416.in 2.vol. & an & quando priuilegiatus † succedens nõ priuilegiato possit uti priuilegio suo,vide Bal.& Ias.in auth.quas actiones.C.de sacrosanct.eccl.& Feli. in c. de quarta nu.46.de præscrip.Et ex hoc inferri potest ad illam quæstionem, vtrũ ecclesia teneatur ad soluendas gabellas pro bonis quæ ei relinquuntur, & huic solutioni erant subiecta? de qua qõne statim agendum esse censeo. & an statutum disponens ecclesiam teneri, ualidum sit? & ecclesiam non teneri docuit Feli.in c.ecclesia.S.Mariæ.nu.83.cum seq.de constit.Ias.latè in l.placet.C.de sacrosanct.eccl.Dec.in cons.496.& latissimè Barb.in cons.1.in 3.volu.sed Soc.in consi.12.in
* 4.volu.ait * communem opinionem esse, vt ecclesia teneatur. Tamen ipse loquitur stante statuto bona esse tributaria. sed fortè etiam eo in casu hęc opinio non est tuta,vt paulò post subijciemus. & ad prædicta uide Abb.in cons.3.in consi.6.in consi.8. in consi.26. & in consi.53.in primo volu.& cons.13.& in consi.100.colu.1.in 2.volu.Ange. omninò in cons.24.& in consi.
- 206. Bald.in tracta.de pace Constantiæ,num.19.cum seq.Paul.de Castr.in l.iubemus,in princip.colu.2.in fi.C.de sacrosanct.eccl.& in l.j. C.de episco.& cleric.Feder.de Sen.in cons.207.Feli. in c.verùm,de foro compet.in fin.& Firma.in tract. de gabellis,in septima par.nu.19.cum seq. Petrum de Vbaldis in tractatu collectarum in prima additione. & Ioan. Lup. in tractatu de libertate

libertate eccleſiaſtica. Ex ijs enim omnibus colligi poteſt,quæ nam ſit doctorum opinio circa immunitatem bonorum eccleſiæ. nam in collectis perſonalibus, ſiue quæ perſonis pro rebus imponuntur,res videtur eſſe ſatis perſpicua in fauorem eccleſiæ. Quando autem prædia ſunt
* tributaria,& onus eſt certum & ordinarium,cùm bona ſunt affecta, * crebrior immo ferè omnium eſt ſententia,ut eccleſia teneatur. Verùm ut toto conatu defendatur cauſa eccleſiæ,cauſa Dei,opinor ſaltem diſputatiuè ſuſtineri poſſe, hoc etiam in caſu immunitatem eccleſiæ: &
3 dici priuilegiatum † poſſe uti priuilegio ſuo pro tempore futuro:hoc eſt poſtquàm bona tributaria in eccleſiam deuenerunt. Nec numeroſę illorum,qui contrarium tenent,authoritates me deterrebunt, cùm non ex authorum numero,ſed ex rationum ui ius ſit conſtituendum.l.j.§.ſed neque.C.de ueter.iur.enucl.& ſcriptum ſit Exod.23.Non acquieſcas multorum ſententiæ, ut à ueritate declines. Et pro illuſtriori huius quæſtionis intellectu,uideamus in primis, quæ ſint ea,quibus contrarium ſentientes potiſsimùm innituntur. Primum omnium aiunt eſſe tex. qui nemini non clarus uideri debeat & expreſſus in cap.tributum.23.q.8.vbi allato Chriſti ſoluentis tributum exemplo, hoc apertè videtur contra eccleſiam eſſe ſancitum. Eodem aiunt accedere textum in ca.ea enim.§.item prædium.10.q.2.ex quo colligitur,prædium, quod propter onera fiſcalia inutile redditur, eſſe ab eccleſia alienandum. quare (ut inquiunt) patet, de prædio eccleſiæ à fiſco tributum exigi poſſe, alioqui non alienaretur, quòd ea ratione inutile fit.
Tertio loco non ab re videtur tex.in cap. ſi quis laicus. 16.qu.1.quo cautum eſt, rem cui onus
4 aliquod eſt annexum,obligatam permanere tam & ſi in alium transferatur. Quartò eſt text.in d.l.placet.§.poſtremò.C.de ſacroſ.eccl.vbi traditum eſt,eccleſias ab oneribus ordinarijs haud eſſe immunes. tributum autem eſſe onus ordinarium,ibi iuris interpretes tradiderunt; ſequitur ergo ut eccleſia teneatur. Ad rem facit.l.j.C.de indict.libro decimo ubi bona obligata cũ annexo onere etiam in fiſcum tranſeunt. Et hoc de eccleſia ipſa ſenſit l.fi.C.de exact.trib. libro decimo ſecundum quandam glo.interpretationem,ad quam Bar.acceſsit. Et huiuſmodi conſtitutiones, quanquàm ciuiles, uidentur canonicis legibus approbatæ,ut uidere eſt in c. generaliter.§.placet.16.q.1.vbi tota.d.l.planè,eſt relata,& conſequenter inter canones uidetur aſcita. Pro hac eadem contra eccleſiam opinione multæ rationes afferuntur, quarum non nullas
5 memorare conſtitui, quæ magis uidentur urgere. Aiunt enim neminem † plus iuris poſſe in alium transferre.quàm ipſe habeat: maximè ne iuri alterius derogetur. l. id quod noſtrum. ff. de reg.iur.Et ideò cùm iſta bona ſint huic oneri obligata & affecta, non debent in præiudiciũ fiſci liberari. Prætereà ſic colligunt argumentum, lex & pactum æquiparantur, et ideò quod per pactum fieri poteſt,etiam à Principe,qui eſt lex uiua.§.fi.in auth.de conſul. fieri non prohibetur.c.quæ contra mores.8.diſt.ſed ſic eſt,quod unuſquiſque pacto ſe ipſum ad onus reale ac perpetuum poſſet aſtringere,quod proculdubio ſemper rei ſuæ eſſet annexum etiam eccleſia ſuccedente.l.ſi quis ita.C.de pact.int.empt.& uend.c.vtrum,de cond.oppoſ.c.cùm dilectus,de donat. tradit Socin. de hac ipſa re loquens in d.conſi.12.in 4.vol.igitur hoc idem poteſt à lege uel à Principe rebus ſibi ſubiectis iniungi,nullo habito diſcrimine in quem deinceps illa bona ſint tranſitura. Et prædicta cõfirmantur: quoniam ſi ſtatutum laicæ perſonæ uinculum aliquod adieciſſet,& is poſteà ad ordines clericales foret euectus, cum illo uinculo clericus efficeretur,ſecundum Io.And.in c.ſine culpa,de reg.iur.in 6.in mercurialibus. ideò multò magis hoc debet locum habere in onere ipſis rebus iam pridem annexo; quoniam fortius affici poteſt res quàm perſona,ut per Soc.in d.conſ.12. Et ſi alioqui diceretur,aiunt facilè poſſe contingere,ut laici omnia ſuorum principum onera ſuſtinẽtes,facilè ad inopiam redigantur. id quod ob utilitatem publicam non videtur eſſe ferendum,ſecundum Bart.in l.reſcripto. ff.de muner. & oner.Addit etiam aliam rationem Barb.in d.conſi.1.in 3.vol.ſcilicèt,clericos in magnis neceſsitatibus poſſe ad onera perſonalia coarctari,igitur multò magis bona, cùm perſona ſit alijs rebus preferenda,ut ibi per eum adducitur. Cæterùm ijs non obſtantibus contrariam partem diſputatiue ſaltem ſuſtineri poſſe arbitror, eamque eſſe magis piam, & fortè etiam ueriorem. Legitur enim Eſdræ 1.cap.7.Regem Anaxerſem huiuſmodi legem conſtituiſſe. Vobis notum facimus,

6 facimus,de uniuersis sacerdotibus, † & ministris domus Dei,ut uectigal & tributũ & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos: atq; ita hic de tributo in specie agitur. & nullo habito discrimine absolute præcipitur,ut nullum grauamen sacerdotibus imponatur. Hoc idẽ & Pharao confirmauit,qui cùm Aegypti regiones emeret,easque imperio suo subijceret, terram sacerdotũ excepit,eamque liberam esse religiosissimè iussit.Genes.27. id quod nihil aliud indicauit, nisi sacerdotes cum eorum bonis in omni gente liberos esse oportere, ut declarat text.in cap.tributum.§.quamuis.28.q.8.Neque obijciatur,prędicta esse intelligenda solùm de oneribus,quæ bonis iam acquisitis ab ecclesia imponuntur, alioqui verò in acquirendis, ut est quæstio nostra. Quoniam reluctatur illa uox,liberi, qua omne prorsus impedimentum reijcitur,ut habetur.in cap.1.in uoce,liberè,& ibi Io.Andr.& Gem.de reg.iur.in 6.& in c. cùm Episcopus,de offi.ordin.ubi Archid.& Ioan.And.Prætereà velle inter bona acquisita & acquirenda distinguere, videtur esse contra tex.in cap. ea enim.10.q.2. vbi præcipitur bona acquisita & acquirenda perinde intacta esse custodienda,ac si de domo ipsius ecclesiæ ageretur. sed onus rei annexum, in qua ædificatur ecclesia,intelligitur iuris interpretatione sublatum, ut habetur in cap.1.de censi.& in c.comperimus,14.q.6. igitur &c.Hæc eadem sententia confirmatur per tex.in c.non minus,& in c.aduersus,de immunit.eccl. Ex quibus colligitur, etiam si magna necessitas urgeat,uel publica utilitas id suadeat,laicorumque facultates ferendis oneribus non sufficiant,tamen haud fas esse onus aliquod imponere bonis ecclesiarum, ad id Pontificis maximi non accedente consensu. cùm igitur Papa non cõsentiente, quæcunq; exactiones penitùs prohibeantur,iure merito non est inuestigandum bona sint ne affecta an non,& oner-
7 sint ne realia an personalia, sed utrum Papa consentiat an non; nam ea exceptionis † est uis, ut præter casum exceptum omnia excludantur.l.quæsitum.§.denique cum gl.ff. de fund. instru. sed ibi solus consensus Papæ excipitur,quo interueniente immunitas non uiolatur,ideò in quibuscunque ferendis oneribus aliqua alia non est facienda distinctio. Ad quam conclusionem accedit tex.apertus, si eius uerba non uiolantur in c.1.de immunit. eccles.in 6. ibi enim de bonis tam ecclesiæ acquisitis,quàm acquirendis agitur,& tamen in specie & taleæ & collectæ,ac demùm exactiones omnes, qualescunq; illæ sint,excluduntur & uetantur. Explorati autem iu-
8 ris est,vbi post nonnulla † in specie prolata & expressa,subiungitur clausula generalis,tunc uerba illa indistinctè,amplissimèq; & omni prorsus restrictione seiuncta esse intelligenda,& quoscunque casus nullo prorsus excepto continere: ita docuit Alex.in consi.25.in 6. volu. Soci. in consi.3.col.fi.in 3.vol.& in consi.32.col.5.in 1.vol.& not. & in consi.125.col.fi.in 4.volu.ad rem facit tex.in c.solitæ,de maio.& obed. possent quoque multa alia iura præcedentibus aggregari,ut est tex.in clem.1.de iur.immun.in c.prædia.12.q.2. quæ quidem pro hac immuni-
9 tate uidentur expressa,quicquid ibi glo.dixerit. nam ubi lex † non distinguit, neque nos debemus distinguere.l.iij.ff.de off.præsid.maximè cum simus in ijs,quæ religioni fauent.l.sunt personæ.ff.de religios.& sumpt.fun.Et pro amplissima ista clericorum immunitate est tex.qui lacerari non potest in d.c.Ea enim.10.q.2.quem suprà enucleauimus. vbi deciditur ecclesiam
10 † uti priuilegio suæ immunitatis ita in bonis acquirendis,sicut in iam quæsitis, disponens insuper quæcunque bona ecclesiæ non minus illæsa esse custodiẽda,quàm sit ipsa ecclesia.quę quidem domus ecclesiæ (vt prædiximus,) non solùm grauari non potest, sed etiam onus, quod ei iam anteà erat annexum,dissoluitur,& res libera fit. Proinde satis intelligere non possum,qua ratione ducti aduersantes innixi tantùm uerbis,sed non rationibus capituli secundum canonicum,& capituli sancitum.23.q.8. fateantur ecclesiam ad tributi onera non teneri pro bonis quibusdam,ut est hortus,mansus, et id genus alia, quamuis res istæ essent prius certo tributorum oneri obligatæ; alioqui uerò pro alijs ecclesiæ prædijs sentiant. Nam constat hoc eorum documentum omni prorsus ueritate carere,cùm eadem ratio, quæ viget in horto, pariter uigeat in alijs ecclesiæ bonis; s.quia Deo dicata sunt. sunt enim hæc omnia uniformiter ad usum ministrorum ecclesiæ seruientium destinata,siue sit hortus unius iugeris,siue sit prædium mul-
11 torum iugerum. nam plus † & minus,ubi subest eadem ratio,differre non solent. l. quæ de to-

ta.ff.

ta.ff.de rei uendic.l.qui ſcit, & ibi glo.not.ff.de uſur.Iaſ.in l.ſerui electione.§.cùm fundus. ff.de leg.1.Quinimmo dico à legis æquitate longè diſtare,ut una & eadem eccleſiæ ſubſtantia,quãuis in pluribus ac diuerſis rebus conſiſtat,diuerſo iure cenſeatur, ut eſt tex. memorabilis in ca. cognouimus,& ibi glo. 12.q.2.ſi enim uolumus obijcere ea,quæ in contrarium ſupra fuerunt allata,ſcilicèt,rem affectam tranſire cum onere ſuo, & neminem dare poſſe plus iuris,quàm ipſe habeat,& iuri alterius non eſſe derogandum; certè hæc omnia pariter contra hortum & mãſum uehementer urgebunt. Verùm,ſi ea fauore eccleſiæ reijciuntur,ut videre eſt in d. cap. ſecundum canonicum.& in d.cap.ſancitum,cur diuerſa in alijs eccleſiæ bonis ſententia proferatur,non video.Idque præſertim cùm etiam ipſæ leges Cæſareæ non modo non reluctentur,ſed immo potiſsimùm faueant ampliſsimæ quantitati bonorum,quæ donantur eccleſijs,ut eſt tex. aureus in §.ſinimus,in auth.de non alien.bon.eccl.vbi habetur optimam eſſe menſuram in ijs, quæ donantur eccleſijs,rerum donatarum immenſitatem. Quòd ſi dicatur,ille hortus ſiue mãſus tanquam dos eccleſiæ ad alimenta unius ſacerdotis eſt neceſſarius, illa uerò tot iugerum multitudo videtur eſſe inanis,atque hanc eſſe huius diſcriminis rationem: Reſpondeas, licèt eum,qui ita diceret,nihil aliud agere quàm ut Dei coarctet eccleſiam,ne ultra quàm unum aut duos poſsit habere miniſtros,qui uiuant in pondere,& menſura,tam & ſi rectores illius eccleſiæ ſint epiſcopi,ut nihilominus neque hoſpitales eſſe ualeant, neque eleemoſynas pauperibus erogare,neque eccleſiam ruentem reſtaurare. & id genus alia,quæ omnia à legibus pontificijs exactiſsimè præcipiuntur miniſtris eccleſiarum.c.mos eſt.c.de redditibus,& c.quatuor, 12.q. 2.& huic concluſioni non reluctatur immo fauet text.in d.cap.ſancitum,in fi.dum ibi habetur,
12 annua † tributa eſſe ſoluenda de bonis eccleſiæ poſt annexum onus acquiſitis: quia in fi. dicitur hoc uerum eſſe Papa conſentiente; nam tunc eccleſiæ immunitas non uiolatur. nec obijciatur illam clauſulam de Pontificis conſenſu eſſe referendam ad clericos,qui ad exercitum uocarentur: quia immo referri debet ad omnia præcedentia. vt per Ang. in conſi.28. item cum ibi ſimul de tributis exigendis,& de clericis ad exercitum uocatis agatur,conditio illa pontificis conſentiẽtis debet pariformiter illa duo determinare.l.unica.§.ſin autem. C.de caduc. toll.
13 l.iam hoc iure,ubi doctores.ff. de uulg.& pupill. & qualitatem uel clauſulam † in fine poſitam eſſe ad omnia præcedentia referẽdam, dummodò id fieri poſsit nõ uiolata ratione recti ſermonis,habetur in l.j.in principio iuncta.l.doli.ff.de ſeru.corrup.& ibi Bar.idem voluit Alexand.in conſi.48.in 1.vol.quem uideas,& Dec.in conſi.92. & Mar.Soci.iuni.in conſi.139. & hoc ſatis exploratum eſt,& in multis locis à Doct.traditum. Prætereà ita cogimur interpretari,ne alioqui in multa inconuenientia incidamus, quæ ex præcedentibus colliguntur. Neque urget, ſi fortè replicaretur,illam aduerſatiuam,ſi uerò,aduerſari præcedẽtibus,& ideò ſi accederet iuſſus Pontificis,etiam hortus & manſus grauari poſsit,de quibus in principio illius tex.traditum eſt,igitur de alijs prædijs intelligendum eſt, ut etiam ſine Papæ licentia ad ſolita obſequia teneantur. Reſpondeo textum illum præſupponere, Papam nunquam eſſe tributa conceſſurũ pro horto & manſo,ſed pro alijs prædijs facilè poſſe, ut eſſet pro bello infidelibus inferendo. ideò noluit ille tex.negare quin aſſentiente Pontifice grauari poſsint: quia tunc eccleſiæ immunitas non læderetur. neque uoluit concedere, ut ſine licentia Pontificis exigantur, dicant glo.ut libet.Huic immunitati etiam ius ciuile uidetur fauere,ut colligitur ex tex. in auth. Item
14 nulla communitas.C.de epiſc.& cleric.ubi ſcriptum eſt; ſuper eccleſiæ bonis † exactiones ullas imponi non poſſe. quiquidem ſermo ita indifinitè prolatus tam de ordinarijs quàm de extraordinarijs eſt intelligendus. tum quòd dixit,quaſcunque, igitur nullam excepit, argumento.c.ſolitæ,de maior.& obed.tum etiam quòd iſta auth.corrigit.l.placet §.poſtremò. C. de ſacroſ.eccl.ut ibi,& gl.& Cyn.docuerunt. Qui quidem.§.poſtremò,de ordinarijs oneribus tradebat,qui ſi ab iſta auth.corrigitur,conſequens eſt,ut tributorum uetetur exactio. Huic ſententiæ,quæ tot iuribus eſt ſubnixa, rationes quoque ualidiſsimæ non deſunt. In primis enim dico,iure cautum eſſe,ſi res alteri obligata in priuilegiatum transfertur, eum pro tempore futuro uti poſſe priuilegio ſuo, etiam ſi iuri illius derogetur, cui res eſt obligata. Et iſta ratio

refellit

reſellit ferè omnia argumenta,quę in contrarium adducũtur, ſcilicèt,neminem poſſe plus iuris transferre,quàm ipſe habeat: & rem eſſe affectam,& ideò ſine onere annexo in alium tranſire
15 non poſſe,& reliqua. Quia ubicunque priuilegiatus † ſuccedit,eo caſu augmentum huius iuris adipiſcitur non à poteſtate transferentis,ſed à lege ipſa, & à ſuo proprio priuilegio. de hac re tex.eſt ineuitabilis in l.cùm quidam.§ ſi debitores.ff. de uſur. vbi debitores, quorum bona ad ſoluendas uſuras minores ſemiſsibus erant obnoxia,& ad iſtud dumtaxàt certum onus, & non amplius tenebantur,cogi poſſunt pro tempore,quo fiſcus ſucceſsit,ad ſoluendas uſuras ſemiſſes,cùm hoc ſit ſpeciale fiſci priuilegium,ut uſuras ſemiſſes à debitoribus exigat. & ita per illum tex. docuit Bald.in authen.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.Attende diligenter deciſionem huius text.quæ ponit gladium ad radicem: nam ibi bona erunt affecta, & ad certum & ſtatuũ onus obnoxia,& de præiudicio debitorum agebatur,qui iure nunquam tale aliquid cogitarũt. Et tamen pro tempore futuro priuilegiatus utitur priuilegio ſuo. Et ſi hoc facit agendo contra debitores illos iampridem obligatos,multò magis poterit uti priuilegio ſuo contra princi-
16 pem tributa ſolita exigentem: quia cui datur actio, † multò magis datur exceptio. l. inuitis.§ cui damus.ff.de regul.iur.Et in hac re fiſcus & eccleſia æquiparantur,ut per Imol.poſt Bar.in l. ſi hominem.ff.de fideiuſſor.Immo ualidiora ſunt priuilegia eccleſiæ quàm fiſci, ut ex infra dicendis conſtabit. Ad rem facit memorabile documentum Bar.in l.Paulus,in fi.ff.de acquir. hæred.
17 ubi ait,mutatione perſonæ † priuilegium quoque mutari. Et ex iſto tex.hunc in modum expoſito confunditur illa diſtinctio Ang.in conſi.24.ubi ex mente ferè ſcriptorum omnium diſtinxerat inter onus certum,declaratumque,& illud, quod poſteà erat declarandum. nam etiam in d.§.onus erat certum & declaratum, ut uſuræ minores ſemiſsibus deberentur,& tamen contrarium ibi eſt manifeſtè ſancitum, & rectè,cùm hoc non proueniat à iure transferentis, ſed à priuilegio ſuccedentis. ad quod facit glo.not.in c.renouantes,22.diſt.vbi docuit fauore facerdotij ſeu religionis non eſſe inconueniens,ut iuri alterius derogetur. Verùm, ſi aduerſus prædicta fortè diceretur,eſto quod hoc priuilegium eccleſię competat,hoc tamen non procedere contra fiſcum tributa principis exigentem, cùm fiſci & eccleſiæ priuilegia æquiparentur.l.fin.
18 C.de ſacroſ.eccl.Bald.in l.j.C.de uſur.& fruct.lega.ſed priuilegiatus † contra coæqualem priuilegio uti non poteſt.l.ſed & milites.§.coæqualitas.ff.de excuſat.tut.Reſpondeo primum,eccleſiæ non eſſe fiſcum uſque adeò exęquandum,ut hæc duo æquiparentur: multi enim ſunt caſus in quibus fiſcus longè ab eccleſia diſtat,quos retulit Cur.in conſi.10. ad quos illud quoque accedit,quòd in dubio contra fiſcum, & in dubio pro eccleſia eſt reſpondendum.l.non puto. ff.de iur.fiſc.& d.l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſumpt.funer.& quamuis ego ſuperius hanc fecerim æquiparationem,tamen in propoſito caſu maior eſt ratio in eccleſia quàm in fiſco. Item negatur coæqualem in priuilegio poſſe uti priuilegio ſuo,quando alter tractat de damno uitãdo. de hoc eſt tex.in l.verùm.§.fi.ff.de minor.ubi Bar.& alij & in l.Marcellus, colu.4.ff.ad Trebell. & in l.ſi minor 25.annis filiofamiliàs.ff.de minor.Dec.in l.in re obſcura.ff.de reg.iur. de qua re vide etiam Feli.in c.in prętentia,nu.54.de probat.Sed in propoſito caſu eccleſia tractat de dãno uitando,ut tributorum exactiones euitet.igitur & cætera.Item dico priuilegiatum uti non poſſe priuilegio contra alium priuilegiatum niſi quando utriuſque priuilegium concurrit ſuper eodem,ſed quando uni competit fauor priuilegij in eo,de quo agitur,& alteri non,non poteſt uti aliquo priuilegio in hoc: ita Barto.in auth.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.Abb. & alij in d.c.in præſentia.ſed in re noſtra priuilegio immunitatis ſola eccleſia utitur,ut tributa non ſoluat,fiſcus autem ea uolens exigere nullum in eo priuilegium prętendit,ſed utitur iure communi,igitur &c.Præterea attendendum eſt,omnia fiſci priuilegia dumtaxat locum habere in ijs, quæ principi laico ſunt ſubiecta,in ijs uerò quæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ ſunt ſubiecta, fiſcus utitur iure priuatæ perſonæ, & nullo penitus gaudet priuilegio. c.ſemel Deo dicatum, de reg. iur.in 6.c.nulli liceat.12.q.2.ad quod faciunt tradit.per Bal.in l.exemplo,in principio apparatus.C.de probat.& per Alexand.in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.& per ea,quæ latius pono in l.fi.C. de eden. in verſ.quintò reſtringe. idque in ſequentibus rationibus clarius aperietur.

Alia

Alia quoque urgens ratio se se offert, & ad fauorem ecclesiæ nouo cogimur argumento. pro
19 cuius intellectu tria sunt præmittenda? Primum est, bona omnia † quæ à principe grauantur, æstimari debere, ut æqua lance onera sustineantur. Secundum est, ut hæc æstimatio secũdum fructuum & reddituum quantitatem, non autem secũdum ipsius rei valorem fieri debeat. Tertium est, ut isto modus æstimandi inspecto redditu in tributis exigendis potissimùm sit considerandus. Redeundo ad primum, dicimus id probari in l. forma. ff. de cens. in l. pen. C. immun. nemi. cons. lib. 10. tradit Innoc. in cap. grauem, de sent. excom. & Petrus de Perusio in tract. de collectis, nu. 8. Secundum uerò scilicèt fructuum quantitatem principaliter esse attendendam, traditum est in l. si fundus, cum glo. ff. de impen. in reb. dot. fact. facit text. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufr. & in l. quæro. ff. de usufr. leg. Bald. in l. ad institutionem. C. de sacros. eccl. & in auth. defuncto. C. ad Tertul. Imol. in l. apud Iulianum. §. hęres. ff. de leg. 1. & à simili est tex. in l. qui bonis, & ibi Bar. ff. de cess. bonor. Illud autem quòd potissimum redditus sint in exigendis tributis considerandi, docuit Alex. in cons. 4. in 5. vol. & Bal. in l. prædia. C. de fideicõ.
20 Hinc perhibent doctores bona † sterilia de libro æstimationum esse delenda: ita Bald. in d. l. prædia, & Petrus de Perusio. in d. tract. His hunc in modum expositis ac prefixis, illud sequitur, ut clerici ad tributa non teneantur, immo pro tempore futuro sua perfruantur immunitate: quoniam fructus singulo quoque anno sunt noui, usufructusque unius anni ab alterius usufructu, tanquam nescio quid nuper productum seiungitur, ac separatus esse dicitur. l. si usufructus mihi. ff. de usufr. leg. l. j. ff. de usufru. accres. cùm igitur pro tempore futuro, hoc est, postquàm prædia ad ecclesiam peruenerunt, fructus ex eis nascentes nouum quid esse intelliganrur, consequens est, ut grauari non possint, quòd sub dominio ac iurisdictione ecclesiastica producuntur. quamuis enim hæc onera à præterito tempore causam trahant, tamen formam non habẽt nisi tempore, quo fructus colliguntur, proindè cùm tunc extra iurisdictionem laici principis sint, ab eo nulla fieri potest exactio, cùm res ipsa statutum mutauerit: idque argumento. l. Stichus seruus meus. ff. de manumis. testa. & l. penul. C. de imp. lucr. descrip. lib. 10. Et ita hac eadẽ ratione motus similem quæstionem decidit Bald. in l. fin. C. sin. cens. cuius decisio magno huic rationi est adiumento. cessat enim illa ratio, bona esse affecta, & ideò transire cum onere suo: quia hoc uerum non est, tum ratione priuilegij successoris, vt dixi, & infrà latius aperietur, tũ etiam ipsius rei, hoc est fructuum intuitu, quibus tributa potissimùm imponuntur. Neque obijciatur, cùm hi fructus à proprietate obligata nascantur, æquum esse, ut ipsa quoque proprietas, quæ laicæ subiectioni fuit affecta, simul in his oneribus consideretur: quoniam si à iure pontificio abhorret, ut plures & diuersæ res postquàm ad ecclesiã peruenerunt diuerso iure censeãtur. cap. cognouimus, in fi. 12. quæst. 2. habetur in cap. cùm in tua, de decim. & in termi.is est glo. in c. dilectus. 3. de præben. multò magis abhorret ut una, & eadem res diuerso iure censeatur, cùm ista sit maior connexio quàm prædicta. facit. l. eum qui ædes. ff. de usucap. cùm itaque totum hoc uel laicum uel ecclesiasticum sit iudicandum, cui dubium quin ecclesiasticum iudicetur? tum quia principalis intentio oner··n ferendorum ad fructus dirigitur, igitur id est attendendum, ut aiunt doct. in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. Bald. & alij post gl. in l. uenia, de in ius uoc. tum quòd totum à sua parte digniori regitur, & eius naturam nanciscitur. c. cum in dubijs, de consecr. eccl. uel alt. c. duo, & ibi Gem. de off. deleg. in sexto tradũt doct. in l. j. ff. de verbor. obligat. quamobrem totus fundus à fructibus sub ecclesiastica ditione productis, & ei subiectis, tanquam à sua parte digniori est moderãdus. Et quemadmodũ si sterilis efficeretur, de libro æstimationum esset delend··, ut suprà fuit iure conclusun, ita postquàm in ecclesiam fuit translatus, ac nouum statum, ac priuilegium fuit adeptus, debet quodammodò sterilis iudicari, quadam (ut ita dixerim) superuenientis iuris sterilitate, cùm ad laicorum utilitatem fructũ
21 amplius non producat. Prætereà sicut res † ecclesiastica quando fit profana, ad solutionem exactionum laici principis indistinctè compelleretur, ea ratione, quòd mut··tione personæ priuilegium quoque mutari solet, secundum Bar. in l. Paulus, in fin. ff. de acquir. hæred. & doct. in l. licitatio, in fi. ff. de public. & Firman. latè in tract. de gabellis, in 7. par. princip. nu. 23. ita profana cùm

na cùm ad ecclesiam peruenerit, potest indistinctè ab ecclesiastico principe grauari, & à nemine præterea, præsertim cùm tributa non alio iure quàm subiectionis exigantur, secũdum Paul.
22 ad Rom. cap. 13. Subditi estote, ideo enim & tributa præstatis &c. & propterea tributum † à principe exigi non potest, nisi de bonis subiectis eius imperio, vt docuit Barto. in l. j. colum. pe. C. de mul. & in quo loc. libro 11. Oldr. in quodam tract. circa materiam munerum, ad quem ac cessit Soc. in consi. 119. in 1. vol. Et profectò ualde indecorum, ac reprehensibile uideretur, si concederemus de rebus ecclesię ac Deo dicatis ullo pacto à laico principe tributa exigi posse. Postremò prædicta obiectio confutatur per tex. in l. cùm quidam. §. si debitores. ff. de usur. quę supra uentilauimus. ubi quamuis usuræ exigantur super re affecta, & obligata, tamen in eis exigendis pro futuro tempore priuilegiatus utitur priuilegio suo. Nunc illud superest, ut quo hæc sententia firmior ostendatur, adducta in contrarium confutentur. Primum igitur non ob-
23 stat tex. in c. si tributum. 11. q. 1. vbi Ambros. ait: Si imperator † ab ecclesia tributum petat, ei esse soluendum, hoc enim est monere non esse resistendum imperatori, cum potentior sit, non autem ut id iure fieri debeat, & hãc fuisse mentem Ambrosij liquet ex c. magnum, ibi subsequẽti, vbi inquit, hoc fieri debere exemplo Christi, qui tributum Cæsari non negauit. constat autem Christum non soluisse, quòd teneretur, sed ne scandalum fieret, ut habetur Matth. 17. & in c. iam nunc. 28. quæst. 1. & per glo. in d. c. magnum. Rursus hanc fuisse mentem Ambrosij ex eo etiam apertè colligitur, quòd in eodem loco ait, etiam ipsa ecclesiarum prædia quando ab imperatore uendicarentur, ei esse concedenda. certo autem certius est, imperatores nullum in uendicandis prædijs ecclesiarum habere potestatem, ut ibi in d. c. si tributum, gl. apertissime sensit, dicens hoc ipsum non iure permittente, sed de facto tantùm fieri posse. id quod etiam in tex. in fi. innuit: Non dono, sed non nego. quasi dicat, sponte non do quæ iuris sunt ecclesiarũ, sed ne scandalum fiat, non nego. quapropter hoc eodem modo sunt etiam uerba Ambrosij in eodem loco de tributis soluendis Cæsari intelligenda. Volui enim Ambrosium uidere in fonte, & est Tomo secundo libro 5. epist. 32. vbi Ambrosius non recta uia sed per cuniculos valdè respondet Arrianis interrogantibus, num cessurus esset unam ecclesiam imperatori? quam, ut opinor, ipsi mox se sperabant inuasuros. Ambrosius ita respondet, vt neque se id facturum affirmet, neque item obstaturum, sed tamen longè maiori studio pro ecclesia, quàm pro tributo, aut pro agris luctaturum. Responsio igitur Ambrosij ea denique est, ut nihil horum, quæ ab Arrianis petebantur, se sponte daturum intelligeretur. ubi uerò necessaria esset electio, se malle dare tributa & agros, quàm ipsas ecclesias. Et ita nihil contra nos est. nam & Loth malebat stuprum filiarum, quàm hospitum Angelorum. Quare tex. in d. c. si tributum, ita excutiendus nostram disputationem coadiuuat, cùm ibi colligatur, tributa non de iure, sed de facto imperatori esse soluenda. Hac eadem ratione reijcitur tex. in c. tributum. 23. q. 8. ubi similiter, ut scandalum uitaretur, non autem ui obligationis tributa soluantur. Vel dicendum est, ea à clericis spontè persolui, ut pax & quies ab imperatoribus conseruetur, ut habetur in d. text. ibi pro pace & quiete, sed iure obligationis nequaquam, ut ex illo Pharaonis exemplo ibi allato colligitur. Et profectò nisi iura illa ita (ut prædiximus) intelligantur, totam ecclesiarum immunitatem euerterent; quoniam non de solis prædijs, quæ tributaria erant priusquam ad ecclesiam transirent, ut nostra disputatio exigit, disponunt, sed indistinctè de prædijs ecclesiarum: Et tamen ipsimet aduersantes consentiunt super prædijs, quæ iam sunt ecclesiæ acquisita, à laicis principibus onera imponi non posse. similiter ab exemplo Christi tributum soluentis tota ecclesiarum immunitas destrueretur, nisi intelligatur, ut prædictum est: quoniam dici non potest, Christum pro prædijs anteà tributo affectis persoluisse, cùm ipse nulla penitus prædia possideret. Et ideò si hoc exemplum Christi cõtra nos faceret, sacerdotes omnes etiam nulla prædia possidentes ad tributi solutionem possent iure compelli, consequens est falsum, & impium, igitur & antecedens. neque hoc aduersarij dicere auderent. Ad tex. in c. ea enim. §. item prædium. 10. q. 2. vbi habetur, prædium, quod propter onera fiscalia inutile redditur, alienari debere. Respondeo textum illum esse intelligẽdum de oneribus à fisco de facto uel alio quæsito colore impositis,

impoſitis,alioqui ille tex.ſe ipſum incontinenti corrigeret,contra.l.non ad ea.ff.de cond.& demonſt.in illo tex.in principio ſancitum eſt,iura omnia eccleſiarum tam acquiſita, quàm acquirenda perinde inuiolabiliter eſſe cuſtodienda,ac ſi de ipſa domo eccleſiæ ageretur, quæ dubio procul libera eſt & immunis, ut iam inde à principio huius diſputationis latè probauimus. & & propterea iſte.§.item prædium,neceſſariò ita eſt exponendus,ut non refragetur huic eccleſiæ immunitati. Ad.cap.ſi quis laicus,16.q.1.Reſpondeo,ibi conſtitutum eſſe,ut neque laicus
24† neque clericus alienare poſsit bona ad decimas obligata ſine illo onere,idque nullo nobis eſt impedimento,cùm ibi agatur de decimis quæ ſoli Deo,& eccleſiæ debentur,hic uerò de tributis,quæ hominibus ratione ſubiectionis tribuuntur.Quid enim refert ſi ibi eccleſiæ unius bona cum annexo onere decimarum in aliam tranſirent eccleſiam? Non obſt.l.placet,&l.ad inſtructionem.C.de ſacroſ.eccl.cum alijs conſtitutionibus iuris ciuilis; quoniam dicimus in primis leges illas fuiſſe correctas ab auth.item nulla communitas.C.de epiſc.& cleric.Prætereà laicorum principum cõſtitutiones in bona eccleſiarum ſtatuere nõ poſſunt, auth.caſſa.C.de ſacroſ. eccl.tradunt doct.in l.j.C.eod.tit.& in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& in cap.eccleſia ſanctæ Mariæ,& in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.Et ijſdem rationibus tollitur obiectio.l.primæ.C. de indict.lib.10.quæ debet intelligi de priuilegiatis ipſi Cæſari ſubiectis,per prædicta,quę breuitatis cauſa non repetuntur. Minus urget illud,quod d.l.placet,inter canones uidetur aſcita, quæ de uerbo ad uerbum eſt relata in cap.generaliter,§.placet,16.q.1. cum non ad finem legis condẽdæ,ſed ad hoc tantum referatur, ut paſsim intelligeretur,etiam ipſos Cæſares clericorum immunitatibus fauere uoluiſſe: quare,quod ibi ad clericorum fauorem eſt commemoratum,non debet in eorum odium retorqueri.l.quod fauore.C.de legi.verba enim(ut nouimus) narratiua diſponere non conſueuerunt.l.ex hac ſcriptura,& ibi doctores.ff.de donat. Dico am-
25 plius,legem canonizatam† quæ canonibus contraria ſit,ut iſta foret, non eſſe in foro canonico obſeruandam,ſecundum glo.not.in c.1.in uoce,tractatus,de reb.eccl.non alien. & Io.And. & alios in c.2.de reſcrip.& Feli.latè poſt Abb.in c.ſuper eo, de teſti. Proinde, cùm multi ſint ſcriptores,qui illius capituli generaliter,mentionem fecerint,nemo tamen auſus unquam fuit, illum textum contra clericorum immunitatem afferre. Ad illam autem rationem, quæ in propoſito caſu potiſsima exiſtimatur,neminem plus iuris in alium transferre poſſe, quàm ipſe habeat,& rem prius affectam cum annexis migrare oneribus, ſatis in præcedentibus eſt reſponſum: cùm ſupra latè docuerimus,id uerum eſſe inſpecta dumtaxàt ipſius transferentis poteſtate ac iure,ſed inſpecto illius priuilegio in quem bona transferuntur,dicimus iura etiam in præiudicium alterius augeri ex priuilegio ſuccedentis,qui pro tẽpore futuro ſua immunitate gaudere non prohibetur. & hoc ius non dicitur eſſe tranſlatum,ſed nuper productum,& in lucem editum,ut eſt tex.in l.cùm quidam.§.ſi debitores.ff.de uſur.quem latè ſuprà excuſsimus,& in l. fiſcus.ff.de iur.fiſc.ex quibus tollitur regula l.id quod noſtrum eſt.ff. de regul.iur. Nunc rationem illam diluamus,quòd quemadmodum pacto poteſt dominus rebus ſuis eiuſmodi onus in iungere,quòd rebus ipſis in eccleſiam quoque tranſlatis non minuetur, ita idem etiam à principe fieri poſsit. Reſpondeo,fallax eſſe hoc argumentum; quoniam ubi dominus paciſcens rebus ſuis onus imponit,quamuis deinceps eccleſia rẽ illam cum annexo onere adipiſcatur, propterea tamen dici non poteſt læſam eſſe clericorum immunitatem,nec libertatẽ eccleſiæ coarctatam, quæ à contractibus non eſt immunis; quod ſecus eſt, quando bona eccleſiarum à iure ciuili ſeu à laico principe ad tributi ſolutionem cogerentur, quæ quocunque iure debent immunitatis priuilegio gaudere,ut in principio dictum eſt. & hanc ſolutionem ſenſit Abb.quamuis non ita clarè in conſ.26.in fi.in 1.vol.quicquid in alijs concluſionibus ibi tradiderũt. Et ex hoc refelluntur multa,quæ latè cumulauit Barb.in conſ.1.in 3.vol. Ad rationem illam, quẽ-
26 admodum† perſona à principio ita affici poteſt,ut cùm illo onere etiam clericatum ſuſcipiat, ita & res,ut per Soc.in conſi.12.in 4.vol. Reſpondeo, perſonam ſemper illam & eadem eſſe, ſed res ſemper eadem dici non poteſt,cùm fructus ſuper quibus potiſsimùm hæc onera imponuntur,ſint diuerſi,& propterea grauari non poteſt pro tempore quo eccleſia poſsidebat. Ad

illud

illud verò quòd posset adeò magna bonorum quantitàs transferri,ut laici attenta clericorum immunitate inopes fierent. Respondeo,ex quo laici principes in res ecclesiæ nullum prorsus habent imperium,non licere de maiori ad minorem quantitatem colligere argumentum,cùm in utroque casu eadem ratio deficientis uigeat potestatis.c.cùm inferior,de maio.& obed.præterea dico, à legibus Cęsareis non abhorrere, magnam bonorum secularium quantitatem etiã donationis iure in ecclesias transferri; ut constitutum est in §. finimus,in authen.de non alien. reb.eccl.vbi habetur optimam esse mensuram in ijs, quæ donãtur ecclesijs, rerum donatarum immensitatem. Item explorati iuris est,ipsas leges huiusmodi donationibus multa priuilegia concessisse,ut uidere est in l.illud,in l.sancimus,& in l.fi.de sacrosan.eccles.id quod factum non fuisset,si hæc bonorum incrementa,quæ è clericorum manu ecclesijs acquiruntur, laicis principibus displicuissent. Et ex ijs satis percipi potest, opinionem hanc fore ueriorem, uel pro-
27 culdubio tutiorem esse,cùm in dubio† pro religione sit respondendum.l.sunt personæ.ff.de re. leg.& sumpt.fun.Et si hoc in casu,in quo ferè omnes conueniunt contra ecclesiæ immunitatẽ videmus,quàm difficile sit eorum intentionem sustinere,tunc uel facillimè concedendum est in quocunque alio casu deferendum esse clericorum priuilegijs,& eorum immunitati,quamuis hodie (proh dolor) passim hæc iura ecclesiæ contemnantur.sed caueant,qui hæc agunt à Deo ultore. nam si neglecto ac uiolato quocunque Deorum cultu,legimus imperia esse diminuta & interdum etiam abolita,ut ait Valerius de neglecta religione:quantò magis si ueri Dei sacrilegio contemnetur, diuina excandescit ira? Hinc legimus Baldassarem Assiriæ regem grauibus pœnas dedisse, propterea quod uasibus sacris uti non perhorrescebat. Quapropter & nos Gierusalem,hoc est Dei ecclesiam intuentes,& cum Hieremia lacrymantes dicere iure possumus: Quomodò sedet sola ciuitas,Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Et ideo ca-
28 ueant principes,ne inde iniuria oriatur,† vnde iura nasci creduntur.l.meminerint.C.vnde vi. ex prædictis omnibus ad istam l.hæres absens,& tradita hic per Bart.colligi possunt multæ declarationes pro intelectu quæstionis,de qua in hac.l.agitur,scilicèt,an & quando priuilegiatus succedens non priuilegiato uti possit priuilegio suo.

29 Bar.in ead.l.hæres absens,post gl.subiungit,priuilegium,† quod est clausum in corpore iuris non intelligi sublatum,quamuis generaliter sublata sint priuilegia. De hac re vide *Feli.in c.licèt* ratione.nu.2.de for.comp.& Mar.Soc.iuni.in cons. 131.nu.46.vbi multa cumulata quę brevitatis gratia prætermittuntur,cum ibi uideri possint.

Summarium in d.l.hæres absens.§.si quis tutelam.ff.de iudic.

1 *Quomodò aliquis forum sortiatur ratione contractus uel quasi.*
2 *An in contractibus sit locus remissioni.*

Bar.in d.l.hæres absens.§.si quis tutelam.ff.de iudic.

Bart. in d.l.hæres absens.§.si quis tutelam. ff. de iudic. tradit, quomodò aliquis forum
1 † sortiatur ratione contractus,uel quasi contractus. De hac re vide latissimè apud Abb. in c.fi. col. 10.& seq.de for.compet.& Felin. in c.licèt ratione,eod.titu.Et vbi forum aliquis sortiatur, quando in uno loco habet domicilium,& in alio habet originem,vide Dec.in cõs.307.Et quid sit forum,& quot habeat significata,docuit Abb.in rubrica de for.comp.& Felin.in c.dilectus.
2 2.vers.8.conclusio,de rescrip.Et dum Bar.in d.§.subiungit,an in contractibus† sit locus remissioni, vide Ias.in l.j.ff.de eo quod cert.loc.Abb.in c.fi.col.13.de for.comp. vbi tribus modis limitat.& ibi Feli.in 10.col.vers.est autem, addit multas alias limitationes ad decisionem Bart. hic.Et ad prædicta uide Imol.in cons.35.col.2.Et ad declarationem huius tex.in d.§.si quis tutelam,vide omninò Rom.in sing.470.incip.Florentinus.

Summarium in l.hæres absens.§.proinde.ff.de iudic.

1 *Quando quis sortiatur forum ratione quasi contractus.*

Bar.

Bar.in d.l.hæres abſens.§. proinde.ff.de iudic.

BART. in d.l.hæres abſens.§.proinde ſi merces, hoc ait in ſumma: ſuprà dictum eſt quando quis ſortiatur † forum ratione quaſi contractus, nunc quando ratione ueri contractus. Ad iſtum tex.vide Franciſc. Cremens.in ſingu.123.incip. Noſti quòd nemo. vbi ait,creditorem, qui eſt bannitus à patria ſua, poſſe conuenire debitorem ſuum ubicunque illum inuenerit. & de hoc eſſe glo.in l.vſuras.C. de ſolut. Vide ad prædicta Imol. in conſi.35.colum.5. & circa ea quæ inquit hic Bart.vide Felin. in cap.cùm dilectus filius, colu.7.in prima declaratione,de reſcrip.& Barb.in conſi.52. colu.1.in ſecundo uolu. Et ad hoc ut aduena conueniri poſsit in loco contractus, multas limitationes tradit Abb. in d.c.fin.col.2.de for.compet. Ad illud autem quod ait Bar.in d.§.proinde,verſic.Quid ergo dicemus de roncino (ut ipſe ait) uendito ab aduena ſeu peregrino, vt poſsit conueniri in loco contractus, vide Feli.in d.c.cùm dilectus filius, col.7.in ſecunda declaratione.de reſcrip.

Summarium in l. ſi debitori.ff.de iudic.

In confeſſum ferendam non eſſe ſententiam.
Confeſſio facta in iudicio tollit omnem nullitatem proceſſus & probationis.
Ad hoc ut condemnatus habeat dilationem quatuor menſium, vel confeſſus decem dierum, neceſſe eſt ſatisdare de ſoluenda illa quantitate in tempore ſtatuto.

Bar.in l.ſi debitori.ff. de iudic.

BART. in d.l.ſi debitori, ait, in confeſſum † ferendam non eſſe ſententiam, ſed ei dandam eſſe dilationem ad ſoluendum. Ad iſtam.l.uide Felin.in rubrica de re iudic.colum.3. & ſequ. & in cap. quod ad conſultationem, colum.6. cum ſequentibus. de re iudic. & de hac materia uide glo.in l.unica.C.de confeſſ. Et dum Bar. ſubiungit: Aut datus eſt libellus, & tunc confeſſio uim habet litis conteſtationis, & poteſt ferri ſententia. Aut libellus non eſt datus,& tunc fit præceptum in confeſſum, & datur ſpacium decem dierum, & reliqua. Pro confirmatione huius documenti uide glo.fi.in l.j.C.de lit.conteſt.& ibi Bar.col.fi. vbi ſe referendo ad iſtam legẽ ait,eum,qui debitum confitetur præcedente libello actoris, haberi pro conteſtante litem.& ſecundum Paul.de Caſtr.ibi, huiuſmodi confeſsionem habere uim probationis & ſententiæ. & ibi ponitur utilitas huius confeſsionis. Si verò libellus non præcedit,habere uim ſimplicis confeſsionis, nec datur diffinitiua, ſed fit præceptum de ſoluendo ut ibi per eos traditum eſt. Et ſic eſſet pulchra quæſtio,quid in confeſſo confeſsione,quæ inducit conteſtationem litis,& probationem,& ſententiam,utrum detur quadrimeſtre ſicut alijs in l.ij.& fi.C.de uſu.rei iud. an verò habeatur pro ſimpliciter confeſſo,ita ut ei detur tempus.x.dierum tantùm, ſecundum conſuetudinem,ut hic habetur? & ex ijs quæ tradit Bar.in hac.l. ſi debitori, colligitur, confeſſum eſſe deterioris conditionis,quàm ſit conuictus,& condemnatus,contra ea,quæ habentur apud 2 Doc.in c.at ſi clerici,in 6.not.de iudic.Accedat ad præcedentia, confeſsionem † factam in iudicio tollere omnem nullitatem proceſſus, & probationis, non tamen tollere nullitatem prouenientẽ ex defectu iuriſdictionis & incumbentiæ iudicis, ſecundum Soc.in cõſ.118.col.pe.in 4. vol.Et de quacunque confeſsione quid operetur,vide Feli.in c.ſi cautio,de fid.inſtr.

Bar.in ead.l.verſi.vltimò not.inquit, ad hoc ut condemnatus † habeat dilationem quattuor menſium,vel confeſſus x.dierum, neceſſe eſſe ſatiſdare de ſoluenda illa quantitate in tempore ſtatuto. Limita hoc non procedere in eo, qui euidentiſsimè diues & locuples eſt: quia ſatiſdare non tenetur,ſecundum Iaſ.in l.debitoribus,col.10.verſic.circa glo.ff. de repud. ſic etiam in ſimili caſu docuit Abb.in c.inſtitutis.2. de appella. dicens ſi in promouendo aliquem ad aliquod officium examinatio exigeretur,eum,qui notoriè idoneus eſt examinari non debere. Et quia hæc exceptio præſtandę fideiuſsionis eſt dilatoria,ideò poſt litem conteſtatã opponi non poſſet: cùm enim anteà non fuerit obiecta, cenſetur remiſſa; cùm ita demum præſtari debeat, ſi petatur à parte.Iaſ.in l.uniuerſa,col.1,in 1.not.& colu.3.C.de precib.imper. offeren. & dum

Bar.in ead.l.si debitori, propè fi.ait, dilationem, quæ datur iudicatis, dari miserationis causa. Ex hoc uidetur præsupponere,quòd si miserationis causa non daretur, non deberet condemnatus ad præstandam cautionem astringi. de quo uide apud Alex.in l.si constante.§. quoties, in princ.ff.fol.matr.subiungit denique Bar.infra illud tempus quatuor mensium posse debitorem capi & carcerari. vide Ias.in l.si arrogator, col. 20.ff.de adopt.

Summarium in l.non potest uideri.ff.de iudic.

1 *Quod post litem contestatam accidit non accessorium ad primum, in dicto iudicio non uenit, sed opus est noua instantia.*

2 *Cautus esse debet Aduocatus ut articuli sui concludant contractum super quo agitur, factum esse ante cœptum iudicium, alioqui succumberet.*

Bar.in l.non potest uideri.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.non potest uideri, hoc dicit in summa: Quod post litem † contestatam accidit non accessorium ad primum, in dicto iudicio non uenit, sed opus est noua instantia. Circa istam.l.uide omninò singulare Bartoli documentum in l. si prius, in 5.oppos.ff. de oper.no
* nunc.vbi * omnes tradunt,aliquem posse agere confessoria, si in processu appareat de contradictione partis, quamuis de illa à principio non appareat. & tamen ut confessoria competat, debet esse aliqua cõtradictio uel inquietatio. atque ita iudicium ibi uires suscipit à facto, quod facilè ad primum accedere non potest. Subiungit deinde Bar.cautum esse debere aduocatum,
2 † ut articuli sui concludant contractum,super quo agitur, factum esse ante cœptum iudicium, alioqui succumberet. Ad hoc uide Alex.in consi. 39. col.2.in 5.vol.& Bal.in cons. 23.in 4.vol. & dum Bar. ibidem quærit exemplum huius.l.vide exemplum apud Alexand.in consi.35.in.1. in 5.volu. Opponit posteà Bart.de.l.ædiles.§. idem sciendum.ff.de ædilit. edict. & de.l.j.C.de
* iudic. Tu dic, illam.l.primam huic non reluctari secundum * communem intellectum.tenendo autem quòd contradicat, pro clariori solutione uide Bar.in d.§. item sciendum, vbi *tradit* illustrius documentum. Opponit deinde Bar.de.l.quæsitum.ff. de pecul. Amplia ut per *Iasinthi.* de action.in princip. col. pen.& ibi Ang. Aret. In distinctione uerò quam subiungit *Bart.* quando defectus est ex parte actoris,& tunc ait Bar. aut superuenit ius ex causa de præterito, & uenit in hoc iudicio. Limita hoc non procedere quando coram delegato iudice ageretur, propter dolum impetrantis iudicem contra eum, contra quem tempore impetrationis nullam habebat controuersiam. Bald. in l.præscriptione,colu.penul.C. si contr. ius uel util. publ. & Ias.in §.omnium,colu. 13.versic.vnum tamen,instit.de action.vbi etiam tradit,quid sit de eo,qui tempore cœpti iudicij erat dominus, & deinde desijt esse dominus. Vide ad prædicta Barto. in l.si Titius.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.de eo autem.ff.de iudic.

1 *Hæres adeundo hæreditatem an quasi contrahere uideatur cum legatarijs tantùm, an uerò etiam cum creditoribus.*

2 *Debitor legans simpliciter creditori, id totum ultra debitum reliquisse censetur.*

3 *In necessitatibus nemo liberalis existit.*

4 *Hæreditas nihil aliud est quàm successio in uniuersum ius defuncti.*

5 *A primordio tituli posterior formatur euentus.*

6 *Si filius familiàs contraxit societatem, & deinde emancipatus in ea perduret, cum tunc libera eius sit uoluntas, utrum ista perseuerantia uim habeat nouæ societatis.*

7 *Hæreditas ad filium defertur iure continuationis, non iure deuolutionis.*

8 *Frater legando sorori cui in bonis paternis supplementum legitimæ debebatur, præsumitur legasse animo compensandi.*

Bar.in l.de eo autem.ff. de iudic.

1 BART. in d.l.de eo autem,tradit,nunquid hæres † adeundo hæreditatem quasi contrahere uideatur

re uideatur cum legatarijs tantùm, an uerò etiam cum creditoribus? & in hac uidetur reſidere ſententia, ut cum legatarijs tantùm: quia ipſi incipiunt actionem habere tempore aditionis, creditores uerò non agunt ex quaſi contractu, qui celebratur tempore aditionis, ſed ex contractu antea celebrato cum defuncto. Hæc Barto. cuius documentum nunquam eſt obliuioni tradendum, vt ex infra dicendis conſtabit. Vide eundem Bart.& Iaſ.in l.cùm res.§. 1. ff. de leg. 1. vbi idem habetur,ſcilicèt, hæredem adeundo hæreditatem quaſi contrahere cum legatarijs tantùm. idem conſuluit Raph. Cuma.in conſi. 176.incip.Statuto Papienſi cauetur. licèt Bal.in rubr.C.qui admit.in 8.quæſt. ſentiat, quaſi contrahi cum utriſque. & idem uidetur ſentire Bar.in l.apud Iulianum. §.fi.ff.quibus ex cau.in poſſ.eat. De qua re uide Raph.Cuman. in conſi. 176.& omninò Mari.Soci.iun.in repet.l.cùm filius familiàs.in 3.par.nu. 18.ff.de lega. primo.vbi agit de intellectu.l.ex maleficijs.§.hæres.ff.de actio.& obliga. aitque ex illo tex.probari, hæredem adeundo quaſi contrahere ſolùm cum legatarijs, vt etiam hoc in loco ſenſit Bar. Et hoc idem,quod dicitur de aditione, dicendum uidetur etiam de immixtione hæredis ſui, per tex. in d.l.apud Iulianum.§.fin.iuncta.l.ſeq. Ex ijs opportunè inferri poteſt ad pulcherrimam difficultatem,quæ quandoque in facti contingentia excitatur. Tu ſcis, quòd debitor † 2 legans ſimpliciter creditori,id totum ultra debitum reliquiſſe cenſeri,atque ideò utrunque deberi quãdo debitum eſt uoluntarium.l.creditorem.ff.de leg.2.l.quanquam.& l.licèt.C. ad leg. Falc.alioqui uerò ubi debitum eſſet neceſſarium,hoc eſt à legis neceſsitate, non autem à contrahentis uoluntate proueniens, vt eſt quando pater dotem filiæ pollicetur. nam & ſi iſta promiſsio à patris uoluntate procedere uideatur,tamẽ quia pater à lege ad dotandam filiam coarctatur.l.qui liberos.ff.de rit.nup.& l.pen.C.de dotis promiſſ.hoc debitum inſpecta primordiali eius origine neceſſarium nuncupatur, cum quo legatum ſimpliciter factum cenſetur eſſe re- 3 lictum animo compenſandi; quoniam in neceſsitatibus † nemo liberalis exiſtit: ita communi conſenſu traditum eſt in l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.matr. in l.huiuſmodi.§. cùm pater.ff. de lega.1. & in auth. præterea, vbi latiſsimè Iaſ.C.und.uir.& uxor. Modò contigit patrem.N. filiam ſuam cum promiſsione dotis ducatorum mille nupſiſſe, & antequam ſoluta fuerit dos, deceſsiſſe, cuius filij fuerunt hæredes,& horum unus poſtremò moriens huic N.ſorori ſuæ legatum ſimplex fecit: hæredes huius teſtatoris aiunt, hoc legatum ſimpliciter factum eſſe compenſandum cum debito dotis ei promiſſæ à patre ſuo, tanquam cum debito neceſſario. reſpondet. N.utrunque ei deberi, quoniam hæres adeundo, uel immiſcendo ſe cenſetur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditatis. dicta lege apud Iulianum.§. fina. cum l.ſequen. qui quidem actus uel aditionis uel immixtionis eſt uoluntarius, & ideò debitum ex iſto quaſi contractu proueniens eſſe uoluntarium, cum quo legatum ſimpliciter factum compenſari non debet ex prædictis. Quid dicendum? certè ſi hæres adeundo hæreditatem, uel ei ſe immiſcendo cenſetur quaſi contrahere ſolùm cum legatarijs, non autem cum creditoribus, res clara uideretur, ſcilicèt legatum compenſari debere cum hoc debito, quod ex neceſsitate legis fuit ✱ contractum, vt* communiter aiunt Docto. in locis paulò ante memoratis. Si etiam quaſi contraheretur cum creditoribus hæreditarijs, hoc idem eſſe dicendum uideretur: quia Bart. ait hic, eos non agere ex quaſi contractu, qui celebratur aditione hæreditatis, ſed ex contractu anteà celebrato cum defuncto, atque ita creditores ueteri actione ſua utuntur, quæ originem habuit à cauſa neceſſaria, legatarij uerò incipiunt habere actionem tempore aditionis, ut inquit Barto. cuius documentum eſt diligenter animaduertendum in eo, quod magnam ponit differentiam inter legatarios, quorum actio oritur ab aditione hæreditatis & creditores, quorum actio ab illo primo contractu prouenit nullo habito reſpectu ad quaſi contractum, qui celebratur tempore aditionis. Attende, ſi hoc legatum, de quo agitur, factum fuiſſet ab ipſo patre, qui dotem promiſerat, compenſatio abſque dubio admitteretur, cùm ipſe eſſet debitor neceſſarius, ut prædictum eſt. ſed quia factum eſt à filio,qui ſponte ſe hæreditati paternæ immiſcuit, iccircò tota difficultas in eo conſiſtit, an debitum hoc, quod proculdubio neceſſarium erat in patre, fuerit etiam pariter neceſſarium in filio, an

uerò propter immixtionem factum sit uoluntarium quò ad eius personam: nam ab huius quæ
stionis intellectu elicitur ueritas, sit ne facienda compensatio an non. Hanc igitur subtilem
inuestigationem aggrediamur. in qua ego sentio, debitum hoc omninò esse necessarium etiã
in filio, qui spontè paternæ se immiscuit hæreditati, vt colligitur ex ijs, quæ ait Bart. in hac.l.id
quod ualidis etiam confirmabitur argumentis. Illud igitur ante omnia est considerandum,
obligationem & actionem, qua utitur ista. N. pro dote consequenda, illam eandem esse, quæ
orta est à contractu celebrato cum ipso patre debitore ex causa necessaria, vt inquit Barto. hic.
sed sic est, quòd ubicunque obligatio aliqua iam formata est, & perfecta, ita ut eius essentia
non pendeat amplius, nec aliquid ulterius expectatur, tunc est inuariabilis, & ex persona hæ-
redis mutari non potest, sed ad quemcunque transit cum sua primordiali natura. l.ij. §. ex his.
ff. de uerbor. obligatio. vbi doct. hoc colligunt ex ratione decidendi, idque expresè docet
Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Accedet ad hoc Barto. in l. Polla. C. de his
quibus ut indig. vbi ait, qualitatem iuris iam formati & in esse deducti amplius mutari non
posse. Et hæc locum habent etiam in obligatione, quæ originem sumeret hæreditate iacen-
te. l. nam & Seruius. §. qui negocia, vbi Bald. ff. de negoc. gest. sed in proposito casu constat
obligationem hanc iam uiuente patre formatam, & perfectam fuisse, ortamque hypothecam
in bonis ipsius patris cum primùm facta fuit promissio ex necessitate legis, quæ illum ad do-
tandam filiam coercebat, & ex ista obligatione agit. N. creditrix, igitur consequens est, ea
ex persona filij se immiscentis hæreditati qualitatem huius obligationis mutuari non potuit
ex prædictis. & ideo ita debitum est necessarium in persona filij, sicut erat in patre. Et
4 rem faciunt notissimæ illæ. ll. quibus cautum est hæreditatem † nihil aliud esse, quàm succes-
sionem in uniuersum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de regul. iur. cum simil. hæredemque unam &
eandem personam cum ipso defuncto censeri, ut habetur in authen. de iureiur. à mori. præstit.
Prætereà attendendum est, quòd ad cognoscendum debitum necessarium & legale, anim
docto. originem ipsius debiti esse semper inspiciendam: ita præcisè dicunt omnes, & præser-
tim Imol. in d.l. si cùm dotem. §. si pater. Alexand. in d.l. huiusmodi. §. cùm pater, versicu. non
obst. d.l. si centum, & Paul. de Castr. in consi. 387. incip. In causa quæ uertitur. & ideò in hac
re iuris interpretes sæpe hac uoce utuntur, debitum legale, hoc est lege compellente con-
tractum, cum quo fieri debere compensationem constanter affirmant, ut uidere est *eriam apud*
Paul. de Castr. in consi. 64. sed sic est, quòd origo huius obligationis & actionis, *qua. N.* pro
consequenda sua dote ait, fuit ex causa necessaria & lege præcipiente producta, igitur debi-
tum inspecta primordiali origine est necessarium, & penès ipsum hæredem inuariabile ex
prædictis. Neque refragatur actus uoluntariæ immixtionis posteà subsecutus, quoniam ab
isto quasi contractu non oritur obligatio hæc, quæ iam indè à primo contractu cum patre con
tracto orta fuerat, vt ait Barto. hic. qui aliter sensit in legatarijs, quorum actio incipit ab adi-
tione. Ecce quòd etiam Barto. hic uim facit in ipsa origine, à qua oritur obligatio an à tem-
pore contractus, an à tempore aditionis. & istud est, quod uoluit etiam Bald. in l. si uxor. C.
de bon. auth. iud. possid. ubi agens de hac re nihil aliud quærit, nisi an creditor commodita-
tem habeat ex prouidentia legis, & tunc compensationem fieri debere ait. aut ex prouiden-
tia hominis, & tunc utrunque peti posse & legatum & debitum. sed in proposito casu extra
quæstionem est, debitum hoc prouenisse à prouidentia legis, quæ patrem ad dotandam fi-
5 liam coegit, ergo &c. nam à primordio † tituli posterior formatur euentus. l. prima. in fine. C.
de impon. lucrat. descript. vbi glos. inquit, ex origine cuiuscunque contractus & causæ quid
sit statuendum distingui. quam extulit Petr. de Anchara. in consilio quarto. origo enim cuius-
libet rei potissimùm est consideranda. text. est & ibi glos. not. in uoce, ab initio, in l. in uen-
ditionibus. ff. de contrah. empt. l. qui id quod. ff. de donatio. l. tutor. ff. de fideiuss. ad quæ acce-
dat Curt. in consilio sexagesimonono. Et initium contractus esse semper inspiciendum, habe-
tur in l. prima. §. si seruus. ff. depos. & in glos. in dicta l. prima. §. quod si rem. & pro decisio-
ne præsentis difficultatis optimè facit text. in l. si id quod. §. si filiusfamiliàs. ff. pro soc. ibi
enim

6 enim quæritur, si filiusfamiliàs † contraxit societatem, & deinde emancipatus in ea perduret, cùm tunc libera sit eius uoluntas, utrum ista perseuerantia uim habeat nouæ societatis, an uerò prima dicatur continuata, & illa eadem sit? & hanc partem decidit text. esse tenendam. Quare ita & in proposito casu est concedendum, cùm enim filius non abstinendo se ab hæreditate paterna nihil noui agat, sed tantùm in ea perseueret, tanquam suus: nam hæ-
7 reditas † ad filium defertur iure continuationis, non iure deuolutionis vt docuit Bar. in l. si infami. C. de iur. deliber. & Marian. Socin. iun. (vt alios prætermittam) in consi. 119. nu. 23. consequens est, ut ista obligatio continuata, sit illa eadem, quæ anteà fuerat in patre, & nullam prorsus mutationem patiatur. Ad rem facit tex. in l. si procuratorem, in principio. ff. mand. ibi, uniuscuiusque enim contractus initium spectandum est. & text. in l. si filius. C. manda. & quamuis idem iuris esse sentiam siue simus in hærede extraneo adeunte, siue simus in filio se immiscente, tamen si diligenter inspicietur, ista conclusio multò magis procedit in filio, quàm in extraneo: nam huic hæreditas iure deuolutionis, illi uerò iure continuationis defertur, ut suprà fuit ostensum: ideò obligatio hæc cum omnibus suis qualitatibus perdurat, & illa eadem est propter continuationem. Id quod confirmatur ex ijs quæ egregiè docuit Dec. in consilio 331. pro resolutione casus propositi, vbi ait diligenter esse considerandum, in suo propter immixtionem non induci aliquam obligationem ex contractu, neque ex quasi contractu; quia per suitatem fuit ex dispositione legis contracta obligatio, quæ facta abstensione resoluitur, vt in simili habetur in l. ij. ff. de in diem adiect. & ideò concludit filium propter beneficium abstinendi æquiparari extraneo solùm quando se abstinuit, & non aliter. sed quicquid sit ego idem sentio in utroque casu ex ijs, quæ prædiximus. Nec desunt authoritates uirorum magni nominis, qui hanc partem apertissimè tenuerunt. Petr. de Anchar. in consi. 26. in fi. ait, debitum, quod erat necessarium in persona defuncti, pariter etiam necessarium esse in persona hæredis, qui spontè hæreditatem adeundo se obligauit. cuius documentum sequitur Dec. in l. hæredem. ff. de regul. iur. Hoc idem ait Crauet. in consi. 131. nu. 14. & de hac re
8 ferè in terminis est decisio Fulgos. in consi. 81. versicu. in oppositum, vbi ait, fratrem † legando sorori, cui in bonis paternis supplementum legitimæ debebatur, præsumi legasse animo compensandi: quia debitum legitimæ erat debitum ex legis dispositione: & tamen frater se spontè immiscuerat hæreditati paternæ. Quare ex prædictis finis imponatur huic pulcherrimæ inuestigationi, salua semper meliori sententia.

Summarium in l. sed etsi restituatur. §. sed si dies. ff. de iudic.

1 *Iudicium cœptum apud unum iudicem apud alium terminari.*

Bar. in l. sed et si restituatur. §. sed si dies. ff. de iudic.

1 Bar. in d. §. sed si dies, colligit ex isto tex. iudicium † cœptum apud unum iudicem, apud alium terminari. Vide Feli. in cap. ex tenore, col. 10. versic. fallit quintò de rescript. & quæ ponam in l. vbi acceptum, hoc eod. tit.

Summarium in l. vbi acceptum. ff. de iudic.

1 *An & quando iudicium cœptum coram uno iudice & in uno loco possit in alio loco uel coram alio iudice diffiniri.*

2 *Exceptio litis pendentiæ locum habet quando sententia lata à primo parit exceptionem rei iudicatæ.*

3 *Continentiam causæ diuidi non debere.*

4 *Quando iudex iustitiam facere neglexit, tunc potest quis adire superiorem.*

Bar. in l. ubi acceptum. ff. de iudic.

1 Bar. in d. l. vbi acceptum, tradit, an & quando iudicium † cœptum coram uno iudice, & in uno loco, possit in alio loco uel corã alio iudice diffiniri. Amplia istam. l. ut procedat ẽt quando

iudicium pendet coram iudice eccleſiaſtico, vt per Soc.in conſ.38.colu.3.in primo uolumi.& amplia & declara ut per Feli.in capitulo ex tenore.nu.26.vſque in fin.de reſcript. Et per iſtam l.prohibetur aliquis mutare iudicem,coram quo lis fuit legitimè cœpta,& ſic obſtabit pendentiæ litis exceptio. quæ quidem exceptio † locum habet, quando ſententia lata à primo parit exceptionem rei iudicatæ. de qua re vide Soc.in conſi.94.in 3.volum. Et pœna mutantis iudicium eſt amiſsio ipſius cauſę,ut per Iaſ.in l.nulli,columna prima & ſecunda.C.de iudic.vbi concludit tandem eum arbitrio iudicis puniri debere. Attende tamen, quia credo mutationem iudicij poſſe iure ſuſtineri,quando pars non opponeret, ita ut iſta exceptio non niſi parte opponente procedat. ita puto ſenſiſſe Barto. in hac ead.l.dum inquit, hanc l. locum non habere quãdo citatus fuit contumax,quia reus allegare non poteſt in aliquo loco cœptum fuiſſe iudicium: atque ita videtur colligere Barto. reus non poteſt opponere,igitur ceſſat huius.l.diſpoſitio. Ad rem faciunt,quæ tradit Iaſ.in d.l.nulli,col.2.in 1.limit.vbi regulam illam,ſcilicèt, contentia † cauſæ diuidi non debere, limitat parte opponente, alioqui iudicium ualere ait. & ibidem in tertia columna,inquit, exceptionem hanc eſſe obijciendam ante litem conteſtatam in primo iudicio, quia poſteà opponi non poteſt. Et ſic habes etiam hanc limitationem ad iſtam.l.ut parte opponente procedat, & non aliter. & rurſus, vt ante litem conteſtatam opponatur. Et limitatur etiam ut non procedat in contumace, vt prædictum eſt. Deinde limita quando iudex † mihi iuſtitiam facere negligit; quia tunc poſſum adire ſuperiorem. Barto.in quamuis,colu.fin.C.de damn.infec. & uide omninò Iaſ.in d.l.nulli, colu.2.& 3. in limitationibus, quas ibi tradit ad illam.l.quoniam earum aliquæ ad rem noſtram adaptari poſſunt. & in hac materia uide Abb. in capitulo propoſuiſti, columna ſecunda & tertia. de foro compe. & Felin. in d.cap.ex tenore,colu.7.verſic.lex ubi cœptum,de reſcrip.& in cap.cùm.M.col.13. & ſequ.de conſtitu.vbi multa docuit in materia præuentionis, de qua in hac l. agit Bart. Denique amplia iſtam.l.procedere,vt lis finiatur ubi cœpta eſt,etiam ſi reus mutaſſet forum uel domicilium,ut habetur in l.cùm quædam puella.ff.de iuriſd.omn.iud.& eſt tex.cum glo.in l.ſi poſteaquam, ſuprà hoc eod.tit.& circa limit.quam poſui ſuprà de contumace, uide Iaſ.in l.ſancimus,col.6.in 7.quæſt.C.de iudic.

Summarium in l. ſi iudex.ff. de iudic.

1 *Tempora appoſita in prima delegatione uidentur repetita in perſonam eius, qui in locum primi eſt delegatus.*

Bar.in l.ſi iudex.ff. de iudic.

1 BAR. in d.l.ſi iudex, hoc ait in ſumma: tempora † appoſita in prima delegatione uidentur repetita in perſonam eius, qui in locum primi eſt delegatus. Vide aliquid apud Felin.in cap. cùm acceſsiſſent,colu.8.de conſtitu.& iſtum tex.citat Soc.in conſi.195.colu.1.Et dum Barto. ſubiungit, quæ tempora eſſe repetita cenſeantur, an integra,an ea tantùm quæ ſuperſunt. vide Dec.in c.4.in 2.not.de off.deleg.

Summarium in l.non uidetur, la ſecunda.ff.de iudic.

1 *Opponenda eſt exceptio declinatoria antequam aliquis in iudicem conſentiat.*

Bar.in l.non uidetur.2.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.non uidetur ſecundo,ait, opponendam eſſe exceptionem † declinatoriam antequam aliquis in iudicem conſentiat. dicitur autem in iudicem conſentire cũ primùm opponit aliquam exceptionem contra perſonam agentis: quia præſumitur uelle,ut ſuper ea pronuncietur. vide Feli.in c.inter monaſterium,col.3.& ſeq.de re iudi.nu.7.cum ſeq.Attende,quoniá argumentum uidetur colligi poſſe in l.nulli,iunctis ibi trad.per Alber.C.de iudi.exceptionem fori declinatoriam opponi poſſe poſt litem conteſtatam,quando à principio non fuit obiecta, & de

& de exceptionibus,quæ impediunt litis ingreſſum, vide apud Martinum de Fano in tract. de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum.

Summarium in l.quemadmodum.ff.de iudic.

1 *Iudicium eſſe non poteſt de futuro.*

Bar.in l.non quemadmodum.ff.de iudic.

1 BART. in d.l. non quemadmodum,hoc dicit in ſumma: iudicium † eſſe non poteſt de futuro. Tu in hac re nunquam tradas obliuioni deciſionem Bar. in l.ſi prius,col. 2.in 5.opp.ff.de oper.no.nunc.quæ vult,quòd licèt ad confeſſoriam requiratur inquietatio partis, tamen ſufficit ſi in proceſſu de negatione partis appareat, & non anteà. de quo uide ibi Alex.in 4.col. & ſeq.& laſ.in col.4.id quod multùm limitat iſtam l.Subiungit deinde Bar.iſtam.l.eſſe intelligendam, vt ſuper futuro iudicium eſſe non poſsit, ſi de præſenti nihil debetur, alioqui uerò ſi de præſenti aliquid deberetur: quoniam eius ratione poſſunt etiam futura decidi. exemplumq; affert in debito annuo. Iſtam limitationem reprobat glo.in l.j.in uoce, deductum.C.de iudic. * ſed illa glo.* communiter reprobatur,& tenetur hæc limitatio & declaratio, vt ibi per Paul.de Caſt.colu.3.iſtam limitationem tenuit glo.in l.j.§.1.in uoce, tractus.ff.de vſur. Sublimita hoc, quando iſtud ius de futuro deducitur in iudicium ante litem conteſtatam, nam ſi ante non deduceretur,opus eſſet diſtinguere, utrum huiuſmodi ius poſsit in alio uel in eodem produci iudicio ſecundum Bar.in d.l.j.C.de iudic.

Summarium in l.ſi de ui.ff. de iudic.

1 *In interdicto retinendæ & recuperandæ an admittatur exceptio dominij quando aduerſarius paratus eſt incontinenti probare dominium.*
2 *Interdictum recuperandæ datur ſpoliato qui ante omnia debet reſtitui.*
3 *Fortelitium propter difficultatem recuperandi, non reſtituitur.*
4 *Vbicunque ſcandalum ſequi poſſet, reſtitutio non conceditur.*
5 *Reſtitutio ſimpliciter locum non habet quando incontinenti aliquis iura ſua eſt oſtenſurus.*
6 *Reſtitutio non habet locum in beneficialibus quando ſpolians opponit reſeruationem Papalem.*
7 *Spoliatus ſi eſt excommunicatus, non eſt reſtituendus.*
8 *Remedium recuperandæ intentari poteſt etiam contra iudicem, qui proceſſit iuris ordine non ſeruato.*
9 *Interdictum recuperandæ an & quando competat contra ſingularem ſucceſſorem ſpoliantis.*
10 *Non eſt neceſſe probare ſpoliationem poſſidentis, ſed ſufficit ſi actor probat ſe poſſediſſe, & poſteà reum illam rem occupare ſiue poſſidere.*

Bar.in l.ſi de ui.ff. de iudic.

1 BART. in d.l.ſi de ui,agit de interdicto † retinendæ,& de interdicto recuperandæ, utrum admittatur exceptio dominij, quando aduerſarius paratus eſt incontinenti probare dominium. Aduerte, ut ſcias quid ſit interdictum retinendæ, & quibus competat, & quomodò probentur requiſita. vide Alexand.in conſi.146.in lib.primi & ſecundi uoluminis, in conſilio 81.in 3.volu.& Mar.Soci.iuni.in conſi.146. Et de eo, quod ait Bar.de hoc interdicto retinendæ vide Bald.nouell.in tracta.de dote in ſexto.priuilegio 8.par. in tertia limit. interdictum au-
2 tem recuperandæ † datur ſpoliato, qui ante omnia debet reſtitui, etiam ſi eſſet iniuſtus & uiolentus poſſeſſor.l. ſi quis à ſe fundum.C.ad leg.Iul.de ui. cap. reintegranda. 3.q.quæſt.1.tradit Barto.in l.qui poſſeſsionem.ff.de ui & ui arm.& Docto.in l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.& in capitulo ſollicitæ, & in capitulo in literis,de reſtitu. ſpoliat. Limita hoc non procedere, quando exceptio notorij defectus iuris agendi poſſeſſorio recuperandæ obſtat ſibi agenti. cap.ad decimas,vbi Io.Monac. & Io.And.de reſtitu. ſpolia.tradit Soc.in conſ. 87.col.pen.& fi.in 3.vol.& Feli. in c.ſi conſtiterit, de accuſat. & in c.ad petitionem,eodem tit.

quem uide omninò. Item limita, ut non procedat, quando restitutio fieri non posset sine irre-
cuperabili præiudicio; nam tunc si probatio dominij est in promptu, de ipso dominio cogno
3 scendum est,& restitutio impeditur. & ideo exemplum ponitur in fortilitio, † quoniam pro-
pter difficultatem recuperandi non debet fieri restitutio ab eo,qui est dominus. & exemplum
uide per Paul.de Cast.in l.j.C. de edic. diui Adria.tollen. quem ibi sequitur Ias.& Riminal. qui
multa adducit. & latè de hac re habetur in consi.12.col.13.versic. Tacetur octauò,inter con-
4 silia Albert.Brun. Rursus limita ubicunque scandalum † sequi posset, si non admissa exceptio-
ne dominij possessio restituatur: quia de dominio cognoscendum est omisso iudicio recupe-
randæ, vt not. dixit Ant.de Butr. in c.ex parte,col.fi.de restitut.spolia. vbi ex hoc limitat.d.l.si
quis à se fundum,quem sequitur Soci.in d.consi.col.fi.quem uideas omninò pro intellectu hu-
ius materiæ. Et quid sit probandum in hoc interdicto, uide plenè Alexan.in consi.6.in 3.uolu.
5 Et quod restitutio † simpliciter locum non habeat quando incontinenti aliquis iura sua est o-
stensurus,docuit Dec. in consi. 424. & Cæpol. in cautel.82. licèt Abb. contrarium sentire ui-
deatur in cap.1.de restitu.spoliat.vbi ait,spoliatum esse restituendum, etiam si spolians incon-
tinenti esset de dominio probaturus. Quod tamen limitatur non habere locum quando immi-
net periculum peccati; quia tunc differenda est restitutio. Abb.per illum tex.cum glo.in cap.
literas,de restitu.spolia.& ista erit alia limitatio ad præcedentia, ut restitutio semper impedi-
6 tur, quando imminet peccatum. Limita etiam ut non habeat locum restitutio † in benefici-
libus, quando spolians opponit reseruationem papalem: ita Domini de Rota in decis.164.in
nouis. multas quoque alias fallentias tradidit Anto. Corset. in tract. fallentiarum restitutionis
7 spoliatorum. Attende etiam spoliatum, si est excõmunicatus,† non esse restituendum. qui
tamen fallit in aliquibus casibus, vt per Feli.in cap.dilectus.nu.17.cum sequ.de rescript.Quo-
modò autem intelligatur spolians uelle incontinenti probare,docuit Abb.in d.c.literas. nu.8.
vbi ait sufficere si infra breue tempus est probaturus, licèt tunc secum non habeat probatio-
nes. Et circa præcedentia uide Alexan.in consi.345.in lib.primi & secundi uol.Dec.in consi.
8 57.in consi.252.& in consi.302.Soci.in cons.12.colu.3.in 1.volu. vbi ait,hoc remedium † in-
tentari posse etiam contra iudicem,qui processit iuris ordine non seruato. Vide eundem Soc.
in consi.18.colu.11.in 1.uolu. vbi ait, clericum uti posse hoc remedio coram iudice ecclesia-
9 stico aduersus laicum ex speciali priuilegio. Et an & quando hoc interdictum † recuperandæ
competat contra singularem successorem spoliantis, & alia in hac re scitu digna uide apud
eundem Soci.consi.266.col.5.& 6. in eodem 1.vol.vbi inter cætera inquit, hoc remedium ei
non competere, qui culpa & negligentia sua cecidit à possessione. Attende etiam in hac ma-
10 teria,non esse necesse probare † spoliationem possidentis, sed sufficere si actor probat se pos-
sedisse, & posteà reum illam rem occupare siue possidere; vt docuit Alex.in cõsi.61.in 7.vol.
& uide plenissimè de tota hac re apud Soc.in l.rem quæ.ff.de acqu.poss. Denique scias spolia-
to 24.remedia competere ad obtinendam restitutionem,secundum Philip.Franc.in sua disputa
tione petitorij,in 1.dubio.

Summarium in l.cum furiosus.ff.de iudic.

1 *Quod fit coram iudice furioso, tempore quo habet dilucida interualla, ualet.*
2 *Ex quibus coniecturis aliquis probetur esse furiosus.*

Bar.in l.cùm furiosus.ff. de iudic.

1 Bart. in d.l.cùm furiosus, colligit ex isto tex.id ualere, quod fit † coram iudice furioso,
tempore, quo habet dilucida interualla. Quæro hic, utrum acta coram eo facta præsumantur
in dubio facta fuisse tempore furoris, an uerò tempore dilucidi interualli? Dec. in l.furioso.
ff.de regul.iur. loquens de testamento siue contractu confecto ab habente dilucida interualla
probat, quicquid fit præsumi factum tempore furoris. furiosus enim semel semper præsumi-
tur furiosus nisi contrarium probetur,secundum glo.in uoce,compotem, in capitulo fin.& ibi
Abb.

Abb.de ſucceſſ.ab inteſt.ad quod vide Anchar.in conſi.5.& Gemin.in c.unò.colum.penul.de
2 cleric.ægro.in ſexto. Ex quibus autem coniecturis † aliquis probetur eſſe furioſus, vide pleniſsimè & eleganter apud Soc.in conſi.98.in 3.volum.Alex.in conſi.10.in 6.vol.Dec.in conſi. 448.& Bart.& quæ ibi ponam in l.his qui.§.Diuus.ff.de tutor.& curat.dat.ab his. Ad rem faciunt quæ tradit Dec.in l.in negocijs.ff.de regu.iur.cũ ibi addit.in margine. Quomodò autem furioſus differat à mentecapto,vide Alexand.in conſi.54.in 1. volum. & in conſi.3.in 6.volu. Fulgoſ.in conſi.80.& Docto.maximè Bald. in l.ſi furioſi.C.de nupt. & in l. humanitatis. C. de impuber.& alijs ſubſt.

Summarium in l.non quicquid.ff.de iudic.

1 *Non omne quod iudex poteſt, tenetur facere.*

Bar.in l.non quicquid.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.non quicquid,in principio ſic ait in ſumma: Non omne † id,quod iudex poteſt,tenetur facere. Quomodò hoc procedat,vide apud Feli.in c.exceptionem,colu.1.& 2.de except.& Rapha.Cuma.in conſi.7.Viſo compromiſſo,in conſi.64.In præſenti quæſtione. & in conſ.148.Reconuentis. Hoc enim uerbum,poteſt,prolatum affirmatiuè non ſignificat neceſſitatem præciſam,ſed tantùm cauſatiuam,ſecundum Bar.in l.Gallus,in principio.ff.de liber. & poſth.& de huius uerbi ſignificatione tradit idem Bar.in l.j.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta.& Soc. in conſ.3 5 1.col.13.& de hoc eſt tex.& ibi Doct.in l.ſæpe.ff.de off.præſid.

Summarium in l.in omnibus.ff.de iudic.

1 *Ille qui tenetur ad diem uel ſub conditione, poteſt conueniri ad præſtandam cautionem.*
2 *Quid cautionis uel ſatiſdationis appellatione contineatur.*
3 *Si ille qui fideiuſſorem præſtare compellitur, fideiuſſorem dedit, qui demum uult ire ad ſtudium, nunquid poſſit illum cogere pro quo fideiuſſit, ut alium loco ſui fideiuſſorem conſtituat.*

Bar.in l.in omnibus.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.in omnibus,colligit ex iſto tex.Eum,qui tenetur † ad diem uel ſub conditione,poſſe conueniri ad præſtandam cautionem. Limita iſtam.l.procedere quando aliquis tenetur ad dandum,alioqui verò ſi ad faciendum teneretur: quoniam tunc cauere non cogitur. & idem eſt quando conuentum eſſet ne cautio præſtaretur. has duas limitationes poſuit gl. in l. dedi.ff.de cond.ob cau.quæ ibi à Bar.confutantur,& alio modo ipſe limitat. Vtrum autem aliquis ſine cauſa cauere compellatur,vide apud Alex. in l.ſi conſtante. §. quoties,in principio.ff. ſol.matr.Et dum Bar.ſubiungit, nudam cautionem non ſufficere, ſed ſatiſdandum eſſe cum fideiuſſoribus.vide Alex.in l.ſi finita.§.eleganter.ff.de damn.infec.& Feli.in c. quod ad conſulta
2 tionem,col.6.de re iudic.Et quid cautionis † uel ſatiſdationis appellatione contineatur, tradit Feli.in c.ad noſtram,de iureiur.Et cautionem illam eſſe idoneam, quæ fit cum fideiuſſoribus, ait Oldr.in conſ.68.Nomine cautionis. & eſt tex.in l.ſi mandato Titij.§.fi.ff.mand.& gl. ſing. in l.ſi debitori.ff.de iudic.& glo.in l.nec ei permittitur.§.fi.ff.de adop.tradit Soc. in conſi.127. col.2.in 3.vol.Et fideiuſſoris datio,& datio pignoris à pari procedunt: ideoq; de uno ad aliud argui ſolet,ſecundum Bal.nouell.in tract.de dote,in 70.priuilegio circa fi.citat §.pretium.inſt.
3 de empt.& uendi.Quid ſi ille,qui fideiuſſorem præſtare compellitur, fideiuſſorem dedit, qui demùm uult ire ad ſtudium,nunquid poſsit illum cogere, pro quo fideiuſsit, ut alium loco ſui fideiuſſorem conſtituat? idque fieri poſſe docuit Rom. in ſing.100.vbi ait ita mirabiliter Specul.dixiſſe,& eſſe dictum unicum in mundo. Et an & quando aliquis ad præſtandam cautionem coarctari poſsit ex cauſa,tradit Alex.in l.ij.col.4.& Soc.in quinto notabili.ff.ſolut.matr.

Bar.in d.l.in omnibus,decidit.l.iſtam locum habere etiam in iudicijs ſtricti iuris.Vide Iaſ.in §. actionum,col.12.ver.prima eſt,inſt.de action.Et de hac re vide Bar.in d.l.ij.col.3.verſ. Tertiò nota.ff.ſol.matri.& ibi Alex.col.4.& Soc.in quinto notabili.

Summa-

Summarium in l.non iccircò.ff.de iudic.

1 *Si iudicium contra plures cœptum est simul posse respectu unius ferri sententiam, & respectu aliorum differri.*

Bar.in l.non iccircò.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.non iccircò.inquit: si iudicium † contra plures cœptum est, simul posse respectu unius ferri sententiam,& respectu aliorum differri. Vide Feli.in c.cùm inter,col.6.de re iudic.& egregiè Soc.in consi.231.col.3.vers.circa tertiam dubitationem.

Summarium in l.obseruandum.ff.de iudic.

1 *Illum qui ut iudex positus est ab una parte tantum, non esse dandum nisi ex causa quando utraque pars est præsens.*

Bar.in l.obseruandum.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.obseruandum,ait,illum, qui ut iudex † petitus est ab una parte tantùm, non esse dandum nisi ex causa,quando utraque pars est præsens; alioqui si est præsens pars illa tantùm quæ iudicẽ petit:& ita inquit seruari in curia Romana.vide Feli.in c.cùm olim,col.6.de re iud.

Summarium in l.pars literarum.ff.de iudic.

1 *Qui sunt in maiori magistratu, durante officio conueniri non possunt.*

Bar.in l.pars literarum.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.pars literarum,sic ait in summa. Qui sunt in maiori † magistratu, durante officio conueniri non possunt. vide Ias. qui rem hanc recto ordine tradidit in l.ij. in principio ff. de in ius vocan.

Summarium in l.uenditor.ff.de iudic.

1 *Ille qui uenit ad alium defendendum, non potest allegare priuilegium sui iudicis.*
2 *Defensor an possit opponere exceptionem declinatoriam ex persona sua*
3 *Tertius pro suo interesse comparere potest etiam in causa spolij, & impedire executionem sententiæ latæ in fauorem alicuius.*
4 *Tertius pro suo interesse potest in quocunque tempore pendentis causæ comparere.*

Bar.in l.venditor.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.venditor,colligit ex isto tex. Eum, qui venit † ad alium defendendum, non posse allegare priuilegium sui iudicis. De hac re coram quo iudice agi debeat, & quid in ecclesia, vide Ias. in auth.quas actiones, colum.12.versiculo Quid autem esset.C.de sacrosanct.eccl. & Doct.maximè Feli.in c.quia G.de iudic.Item scias,si laicus clericum nominat in iudicio,causam esse trahendam ad iudicem ecclesiasticum amoto primo iudice laico. Abb.in c.quoniam frequenter.§.super alijs,col.9.vers.quæro quid,ut lit.non contest.Et omninò ad materiam huius.l.venditor,vide Corn.in consi.79.colu. pen.in 4. volu.vbi bene loquitur. Attende unum
2 aliud scitu dignum. ista lex prohibet defensorem † opponere exceptionẽ declinatoriam ex persona sua. sed quid si tertius comparet pro interesse suo ad defensionem causæ per alium moti, an post litem contestatam possit opponere declinatoriam ferri ex persona conuenti,licèt consensu non possit? idq; fieri posse ait Rom.in sing.642.incip.l.venditor.& in cõs.347.& Doct. post Innoc.in c.capitulum.S.Crucis,de rescrip.Et ait Rom.in d.sing. se ita pronunciasse. Nec
3 mirum,quoniam tertius † pro suo interesse comparere potest etiam in causa spolij,& impedire executionem sententiæ latæ in fauorem alicuius. Feli.in c.veniens,2. de testi. Quinimmo etiã merus executor potest cognoscere de iure tertij pro suo interesse comparentis. Alexand.in consi.

consi. 101. in 5. vol. Feli. in c. qualiter & quando, de accusat. vide Ang. in l. si suspecta. ff. de inoff.
4 testa. item potest tertius † pro suo interesse in quocunque tempore pendentis causæ compare-
re. Cravet. in cons. 14. & sufficit, si quoquomodo de suo doceat interesse: vt puta, dicit aliquis se
fuisse electum, satis est si ostendit electionem, quamuis seruatis seruandis facta non fuerit. Feli.
in c. cùm super. de off. deleg. vbi ait hoc esse memorabile documentum. & in ca. cùm super, nu.
14. de re iud. & in d. c. veniens. 2. de testi.

Summarium in l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic.

1 *Aes alienum totum patrimonium respicit, nisi sit onus alicui rei iniunctum.*
2 *Roma est communis patria.*
3 *Roma obtinet principatum inter alias.*
4 *Romæ studentes habent ius percipiendi fructus beneficiorum suorum.*
5 *Romam urbem æternam appellari.*

Bar. in l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic.

1 BART. in d. §. tractatum, hoc ait in summa. Aes alienum † totum patrimonium respicit, ni
si sit onus alicui rei iniunctum. Vide Imol. in consi. 35. col. 7. Quid si onus est iniunctum alicui
rei, ut putà liuellum, uel aliud simile onus, sed non constat, quę nam res huic oneri sint subiectę:
an eo casu omnia bona remaneant obligata? an verò possint aliquæ res in specie pro isto one-
re obligari, ut alia bona remaneant libera? Et si id fieri potest, cuius conditionis esse debeant il
la bona in specie assignanda. Fulg. in cons. 227. & in cons. 232.

2 Bar. ibi. in d. §. subiungit, Romam esse † communem patriam. Vide Alber. in l. Roma. ff. ad
municip. Et Nicol. de Neap. in l. sed reprobari. §. fi. ff. excus. tut. in lectura Bar. & Specul. in titulo
de leg. §. 4. Et ideò si alicui est interdicta sua propria ciuitas, eidem etiam Roma interdicta esse
intelligitur. l. fi. & ibi gl. & Bar. C. si seru. expor. vend. Et quia Roma est communis patria, ideò
dubitari solet, quando competat ius reuocandi domum, ut uidere est apud Abb. in c. fi. de for.
3 comp. Et Romanam † Vrbem principatum inter alias obtinere, multaque de ipsius priuilegijs
& iuribus, egregia documenta tradidit Alberic. in l. iubemus nulli. C. de sacros. eccles. & Oldra.
in consi. 62. incip. Et circa hæc veniunt. vbi multa præclara de priuilegijs & præheminentijs
ecclesiæ Romanæ literarum memoriæ prodidit, dicens ea esse à Deo, atque ideò neque à Pa-
pa posse infringi. & in consi. 85. incip. Sanctissime Pater, Potentia Dei magna est. ait Papam
in vrbe Roma debere permanere, & si alibi est, vbi cum maiori tranquillitate moretur, debere
ad illam sedem suam redire, pro qua Christus multa fecit. & in consi. 117. incip. Bonæ, inquit,
4 Romæ studentes † habere ius percipiendi fructus beneficiorum suorum non obstante statuto,
quod residentiam per annum facere teneantur. Et propterea ibi potissimùm sedem suam Chri
stum ipsum collocasse credimus, ut ubi superstitionis caput excellebat, ubi eius fideles à Roma
na potentia opprimebantur, ibi veræ religionis caput emineret, & à Romanis uiribus defende
retur, & ab ipsa Romana sede fidei dogmata & traditiones acciperentur. ut sentit Ambros. lo-
quens de martyrio Petri & Pauli, quod relatum est in c. Beati 2. q. 7. ut latius in 1. const. ff. dixi-
mus, vbi plenè de donatione Constantini disputatum est. Et ideò etiam ipsæ leges Cæsareæ,
quæ nutu diuino per ora hominum promulgantur. l. fi. C. de præscript. long. tempor. tradit glo.
5 in l. ij. ff. de legi. Romam † vrbem æternam appellare non dubitarunt, ut videre est in l. j. C. de
priuileg. corp. Vrb. Rom. libro 11. & in l. j. C. de suarijs & susceptores. eod. libro. Et rursus Roma,
Vrbs sacratissima nuncupatur. l. Senatores. C. de incol. libro 10. Item imperator hæc de ipsa ur
be in legibus cõdendis protulit: ut legum originem anterior Roma sortita est, & Pontificatus
apicem apud eam esse, nemo est, qui dubitet. vnde & nos necessarium duximus, patriam legũ,
fontem sacerdotij speciali nostri muniminis lege illustrare. & reliqua quæ habentur in auth. vt
eccles. Rom. cent. ann. in principio. Et ibi glo. multa ad honorem, & priuilegia dictæ Vrbis per
tinentia memorauit. Quare iudicent omnes quantæ audaciæ quantæque temeritatis sint hæ-

retici

retici huius temporis,qui non modò Romam communem patriam deſpiciunt,verùm etiam il lius ſedis imperium reſpuunt, quod ipſe Deus conſtituit, cœli protegunt, atque potentiſsimi Cæſares,& legum conditores uel maximè uenerantur.

Summarium in l.per minorem.ff.de iudic.

1 *Quomodò una cauſa dicatur eſſe maior alia.*

Bar.in l.per minorem.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.per minorem,tradit quomodò una cauſa dicatur eſſe maior alia. Circa iſtam l.& ea quæ hic dicit Barto.vide plenius eundem Barto. in l. fundum. ff. de except. & Corn.in conſi.30.colum.pen.& fi.in 3.volum.

Summarium in l.edictum.ff.de iudic.

1 *Si omnes termini non ſunt dati,nouus iudex debet eos perficere.*

Bar.in l.edictum.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.edictum,ait,ſi omnes termini † non ſunt dati,nouus iudex debet eos perfi re,nec tenetur aliquid ſuperaddere: ſed ſi dati ſunt à prædeceſſore,ipſe nouam dilationem de re non debet. & idem eſt ſi moritur litigator, ut hæredi noua dilatio concedatur. vide Feli.in c.quia.G.de iudic.& in c.licèt beato,col.2.de accuſat.

Summarium in l.licèt.ff.de iudic.

1 *Ratihabitio retrotrahitur, & confirmat iudicium agitatum per falſum procuratorem.*
2 *Quando aliquid geſtum eſt à falſo procuratore coram principe,ratificari non poteſt.*

Bar.in l.licèt.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.licèt,in principio ſic ait in ſumma. Ratihabitio † retrotrahitur,& confirmat iudicium agitatum per falſum procuratorem. Vide ad iſtam.l.xij.fallen.apud Felin.*in capitulo* cauſam quæ, de iudic.& moder.in l.licèt.C.de procurat. Et prima fallentia. Feli.in *d.c.licèt*, ut hæc lex locum non habeat,quando requiritur ſpeciale mendatum,non eſt tuta,& contrariũ tenuit Ang.hic. quem ſequitur Alex.in conſi.78.Viſo.colum.4.in 5.volum. Et ad prædicta vide Feli.in cap.nonnulli,in princip.colum.3. de reſcrip.& omninò in c.ſunt & alij.nu.8.eod.tit. & in c.ex parte decani,de reſcrip.nu.50.cum ſeq.Et dum Bart.ſubiungit.l. hanc habere locum etiam in eo,qui obtinet cauſam,per gl.in l.ſi mater.§.hoc iure.ff.de excep. rei iudic. vide Bal. in l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cogan.Imol.in l.ij.§.voluntate.ff.ſol.matr. & in l.ſæpe.col.25.ff.de re iudic.& in c.cùm in iure peritus,de offi. deleg. Hoc tamen limita non procedere quando ali-
2 quid geſtum † eſſet à falſo procuratore coram Papa,uel principe,uel ſenatu: quia ratum haberi non poſſet: ita Bal.in l.falſus,col.1.C.de furt.& Paul.de Caſtr.hic.Et ratio eſt,quia reſcriptum à fallo procuratore impetratum ratificari non poteſt.d.c.ex parte,de reſcrip. ſed contra hoc videtur facere tex.in l.iij.§.ſi procurator.ff.quod quiſque iur. cui reſponde ut per Bal. in l.ſi procuratori falſo.ff.de cond.ob cauſ. vbi ait, ratificari poſſe ad damnum, non autem ad fauorem.
∗ Et quamuis legiſtæ * communiter accedant ad Bartoli documentum,de quo in hac.l.licèt,tamen reprehenditur à canoniſtis propter generalitatem huius tex.ita dicũt Card.Abb.& Imol. in d.c.nonnulli.§.1.de reſcript.quamuis contra illos faciat tex.in d.cap.ex parte decani. Et de hac re vide aliquid apud Iaſ.in l.licèt,C.de procur. & Cæpol.in cautel.31. Et an & quando,& in quibus caſibus ratificatio fieri poſsit,& de illius uiribus & validitate, vide Dec.in l.ſemper qui prohibet.ff.de regul.iur.

Summarium in l.tam ex contractibus.ff.de iudic.

1 *Mortuo filio inſtantia inchoata cum eo tranſit ad patrem,licèt actionis qualitas alteretur.*

Bar.

Bar.in l.tam ex contractib.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.tam ex contractibus,ait,mortuo † filio instantiam inchoatam cum eo transire ad patrem,licèt actionis qualitas alteretur. vide Abb.in cap.quia G. colum.pen.de iudic. Et dum Barto.subdit,translatione dominij posse qualitatem actionis alterari,vide Abb.in d.capitulo quia G.in primo notabili.

Summarium in l.iudicium soluitur.ff.de iudic.

1 Iurisdictio delegati reuocari potest post litem contestatam.
2 Delegatus quandoque iudex esse compellitur.
3 Quando iudex efficitur eiusdem tribunalis cum maiori iudice, quid iuris.

Bar.in l.iudicium soluitur.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.iudicium soluitur, colligit ex isto tex.& glo.iurisdictionem delegati reuocari posse post litem contestatam. Hoc intellige uerum esse, quando ipse iudex ordinarius reuocans uellet de ea cognoscere,alioqui uerò si uellet eam alteri delegare: quia non posset: ita limitat Bar.in l.more,col.3.versi.quod dixi.ff.de iurisd.omni.iudic.citat.l. placuit. C. de pedan. iudic.Rationem uerò,quare delegatus post litem contestatam reuocari posit,& non procurator,dicit esse glo. in d.l. iudicium, quoniam in delegato non agitur de commodo pecuniario. sed ista ratio est falsa: nam procurator spontè & gratis mandatum suscipit, & tamen reuocari non potest: & delegatus debet habere salarium.§.ne autem labor,in auth.de iudic.Proinde inquum uidetur,ut delegatus,qui salarium est habiturus,reuocari posit, alioqui uerò sit in pro-
2 curatore, qui gratis mandatum suscipit. Et eò magis, quia delegatus † quandoque iudex esse compellitur,l.j.C.qui pro sua iurisd.ideò magis succurrendum est facienti actum necessarium, quàm uoluntarium.l.si fideiussor.§.qui necessaria.ff.qui satisd.cog. In eo autem quod ait Bart. in d.l.iudicium,scilicèt iudicium solui uetante eo,qui habet maius imperium in eadem iurisdictione,uide Soc.in consi.99.colum.fin.in 3.volum.vbi tradit,quando iudex inferior inhibitioni superioris parere non teneatur.

3 Bar.in d.l. iudicium soluitur, versiculo venio ad ultimum. quærit exemplum † de eo iudice, qui efficitur eiusdem tribunalis cum maiori iudice. & ponit exemplum de eo,qui efficitur Cõsul,ut ibi per eum. Pro declaratione eorum, quæ inquit Barto. Adde in simili casu ad rem benefacere.quòd delegatus dicitur usuarius,ut habetur in l.à iudice.C.de iudic.sed usus siue usu fructus superueniẽte dominio in eadem re,in qua habet usufructũ,extinguitur,nec est amplius usus aut usufructus.§.finitur.instit.de usufruc.igitur pari ratione cùm delegatus fiat æqualis in eadem met causa,& sic ordinarius,dicitur habere dominium & proprietatem,& propterea itra delegationis debet extinguere. sed si in una re dominium habeo, & in alia usufructum, non extinguitur usufructus; quia sunt iura diuersa:quare ita & in delegato dicendum est,cuius delegatio non expirat,etiam si ei iurisdictio ordinaria superueniat, quæ est alterius tribunalis. Et ex ijs patet unum ordinarium posse alteri ordinario causam delegare, quando non est ordinarius in eadem iurisdictione: quia tunc ordinarius,qui in illa causa est delegatus,habebit exercitium iurisdictionis alienæ,quæ est diuersi tribunalis. licèt Ias.post alios in l.Et si prætor,colu.2. in gl.1.ff.de off.eius.timore huius tex.teneat in illa.l.vnum ordinarium alteri ordinario causam delegare non posse,in qua iste procedere debeat tanquam delegatus.

Summarium in l. solemus. §. latrunculator.ff.de iudic.

1 Judex maleficiorum cognoscere non potest de causis pecuniarijs ciuilibus.

Bar.in l.solemus.§.latrunculator.ff.de iudic.

1 BART. in d.§.latrunculator,ait,iudicem † maleficiorum cognoscere non posse de causis pecuniarijs ciuilibus. vide ad limitationem huius.§.Ang.Aret.in proœm.inst.in princ.col.2.

Summa-

Summarium in l.exigere.ff.de iudic.

1 *In contractu dotis non inſpicitur locus contractus, ſed ubi uir habet domicilium.*
2 *Si maritus tempore contracti matrimonij in uno loco, & tempore mortis in alio domicilium habuit, illud de tempore mortis non eſſe attendendum.*

Bar.in l.exigere.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.exigere, colligit ex iſto tex.in contractu † dotis hoc eſſe ſpeciale, vt non inſpiciatur locus contractus, ſed locus ubi uir habet domicilium. Extende iſtam.l. etiam ſi cauſa alibi tractaretur. Raph.Cuma.in conſi.72.Viſis pactis. Et de intellectu huius. l. vide omninò Io.Campegium in tract.de dote.quæſt.20.in 5.par.vbi ponit quattuor fallentias ad hanc.l. vide Dec.in conſi.19.in principio.in conſi.283.ubi latè & eleganter loquitur in hac materia. & in conſ.302.Alex.in conſ.3.in 3.vol.ubi tradit, quid ſi maritus in uno loco originem habet, & in alio domicilium. Et omninò ad hanc.l. vide Alexan.in conſi.155.in 7.vol. & Raph.Cuma.in conſi.26. & in conſi.109. & Mari.Soc.iuni.in conſi.14. Adde iſtam.l. locum non habere in matrimonio putatiuo, Felin.in c.iurauit, de probat. & in c.1.num.30. de ſponſal. & Mari.Soc.in d conſi. & Feli.in d.cap.1.colu.15. tradit ſeptem fallen. ad iſtam.l. & cum eius quinta fallen. tenet Raph.Cuma.in d.conſi.109. Domina Ioanna, in primo dubio. quibus adde tu octauam fallen.
2 quòd ſi maritus † tempore contracti matrimonij in uno loco, & tempore mortis in alio domicilium habuit, illud de tempore mortis non eſſe attendendum: ita inquit Ant.de Butr. & Abb. in d.c.1.de ſponſal. quos refert, & ſequitur Franc. Cremens.in ſing. 67. incip. Vnus ſcholaris. vide eundem Cremens.in ſingul.ſuo 66.incip. Statuto Florentino. vbi alio modo limitat & declarat hanc.l.ſ.ut locum non habeat, quando maritus iret ad habitandum cum vxore. Et adde cedentia vide Barb.in conſ.64.col.4.in 1.vol. & in conſ.4.in 2.vol. & in cõſ.15.col.2.cum ſeq. eod.vol.Abb.in d.c.1.col.fi.de ſponſal. & in c.fi.col.fi.de for.compet.Bal.in conſ.53.in 5.vol. & latè Iaſ.in l.ſi arrogator, col.17.cum ſeq.ff.de adopt.

Summarium in l.ſi quis intentione.ff.de iudic.

1 *Ambigua petitio ſiue exceptio interpretari debet ſecundum intentionem proferentis.*
2 *Quomodò libellus obſcurus & generalis dicatur petitorium & poſſeſſorium continere.*
3 *Libellus eſt interpretandus eo modo, qui fauorabiliter eſt actori.*
4 *Quomodò libellus ineptus & concludens contraria ſuſtineri poſſit.*
5 *An libellus ineptus aut incertus procedat parte non opponente, quãdo ſtatutum reſeruat exceptiones uſque in finem cauſæ.*
6 *Clauſula ſuper quibus omnibus, non ſuſtinet libellum à uitio contrarietatis.*
7 *Vbi uerba intelliguntur contra proferentem.*
8 *Vtrum hæres actoris poſſit declarare intentionem eius ambiguam.*
9 *Rei reſponſio interpretanda eſt ad eius fauorem ad excludendam intentionem actoris.*
10 *In criminalibus interpretatio ambiguitatis fieri poteſt ad fauorem rei, non ſolùm per ipſum reum, ſed etiam per eius procuratorem.*

Bar.in l.ſi quis intentione.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.ſi quis intentione, ait, ambiguam † petitionem ſiue exceptionem interpretari debere ſecundum intentionem proferentis. Ad iſtam.l. vide latè Alexand.in l. diuortio, in ultimo notabili.ff.ſolut.matr. & ibi Soc. Ad rem hanc accedant quæ tradit Bar. in l. inter ſtipulantem.§.1.col.fi.ff.de uerbo.obliga. & Anto.de Butr.in c.ex literis.de ſponſal. & Soc. in conſi. 39.in 1.volum. vbi loquitur de exemplo hic poſito apud glo. in verbo, Pertinere. vide etiam exemplum, quod tradit Angel.in conſi.398. De primo, colum.2. & ſeq. verſiculo & in cauſa.
2 Et quomodò libellus † obſcurus & generalis dicatur petitorium & poſſeſſorium continere, vide Alex.in conſi.42. Viſis, & ponderatis, in 4.volum. & in conſi.121. Viſo proceſſu, in 1.volu.

vbi

vbi uult libellum sustineri, quãdo in fine apposita est clausula, petens iustitiam ministrari super præmissis. & in consi. 203. colum. pen. in libro primi & secundi volum. vbi uult, clausulam super quibus omnibus, concludere ad fauorem libellantis omni meliori modo. Et omninò vide eundẽ Alex. in consi. 337. col. pen. in eo. lib. vbi ait, concluſum uideri à libellante, & in petitorio & in possessorio, pro ut melius adaptari potest, ſtãte maximè dicta clausula, ſuper quibus omnibus. vide eundem in consi. 38. in 3. volu. colu. 2. ubi ait, libellum † esse interpretandum eo modo, qui fauorabilior est actori. & idem ait in consi. 83. eod. 3. vol. Et de hac re vide Feli. in c. auditis. nu. 6. cum seq. de rescrip. vbi ait libellũ impropriari debere, ut sustineatur. Attende etiã libellum sustineri quando generaliter dicitur, Titius est mihi obligatus, & non exprimitur causa neque quantitas secundum Barto. in l. fi. C. de anna. except. quod documentum ut notabile refert & sequitur Firma. in tract. de Episcopo, in 1. par. lib. 3. quæst. 32. in fin. Et quomodò libellus † ineptus & concludens contraria sustineri possit, docet Ang. in consi. 36. Attende etiã, quia si in libello petitum est, aliquem condemnari debere ad rem restituendam, præsupponendo aut ipsum cecidisse à iure suo, aut contractum esse rescindendum, libellum sustineri, quamuis in eo narratæ non fuerint principaliter causæ prædictæ: quoniam tacitè uidetur etiam id petitum, quo mediante res sit restituenda. Alexan. in consi. 177. in 5. volum. An autem libellus † ineptus, aut incertus procedat parte non opponente, quando ſtatutum reseruat exceptiones usque in finem causæ? vide Soc. in consi. 109. in 3. vol. Et quoniam supra mentionem fecimus clausulæ, super quibus omnibus, quæ in libello solet apponi; ideò, ut plenius habeatur quãta & qualis sit. d. clausulæ uis & potestas ad fauorem porrigentis libellum, vide Alex. in consi. 110. in 1. vol. Soc. in consi. 39. & in consi. 128. & in consi. 160. col. fi. & in consi. 262. in 1. volu. & in consi. 11. in fi. & in consi. 95. colum. antepen. in 3. volum. vbi ait, omne remedium intentatum esse censeri, quod ex narratis colligi potest, nisi specialis esset facta conclusio. Vide etiam Decium in consi. 62. & in consi. 222. & in consi. 683. Attende tamen quia clausula † hæc non sustinet libellum à uitio contrarietatis. Soc. in consi. 122. in 4. vol. Et de ui huius clausulæ, uide Feli. in cap. causam quæ. de testi. Et dum Bar. ibi in d. l. si quis intentione, opponit prædictæ conclusioni de. l. ueteribus. ff. de pact. ubi uerba † intelliguntur contra proferentem, respondet aliud esse in contractibus ut ibi, & aliud in iudicijs ut hic. vide Abb. in c. in præsentia, colum. 2. versiculo opp. de probat. & in cap. cùm ad sedem, colum. 2. versi. secundo, de restit. spoliat. Et quia subiungit Bar. prædictam regulam procedere siue simus in actore siue in reo, declarando posteà in testibus ut ibi per eum. vide Feli. in c. præsentata, col. 13. de probat. & circa istam declarationem Bar. vide Alex. in consi. 1. in 3. volu. Abb. in c. cùm Ioannes, colu. 4. de fid. instr. Corn. in consi. 136. colum. fi. in 4. vbi ait, declarationem admittendam esse, ubi est dubium, non autem ubi nulla est dubitatio.

Bar. in d. l. si quis intentione, versic. Quæro utrum, quærit utrum hæres † actoris possit declarare intentionem eius ambiguam, & alia tradit in materia declarationis. De hac re vide Alex. in l. si quis à filio. §. 1. ff. de leg. 1. Barbat. in consi. 38. col. 15. in 2. vol. & in consi. 66. colum. 12. eod. vol. & Bal. in c. in præsentia, colu. 5. de probat. vbi docuit, quot uicibus liceat interpretari ambiguitatem. & ibi tradit etiã an actor uel reus dicta testium possint interpretari. Et ad prædicta vide Alexand. in consi. 35. & in consi. 55. & in consi. 83. in 5. volu. vbi per istam l. ait. Rei † responsionem interpretandam esse ad eius fauorem ad excludendam intentionem actoris. Rom. in consi. 301. & in consi. 455. & Abb. in c. dilecti, colum. penul. de iudic. & in c. 2. colum. antepenul. de ordi. cognit. & Dec. in consi. 118. colum. penul. & fi. ubi loquitur in responsione facta positionibus. Corn. in consi. 447. in 2. vol. & in consi. 18. in 3. volum. Alex. in l. sæpe. ff. de re iudic. & Soc. in consi. 262. colum. 2. in 1. volum. Et aliquid ad præcedentia pertinens, vide apud Feli. in c. inter cæteras, de re iudic. & in c. 2. de libel. oblat. & in c. super quæstione, colu. 1. & 2. de offi. deleg. Anch. in consi. 33. & in consi. 296. Fulgos. in consi. 13. & Signor. in cõsi. 245. vbi declarat hanc. l. Attende etiam, quia in criminalibus † interpretatio ambiguitatis fieri potest ad fauorem rei, non solùm per ipsum reum, sed etiam per eius procuratorem. Alexand. in consi.

consi.115.in 3.vol.Quod non est obliuioni tradendum in materia huius. l. si quis intentione. Et an & quando facultas declarandi transeat ad hæredem, vide Ias.in l. post dotem. num.30. cum seq ff.solut.matrim.

Summarium in l.qui se dicit.ff.de iudic.

1 *Qui dicit se liberandum esse, est liber.*

Bar.in l.Qui se dicit.ff.de iud.

1 BART. in d.l.qui se dicit,ait,qui dicit se liberandum † esse,est liber. sic igitur aliud est esse liberum,& aliud esse liberandum. vide Bal.in consi.9.col.3.in 1.vol.

Summarium in l.ad peremptorium.ff.de iudic.

1 *Iudex non debet contra absentem procedere, nisi parte petente.*

Bar.in l.ad peremptorium.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.ad peremptorium,inquit,iudicem † non debere contra absentem procedere nisi parte petente.vide Abb.& doct.in c.1.in tertio notabili de iudic.& Alex.in l. si finita.§. Iulianus,col.3.ff.de damn.infec.post Bar.ibi.

Summarium in l.& post.ff.de iudic.

1 *Post peremptorium edictum alia citatione opus non est.*

Bar.in l.& post.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.& post,ex mente gl.inquit,post peremptorium † edictum alia citatione opus non esse,iudicem tamen ex benignitate,non ex necessitate posse partem expectare per aliquot dies. hoc idem sequitur Alexand.in l.si finita.§.Iulianus, colu.9.ff. de damn. infec. vbi testatur
* illam esse * communem sententiam. & hoc tenet etiam gl.in §. omnis, in verbo, tribui, instit. de uerbo.obligat.Et dum ibi in fin.tradit Bart.an absente parte deueniri possit ad diffinitiuam sententiam,& ait,quandoque circumduci edictum. Dic ergo edictum circumduci *ubi actor &* reus sunt contumaces, & utriusque contumaciæ fit compensatio. vide Rom. in consi.454.& Alex.in l.fi.in princ.col.4.ff.de eo per quem fact.erit,& in §.1.

Bar.in l.de qua re.ff.de iudic.

AD ea,quæ tradit Bar.in d.l.de qua re,vide Feli.remissiuè in c.suborta,colum.2.de re iud.

Summarium in l.ait prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.

1 *Sententia lata contra absentem ex falsis allegationibus est ipso iure nulla.*

Bar.in l.ait prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.

1 BART. in d.§.colligit ex isto tex.sententententiam † latam contra absentem ex falsis allegationibus ipso iure nullius esse roboris & momenti. De hac re vide Soc.in cons.18.col.6.in 1.vol. & dum huic conclusioni opponit Bar.d.l.Diuus.ff.de re iud.Pro solutione uide Doct. maximè Alex.& Ias.in d.l.Diuus.& doct.in l.si is ad quem.ff.de acqu.hęred.vbi Ias.col.29.vers.primam conclusionem in 3.limit.Et Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres,col.23.ff.de verb.oblig. vbi insti stit circa intellectum huius.l.per quatuor columnas,quem uideas omninò. Adde limitationem ad istum tex.quam tradit Abb.in c.licèt causam,col.9.vers.venio, de probat. & aliam limitationem & declarationem,quam dedit ipse idē Abb.in c.2.col.3.& vltima de appell. Et ad materiā huius.§.Marcellus,vide omninò Mathæsyl.in sing.18.incip. Nota quod sententia. & Feli. in c. sicut,col.11.vers.fallit quintò.de re iudic.& in c.si duobus,col.pen.in fi.de appell.

Summa-

Summarium in l.proponebatur.ff. de iudic.

1 *Mutatione iudicis non mutatur iudicium.*

Bar.in l.proponebatur.ff.de iudic.

1 BART. in d.l.proponebatur,sic ait in summa. Mutatione † iudicis non mutatur iudicium. ideò promissio facta ab uniuersitate obligat etiam eos,qui deinde fiunt de illa uniuersitate, licèt ipsi non interuenerint in illa promissione: quia mutatione personarum non mutatur populus uel uniuersitas. Cravet.in consil. 55. Hoc tamen limita non habere locum quò ad pœnam periurij,quando illa obligatio fuisset iurata,vt declarat Feli.in c.cùm sit,col.6.versicu. Amplia etiam.nu.30.de foro compet.& quia in præcedentibus lucubrationibus de multis egi,quæ ad rem hanc attinent,hic ea non repetam.

Summarium in l.eum quem temerè.ff.de iudic.

1 *Temerarius actor damno expensarum est afficiendus.*

Bart.in l.eum quem temerè.ff.de iudic.

1 BAR. in d.l.eum quem,ait, temerarium actorem †damno expensarum esse afficiendum. Et deinde quærit, quæ expensæ sint reficiendæ. vide Alex. in l.recusare.§. siquis alio.ff.ad trebell. & dum ibi in fi.quærit, an iudex incompetens possit in expensis condemnare? diciturq; non posse,quando sciebat eum esse iudicem incompetentem. Intellige hoc quando notorium erat eum esse iudicem incompetentem,alioqui uerò si non erat notorium: quoniã citatus debuit comparere,iura sua allaturus.l.ij.ff.si quis in ius uoc.non ier. & dum Bar.in ead.l.§.iudicibus,ait,maiorem iudicem minoribus consulentibus de iure non de facto respondere. uide hũc tex.adductum à Rom.in consi.344.col.4.

Lucubrat.in rubricam.ff.de inoff.test.

1 NVNQVID huius † tituli dispositio sit sublata, & sic querela per auth. ex causa.C. de liber.præter.tradunt glo.& doct.in d.auth.& Bart.& alij in l.j.ff. de testa.& in l.nam & ijs, infrà eod.tit. de inoffic.test.

Summarium in l.nam & is.§.huius autem.ff.de inoff.test.

1 *Hodie agitur querela inofficiosi testamenti quasi causa inserta non sit uera.*

Bar.in l.nam & his.§.huius autem.ff.de inoff.testa.

1 BART. in d.l. nam & ijs.§.huius autem,ait, hodie agi † querela, quasi causa inserta non sit uera, & remittit se ad ea, quæ plenè dixit in authen. ex causa. vide Alexand.in l.si patroni.§.fi. ff.ad trebell.

Summarinm in l.posthumus.§. siquis ex his.ff.inoff.testa.

1 *Rescissio facta per iudicem uno petente cuius non interfit, prodest omnibus.*

Bar.in l.posthumus.§.siquis ex his.ff.de inoff.testa.

1 BAR. in d.§.si quis ex his,ait,rescisionem † factam per iudicem uno petente,cuius non interfit,prodesse omnibus. De intellectu huius.§.vide Alex.in repet.l.sæpe.ff.de re iudic.& dum ibi prosequitur Bar.disputando, quomodò res inter alios acta alteri prodesse ualeat, vide latè Alex.in d.l.sæpe,colu.8.& aliquid per Aret.in consi.68. colu.3.& dum subiungit Barto. in d.§. usque ad quod tempus admittatur ista exceptio, tua non interest, vide Alex.in l.ille à quo.§. si

de testamento, col. 1. ff. ad trebell. Ad id autem quod posteà tradit ibidem Bar. scilicèt, utrum querela sit actio uel accusatio, vide Feli. in cap. ex parte, de test. Alex. in d. l. ille à quo. §. si de testamento. & Corn. in cons. 72. in fi. in 4. vol.

Summarium in l. Papinianus. §. sed nec impubes. ff. de inoff. testa.

1 *Tabulæ pupillares non subiacent querelæ per se, sed rupto testamento in totum.*
2 *Archidiacono tanta est autoritas super sexto, vt eius opinio communi aliorum sententiæ præferatur.*

Bar. in l. Papinianus. §. sed nec impubes. ff. de inoff. testa.

1 BART. in d. §. sed nec impubes, colligit ex isto tex. tabulas † pupillares non subiacere querelæ per se, sed rupto testamento in totum & ipsas rumpi. Attende, quoniam hoc videtur mirabile, quod mater possit priuari legitima quando pater facit tabulas pupillares. Et hoc hodie de iure nouo remanet incorrectum, ut per Bar. in l. ij. col. 6. vers. tertius est. ff. de uulg. pupill. vbi Ias. colum. 2. uers. tertius. eodem modo etiam in exemplaria mater priuari potest legitima, ut per Ias. in l. humanitatis, col. 2. vers. secundò principaliter. C. de impub. & ali. subst. & hoc idem procedit non solùm in expressa pupillari specialiter, sed etiam in uerbis generalibus, ut est illa quæ continetur in breuiloqua, vel compendiosa; quoniam adhuc per istas mater excluditur a legitima, quamuis dici soleat in generali nunquam intelligi factum esse præiudicium legitimæ l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. Limita tamen prædicta procedere solùm de iure ciuili, ut hic, & de iure canonico, ut in c. si pater, de testa. in 6. alioqui uerò in foro conscientiæ quia eo inspecto mater priuari non potest, secundum Archid. in d. c. si pater. & Corne. in l. pro-
2 cibus, col. 3. C. de impuber. licèt Dec. ibi dubitet. tamen tanta est authoritas † Archid. super sexto. vt eius opinio communi aliorum sententiæ præferatur; secundum Feli. in cap. 1. nu. 104. de constit. & Thom. Ferratium in sua cautel. 19. vbi citat Dominos de Rota. præterea vbi agitur de periculo animæ tutior uia est eligenda. c. iuuenis, de sponsal. & dum Bart. in d. §. sed nec impubes, agit utrum uariatio admittatur, vide pro huius dicti declaratione Paul. de Cast. *in consi.* 65. in 1. volu. & dum subiungit Bar. uariationem in eisdem personis non admitti, quando in prima instantia obtinuisset, limita etiam hoc ut per Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune, *colu.* 8. ff. de acqui. possess.

Summarium in d. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test.

1 *Libertas non minuit legitimam.*

Bar. in d. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testa.

BART. in d. l. Papinianus. §. quarta, ait, glo. intricare illum tex. vt eius uerbis utar. vide pro declaratione Alexand. in cons. 57. col. 2. in 3. vol. & dum Bar. opponit d. tex. in §. prohibemus,
1 in auth. de trien. & semis. ait hanc. l. hodie esse correctam in hoc, quia libertates † non minuunt legitimam. Sed contra hoc argui potest, & dici. l. hanc non esse correctam, quia specialiter prouidet, & lex specialis à lege generali non tollitur, vt uidere est in l. hac cõsultissima. C. qui testa. face. poss. iuncta. l. in testamentis. C. de testam. & tradit Bar. in tract. ad reprimen. vers. non obstantibus. & Ias. in l. j. in 3. not. ff. sol. matrim.

Summarium in d. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. test.

1 *Quamuis testator iusserit aliquid ultra relictum ab eo amplius peti non posse, nihilominus supplementum legitimæ peti potest.*
2 *Filia dotata à testatore an excludatur in reliquis.*

Bar. in d. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. testa.

1 BART. in dicta l. §. si conditioni, ait, quamuis testator † iusserit aliquid ultra relictum ab eo amplius peti non posse, nihilominus supplementum legitimæ peti posse, etiam si iudicium defuncti

defuncti agnoscatur. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testam. Vide Alexand. in cons. 69. in primo volumine. Ana. in consilio 99. & in consilio 103. Socin. omninò in cons. 1. in 4. uolumine. & in duobus consilijs sequentibus. Dec. in consi. 89. & in consi. 228. & ad prædicta
2 uide Alexand. in consi. 128. in 1. uolumi. vbi loquitur etiam, quid in filia † dotata à testatore eam excludente in reliquis, maximè quando extat etiam statutum eam excludens. De qua re uide Dec. in consi. 26. & in dicto consi. 89. in cons. 505. vbi uide omninò, & in consilio 392. Socin. in cons. 150. in primo volum. Curt. in consi. 80. colu. fin. Laurum de Palatijs in tracta. de successionibus masculorum exclusis fœminis, in secunda parte, nume. 16. Maria. Socin. iuni. in cons. 25. nu. 10. & in cons. 128. nu. 212. Si autem filia cum iuramento renunciasset supplemento legitimæ, quando pater condebat testamentum, non potest petere supplementum. Ange. in consi. 223. & ad præcedentia uide Ias. in l. omnimodò. C. de inoff. testa. & quo tempore tollatur ius petendi legitimam, vide eundem, in l. certi conditio. ff. si cert. pet. & in l. si quis filium. C. de inoff. testam.

Summarium in l. Papinianus. §. unde. ff. de inoff. test.

1 *Fructus medij temporis an sint computandi in legitimam debitam iure naturæ.*
2 *Fructus medij temporis non computantur in trebellianicam.*
3 *Trebellianica an possit à testatore prohiberi in filijs primi gradus.*
4 *Lex generaliter disponens non censetur disponere in causa dotis.*

Bar. in d. l. Papinianus. §. vnde. ff. de inoff. testa.

1 Bart. in eadem l. Papinianus. §. vnde, tradit, an fructus † medij temporis sint computandi in legitimam debitam iure naturæ, & tenet quòd non: quia debetur ex substantia testatoris non ex fructibus. Vide Raph. Cuma. in cons. 25. columna tertia. Oldrad. in consilio 131. Alexand. in l. si fideicommissaria. ff. ad trebell. & in consi. 149. incip. Visis & diligenter animaduersis. colum. 2. in libro primi & secundi volum. aliàs est consilium 7. in secundo volu. vbi concludit ei deberi fructus, cui debetur legitima: quoniam fructus legitimam non minuunt, Vide etiam Curt. in consi. 39. col. 3.

2 Ibidem ait Bart. fructus prædictos † computari non posse in trebellianicam, etiam si id expresè à testatore præciperetur, quando sumus in filijs primi gradus, per tex. in l. iubemus. C. ad trebellia. De intellectu illius. l. iubemus, vide Maria. Socin. iuni. in consi. 131. & in consilio 132. & de hac re uide Imol. in consilio 63. & limita. d. l. iubemus, vt per Ias. in consilio 43. columna penultima, & fi. in primo uolumine. Deinde diligenter attende, quoniam ex ijs infe-
3 runt Docto. ad pulchram quæstionem, scilicèt, an trebellianica † prohiberi possit à testatore in filijs primi gradus? in qua iuris interpretes usque adeò dissenserunt, vt scitu difficilè uideatur, quænam sit magis probata sententia, vt uidere est apud Docto. in d. l. iubemus, & in l. Marcellus, vbi maximè Ias. ff. ad trebell. Alex. in cons. 67. in 1. vol. & in cons. 5. colu. pen. in 3. uol. vbi ait prohiberi posse. & in cons. 29. in 5. volu. testatur hanc esse communem sententiam. & Ant. Corset. in tract. de trebellianica. in. §. 1. quæstionem hanc ad utranque partem examinat, & de-
* nique etiam ipse ait magis * communem opinionem, & ueriorem esse, vt prohiberi posset. & de hac re uide Rom. in singu. 192. Corn. in consi. 22. in 2. uolu. Rapha. Cuma. in cons. 25. & in cons. 67. vbi etiam ipse ait prohiberi posse. & in cons. 141. Vide Dec. in cons. 81. in cons. 218. in cons. 269. & in cons. 480. vbi d. l. iubemus, ait, locum habere solùm quando una tantùm quarta est detrahenda, alioqui uerò si duæ detraherentur, licèt contrarium dicat Angel. in consilio 124. col. fi. Adde Io. Annibalem in repet. l. nemo potest. num. 369. ff. de leg. 1. & omninò uide Ias. in cons. 99. & in consi. 147. in 4. volu. Cravet. in consi. 16. & Mari. Soci. iuni. in d. cons. 131. vbi latissimè quæstionem hanc ad utranque partem disputauit, & tandem confutatis obiectis concludit, Trebellianicam in filijs primi gradus prohiberi non posse. & idem tenet in consil. 137. & ista opinio mihi semper magis placuit, pro qua ego affero decisionem in simili casu

communiter approbatam, de qua habetur apud Iaſ.in l.j.in 3.notabili.ff.ſolu.matrimo.vbi ait, ex quo dos eſt ſpecialiter priuilegiata, propterea leges & ſtatuta generaliter diſponentia, non
4 cenſeri diſponere† in cauſa dotis. & quamuis eum redarguat Dec.in conſi.301.dicens Iaſ.non intellexiſſe Salic.in l.fi.C.de iur.dot. quia Salic.loquitur, quando dos in illa materia inſinuationis erat ſpecialiter priuilegiata, vt ibi per eum. & id prius ſenſerat idem Dec. in conſil.5. & ita etiam ſcripſit in conſi.536. columna quarta. tamen hanc opinionem Iaſ.ſequitur Antonius de Fano in ſuo pulchro tracta. de pignoribus & hypothecis,in prima par.8.par.princip.num. 31.
* cum ſequ. vbi ait eam eſſe magis * commun. & illam defendit ab oppugnationibus Decij.ſed quicquid ſit de hoc, ſaltem ex mente utriuſque colligitur, caſum, qui in aliqua materia ſpeciali priuilegio eſt ſubnixus, à lege noua generaliter in eadem materia diſponente non contine-
5 ri. Sed ſic eſt quòd.l.iubemus † ſpeciali muniuit priuilegio filios primi gradus quò ad diminuendam ei falcidiam uel trebellianicam ex computatione fructuum, ut id teſtator etiam expreſsè uolens non poſsit. igitur auth.ſed cùm teſtator.C.ad leg.Falcid.quem generaliter promittit teſtatores pro libito uoluntatis eorum, & falcidiam & trebellianicam prohibere poſſe, non debet comprehendere filios primi gradus tanquam in hac materia ſpeciali priuilegio perfruentes, ex prædictis. & eò magis quia ſi.l. iubemus, concedit priuilegium filijs primi gradus, vt eis diminui non poſsit trebellianica propter fructus perceptos, multò minus in totum poterit prohiberi, argumento auth. multò magis.C. de ſacroſanc. eccleſ. & pro deciſione iſti faciunt, quæ diximus ſuprà in hac eadem.l.in.§. quarta.& ita ad fauorem filiorum Bergomenſe collegium in facti contingentia iudicauit.

Summarium in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoff.teſt.

1 *Quod auſertur indigno applicatur fiſco.*
2 *Sententia lata contra abſentem cenſetur magis eſſe prolata ratione contumaciæ quàm quòd malam ſoueat cauſam.*
3 *Si electus reprobatur, id præſumitur factum ob uitium electionis, non autem electi.*
4 *Sententia non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, in quo aliquis eſſet probaturus.*
5 *Legitima & trebellianica & ſic duæ quartæ an detrahi poſſint.*
6 *Si legitima filiorum aſcendit ad dimidiam propter eorum numerum, quia excedit quatuor, utrum ex caſu à filio grauato poſſit etiam detrahi trebellianica.*
7 *Reſciſſo teſtamento non debentur legata uel libertates, & ſoluta repeti poſſunt.*

Bar.in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoff.teſtam.

1 BART. in ead.l.§.meminiſſe, ſic dicit in ſumma. Quod aufertur † indigno, applicatur fiſco. Attende textum in hoc.§. meminiſſe, ex quo colligitur in pœnis locum eſſe pœnitentiæ uſque ad ſententiam. ibi, qui uſque ad ſententiam in lite improba perſeuerauit. cæterùm, ſi ante ſententiam deſtitit, non auferetur. De qua re agit Bar.in l.in criminali.C. de iuriſd.omni. iudic.Ad hæc accedat Iaſ.in §.tripli.col.3.verſic.aduertatur.inſtit.de actioni.vbi tradit pœnam illius.§.uitari poſſe ab eo,quem ante litem conteſtatam pœniteat. Vide Abb.in conſi.17.in 7. vol.in c.ſi diligenti, colu.6.de for.compet.& ibi Feli.colu.fin.Paul.de Caſtr.in auth.ſtatuimus, in fi.C.de epiſcop.& cleric.Bald.in cap.1.§.porrò,colu.3.in tit.quæ fuit prim.cau.benef.amit. & Alex.in l.quamuis.ff.de in ius uoc.

2 Bartol.in dicto §. meminiſſe, verſiculo tertiò nota, inquit, ſententiam † latam contra abſentem cenſeri magis eſſe prolatam ratione contumaciæ, quàm eo quòd malam cauſam ſoueat. Vide latè Felin. in capitulo cùm Bertoldus, de re iudic. vbi ponit mirabiles effectus, qui ab iſta iuris interpretatione proueniant. Ad rem facit probata illa concluſio, ſententiam in dubio ſemper latam eſſe exiſtimaui ex cauſa, quæ minus nocet. & ideò infertur,ſi electus † reprobatur,id præſumi factum ob uitium electionis, non aût electi. Feli.in c.aduerſario.
3 nu.6.

nume.6.de except. vbi plenè hunc articulum declarauit. Pari ratione inferri solet, sententiam præsumi latam ex eo quòd non sit probatum, tanquam minus præiudiciale. Soc.in consi.264. colu.pen. in 1. volu. nam hoc præsuppositò sententia † non parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, in quo aliquis esset probaturus. Soci.latè in consi.94.in 3.vol.de qua re uide Feli. in c.examinata.nu.12.cum seq.de iudic.similiter quoque attento hoc Bartoli documento dici solet,sententiam,quę præsumitur lata ob contumaciam, non autẽ ob malam causam,alteri non præiudicare,cui alioqui præiudiciũ esset allatura,quando præsente parte fuisset prolata,ut tradit Bar.in l.qui repudiantis,infrà hoc eod.tit.vbi aliqua dicemus in adnot.

5 Bar.in d.§.meminisse, tractat, an legitima, † & trebellianica, & sic duæ quartæ detrahi possint. & distinguit ex mente glo. Aut agitur de detrahendis duabus quartis eodem tempore, vt si restitutio purè fieri deberet, & hoc fieri non potest, alioqui uerò, si diuersis temporibus
* detraherentur. Istam distinctionem Bart. testatur esse * communem Ias.in l.j.colu.3. versicu. tertio modo. C.de pact. Adde not. decisionem in re proposita, quæ habetur apud Ias.in l.quoties,colu.2.versic.hunc alibi. C.de hæred.instit. quæ limitat istam materiam. & uide eundem Ias.latissimè in authen. res quæ, colu.secunda.& comm.de lega.& in authen.si qua mulier, colum.5.versiculo secundò.C.de sacrosan. eccles. Sed contra istam distinctionem comm. approbatam urget tex.in l. filium quem habentem.C. famil. erciscun. quem ibi omnes considerant, & præsertim Ias.in primo notabili.columna quarta. vbi licèt huic obiectioni non respondeat, tamen testatur in hanc sententiam communiter itum esse, tam de iure ciuili quàm canonico, & ita seruari. & rationem declarat, & limitat tribus modis, vt ibi per eum plenè traditum est. Et ad hanc quæstionem uide Paul. de Castr. in consi.250.in principio. & omninò Alexand.in consilio 26.columna fina.in primo volumine. & in consi.185. & in consi.285. in lib. primi & secundi uoluminis. & in consilio 17.in fine. & in consi.32. in fine. in tertio uolumi. & in consi. 102.in secundo dubio eodem 3.volu.vbi eorum opinio confutatur, qui duas quartas eodem tempore posse detrahi sentiebant. & de hoc articulo uide Barto. Alexan. & Ias. in l.cohæredi. §.cùm filiæ. ff.de vulga.& pupilla.& in l.in ratione.§.quod vulgò.ff.ad leg.Falcid.& Alexan.in consi.3.columna fin.in tertio volumine.& in consi.165.colu.2. in 5.volu. vbi ait hanc opinionem esse communem, & communiter seruatam in iudicijs & in scholis. Raph. Cuma.in consi. 25.& in consi.52.Oldrad.in consi.99. in fin.in cons.107.& in consi.131.in prima quæst. & in consi.seq.Bart.in cons.6.in cons.12.in consi.20.in fi. in cons.44.& in consilio vltimo. Rom.in cons.130.& in cons.185.in cons.206.in consi.239.& in cons.312.Ias.in d.l.quoties.C.de hæred.instit.u. Signor.in cons.117. & in cons.124. Bald. in consilio 498.in primo volumine.& in consi.243.in 2.volu.Corne.in consi.3.in fine.in tertio uolumine. Fulg.in consi.20. & in consi. sequ. & in consi.26.& in consi.32. Dec.in cons.55.colum.pen.nu.8.& Soci.in consi.33.colu. 6.in 1.volu. vbi tradit,an & quando duæ quartæ detrahi possint. de qua re agit etiam Alexan. in d.consi.285. in lib.primi & secundi uolu.& in consi.202.in 3.uolu. Attende, quoniam hoc
6 in loco suboritur alia difficultas, & noua quæstio: Si legitima † filiorum ascendit ad dimidiam propter eorum numerum,quia excedit quatuor,vtrum eo casu à filio grauato posset etiam detrahi trebellianica? Ista est quæstio à Doctoribus intacta,in qua Bal.in consi.94.Punctus quęstionis,in 2.volu.tenuit trebellianicam detrahi non posse,ne plus habeat grauatus,quàm honoratus. contra Bald.uidetur sentire Oldr.in consi.171.in fi. tamen ad opinionem Bald. uidetur accedere Alexan.in consi.68. columna prima. versicu. sed inspecta, in quarto volumi.& Dec. in consilio 228.in fine. & huic sententiæ innititur Crauet.in consilio 50. dicens se hoc in facti contingentia habuisse, & opinionem hanc uisam fuisse nouam, causamque fœdere transactionis fuisse decisam. Cogita quia ista opinio non uidetur dubietate carere; quoniam quòd legitima ascendat ad dimidiam hoc non prodest filio grauato propter numerum fratrum suorum, magisque ei consultum foret, si eorum minor esset numerus, & legitima solùm esset tertia pars. Et ideo magis uideretur isto casu fauendum esse filio grauato, quàm honoratis; idque propter fauorem filiorum, & sanguinis, qui deberet fortè præponi rationi adductæ

per Bal. Tamen cogita, vt dixi. Bar.in d.l.Papinianus.§.si ex causa,inquit, rescisso testamen-
7 to † non deberi legata, vel libertates, & soluta repeti posse,sed libertates deberi ut ibi per eum declaratur. Huic.§.uidetur obstare tex.in l.j.C.de bonor. poss. contrat. pro cuius dubij solutione uide hic Cyn. & Alber. & ad hæc uide Imol. in l.restituta.§. fratri.ff.ad trebell. quem refert, & sequitur Alexand.in l.bonorum. C. qui admitt. & Ias. in d. l.j. & ibi.in prima columna. limitat istam regulam, vt rescisso testamento legata non sustineantur,quando querelatum fuit testamentum à filio existente in potestate patris,alioqui uerò si ab emancipato ; quoniam isto casu legata sustinentur quando facta sunt personis,de quibus in l.j.& per totum.ff.de legat.præstant. per rationem ut ibi per eos.

Summarium in l. si pars.ff.de inoffic.test.

1 *Vbi sunt diuersæ sententiæ ea prævalet, quæ est pro testamento.*

Bar.in l. si pars.ff. de inoff.testa.

1 Bar. in d.l.si pars, hoc ait in summa : vbi sunt diuersæ † sententiæ, ea prævalet quæ est pro testamento. Vide Feli.in c.inter cæteras,col.10.de re iudic.

Summarium in l. Titia.ff.de inoffi.testa.

1 *An legata sustineantur quando testamentum pronunciatur nullum, alia ex causa quàm inofficiosi.*

Bar.in l. Titia.ff.de inoff.testa.

1 Bar. in d.l. Titia,quærit,an legata sustineantur,† quando testamentum pronunciatur nullum alia ex causa quàm inofficiosi. Vide ad hæc Alex.in l.si patroni.§.fi.ff.ad trebell.

Summarium in l. pater filium.ff.de inoff.testa.

1 *Sicut hodie aucta est legitima filiorum, ita pariter aucta sit etiam parentum legitima.*

Bar.in l. pater filium,in lectura.ff.de inoff.testa.

1 Bar. in d.l.pater filium,in fi.ait,ibi esse casum,quòd sicut hodie aucta est† legitima filiorú, ita pariter aucta sit etiam parentum legitima. Vide Imol.in consi.24.col.antepe.

Summarium in repe.d.l.pater filium.ff.de inoffi.test.

1 *Vtrum dicta in querela locum habeant in iure agendi ad supplementum.*
2 *An si unus ex tribus filijs exhæredatur alij habere debeant triens integrum.*

Bar.in repet.d.l.pater filium.ff.de inoff.testa.

Bart. in repet.d.l.pater filium,col.4.versi.secundò iuxta prædicta, quærit utrum dicta in
1 querela locum † habeant in iure agendi ad supplementum. Vide similem quæstionem formatã per Oldr.in consi.123.& dum ibi paulò post Bar.agit de legitima matris,concludens eam esse tertiam tertiæ, vide Capr.in cons.4.& in cons.7.& Fulgos.in consi.35.& in cons.55.

2 In d.repet.col.5.vers.Tertiò quæro,tractat Bar.An si unus † ex tribus filijs exhæredatur, alij habere debeant triens integrum ? circa istam quæstionem & alias similes,ultra ea, quæ habentur apud Alex. Aret.& Imol.in l.planè.§.si coniunctim.ff.de leg.1.vide Ant.de But.in cons.39. Varia sunt scripta.in 1.col.Aret.in cons.19.Ex pacto.& in cõs.49.col.pe.& fi.col.1.Bal.in cõs. 156.Statuto cauetur.col.4.in 4.vol.Pau.de Cast.in cons.253.Quoniam omne fundamentum. Vide etiam Curt.in repeti.auth.nouissima.C.de inoff.testa.Alexan.in l.j.§.filium,in apostill.ad Bar.ff.de bonor.poss.contra tab.Card.in cons.151.Capr.in cons.40.col.3.Ang. in consi.299. Curt.in cons.5.Bal.in cons.377.in 3.vol.& in consi.493.in 1.vol.Fulg.in consi.26.in 2.dubio. & Socin.in consi.84.in secunda difficultate, in 1. volum. vbi ait,quotiescunque aliquid auferetur alicui

tur alicui contemplatione alterius, semper id applicandum esse ei, cuius contemplatione ablatum est. Et idem uoluit etiam in consilio 5. eodem uolumine. vbi adducta per eum huic deseruiunt intentioni.

Summarium in l.qui repudiantis. §.cùm contra.ff.de inoff.testa.

1 *In casibus in quibus sententia facit ius & alijs præiudicat, intelligi, si est pronunciatum contra præsentē.*

Bar.in l.qui repudiantis.§.cùm contra.ff.de inoff.testa.

BART. in d.l.qui repudiantis.§.cùm contra testamentum, inquit, in casibus in quibus sen-
1 tentia † facit ius & alijs præiudicat, intelligi, si est pronunciatum contra præsentem. Ad hæc quæ posui suprà in l.Papinianus.§.meminisse.nu.7. hoc eod.tit. vbi ex ijs diximus, sententiam latam contra contumacem alijs non præiudicare. quod tamen limita nisi illi alij, quorum interest, essent citati, secundum Paul.de Cast. in l.cùm filius familiàs, in princi.ff.de verb.oblig. vbi per ipsum tex.& alios tradit Bar. regulam prædictam.

Summarium in l.mater decedens.ff.de inoff.testa.

1 *Aliquis non admittitur ad querelam nisi pro ea parte, quæ sibi ab intestato defertur.*
2 *Nemo intelligitur renunciare iuri, quod sibi ignorat competere, & nu.6.*
3 *Renuncians omnibus exceptionibus, non præsumitur renunciare ijs, quæ ignorat.*
4 *Ad iuramentum aliquis uenire non præsumitur nisi certioratus.*
5 *Intentato petitorio an & quando renunciatum esse uideatur possessorio.*

Bar.in l.mater decedens.ff.de inoff.testa.

BAR. in d.l.mater decedens, ait, aliquem non admitti † ad querelam, nisi pro ea parte, quę
1 sibi ab intestato defertur. Vide Imol.& Ana.in c.super his, de accusat.& tex.in l.ex conuentione.C.de pact. Alex.in l.ille à quo.§.si testamento.col.j.ff.ad trebell.& in l.si patroni.§.qui fideicommissariam, col.2.eod.tit.& Aret.in consi.49.

2 Bar. in eadem l.tradit regulam, scilicèt, neminem † intelligi renunciare iuri, quod sibi ignorat competere. De hac re uide Dec. in consi.350. col.penult. Amplia regulam hanc, ut procedat etiam in eo, qui dubitat, an ius sibi competat. Ias.in l.quamdiu, col.1.in 2.notabili. C. qui admit.& in l.j.colu.1.versic.sed istis.& in l.fin.§.idem quæsijt, colu.2.ff.de condi.indeb.& ibi Bar.in princip.vbi dicit, immo posse esse animum remittendi incognita. An autem sufficiat facere mentionem in genere uel in specie, ad hoc ut renuncians præsumatur cogitasse, uide Ias.in d.l.j. col.2. de condi.indeb.& in d.§.idem quæsijt. Rursus amplia etiam si renunciasset † omnibus exceptionibus, quoniam adhuc non præsumitur renunciare ijs, quæ ignorat,
3 etiam si expresè renunciaret, vtputà mulier uelleiano; quia cùm mulier nesciat, quid importet uelleianum, requiritur certioratio, qua non interueniente renunciatio non ualet ui huius regulæ, vt traditur in l.fin.ff.ad uelleian. & apud Ias. in l.si quis in conscribendo. colu.penult.C. de pact.Anto.de Butr.Abb.& Felin. in cap.si diligenti, de foro competen.& latissimè Ang. de Aretio.in §.item si in iudicio, colu.12.& seq.instit.de action. Limita ista omnia quæ prædixi, nisi interuenerit iuramentum: quoniam uirtute iurisiurandi intelligitur esse renūciatam omni
4 iuri, quod oriri posset ex contractu, super quo interpositum est. item quia ad iuramentum † aliquis uenire non præsumitur nisi certioratus. cap. ex rescripto, de iureiur. tradit Ias. in authen. sacramenta puberum, colu.14.C.si aduers.vendit. vbi quamuis ita expresè non limitet & declaret, tamen retenta communi ita dicere necesse est. & de hoc uide Aret.in consi.33.col.fi. & Dec.in d.consi.350.colu.pen.& ad regulam, quam Bar.colligit ex ista l.mater, uide decisionē Bartoli.in l.naturaliter.§.nihil commune, colu.4.in tertia lectura, versic.quæro pro declaratio-
5 ne.ff.de acquiren. possess. vbi habetur, licèt intentato † petitorio, uideatur esse renunciatum possessorio, tamen hoc non procedere, quando is ignoraret se possidere. & ad rem faciunt

tradita per eundem Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres, in 5.quæſt.ff.de uerb.obligat.licèt ibi in 8.quæſt.contrarium ſentire uideatur, & malè, vt ibi ponam. An autem ſufficiat cogitatum eſſe in genere ad hoc ut renunciatio ualida ſit? & dic ſufficere, niſi in eo actu, cui renunciatur, ſpecialis ſcientia exigeretur. Felin.in d.cap. ſi diligenti,nu. 18.cum ſeq.de for.compet.& dum
6 Bar.in d.l.mater,ait, regulam hanc procedere † ſiue renuncians eligat ius ſibi incompetēs,ſiue competens, vt ad incogitata non trahatur, vide Alex. in conſi.8.col.pen. in 3.volu.& in conſi. 100.cod.vol.vbi generaliter docuit,mentem contrahentium ad incogitata non eſſe porrigendam. & aliud exemplum ponit idem Alex.in conſi.33.col.3.in 5.volu.vbi in materia renunciationis priuilegij,regulæ huius.l.mater,innititur. vide etiam eundem Alex.in conſ.153. Viſo ac ut oportet conſiderato,in lib.primi & ſecundi uol.Anch.in conſi.291.in 2.dub.Paul.de Caſtr. in conſi.88.Corn.in ſubſcriptione ad conſilium eius 61.col.fi.in 1.vol.

Summarium in l.qui de inofficioſo.ff.de inoff.teſta.

1 *Querela & petitio hæreditatis utrum proponi poſſint in eodem libello.*

Bar.in l.qui de inofficioſo.ff. de inoff.teſta.

1 Bar. in d.l.qui de inofficioſo. in fi. quærit utrum querela & petitio † hæreditatis proponi poſsint in eodem libello? idque conditionaliter fieri poſſe concluditur. Vide Bal.in cōſi.169. in 5.vol. vbi ad hoc idem accedit. & Alex.in conſi.177. Viſo teſtamento. in fi.in 5. vol.Bal. l.quo tempore,de reſti.milit.& in l.ſuus.C.de repud.hæred. & Docto. in l.qui proprio.§. item quæritur.ff. de procur.

Summarium in l.ſi iniuſta.§.de inofficioſo.ff.de inoff.teſt.

1 *Filius fratris an iure nepos appellari poſſit.*

Bar.in l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo.ff.de inoff.teſta.

1 Bar. in d.§. de inofficioſo, quærit, utrum filius † fratris iure nepos appellari poſsit? De hac re uide latiſsimè apud Iaſ.in l.ij. col.4.& ſequ. C.de ſucceſſ.edict.& Felin.plenè *in capitulo* per tuas, de præben.colu.6.in ultimo notabili, vbi ait filium fratris ex propria uo*cabuli ſignificatione* non contineri, alioqui uerò ex communi uſu loquendi. quod tamen tribus modis limitatur. Vide etiam Abb.in capitulo non ſine,de arbitr. & omninò Philip. Franc.in cap.fundamenta, de electi.in ſexto. vbi ait appellatione nepotis propriè filium filij contineri de iure ciuili: ſed filium fratris de iure canonico etiam comprehendi. Et an & quando filius fratris ſuccedat in locum patris tam in feudis quàm in alijs ſucceſsionibus, vide latè apud Socin.in conſi. 252.in 1.volu.Aret.in conſi.164. Alexan.in conſi.4.in 4.volu. Dec.in conſ.1.in conſi.527.& in conſi.553.& in l.ſi auiæ. C.de ſucceſ.edic.& in l. ex teſtamento.C.und.liber.& in l.j.nu.19. C.de ſecund. nupc.

Summarium in l.aduerſus.§. tutores.ff. de inoff.teſt.

1 *Qui agit nomine alterius de inofficioſo,non eſt indignus legato.*

Bar.in l.aduerſus.§.tutores.ff.de inoff.teſta.

1 Bar. in d.§.tutores,ait, eum, qui agit nomine † alterius de inofficioſo, non eſſe indignum legato. Vide Rom.in conſi.88.& Felin.in cap.ſuborta, in fin.de re iudic.

Summarium in l. ſi exhæredatus.ff.de inoffi. teſt.

1 *Qui eſt Aduocatus pro hærede uidetur teſtamentum approbare.*

Bar.in l.ſi exhæredatus.ff.de inoffi. teſta.

1 Bart. in d.l.ſi exhæredatus, in principio, ait, eum, qui eſt aduocatus † pro hærede uideri teſtamentum

testamentum approbare; atque ita assumens unum officium, videtur contrario renunciare. vide ad hoc Soc. in consi. 10. col. 4. in 6. difficultate.

Summarium in rub. ff. de peti. hæredi.

1 *In hæreditatis petitione an aliquis exprimere teneatur se hæredem esse ex testamento uel ab intestato.*
2 *Petitio hæreditatis an detur contra eum, qui dolo desijt possidere.*
3 *Quomodo formandus sit libellus in petitione hæreditatis.*
4 *Pater non habet petitionem hæreditatis pro usufructu.*
5 *In hæreditatis petitione sufficit si hæres probet defunctũ bona illa, quæ petuntur ante obitum possedisse.*

Lucubrat. in rubricam. ff. de petit. hæred.

CIRCA rubricam hanc, & materiam huius tituli uide multa apud Ias. in §. actionum, col. 33. & seq. instit. de action. ubi tradit, an in hæreditatis † petitione aliquis exprimere teneatur se hæredem esse ex testamento, vel ab intestato. de quo habetur per Barto. in l. veluti, infrà eod. titulo. & ibi ponam. Et an debeant exprimi res sigillatim, de quo vide Bar. post glo. in l. j. ff. de eden. vbi etiam docuit, oportere eum, qui petitionem hæreditatis intentat, saltem hæredem esse in parte, quæ sit quota hæreditatis, non autem in parte bonorũ, ut ibi per eum. Et contra quos detur hæreditatis petitio, Et quomodò agens intentionem suam probare debeat, vide Alexand. in consi. 73. Punctus talis est, in 5. volum. An autem petitio † hæreditatis detur contra eum, qui dolo desijt possidere, sicut in rei uendicatione traditum est, vide Ias. in d. §. actionum, colum. 37. versiculo. sed nunc occurrit. An filio instituto in legitima hæreditatis petitio competat? vide quæ pono. in l. licèt minimam, infrà eod. titulo. Et quæ differentia sit in conueniendo possessorem corporalium, & iuris possessorem, atque ita debitorem, vide tex. sing. in l. si debitor, infrà eod. titulo. vbi ponam ad Bart. Quomodò autem † formandus sit libellus, vide Bar. in l. ij. infrà eod. ubi posui. Nunquid in eodem libello petitio hæreditatis, & rei uendicatio possint cumulari? vide Ias. in d. §. actionum, colum. fi. versic. Nunquid autem. Et attende quoniam ille, qui semel fuit adeptus possessionem rerum hæreditariarum, non potest intentare petitionem hæreditatis. Bar. in l. ij. ff. de fideicomm. hæred. petit. Et nunquid hæreditatis petitio ad rem hæreditariam concedatur, cuius possessio semel ad hæredem deuenit, licet posteà à possessione ceciderit? Alex. in consi. 183. Viso puncto. in 5. vol. & in consi. 135. In causa appellationis, eod. vol. Et pater † non habet petitionẽ hæreditatis pro usufructu, quem habet hodie in bonis aduentitijs filiorum; quia pater est simplex successor, & singularis usufructuarius, filius autem re ipsa est hæres, ut per Bal. in l. si pater, in 3. oppos. C. de petit. hæred. quem refert Ias. in l. si quis filius familiàs, in principio in glo. 1. col. 82. ff. de acquir. hæred. ut ego dicam in l. licèt minimam, infrà eod. titulo. Item scias, petitionem hæreditatis, & rei uendicationem æquiparari. l. sin autem. §. sed & is. ff. de rei uendic. Attende etiam in huiusmodi hæreditatis petitione † sufficere, si hæres probet defunctum bona illa, quæ petuntur, ante obitum possedisse: quia tunc præsumitur continuata possessio, neque dominium probare compellitur. Aret. in consi. 102. col. 2. citat. l. inter uidendum. §. fi. & ibi Bar. infrà eod. titulo & alia, ut ibi per eum. Item, an petitio hæreditatis detur contra titulo possidentem post mortem defuncti, docuit Alex. in consi. 184. & in consi. 186. in 5. vol. vbi tradit etiam quomodo in hæreditate una res succedat loco alterius. Et quamuis petitio hæreditatis contra titulo possidentẽ dari non soleat, tamen adhibetur cautela, per quam dari poterit, ut per Cæpoll. in caut. 133.

Summarium in l. ueluti. ff. de pet. hæred.

1 *An & quando hæres hæredis Titij dicatur esse hæres Titij ex testamento uel ab intestato.*
2 *Utrum agens in libello exprimere debeat se esse hæredem ex testamento uel ab intestato.*
3 *Quæ sit forma concludendi in libello in petitione hæreditatis.*

Bar.

De petione hæreditatis.

Bar.in l.veluti.ff.de petit.hæred.

1 BART. in d.l.veluti,tradit,an & quando hæres † hæredis Titij, dicatur esse hæres Titij ex testamento,uel ab intestato. Vide Alexand.in cons.11.colum.7.versiculo Non obst.quartum argumentum in 3.volum.& in consi.165.Consideratis uerbis, in libro primi & secundi vol.& Aret.in cons.135.colum.9.

2 Bar.ibidem subiungit,utrum agens † in libello exprimere debeat se esse hęredem ex testamẽto uel ab intestato. Vide,quæ de hac re tetigi suprà in rubrica huius tituli,& Ias.in §. actionum, colum.34.versic.An autem.inst.de action.& Aret.in l.si is ad quem, colum.1.versic.2.arguit. ff.de acquiren.hæredit.ubi adducit illum textum contra ea, quæ hoc in loco docuit Barto. scilicèt,quod non habeat necesse exprimere,an sit hæres ex testamento, uel ab intestato. vbi etiã tradit,quid in reo conuento,qui se ait hæredem esse,utrum similiter respondere teneatur se hęredem esse ex testamento uel ab intestato.

3 Bar.in d.l.veluti,in fin.tradit formam † concludendi in libello in petitione hæreditatis. De hac re tetigi suprà in rubrica huius tituli. Et vide latè & remissiuè apud Ias.in §.actionum,col. 40.insti.de actio.Corn.in cons.18.in 3.vol.Alex.in cons.73.& in cons.183.cum seq.in 5.vol. & in l.j.col.3.ff.de eden.Ang.in cons.161.& Feli.in c.2.col.6.& 7.de libel.oblat.

Summarium in l.si hæredem.ff.de peti.hæredi.

1 *In iudicio uniuersali ueniunt ea,quæ post litem contestatam reus cœpit possidere.*

Bar.in l.si hæreditatem.ff.de petit.hæred.

1 BART. in d.l.si hæreditatem,colligit ex isto tex.in iudicio uniuersali † ea uenire, quæ post litem contestatam reus cœpit possidere. Limita hoc non procedere,quando in petitione hæreditatis actum esset in specie contra rem aliquam.Bart.in l.edita,in princ.col.2.C.de eden.vbi Ias.col.4.vers.tu pro ueritate. & ibi Bar.Alex.& Ias.aiunt,illud,quod uenit post litem contestatam,uenire ex natura actionis generalis,non autem uirtute emendationis.

Summarium in l.si testamentum.ff.de pet.hæred.

1 *Si accuso testes de falso,& sim conuictus,utrum differri debeat condemnatio in prima causa.*

Bar.in l.si testamentum.ff.de petit.hæred.

1 BART. in d.l.si testamentum,in fi.quærit,si accuso testes † de falso, & sim conuictus,utrũ differri debeat condemnatio in prima causa ? Vide Abb.in consi.16.in 2.volum.Bald.in l.fin. in fin.C.de fid.instrum.Alexand.in l.ij.§.1.ff.de ui bonor.rapt.Ioan.And. in addit.Specul.in titulo de lega.§.Restat, versicu. sed quid in statuto. Angel. in tract. de maleficijs,in glo.in uoce, Falsario, colum.5.versiculo secus tamen.& Felin.in capitulo 1.colum.3 de except.& Bar.in l. Lucius.ff.de his qui not.infam.

Summarium in l.si quis libertatum.ff.de peti.hæred.

1 *Testes producti super uno articulo,non debet super alio interrogari.*

Bar.in l.si quis libertatum.ff.de pet.hæred.

1 BART. in d.l.si quis libertatum,col.4.ver.venio ad fi.gl.inquit,testes † productos super uno articulo non debere super alia interrogari.vide Alex.in l.j.col.3.ff.si cert.pe.& plenè Feli.post Abb.in c.de testibus,extra de testib.Bar.in l.si duo.§.idem Iulianus.2.ff.de iureiur. Limita hoc non procedere,quando testis iurasset dicere ueritatem super tota causa, quoniam eo casu valet testimonium eius etiã extra articulum,dummodò ad causam faciat: ita Abb.in d.c.de testibus,& ibi Feli.vers.vltimò declara.Et Bar.in d.§.idẽ Iulianus,vbi vide quæ ibi posui in lucubr. Et plenè quæ ad materiam testium attinent.vide omninò apud Alber.de Ros.in tract. de testibus.& Franciscum Curtium in suo tractatu de testibus.

Summa-

Summarium in l.regulariter.ff.de peti.hæredi.

1 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem.*
2 *Licèt titulus putatiuus sufficiat ad præscribendum, non tamen sufficit ad excludendam petitionem hæreditatis.*

Bar.in l.regulariter.ff.de petit.hæred.

1 BART. in d.l.regulariter,ait ibi poni regulam, quæ est, ut petitio † hæreditatis non detur contra titulo possidentem. De hac re vide Alex. in consi.77. & in consi.184. & in consi.186. in 5.volum.& quamuis non detur contra titulo possidentem,tamen adhibetur cautela, qua da bitur etiam contra eum,ut tradit Cæpol.in cautel.133.Limita prædictam regulam procedere in eo,qui vero titulo possidet,alioqui verò si putatiuo titulo possideret: quia contra eum hæreditatis petitio admitteretur. Barto.in l.j.in principio.ff.quor.bonor.vbi ait,quòd quamuis titu
2 lus † putatiuus sufficiat ad præscribendum,non tamen sufficit ad excludendam petitionem hæreditatis. vide Alex.in cons.227.Viso themate,in libro primi & secundi volum. Rursus limita hoc procedere,quãdo is huiusmodi uerum titulum habuisset uiuente defuncto, alioqui autem si post eius mortem illum fuisset adeptus: quia etiam isto casu contra eum petitione hæreditatis ageretur. sed Ias.in l.fi.col.fi C.de edic.diu.Adri.tollen.istam limitationẽ reprobat. aliquos tamen casus,in quibus ista regula non habet locum,posuit gl.in l.hæreditatem.C.in quib.caus. cess.long.temp.præscrip.& in l.ij.C.de petit.hæred.

Summarium in l.licèt minima.ff.de peti.hæredi.

1 *Actio ista datur etiam pro minima re.*
2 *Forma concludendi in libello, quæ sit.*

Bar.in l.licèt minimam.ff.de petit.hæred.

1 BART. in d.l.licèt minimam, ait, actionem † hanc dari etiam pro minima re. Intellige tamen hoc dummodò istud minimum sit quota pars hæreditatis, quæ continent iura & actiones actiuè & passiuè,alioqui uerò si esset quota bonorum. & ideò infertur ad legitimam, pro qua, cùm non sit quota hæreditatis, non datur hæc actio filio tantùm in legitima instituto. Ias. in §. actionum, colum.355. versiculo item aduerte quòd petitio hæreditatis, instit.de action.& colum.359.versiculo antequam ulterius,vbi plenè tradit hoc,quod diximus de legitima. Et attende,quia petitio hæreditatis non datur patri pro usufructu,quem habet in bonis aduentitijs filiorum,ut dixi suprà in rubrica.

2 Bar.in d.l.licèt,tradit formam concludendi in libello, † de qua egit etiam in l.2.suprà hoc eo. tit.& ibi posui.Et quia Bar.in hac.l.subiungit petendam esse bonorum restitutionem officio iudicis,vide ad hoc.l.an restitutio fieri debeat officio iudicis,an actione,Ias.in l.edita.col.4.versi. tu pro ueritate.C.de eden.& Bar.contrarium in l.naturaliter.§.nihil commune,in 5.lectura gl.
* ff.de acqu.poss.vbi Alex.col.18.ait esse * communem.

Summarium in l.pro hærede.ff.de peti.hæredi.

1 *Petitio hæreditatis non datur contra uero titulo possidentem.*

Bar.in l.pro hærede.ff.de petit.hæred.

1 CIRCA istam l.Et edicta Barto.hic,scilicèt,petitionem † hæreditatis non dari cõtra uero titulo possidentem, oppono. Nam titulus pro hærede habet locum nõ solùm quando aliquis est uerus hæres,uerùm etiam putatiuus, atque ita in illo titulo iustus error habetur pro titulo quo præscribitur,ut per Bar.in l.j.ff.pro hæred.hic autem aliter dicitur in hac petitione hæreditatis. Vnde pro solutione uide Bar.in l.j.ff.quor.bonor.ubi ait,quamuis titulus pro hærede etiã putatiuus habeatur pro vero quò ad præscriptionem,alioqui tamen esse quò ad excludendam petitionem

petitionem hæreditatis,ut paulò ante dixi in l.regulariter,ſupra hoc eod.tit.Et dum Bar.in hac l.pro hærede,ſubiungit,pro hærede ſumi poſſe tribus modis. Attende, quia hoc facit ad trad. per Iaſ.in §.ſed iſtæ,col.5.in fi.inſt.de actio.vide etiam Rom.in conſ.100.& in conſ.424.& Io. Fabr.in §.ſequens,inſti.de interdic.Quærit deinde Bar.quæ ſit ratio, quòd petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.vide Bal.in conſ.404.in 5.vol.

Summarium in l.etiam.§.quod ſi quis.ff.de pet.hæred.

1 *Petitio hæreditatis datur contra emptorem hæreditatis.*

Bar.in l.etiam.§.quod ſi quis.ff.de petit.hæredit.

1 BART. in d.§.quod ſi quis, ait petitionem † hæreditatis dari contra emptorem hæreditatis,alioqui uerò ſi uendita fuiſſet res particularis. Declara hoc ut per Alex.in conſi.73.colu.2. verſ.Nec huic habet obſtare.in 5.vol.

Summarium in l.item uidendum.§.nunc uideamus.ff.de pet.hær.

1 *Feudum an ueniat in petione hæreditatis.*
2 *Feudum dicitur eſſe hæreditariũ & venit in petitione hæreditatis quando conceſſum eſt alicui pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque.*
3 *Si frater fratri quietationem fecerit de omni eo,quod petere poſſit in hæreditate paterna,propter hoc non prohibetur petere feuda in hæreditate paterna tanquam ex hæreditate.*
4 *Feudum an in dubio cenſeatur hæreditarium.*

Bar.in l.item uidendum.§.nunc videamus.ff.de pet.hæred.

1 BAR. in d.§.Nunc uideamus,quærit, nunquid feudum † ueniat in hoc iudicio. vide Bald. in c.1.de feud.ſucceſſ.colum.2.verſicu.vel dic. vbi ait,uenire in petitione hæreditatis. tamen ueritas uidetur eſſe,ut feudum & eius iura non ueniant in petitione hæreditatis, niſi hoc cer in ueſtitura ipſa colligatur. Alex.in conſi.19.Super eo de quo quæritur,colum.4.in 5.volum.& Mari.Soc.iuni.in conſi.65.nu.17.verſi.comprobantur prædicta omnia, vbi citat hoc Bartoli. documentum in d.§.nunc uideamus.& idem ait in conſi.72.nu.47.verſi.quo ſtante dico quòd non dicitur de bonis feudalibus diſpoſuiſſe. Intellige tamen prædicta niſi habito reſpectu ad poſſeſsionem defuncti; quia quò ad hoc feudum uenit in petitione hæreditatis à quocunque hærede petatur,ſecundum Bart.in l.ſi patroni,in principio.ff.ad trebell. vbi ſic intelligit glo.in hoc.§.nunc videamus,ubi Ang.eum ſequitur. Et quamuis quandoque Bar.contrarium ſentire uideatur,& nonnulli eum ſequantur,tamen opinionem hanc ueriorem eſſe ait Iaſ.in præludijs feudorum,colum.14.& ſeq.& ita conſuluit Dec.in conſi.424.col.3.& Mari.Soc.iuni.in conſi. 74.nu.30.vbi concludunt,ex prædictis etiam fœminam hæredem eſſe mittendam in poſſeſsio
2 nem bonorum feudalium. Feudum † autem dicitur eſſe hæreditarium,& venit in petitione hæreditatis,quando conceſſum eſt alicui pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque. Dec. in conſi. 78.nu.6.qui multa adducit ut ibi per eum. nam eo caſu neceſſe eſt,ut qui uult feudum adipiſci ſit hæres,ut per Præpoſ.in c.1. colu.3. An agna. vel fili. Soci.in conſi.10. inter conſilia Alber. Brun.Curt.in conſi.49.vbi latiſsimè de hac re tradidit,& in conſi.50.quod quidem conſilium fuit collegij Bononienſis. & Curt.iunior.in tract.feud.& Mari.Soc.iuni.in conſi.72.colu.1.Et ad prædictã quæſt.vide Iaſ.in vſibus feudorum col.16.Ex ijs infert Bar.in d.§.nunc uideamus,
3 ſi frater † fratri quietationem fecerit de omni eo,quod petere poſſet in hęreditate paterna,propter hoc non prohibetur petere feuda in hæreditate paterna tanquam ex hæreditate paterna, ſubaudi quando feuda non ſunt hæreditaria,ut prædictum eſt. vide Alexand.in conſi.3.in fin. in 4.vol.& in conſi.103.eodem volum.& in conſi.11.colum.9.verſ. ſed præmiſsis non obſtantibus.vbi agitur etiam de bonis emphyteoticis.& omninò in conſi.18.col.3. & in conſi.19.in 5.volum.vbi clarè habetur intellectus huius inueſtigationis, ut in conſi.26.eod.5.volum.vbi habetur

habetur etiam,an in dubio feudum † censeatur hæreditarium,an non.vide etiam Bald.in l. cùm virum.C.de fideicomm.& in consi.121.colum.penul.& in fi.in 3.volu.& egregiè Ias.in l. quod cunque.§.sicuti in quarto notabili.ff.de uerb.obligat. & in l Gallus.§.1.colum.fi.ff.de liber. & posth.limita ut per eum singulariter. & istam decisionem Bar.hic, sequitur Ias.in d.l. Gallus.§. quidam rectè,in prima lectura,colum.10.versiculo benefacit, & in secunda lectura, colum.6. versiculo secunda conclusio.

Summarium in l.& non tantum.ff.de petit.hæred.

In petitione hæreditatis ueniunt omnes res,quas defunctus detinebat,licèt eas non possideret.

Bar.in l.& non tantùm.ff.de petit.hæred.

Bart. in d.l.& non tantùm, dicit, in petitione † hæreditatis uenire omnes res, quas defunctus detinebat,licèt eas non posideret. Adde tu alioqui esse in fideicommissi petitione: quoniam requiritur, ut res sint hæreditariæ secundum Alex.in cons.11.col.9.vers. comproba tur etiam,in 3.vol.& ad rem faciunt tradita per Alex. in consi.73.col.2.in 5.vol. Et ad ea quæ habentur per Bar.hic,vide Alex.in consi.49.in 3.volum.

Summarium in l.item ueniunt.§.item non so'um ff.de pet.hæred.

Fructus & aliæ accessiones augent hæreditatem.

Bar.in l.item ueniunt.§.item non solum.ff.de pet.hæred.

Bart. in d.§.item non solùm,colligit ex isto tex.fructus † & alias accesiones augere hæreditatem. De hac re vide omninò Alex.in consi.49.Viso processu,in 3. volum. vbi per istum text.ait inter cætera,fructus perceptos post mortem testatoris augere hæreditatem, licet propriè non sint hæreditariæ.

Summarium in d.l.item ueniunt.§.cum prædiximus.ff.de pet.hære.

Quando una actio in aliam deuoluitur, & deuoluitur secundum naturam suam primæuam, non autem secundum accidentalem.

Bar.in d.l.item ueniunt.§.cùm prædiximus.ff.de peti.hæred.

Bar. in ead.l.§.cùm prædiximus,colligit ex isto tex.quando una actio † in aliam deoluitur,eam deoluit secundum suam naturam primæuam,non secundum accidentalem. vide Roman.in sing.478.incip.Pone quòd,vbi ex hoc tex.ait,si potestas eligendi aliquē de certo collegio data est aliquibus,si infrà certum tēpus elegerit,alioqui electio deuoluatur ad superiorē, ista potestas censetur deuoluta cum hoc,ut etiam ipse eligat unum de illo collegio.

Summarium in d.l.item ueniunt.§.idem rectè.ff.de peti.hæred.

Quando unum est in obligatione, & aliud est in solutione ex dispositione legis, tunc ducat facultas soluendi quò ad quis conueniatur iudicati.

Bar.in d.l.item ueniunt.§.idem rectè.ff.de peti.hæred.

Bart. in d.l.§.Idem rectè,ait.quando † unum est in obligatione, & aliud est in solutione ex dispositione legis, tunc durat facultas soluendi quò ad quis conueniatur iudicati. Contra hoc Bartoli documentum urget tex.in l.si pluribus eadem,in fi.ff.de leg.1.iunctis trad.per Bar. in l.eum qui certarum.§.1.ff.de uerb.obligat.ubi per simplicem electionem uel litis contestationem tollitur facultas uariandi. cogita si dici posset,in hoc tex.agi de reo conuento, in quo per litis contestationem uel sententiam non potest dici facta electio, sed in l.si pluribus, agitur de actore, in quo fit electio inuariabilis per litis contestationem,ut declarat Barto. licèt aliud

agens

agẽs in d.l.eũ qui.§.1.Proinde nõ eſt mirũ ſi tollitur ius uariandi reſpectu iuris actoris,quando unum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione. Et diligenter attende, quia fortè ab alio hæc dicta non inuenies, quàmuis ex parte rei quòd poſsit uariare, à multis fuerit acceptum. Et ſic iſte tex.procedit reſpectu rei,non actoris; quia ubicunque & quandocunque poteſt uariare, etiam poſt ſententiam,actor verò non niſi uſque ad litis conteſtationem, vt per Barto. in d.l. eum qui.§.1.in principio. Et limita dicta hic per Bart.ut per eundem habetur.in l.ſi quando.§. hæres,propè fi.ff.de lega.1.vbi ponit practicam quomodò iſto caſu agatur,& feratur ſentẽtia.

Summarium in d.l.item ueniunt.§.petitam.ff.de pet.hæred.

1 *Vbi denunciatio fit ad notificandum, idem operatur ſcientia ſimplex, quod denunciatio.*
2 *Denunciatio an & quando fieri debeat illi qui eſt ſciens.*
3 *Si denunciatio & notificatio alicui fieri non poteſt, ita ut ei commodè denunciari non poſſit, ſufficit ſi per edictum fiat denunciatio.*

Bar.in d.l.item ueniunt.§.petitam.ff.de peti.hæred.

1 BART. in ead.l.§.petitam,hoc ait in ſumma. Vbi denunciatio † fit ad notificandum, idem operatur ſcientia ſimplex, quod denunciatio: et non refert à quo denuncietur. Tu verò ad tex.ibi, non ipſi, ſed procuratori, vide Iaſ. in l.non ſolùm.§.morte. colum.18.ff.de oper. nouunci. Et dum Bar.ibi ſubiungit,aut denunciatio fit ſolùm ad notificandum,& tũc quocunque modo ueniat in notitiam,ſufficere: aut fit non ſolùm ad notificandum, ſed etiam ad incitandũ ut aliquid fiat,vel ad prohibendum, ne aliquid fiat, & tunc ſimplex ſcientia non ſufficit. Vide Bar.in l.denunciaſſe.§.quid ergo,& in l.j.in fi.ff.de action.empt.& Iaſ.in d.l. non ſolùm.§. mo-
2 te,col.17.verſi.prima. Et an & quando † denunciatio fieri debeat illi, qui eſt ſciens, vide Alex. conſi.23.in 4.volum.vbi not.loquitur de hac re, & in conſi.27. in 6.vlou.& in conſi.138.in 7. vol.Raph.Cuma.in conſi.4.Feli.in c.1.col.fi.de iudic.Soc.in conſi.78.Super prædicta difficultate,in 3.vol.Doct.in l.j.C.de peric.& commod.rei vend.Aret.in conſ.26.Bar. & alios in l.ij.§.
3 voluntatem.ff.ſol.matr.Quid ſi denunciatio,† & notificatio alicui fieri non poteſt,ut putà,quia ille uel eſt abſens & non habet domicilium,uel eſt forenſis,ita ut ei commodè denunciari non poſsit. Dic ſufficere ſi per edictum fiat denunciatio. Ang.in conſ.332. Et denunciationẽ eſſe quadruplicem, et de natura cuiuſcunque earum,vide pleniſsimè apud Abb.in c.nouit, de iud. Et attende ibi denunciationem perſonalem non exigi,vbi præceſsit publica notificatio.tex.eſt ſing.ſecundum Bal.in l.j.ff.de decret.ab ord.faci.

Bar.in l.ſi poſſeſſor.§.ait ſenatus.ff.de petit.hæred.

BART. in d.§.ait ſenatus,colligit ex iſto tex.plura in hac oratione contineri,ex hæreditate, quàm cum dicitur,res hæreditaria. vide Alex.in conſ.49.col.2.in 3.volum.

Summarium in l.ſi & rem & pretium.ff.de pet.hæred.

1 *Pretium ſuccedit loco rei in iudicijs uniuerſalibus.*

Bar.in l.ſi & rem & pretium.ff. de petit.hæred.

1 BAR. in d.l.Si & rem & pretium, ait, pretium† loco rei ſuccedere in iudicijs uniuerſalibus, alioqui verò in particularibus.vide Alex.in conſ.49.in 3.vol.vbi uult idem eſſe in re particulari hæreditatis,quod eſt in ipſa hæreditate,ut.ſ.pretium loco rei ſuccedat.& in cõſ.40.col.pen.& in cõſ.58.col.fi.eod.vol.& in cõſ.122.col.3.in 4.vol.vbi idẽ cõfirmat in re particulari alicuius hæreditatis,& in conſ.119.col.3.in 5.vol.& omninò vide Ant.de Fano.in tract.de pignoribus & hypothecis,in quarto membro ſecundæ par. nu.57.cum ſeq.& in primo membro quintæ par.nu.60.& Abb.in conſ.74.col.fi.in 2.volum.Et an & quando pretium ſuccedat loco rei, vide apud Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum.ff.de leg.1.& in l.re coniuncti. ff. de leg.3.& in l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cert.pet.

Summa-

Summarium in l.utrum autem.ff.de petit.hæred.

Bonæfidei possessor ad pretium non tenetur.

Bar.in l.vtrum autem.ff.de peti.hæred.

BART. in d.l.vtrum,ait,bonæfidei † possessorem ad pretium non teneri, nisi quatenus est factus locupletior.vide Roma.in cons.149. Quid ad bonæfidei possessorem pertineat, videre est apud Philip.Franc.in disputatione petitorij in 1.dubio.nu.5.

Summarium in l.sed & si lege.ff.de pet.hæred.

Dictio sed,iuncta cum copula aduersatur in facto,non in iure.

Bar.in l.sed & si lege.ff.de pet.hæred.

BART. in d.l.sed & si lege,inquit,vocem hanc,sed, † iunctam cum copula præcedentibus aduersari in facto,non in iure. vide Barb.in consi.55.colum.8. in 2.volum.Gemin.in cap.concertationi,col.2.vers.quæro qualiter,de appell.in 6.Ad rem facit tex.in l.talis scriptura, ibi, sed & si in annos.ff.de leg.1.& trad.per Alber.in l.item si cum putaui.ff.de neg.gest.& in l.iurisgentium.ff.de pact.& Bar.in l.patris.ff.de uulga. & pupil.& in l.si pupilli.ff.de neg.gest.quando autem aduersatiua est sine copula,tunc aduersatur in iure & in facto.Bart.in l. amplius. ff.rem rat. hab.vide Abb.in c.cùm super,de iudic.

Summarium in d.l.sed & si lege.§.de eo autem.ff.de peti.hæred.

In eo qui habet titulum quò ad fructus,referre utrum ab initio uel ex post facto superueniat malafides, alioquin uerò in eo qui non habet titulum.

Bar.in d.l.sed & si lege.§.de eo autem.ff.de peti.hæred.

BART. in ead.l.§.de eo autem,colligit ex glo.in eo,qui habet titulum † quò ad fructus, referre utrum ab initio uel ex post facto superueniat mala fides,alioqui uerò in eo, qui non habet titulum. Ad rem faciunt trad.apud Iaſ.in l.iij.§.ex contrario,colum.2.ff.de acquiren.possess. Et dum Barto.subiungit, quò ad usucapionem sufficere si ab initio adest bona fides, sed quò ad fructus nullam esse differentiam utrum à principio an ex post facto subsit mala fides. & rationem huius differentiæ Bar.ait esse cogitãdam. sed Iaſ.eam affert in d.l.iij.§.ex cõtrario,col.2.

Summarium in d.l.sed & si lege.§.scire.ff.de pet.hære.

Error iuris non inducit malam fidem.

Bar.in d.l.sed & si lege.§.scire.ff.de peti.hære.

BART. in ead.l.§.scire, ait, errorem † iuris non inducere malam fidem. Et quia oppo.de l. nunquam.ff.de usucap.soluit errorem iuris impedire usucapionem, ut ibi, sed non acquisitionem fructuum,ut hic. vide Rom.in consi.454.colum.penul.& Bald.in consi.33.in fi.in 3.volu. Et quia Bar.progreditur inuestigando quæ sit differentia inter usucapionem, & hanc fructuũ usucapionem: aitque in usucapione uerum titulum exigi, non autem quò ad acquisitionem fructuum: quia sufficit malam fidem abesse. Vide Dec.in capitulo cùm causa, in ultimo notabili de off.deleg.Feli.not.in cap.de quarta,col.10.limit. secunda de præscript. & in cap. si diligenti,eod.tit.& in cap.cùm causa,colum.8.de iudic.Abb.in consi.34. in primo vol.& in consi. 19.in 2.volum.Barbat. in consi.40. in 1.volum.& in consi.80.in 3.volum. Aret.in l.senatus.§. Marcellus.ff.de legat.primo.& in consi.17.Barbat.in capitulo ad nostram,colu.2. de reb.eccl. non alien.& ibi Abb.Capra.in cons.24.

Summarium in d.l.sed & si lege.§.petitio.ff.de pet.hæred.

Actio petitionis hæreditatis est actio mista in rem,& in personam.

Bar.

De petitione hæreditatis.

Bar.in d.l.sed & si lege.§.petitio.ff.de peti.hæred.

1 BART. in d.l.sed & si lege.§.petitio,ait,actionem † hanc mixtam esse in rem,& in personā An petitio hæreditatis sit realis uel mixta, vide Ias.in rubri.ff.si cert. pet. Et petitionem hæreditatis esse in rem, tenuit Barto.in l.si quis.§.differentia.ff.de acquir. possess. & in d.rubrica ff. si cert.pet.vbi comm.Doct.& in l.sed & si possessor.§.fi.ff.de iureiuran. Contrarium tamen tenuit idem Bar.in l.ut responsum.C.de transact.vbi colligit notabile de actione mixta, & tamen loquitur de petitione hæreditatis. & Alex.in l.si finita.§.Iulianus,col.33.versi. quid autem, & col.36.vbi hoc bis dixit.ff.de damn.infect.Aret.in l.iij.§.genera.ff.de acquir.poss.de qua re de latius Curtium iuniorem in d.rubrica.ff.si cert.pet.Et eam esse mixtam rursus docuit Bar. in l.& an eandem.§.actiones,col.pen.versiculo quæro quid actione mixta.ff.de excep.re iudicat. in l.ij.col.2.versi.quæro utrum conuentus.ff.vbi in rem actio.quòd autem sit realis,voluit Ang. de Aret.in §.sed istæ,in gl.in uoce,in rem,inst.de action.vbi Ias.Alex.autem in d. rubrica col. sensit eam esse personalem in rem scriptam;dum eam annumerat inter alias in rem scriptas. cèt Paul.de Castr.ibi teneat eam esse mixtam.sed Ias. affirmat esse realem. & idem tenuit in quædam,col.9.inst.de actio.sed quod sit mixta videtur,gl.in l.si aliter.§.sed & is.ff.de rei vend. vbi Bar.simpliciter ait glo.illam esse memoratu dignam. Et dum Bar.ibi in d.§.petitio, subintrigit,petitionem hæreditatis esse in rem,quasdam tamen habere præstationes personales, quæ fiunt officio iudicis.Attende quia Doct.in d.rubr.ff.si cert.pet.& Ias.in §.quædam.inst. de act. dicunt,actiones communi diuidundo,& finium regundorum,appellari mixtas propter personales præstationes.& sic ibi præsupponunt eas venire iure actionis, igitur hoc idem & de petitione hæreditatis dicendum est,ut sit mixta.

Summarium in l.planè.ff.de peti.hæred.

1 *Etiam si statutum quamcunque exceptionē excluderet, non tamen exclusum est officium iudicis quo possit implorari super aliqua exceptione.*

Bar.in l.planè.ff.de petit.hæred.

2 BART. in d.l.planè,propè fi.ait,etiam si statutum † quamcūque exceptionem excluderet, non tamen exclusum esse officium iudicis,quin possit implorari super aliqua exceptione. vide Alex.in consi.77.Visis dubitationibus,col.fi.in 3.vol.& Aret.in consi.75.col. pen. vbi egregiè docuit, licèt prohibita sit à statuto nullitatis exceptio, non tamen propterea prohibitum esse quin principaliter agi possit de nullitate: quoniam imparia sunt,exceptionem opponi nō posse,& principaliter de nullitate non posse agi. Et in materia huius.l.planè,vide Soc.in consi.27. col.6.in 4.vol.Barb.in consi.44.in 3.vol.vbi declarat,& in cons.79.in 4.vol. col.2.& seq.& in cons.37.col.5.in 1.vol.& in consi.42.col.2.eod.vol.& in cons.7.col.15.in 2.vol.Rom.in cōs. 325.col.fi.Abb.in c.dilecti filij.in fi.de iudic.& in c.nouit,col.15.eod.tit.Card. in cons.29.col. 3.& fi.Imol.in cons.136.in fi.& in cons.142.& in cons.144.cum duobus seq.& Feli.in c.quæ ad consultationem col.10.de re iudic.

Summarium in l.si debitor.ff.de peti.hæred.

1 *Litis contestatio fieri potest negatione,confessione,& dubitatione.*

Bar.in l.si debitor.ff.de peti.hæred.

1 BART. in d.l.si debitor,in fi.ait,l.istam esse ualde adnotandam ad hoc, quod litis † contestatio fieri potest,negatione,confessione,& dubitatione.Hoc Bar.documētum refert & sequitur Pau.de Cast.in l.j.col.pe.uers.item pono.C.de lit.contest. tamen vī decisionem hanc in ea parte,in qua de confessione agitur,distinguendā esse,secundū Bar.ibi in d.l.j.col.fi.uer.quæritur gl.quid si.Et de materia litis contestationis uide latè apud.Fel.& alios in c.1.de lit.cōtest.& ad p̄dicta uide Ias.in l.decem.ff.de uerb.obli.& in l.Iulianus uerum debitorem.ff.de cōdit. indeb.

Summa-

Summarium in l.hæreditas.ff. de petit.hæredit.

Cauſa legati facti ad piam cauſam agi poteſt tam coram iudice laico, quàm coram eccleſiaſtico.

Lucubrat. in l.hæreditas. ff.de petit. hæredit.

Ex hac l.hæreditas, iuncta glo.colligunt docto.cauſam † legati facti ad piam cauſam agi poſſe tam coram iudice laico, quàm coram eccleſiaſtico. Vide Alexand. in conſil. 314. in libro primi & ſecundi vol. & Abb.in c.relatum, in fin.& in princip. de teſtam.

Summarium in l.cum idem. ff. de petit.hæredit.

Si aliquis vult mitti in poſſeſſionem, & alius etiam petit, debet iſte primus petitor cauere de defendendo reum ab alio petitore.

Bart. in l.cum idem, ff. de petit. hæredit.

Bart. in d.l. cùm idem, ait ſi aliquis vult † mitti in poſſeſſionem, & alius etiam petit, debet iſte primus petitor cauere de defendendo reum ab alio petitore. Vide omninò Abb. in c. quia G. col. 3. verſ. ſed quæro. de iudic. Et dum ſubiungit Bart. illum cogi petere cautionem: dic quia iſta cautio inducta eſt fauore poſſeſſoris, & intereſt etiam tertiæ perſonæ collitigantis. Aret. in c. veniens. 2. de teſtib.

Summarium in l. j. de fideicommiſſaria hæredit. petit.

Fideicommiſſario vniuerſali cui eſt hæreditas reſtituta uerbo competit hæc actio.

Bart.In l. j. ff. de fideicom. hæred. petit.

Bart. in d.l.j. inquit. fideicommiſſario † uniuerſali, cui eſt hæreditas reſtituta uerbo competit hæc actio. vide Corn. in conſ. 18. in 3. vol.

Summarium in l.nec intereſt. ff.de fideic.hæred.petit.

1 *Fruſtra petitur quod habetur.*
2 *Ex quibus probetur hæreditas adita.*
3 *Qui ſemel bonorum poſſeſſionem fuit adeptus hæreditatis petitionem intentare non poteſt.*
4 *Petitio hæreditatis non datur quando hæreditas fuit apprehenſa.*

Bart. in l. nec intereſt. ff. de fideicom.hæred. petit.

Bart. in d.l.nec intereſt, colligit in ſumma, actionem hanc dari fideicõmiſſario. ſed oppo. 1 dicens. fruſtrà † peti quod habetur, & ſoluit concludens hæreditatem non deſinere eſſe hereditatem quamuis uerbo fuerit reſtituta ſed re ipſa. De iſta oppoſ.& ſolutione uide Aret.in rub. ff.de acquir.poſſ.col.j.verſ.non obſt.In eo autem quod uelle uidetur Bart.hic, ſcilicèt, ut hæreditas adita non intelligatur amplius hæreditas, alioqui uerò ſi ſimpliciter adita fuiſſet ſine apprehenſione bonorum. Aret. in d. rubr. hoc idem affirmat. Et iſta eſt magna limitatio ad l. primam. §. veteres.ff.de acquir. poſſeſſ. ſed Iaſ. in d. rubr. col.61.uerſ.circa glo.huic ſententiæ reluctatur dicens, per ſolam & ſimplicem aditionem hæreditatis, eam amplius hæreditatem dici non poſſe, etiam ſi bonorum poſſeſsio non fuerit apprehenſa. & uide eleganter eundem Iaſ.in l.fi.verſ.Secundò intellige. C.de edic.diui Adr.tollen.Et ad hãc opinionem accedit Dec. in l.hæreditas. ff. de regu. iur. Et ex quibus † probetur hæreditas adita,vide Soc. in conſ. 295. in 1.vol. nam hæreditatis aditio eſt quid facti, ideo non præſumitur,niſi probet. Dec.cõſ.442. num. 15. & 16. Et an hæreditatem renuncians eam adiuiſſe intelligatur, Mar.Soc.iuni.in cõſ. 129. Et ad materiam eorum, quæ hic tradit Bart. vide Iaſ. in §. actionum, col. 40. verſ. vltimò, ubi aliqua notatu digna perhibuit. ad rem facit quod mirabiliter uoluit Bart. in l.ab em-

ptione, col. 1. in fi.ff.de pact.vers. sed quæro. ubi agit de re, quæ tradita videtur, licèt non sit
3 tradita. Et hoc, quod hic ait Bart.scilicèt eum, qui semel bonorum † possessionem fuit adeptus, hæreditatis petitionem intentare non posse; sequitur Ias.in rubr.ff. fol.mat. col. 2.in 3. conclusione, & in recollectis nouis col. 5.post vers.conclude. ubi simile adducit exemplum de dote liberè restituta, quæ non dicitur amplius dos. & hoc documentum sequitur idem Ias.in l. eius qui in prouincia, vers. quòd si stipul.col. 7.ff.si cert.pet.& ad hæc,scilicèt,petitionem hereditatis non dari, quando tota hæreditas re ipsa fuit restituta, faciunt ea,quòd ubi alicui re plenè tradita est, & ipse cadit à possessione, non potest amplius agere actione ex primo contractu, secundum glo.fi.in auth.sacramẽta puberum, ibi, sed magis.C.si aduers.uendit.de qua tamen ibi neque Ias. neque alij mentionem fecerunt. Et vide Ias.in l.fi.col. 4.vers. Secundò intellige.C.de edic.diu.Adr.toll. Attende tamen,quia licèt prædicta non competant ad recuperandum ius acquisitum per huiuscemodi actionem, competunt tamen ad confirmandum, & manutenendum hoc ius, secundum Ias.in l.j.col. 3.vers.ex secunda. C.de edic.diu. Adr. toll. Et
4 dum Bart.hic subiungit in vers.sed quæro, ideò petitionem † hæreditatis non dari quando hereditas fuit apprehensa, quia in huiuscemodi petitione ueniunt solùm res hæreditariæ, sed hereditas adita non est hæreditaria, sed hæredis. Vide Ant.de Butr.in cons.64.& Alex. in cons. 108.col.pen.in 1.vol. Adde etiam pro talibus bonis semel apprehensis non dari interdictum, quorum bonorum. Paul.de Cast.in cons. 96.& Corn.in cons. 254. col. fi.in 4.vol. Et ad prædicta vide Alex.in cons. 183. & in cons. 185.in 5.vol. Dum autem Bar.propè fi. d.l.nec interest, agit quomodò actiones omnes, quæ hæredi competebant, ex senatusconsulto, in fideicommissarium transeant: Dic in fideicommissarium non transire actiones acquisitas per hæredem l. si hæres pecuniam, in principio. ff. ad Trebell. sed in persona hæredis acquiritur petitio hereditatis, ideò in fideicommissarium non transfertur, sed ei prætor prouidet.

Summarium in Rub. ff. de rei uendic.

1 *Vtrum rei uendicatio & petitio hæreditatis in eodem libello cumulari possit.*
2 *Rei uendicatio quid sit.*
3 *Res ecclesiasticæ in dominio alicuius non sunt.*
4 *Ille, qui rei uendicatione agit, præsupponit aduersarium possidere.*
5 *Rei uendicatio datur contra tantum ciuiliter possidentem.*

Lucubrat. in rubr. ff. de rei uendic.

1 CIRCA materiam huius rubricæ quæritur, utrum rei † uendicatio, & petitio hæreditatis in eodem libello cumulari possint? vide Ias.in §.actionum,col.fi.vers.nunquid aũt. inst.de actio. & quæ posui suprà in rub.de petit.hæred. Et quomodò & quando rei vendicatio intenta esse uideatur,& quid in ea probandum sit,vide Alex.in cons. 24.in 6.vol. Quæro quid sit rei
2 vendicatio? Resp. esse ius quod à dominio causatur. Bart. in l.naturaliter. §. nihil commune, col. 3.ff.de acquir.poss. Et dum præsupponit, scilicèt dominium ciuile siue naturale in agente, & possessionem siue detentionem in reo conuento, vt l. in rem, & l. officium, infrà eod.tit. alioqui iudicium procedere non potest. ad rem facit. c.examinata, ubi Doct. de iudic. præsertim Abb. in 4.col. Proinde pro bonis † ecclesiasticis, quæ propriè in alicuius dominio nõ sunt
3 §.in nullius, instit.de rer.diuis. rei uendicatio competere non potest, ut trad. Innoc.& alij in c. cùm venerabilis, de relig.domib. & ad prædicta vide Feli.in c.dilectos, de fid.instr. Et de materia rei uendicationis, & de forma libelli, vide plenè apud Ias. in d.§. actionum, & in l.Nelenius.§.fundum.ff.de re iudic. vbi etiam ait, eum, qui agit rei uendicatione, uti non posse be-
4 neficio ne exigatur ultra quàm facere potest. Et rei uendicatione † agens præsupponit aduersarium possidere. Ias.in l.nulli.C.de iud. An aũt actio ad exhibendum sit præparatoria rei vẽdicationi,Ias.in rub.C.de eden. Et an intentãs rei vẽdicationẽ intelligatur renũciare possessioni

suæ,

ſuæ, vide Iaſ.in d.§. nihil commune. Item ſcias rei vendicationem cõpetere ad res ſingulares, & ad vniuerſitatem corporũ,non autem iuris. Doct.maximè Iaſ.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.Et dum Bar.in hac rubr.colligit ex glo.rei vendicationem † dari contra tantùm ciuiliter poſsidentem, dicas in hanc ſententiã * communiter itum eſſe,teſte Iaſ.in §.1.col.20. verſ. vltimò dubitatur,inſti.de acti.vbi multa de hac re tradidit,& in d.§.nihil commune, num. 137. Et cui competat rei vendicatio, & quomodò ea vti oporteat, vide Abb.in c. illud. de præſump.

Summarium in l.j. §.per hanc. el primo.ff.de rei uendic.

1 *Liberæ perſonæ non petuntur rei uendicatione.*

Bart.in l.j. §.per hanc. j.ff.de rei vendic.

1 Bart. in d.l.j.§.per hanc. j. colligit ex iſto tex. liberas † perſonas non peti rei vẽdicatione, niſi vendicẽtur adiecta cauſa. Quæ autem ſit differentia inter hanc vendicationem adiecta cauſa, & actionem præiudicialem,docuit Bar.in l.ſiue contrà.§. apud Plautianum.ff.de libe.agno. & Iaſ.in §.præiudiciales.col. 9.verſ.in ea.inſt.de act.& ibi in verſ.qualiter autem,ponit remiſsiuè, quomodò libellus ſit conficiendus quando agitur rei vendicatione,adiecta cauſa.& ad dicta per Bar.in hoc.§.per hanc,vide aliquid apud Feli.in c.licèt cauſam, in 13.not. C.de proba.

Summarium in d.l.j. §. per hanc, la 2.ff.de rei uendic.

1 *Quomodò procedatur & exequatur quando petitur uniuerſitas rerum.*
2 *Imperator eſt monarca totius mundi.*

Bart.in d.l.j. §. per hanc.2.ff.de rei vendic.

1 Bart. in d.l.j. §. per hanc. ij. agit de modo pronunciandi, † & exequendi, quando petitur vniuerſitas rerum: quoniam licèt iudex pronunciet gregem eſſe meũ, tamen reſtitutio fiet mi hi detractis capitibus alienis. Ex quo infert Bar.ad Imperatorem,qui eſt Dominus totius mundi, licèt res particulares ſint alienæ. de qua re egit ipſe Bar.ſuprà in 1. cõſtitutione huius libri. vbi videas Bal.col. 4.qui ait in ſimili, Regnum Apulię eſſe de dominio vniuerſali Eccleſię,licèt feuda ſint de dominio directo ipſius Regis. Et idem tenet in l.j.C.vnd.cogn.cuius documentũ vt ſingulare ſequitur Alex.in conſ.1.col.12.verſ.non obſt.etiam dum præfatus conſultor in 5. vol.& in d.l.j.C.vnd.cogn. Et vide multa in hac re ſcitu digna apud Bal.in c. 1.§.Rurſus,col. 3. quib.mod.feud.amit.& Feli.in c.cum non liceat, de præſcript. Barb.in c.1.de reb. eccleſ. non alien. & Alexand. & Iaſ. in l.j. C.vnd.legi. & idem tenet Bart. in extrauag.ad reprimendum, in voce, totius orbis. & Ange. Imol. & alios in l. ſeruus.ff.de lega. 1. & Iaſ. in l.iij. §. ex cõtrario. col.pen.ff.de acquir. poſſ.verſ. Tu autem, & in l.cunctos populos, col. 2. C. de ſum. Trinit. & multa de magnitudine Imperatoris docuit Thom.Ferr. in cautel.xvj. & Soc.in conſ. 165. col.
2 1. in 1.vol. Et Imperatorem † eſſe monarcam totius mundi,& fortè hæreſis crimine non carere eum, qui contrarium affirmaret, tradidit Bart.in l.hoſtes.ff.de capt.& poſtlim.reuerſ. Et ad prædicta optimè faciunt trad. per Abb.in conſ.51.in 2.vol. cuius hæc ſunt verba: Licèt Imperator diuiſerit territoria per diuerſas prouincias & regimina, tamen dicitur Dominus totius orbis, & mundus eſt ei unum territorium: ideò poteſt aſtringere quemcunque in vniuerſo orbe. hæc Abb. Sed contra poteſtatem Imperatoris, eiq; nec Reges, nec Ciuitates ſubeſſe, mirabiliter docuit Oldr.in conſ.69.quod conſilium terribile eſſe ait Feli.in d. c. cum nõ liceat.

Summarium in l.Marcellus. §. armamenta. ff.de rei uendic.

1 *Non ſufficit ſi uniuerſitas rerum uendicetur, niſi res in ſpecie exprimatur.*

Bart.in l.Marcellus.§. Armamenta. ff. de rei uendic.

1 Bart. in d.§.armamenta,colligit ex iſto tex.non ſufficere, † ſi uniuerſitas rerum uendicetur res niſi in ſpecie exprimãtur. Vide Feli.in c.in præſentia,col. 2.de proba.& in c. 2. col. 10. de libel.oblat.Dec.in d.c.in præſentia.in 2.not.& in c.cum uenerabilis, in 2.not.de except.

De rei uendicatione.

Summarium in l.idem Pomponius. ff. de rei uendic.

1 *In rebus quæ commixtione non confunduntur, remanet dominium eorum, quorum erat primò nisi eorum voluntate sit facta commixtio.*

Bart. in l. idem Pomponius. ff. de rei vendic.

1 BART. in hac l. idem Pomponius, sic ait in summa. In rebus, † quæ commixtione non confunduntur, remanere dominium eorum, quorum erat primò, nisi eorum uoluntate sit facta commixtio. Sed contra hoc Bart. documentum vrget glo. in l. si alieni nummi. ff. de solut.

Summarium in d.l. idem. §. si plures. ff. de rei uendic.

1 *Incertitudo rei impedit condemnationem fieri.*
2 *Quando plures aliquem interfecerunt, & ille non habebat nisi unum vulnus mortale, vtrum ratione incertitudinis omnes sint condemnandi, an uerò absoluendi.*
3 *Quando plures aliquem interfecerunt si eorum unus sit clericus, & alij sint laici, vtrum omnes iudicandi sint a iudice ecclesiastico, an uerò à iudice seculari.*
4 *Ius declarandi ambiguam intentionem, non egreditur personam proferentis.*
5 *An & quando facultas declarandi transeat ad hæredem.*

Bart. in d.l. idem. §. si plures. ff. de rei vendic.

1 BART. in ea. l. §. si plures, ait, incertitudinem † rei impedire condemnationem fieri. Et ita Bar. opp. de l. Item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. ubi incertus erat delinquens, & tamen omnes condemnantur; soluit dicens illud esse speciale ne delicta remanèant impunita. Sed contra hanc Bar. decisionem vrgent, quæ docuit Alex. in cons. 207. in lib. primi & secundi volum. vbi ait, si duo testes contraria testimonia dixerunt, neminem vt falsum condemnari posse ratione incertitudinis: quia licèt constet unum eorum dixisse falsum, tamen cum non liqueat quis ille fuerit, uterque est absoluendus. atque ita contra Bart. hic, quia sumus in delictis, & tamen ab incertitudine causatur absolutio utriusque. Attende quoniam ex prædictis inferri potest ad decisionem quæstionis illius, quæ multotiens in facti contingentia euenire solet, *quando plu*
2 res aliquem † interfecerunt, & ille non habebat nisi unum uulnus mortale, utrum *ratione incertitudinis* omnes sint condemnandi, an uerò absoluendi? De qua quæstione *vide Alex.* in cons. 15. in 1. vol. vbi multa scitu digna docuit in materia criminali, & in cons. 207. in lib. primi & secundi vol. & in cons. 14. in 3. vol. & in cons. 44. in 4. vol. & omninò in cons. 2. in 7. vol. & Feli. remissiuè in c. capitulũ. nu. 48. de rescript. adde glo. sing. in c. cupientes. §. cæterùm, de elect. ubi Pet. ait, se reum quendam in facto liberasse. Vide Barb. in tract. de præstantia Cardinalium, in vlt. quæst. secundæ par. nu. 25. & Mari. Soc. iuni. in cons. 69. num. 27. & Paulum Grillandum in tract. de relaxatione carceratorum, in 5. & 6. quæst. In re proposita de delicto à pluribus commisso, si ignoratur quis eorum deliquerit, solet alia quæstio suboriri, si eorum vnus
3 † sit clericus, & alij sint laici, vtrum omnes iudicandi sint à iudice ecclesiastico, an verò à iudice seculari? quo casu dicendum videtur, eos omnes à iudice ecclesiastico ea ratione esse iudicandos, ꝙ maius dignum trahit ad se minus dignum. c. 1. de for. compet. & ita ibi decidit Mar. Soc. & Soc. in l. cùm senatus, in fi. ff. de reb. dub. ubi testatur, ita in facti contingentia obtentum fuisse. & hanc partem sequitur Io. Crotus, quem videas omninò in l. j. num. 19. ff. de verbor. oblig. & Bart. in l. solent, cum apostill. ibi in 2. col. ff. de alim. & cib. lega.

4 Bart. in eod. §. si plures, colligit ex isto text. ius declarandi † ambiguam intentionem non egredi personã proferentis, nec ad hæredem transire. Et per hoc deciditur quæstio, an protestatio caducitatis ad hæredem transeat? de qua in specie decisio non facilè reperitur, licèt in casu diuerso reperiatur decisa apud Bal. in l. fi. de re. dot. & Raph. Cuma. in cons. 164. Prælatus. vide Bar. & ibi trad. in l. non solùm. §. morte, col. 2. ff. de ope. no. nunc. Ex prædictis etiam inferri solet, iudicem ipsum ambiguam alicuius intentionem declarare non posse: quia hoc esset interpre-

interpretari factũ alienum, ſecundũ Bal. in l. ea quæ. C. cõminat. epiſt. & in l. ſicut proponis. C. de execut. rei iud. & an aliquis declarare poſsit, vide Feli. in c. qualiter & quando, col. 15. & ſeq. de accuſ. t. & in c. cùm veniſſent, col. 2. de iud. & ſemper ait facultatem declarandi ad hæredem non tranſire. ſed huic ſententiæ reluctatur glo. magn. in l. poſt dotem, propè fi. ff. ſolu. matr. ubi amplius uult, etiam quando uoluntas poſita eſt in cõditione, quo caſu debet impleri in forma ſpecifica, declarandi poteſtatem tranſire ad hæredem. de quo uide ibi Iaſ. col. 54. uerſ. in ea gl. l. alioquin, ubi ait, facultatem declarandi eſſe perſonaliſsimam, vt eius verbis utar. Ad hæc accedat quia ſi mortuus eſt ille, qui multos actus fecit in hæreditate ſibi delata, ſi tamẽ dubiũ eſt, an pro hærede ſe geſſerit, an non, facultas hoc declarandi ad hæredem non tranſit. Bar. in l. pro hærede, in prin. verſ. dubitaui tamẽ. ff. de acq. hære. licèt contrariũ, & malè (iudicio meo) tenuerit idem Bar. in l. gerit. col. 6. verſ. ad tertium. ff. eo. tit. de acq. hæred. & de hac re vide plene apud Aret. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. & §. poſt. Bar. & Alex. ibi, ubi etiam uideas Iaſ. col. 24. verſ. Item inquantum. vide etiam. l. generaliter. in prin. cum gl. C. de reb. cred. Et an & quãdo facultas † declarandi tranſeat ad hæredem, vt ipſe poſsit declarare, vide Iaſ. in l. poſt dotem, nu. 50. cum ſeq. ff. ſol. mat. Illud autem ſcias, declarationem propriè dici eam eſſe, quæ fit circa verborum interpretationem, quæ ſunt dubia, alioqui illa eſſet noua diſpoſitio, quæ fieri nunquam poteſt in præiudicium tertij. natura enim declarationis non eſt conualidare, vt ita dixerim, quod nullum eſt, ſed quod eſt inutile propter difficultatem probationis. item declaratio fieri debet in circumſtantijs, non autem in ſubſtantialibus. hæc Dec. in l. 1. C. de impub. & alijs ſubſt.

Summarium in l. ſi rem. ff. de rei vendic.

1 *Ille qui petit rem debet eam declarare de libello ſecundum ipſius naturam & qualitatem.*
2 *Ad certificandum hominem ſufficit ſi nomen proprium exprimatur.*

Bart. in l. ſi in rem. ff. de rei vend.

1 BART. in d. l. ſi in rem, ait, eum, qui petit † rem, debere eã declarare in libello ſecundũ ipſius naturam, & qualitatem. vide Alex. in conſ. 39. col. 2. in 5. vol. & in conſ. 46. in 1. dub. eo. vol. & Pau. de Caſt. in conſ. 301. Et ad declarationem Bar. hic vide Feli. in c. 2. de libel. oblat. col. 4. & ſeq. & dum Bar. ſubiungit, cùm de re fit mentio, intelligi debere de tota re, & non de parte. Vide Aret. in conſ. 103. col. 2. in fi. Barb. in conſ. 90. col. 3. in fi. & ſeq. in 3. vol. & rei appellatione de tota ipſa re intelligendum eſſe, & non de parte, docuit Alex. in conſ. 195. in 6. volum.

2 Bart in d. l. ſi in rem, inquit, ad certificandum † hoĩem ſufficere, ſi nomen propriũ exprimatur De hoc Bar. documento, ſ. idem nomen pluribus impoſitum eſſe non cenſeri: quia pluralitas nominis non præſumitur, niſi probetur. vide Iaſ. in l. eum qui. §. in pœnalibus. col. fin. ff. de iureiur. & in l. ij. col. 1. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. ubi ponit regulam generalem, ſ. pluralitatem actuum non præſumi. & ibi limit. & vide eundem Iaſ. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & poſth. col. 3. in 1. gl. vbi reprobat glo. ibi dicentem, legem Velleiam, & Senatuſconſultum Velleianum ab eodem authore non proueniſſe. Tu verò ea, quæ hic tradit Bart. declara omninò ut per Dec. in conſ. 13. col. 2. & vlt. vbi limit. Item limita vt habetur apud Doct. in c. cùm Ioannes, de fid. inſt. & præcipuè Feli. ibi in 4. col. & vlt. dum agitur de probanda identitate perſonæ.

Summarium in l. Pomponius. ff. de rei vendic.

1 *Si res pro indiuiſo poſſideatur à ſocio meo uel ab alio, alium tantùm conueniam: ſi pro diuiſo utrunque pro rata conueniam.*

Bart. in l. Pomponius. ff. de rei vendic.

1 BART. in d. l. Pomponius, ait, ſi res pro indiuiſo † poſsideatur à ſocio meo, uel ab alio, alium tantùm conueniam: ſi pro diuiſo vtrunque pro rata conueniam. Vide Bald. in conſilio 455. in primo volumine.

De rei uendicatione.

Summarium in l.officium.ff.de rei uendic.

1 *Actio seu rei uendicatio datur contra eum qui possidet, uel est in possessione causa custodiæ uel aliter.*
2 *Quando rei uendicatio detur contra detinentem.*

Bart.in d.l.officium.ff.de rei vendic.

1 BART.in d.l.officium, sic ait in summa. Hæc actio † datur contra eum, qui possidet, vel est in possessione causa custodiæ, uel aliter. vide Abb.in cons.109.in 1.vol.Et quia ex hoc tex.colligitur, dominũ agere posse contra cõmodatarium,& depositarium,& locatarium, cuius rei tamẽ dominus possessionem habet. vide tex.in §.æquæ,instit.de actio.in vers. quod genus actionis,& ibi glo.in verbo,neget.dum in tex.ibi habetur, possidenti actionem non dari. glo.ibi op
2 ponit de isto tex.in l.officiũ,pro cuius solutione uide ibi Ias.Quãdo autem rei † uẽdicatio detur contra detinẽtem,vide Alex. in l.Pomponius. §. si is qui precario.ff.de acq.poss.in col.fi.& Ias. in §.1.col.8.de actio.ubi ait, hæc dicta procedere solùm,quando est dubiũ,vtrum is possideat an detineat, alioqui verò si non est dubium, id quod est animaduertendum.Circa illud verò,q ad rei uendicationem requiritur possessio vel detentatio ex parte conuenti: Limita hoc non procedere in casu singulari.l.si à te.§.1.ff.de except.rei iud. quando conuentus putabat se possidere, licèt non possideret; nam tunc pronunciatur tantùm rem esse actoris, & reus absolutur tanquam non possidens. si tamen possessio perueniret ad eum, qui fuit conuentus,ad eam restituendam compelleretur, ut ibi. Tamen limita & declara tex.in d.§.1.vt per Feli.in c.examinata, de iudic. Et dum Bart. ibi subiungit, vtrum sententia lata contra colonum noceat domino, vide Bart.in l.2.colum.3.C.ubi in rem actio. vide etiam Feli.in c.super, colum.5.de iudic.Soc.in cons. 266.in 1.volum.& Anchar.in cons. 333.

Bart. in l.si res, cum duabus ll.seq. ff.de rei vendic.

BART. legit has tres ll. simul. Vide tu decisionem quęstionis,quam per istas leges facit Laurentius de Rodulphis in tract.de usuris.quæst.110.

Summarium in l.non solum.ff.de rei uendic.

1 *Stante statuto, victum victori condemnari debere in expensis, si condemnatio expensarum omissa fuerit in sententia, an expensæ peti possint.*

Bart.in l.non solùm. ff.de rei vendic.

1 BART. in d.l.non solùm, propè fi.tradit, stante † statuto victum victori condemnari debere in expensis,si condemnatio expensarum omissa fuerit in sententia,an expensæ peti possint condictione ex statuto? idq; ait fieri posse. Sed de hoc dubitat Ias. in l.vnica. col.4. vers.item.ff.de cond.ex lege. & in l.properandum.§.finautem alterutra,col.2.vers.2.C.de iudic.

Summarium in l.item si uerberatum.§. si quis item.ff. de rei uendic.

1 *Princeps ex causa potest ius tertij auferre, & dare alteri.*
2 *Princeps an testamento alicuius derogare possit.*
3 *Si Princeps aliquem priuat motus aliqua causa ei usque adeò credendum est, ut contra illam causam probatio non admittatur.*
4 *Princeps non potest tollere quominùs iustitia ministretur.*
5 *Princeps an possit dare in feudum oppidum inuitis oppidanis.*
6 *Princeps uenerandus est tanquam Deus.*
7 *Princeps etiam de plenitudine potestatis an possit tollere ius alteri ex sententia acquisitum.*
8 *Licet sine causa ius acquisitum de iure gentium auferri non possit, tamen hoc procedit, quando istud illi directè competeret.*
9 *Tria in Principe requiruntur, potentia, uoluntas, & modus.*

10 *Prin-*

10 *Princeps habere debet commodum ſubditorum perinde ac ſi eſſet proprium ipſius principis.*
11 *Principis voluntas huiuſmodi eſſe cenſetur prout eſſe debet.*
12 *Princeps uti non debet plenitudine poteſtatis ſine cauſa.*

Bar.in l.item ſi uerberatum.§.ſi quis.ff.de rei uendic.

1 BART. in d.l.item ſi uerberatum.§. ſiquis rem, colligit ex iſto text. Principem † ex cauſa poſſe mihi auferre ius meum, & dare alteri. Vide Alexand.in conſi.34.colu.2.in 4.volu.& an princeps poſsit ſine cauſa auferri ius quæſitum alteri,uide eundem Alex.in conſi.229. in libro primi & ſecundi uolu. vbi agit de legitimatione quæ fit in præiudicium tertij. de qua re uide Dec.in conſil.357. & Principem poſſe ex cauſa dominium rei auferre uni, & dare alteri, uide Dec.in conſ.286.& in conſ.361.vbi ait,cauſam reſpicere debere publicam utilitatem,alioqui Princeps non poſſet. vide eundem Dec. in conſ. 689. & in l.id quod noſtrum.ff. de regul.iur.
2 Et an Princeps † teſtamento alicuius derogare poſsit? vide Dec. in d.conſ.357. & an quando princeps poſsit rem alicuius auferre, uide plenè Feli.& Dec.in c.quæ in eccleſiarum,de conſt. vbi etiã habetur, quãdo cauſa dicatur eſſe legitima. De qua re multa ſcitu digna docuit Soci. in cõſ.156.col.2.& in cõſ.164.in.1.vol.& in conſ.266.col.16.eod.1.vol. & latè in conſ. 120. & 126.& in cõſ.63.in.3.vol.& omnino in cõſ.87.col.8.in.3.vol.vbi not.ait, ſi Princeps aliquẽ
3 priuat † motus aliqua cauſa, ei vſque adeò credendum eſſe, vt contra illam cauſam probatio non admittatur: citat Pet.de Anchar.in conſ.188.incip.Vltra alia ſolenniter. & Bart. per illum tex.in l.Aemilius.ff.de euict.& Principem de plenitudine poteſtatis non poſſe irritos, & inanes facere contractus,& promiſsiones quas fecit,tradit Soc.in conſ.87.in 3.vol.& de hoc vide Fulg.in conſ.143.& Dec.in d.conſ.689.ubi ait, Deum Principi leges ſubieciſſe, ſed non contractus ſecundum Bal. in c.1. de natur. feud. ad rem faciunt trad. per Alex.in conſ.50.col.4. &
4 ſeq. in 5. volu.& de hac re vide late Feli. in c.1.de probat.& ibi etiã Dec. Et Princeps † tollere nõ poteſt quominùs iuſtitia miniſtretur,ſiquis eam ſibi fieri expoſtulat. Alex.in conſ.1.col. 9.in 5.vol.Et pro habẽda pace poſſe Principem iura tertij auferre,docuit Alex. in cõſ.94. col. 6.in v.vol.De quo vide Soc.in cõſ.4.col.4.in 3.vol.vbi ait,eos,qui hoc modo iura alterius nan ciſcuntur,tutos nõ eſſe in foro conſcientiæ.idem ait Feli.in d.c.1.nu.7.de proba. Et ad præcedentia.ſ.An & quãdo Princeps auferre poſsit ius alteri acquiſitum,vel re ipſa,vel in ſpe,vel aliter quomodocunq;, vide pulcherrimè apud Soc.in conſ.10.inter cõſilia Albert.Brun.vbi tradit ſex concluſiones memoratu dignas,ex quib.diſtinctè colligitur,quid iuris ſit in quocunque iure alteri acquiſito. Vide etiã Io.Campegium in conſ.11. inter cõſilia eiuſdem Bruni.vbi etiã
5 habetur,vtrum Princeps † poſsit dare in feudum oppidum aliquod inuitis oppidanis? de qua re vide Soc.in conſ.39.in 3.vol.& Alex.in conſ.25.col.5.in 5.vol.Dec.in conſ.564.nu.9.& in cõſ.689.habetur pleniſsimè in conſ.12.inter cõſilia eiuſdem Bruni. vbi traditur quali & quanta veneratione habendi ſint Principes,qui ſunt imago Dei in terris. Et propterea ſub illo præcepto, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde,aiunt etiam Principem contineri, ut ibi
6 videre eſt. Et Principem † venerandum eſſe tanquã Deum tradit Franciſcus Lucanus in tract. de fiſco & eius priuilegijs.in prima par.nu.136.ubi ait,q; propterea Imperatores apud Romanos Diui nuncupabantur. ad quod facit gl.in rub.in Auth.de hære.& Falc.quæ ait, Principem legatum eſſe & proconſulem Dei. idem ait Bald.in tract.de pac. Conſtan.in princ.Attende tamen circa prædicta, ſi Princeps ſubditis ſuis aliquid concederet pecunia interueniente, illud communiter reuocari non poſſe.Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde libe.& Albert.Brun. in conſ.51. Item quia Princeps alicui auferre non poteſt id, quod ei de iure gentium eſt acquiſitum, ideò non militat iſto caſu iuſtam cauſam in principe præſumi. Fulg.in conſ.61. de qua re vide Alex. in conſ.229.in lib.primi & ſecundi volu.& Dec.in conſil.544. Circa prædictam dubitari ſolet,
7 vtrum Princeps † etiam de plenitudine poteſtatis poſsit tollere ius alteri ex ſententia acquiſitum? quoniam licèt iſte modus acquirendi ſit de iure ciuili, ſupra quod eſt poteſtas Principis, tamen ipſum dominium eſt de iure gentium, cui princeps ſine cauſa etiam de plenitudine po

* testatis derogare non potest, secundum * com.opi.Doct.in l.fi.C.si contra ius uel util.publ.vbi Iaſ.in col.fin.& Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.col.20.ff.de libe. & poſth. & in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Soc.in conſ.64.& in conſ.120.in 3.vol.& in d. conſ.10. inter cõſilia Albert.Brun. Dec.in conſ.284.& in conſ. 344.& Cravet. in conſ. 103. vbi vltra iſtos patres adducit Abb.in conſ.121.col.fin.in 2.volu.aitq; ex ijs dicendum eſſe hoc principem non poſſe, niſi ex iuſta cauſa, vtibi latius per eum. Sed in propoſita re attende memorabile documentũ
8 Albert.Brun.in ſuo conſ.primo, vbi egregiè ait, licet † ſine cauſa ius acquiſitum de iure gentium auferri non poſsit, tamen hoc procedere quando iſtud illi directè competeret, alioquin verò ſi princeps procederet reſtituendo aliquem ad primum ſtatum, & remouendo impedimentum faciendo eum de inhabili habilem: quia tunc etiam ſine cauſa hoc ius auferre poterit. quod nunquam obliuiſcaris. Et quia hucuſque de Principis potentia egimus, ſciendum eſt in
9 principe non ſolum potentiam exigi ad actum aliquem rectè perficiendũ, ſed tria in † Principe requiri. Potentia, uoluntas, & modus. quia ſine potentia nihil ad actum deducitur, ſine uoluntate nihil conſenſu perficitur, & ſine modo nihil ad ſuum finem dirigitur: ut not. ait Bal. in conſ. 236.incip. Rex Romanorum, in 1.vol. Et ideò principes debent hac ſua poteſtate uti cum maximo moderamine, & tales eſſe debent erga ſubditos ſuos, quales uellent erga ſe eſſe principes ſuos, quando ipſi alijs ſubeſſent.c.quorundam.74.diſt. & quales eſſe debeant Principes & qui
10 bus uirtutibus prędi ti, docuit Ant.Corſet.in tract.de poteſtate regia, in 3.par.nu.7. Principes † enim habere debent commodũ ſubditorum, perinde ac ſi eſſet proprium ipſius principis.l.unica. propè fi.C.de cadu.toll.& theſaurus principis non debet eſſe ſuus, ſed ſubditorũ bene gestium.§.cogitatio, in Auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffra.nam ſubditi diuites & boni ſunt nervi ſius principis.l.ij.C.de omn.agr.deſer. lib.11. Et ideò princeps debet tractare ſubditos ſuos, tanquam filios, & nepotes. l.ſi quis filium, vbi Iaſ.C.de inoff.teſta.Bal.in conſ.460. Ioanne de Albingonia, in 1.vol. quapropter, ſi princeps beneficia uel priuilegia concedit, non cenſetur ea concedere in alterius præiudicium, ut eſt tex.in l.nec omnis.C.de emend.liber.ubi ait impe
11 rator, beneficia tribuere in cuiuſquã iniuriam non eſt moris noſtri. Principis † enim uoluntas eiuſmodi eſſe cenſetur, pro ut eſſe debet.Bal.in l.ex facto, ubi latè Iaſ.in 4.not.ff.de vulg.& pupil.cum multis alijs ſcitu dignis, quæ habentur in conſ.12.inter conſilia Alber.Brun. Et ſi princeps aliquid agit, quod mereatur correctionem debet ſeipſum corrigere, in Auth. de nupt. in
12 princ. Illud etiam ſcias, principem † uti non debere plenitudine poteſtatis ſine cauſa, ut inquit Alex.in conſ.203.in 6.vol.dicens ab ea potiſsimùm abſtinere debere Imperatorem, ſecundũ glo.in l.pen.ff.de hæred.inſt. Et ideò princeps non præſumitur uti uelle plenitudine poteſtatis. Alex.in conſ.11.in 7.vol. Quod tamen intellige non procedere, quãdo ſine poteſtatis plenitudine actus ualere non poteſt: quia tunc ea vti velle exiſtimatur: ſecundũ Paul.de Caſtr.in l.ex imperfecto, in fi.C.de teſta. Alex.in l.quanquam.C.de teſta.milit. Paul.de Caſtr.in conſ.414.In facto præſenti, col.2.in 1.vol. Dec.in c.quoniam abbas.col.5. de off. deleg. & in conſ. 11. col. pen. Princeps etiam vti non poteſt plenitudine poteſtatis contra eos, qui non ſunt naturaliter ei ſubiecti ſed reſpectu alicuius cauſæ, ut declarat Soc. in conſ.27. in tertio volum.

Summarium in l. vtique. ff. de rei vendic.

1 *Fructus & partus veniunt officio iudicis mercennario.*

Bart. in l.vtique.ff.de rei vendic.

1 Bart. in d.l.vtiq; opponit, & dicit, fructus † & partus veniunt officio iudicis mercẽnario, igitur re perempta, non durat officium iudicis; & ſoluit, vt ibi per eũ. Circa iſtam l.vide Bar. in l.1.col.fi.verſ.quærit glo.C.de lit.conteſt. & Pau.de Caſt.ibi in fi.verſ.vlti. Attende etiam quia vltra effectus hic poſitos, quare fieri debeat differentia, eſt alius.§.vt in ea declaretur actorem ius habere, ſecundum text. ſing.in l. ſi a te. §. 1. ff.de except. rei iudic.Alex.in l.Naturaliter.§. nihil commune, col.20.& ibi etiam Iaſ. col.20.verſ.Tu reſponde. ff.de acquir.poſſ.

Summa-

Summarium in l.si post.ff.de rei uendic.

Articuli cautè sunt formandi.

Bar.in l.si post.ff.de rei uendic.

BART. in d.l.si post,ait,articulos † esse cautè formandos,ut probetur completam esse usucapionem ante litem contestatam.uide Feli.in c.licèt causam, de probat.

Summarium in l.si à bonæfidei.ff.de rei.uendi.

Re perempta uel perdita post litem contestatam non tenetur possessor si dolus uel culpa ei ascribi non potest.

Bar.in l.si à bonæfidei.ff.de rei uendic.

BART. in l.si à bonæfidei,sic ait in summa. Re perempta † uel perdita post litem contesta tam,non tenetur possessor,si dolus uel culpa ei ascribi non potest. Attende tamen, quoniam isto casu ferri debet sententia, qua declaretur, actorem ius habere, & condemnetur reus in fructibus & partu,& alia facere,ut declarat Barto.in l.utique,suprà eod.tit.& in d.§.nihil commune,colum.4.& seq.in quarta lectura uersi.secundò quæro,ubi Alex.colum.20.& Iaſ.colum. 20.uersiculo tu responde.

Summarium in l.in rem.ff.de rei uendic.

Actor dominium probare compellitur.

Lucubrat.in l.in rem.ff.de rei uendic.

BART. in d.l.in rem oppo.& soluit,ut ibi per eum. Et allegari solet ista.l.quòd actor † dominium probare compellitur. Id quod non habet locum,ubi de uiolenta possessione probare tur: quia actor obtinere debet in petitorio absque eo,quod dominium probet,ut per Iaſ.in d. §.nihil commune,col. 31.& seq.licèt ibi ab alijs reprobetur.

Summarium in d.l.in rem.§.loca sacra.ff.de rei uendic.

Quomodò & quando res sacræ uendicari possint.

Bar.in d.l.in rem.§.loca sacra.ff.de rei uend.

BAR. in d.l.in rem.§.loca sacra, tradit quomodò & quando † res sacræ uendicari possint. Vide Abb.in c.examinata,de iudic.

Summarium in d.l.in rem.§.tignum.ff.de rei uendic.

Ille qui tignum iniunxit si habet iniunctum an teneatur.

Bar.in d.l.in rem.§.tignum.ff.de rei uendic.

BART. in ead.l.§.tignum,quærit,nunquid ille,qui tignum † iniunxit,si habet iniunctum te neatur. vide Feli.in c.constitutus,nu.7.de rescript. Et pulchrè declara hunc tex.ut per Alexan. in consi.79.Visis his.in 3.volu.Capr.in consi.93.colum.fi.Angel. in auth.ut omnes obed. iud. colum.3.versic.sexto modo legitur. Bal.in consi.144.in 1.volum.& in consi.431.in 4.vol. & in consi.314.colu.1.& in consi.443.in 3.volum. Et dum Bar.quærit,an laboratores conducti ab alio in aliena domo,uel possessione excusentur, vide modernos in l.j.§.nũciatio.ff. de oper. nou.nunc.& latius Feli.in cap.si diligenti,colum.4.de præscript.obstat tamen dictum Bar. in l. quod te,colu.fi.vers.venio ad ultimum.ff.si cert.pet.vbi uult interpellatum in facto alieno credere non teneri. vide Feli. in c.1.in fi. de præsumpt. & omninò Alex. in consi.36.in 1.volum. Alber.de Ros.in l.si quis id quod.ff.de iurisdict.omn.iud.& Angel.de maleficijs in uoce,Sempronium

pronium mandatorem,col.3.quæst.4.vide omninò Soc.eleg.in consi.54.col.fi.in 4.volum.vbi optimè loquitur pro laboratoribus.

Bar.in l.is qui se obtulit.ff.de rei uendic.

BAR. in d.l.is qui se obtulit,ait uidendam esse gl.pro summario. Vide tu Feli.in c.pen.col. 1.versic.Dum subdit Abb.& col.seq.de except.vbi egregiè declarat hanc.l. & in c.cùm inter, colum.6.de re iudic.& Abb.in c.examinata,col.3.de iudic.Et dum Bart.subiungit si actor probat dominium, sed reus non fuit interrogatus,an posideret, quòd propterea reus condemnari non potest. adde idem tenere Bar.in l.si à te.§.1.ff.de excep.rei iud.& Abb.in cap.examinata,colum.fin.de iudic.

Summarium in l. ex diuerso.ff.de rei uendi.

1 *Fructus an perueniant ad hæredem antequam legatarius caueat de vtendo & fruendo arbitrio boni uiri.*
2 *Fructus ciuiles vt pensiones domorum vecturæ nauium & huiusmodi an largè fructus appellentur.*
3 *Fructus appellatione quodcunque interesse comprehenditur.*
4 *Fructus dicitur id quod nascitur & renascitur.*
5 *Quomodò fructus percepti uel percipiendi peti debeant.*
6 *Partus ancillæ appellatione fructuum non continetur.*
7 *Bonæfidei possessor an faciat fructus suos.*
8 *Bonæfidei possessor qui errat in iure, credens habere iustum titulum, cùm non habeat, an fructus faciat suos.*
9 *Fructus percepti ex rebus restitutioni subiectis, an & quando ueniant in restitutione fideicommiss.*
10 *Fructus pendens dicitur esse pars fundi.*
11 *Ex diuersis non infertur.*
12 *Fructus episcopatus ad quem perueniat quando est facta translatio de uno episcopatu ad alium.*
13 *Bonæfidei possessor an & quando faciat fructus suos.*
14 *Fructus sunt restituendi à possessore, qui titulum habuit irritum.*
15 *Bona fides præsumitur in possessore decem annorum.*
16 *Fructus qui non efficiuntur possessorijs sunt petendi, rei uendicatione.*

Bar.in l.ex diuerso.ff.de rei uendic.

1 BART. in d.l.ex diuerso,tradit,an fructus † perueniant ad hæredem antequàm legatarius caueat de utendo & fruendo arbitrio boni uiri: Et qui nam sint fructus. Adde,quòd etiam cófiscatio,& alia multa dicuntur fructus iurisdictionis,secundum Bar.in l.diuortio.§.si uir in fundo,ubi omnes doct.ff.sol.matr.sed an dicantur industriales,uel naturales,cogita. faciunt tradita in c.consultatio,de iure patron.Et inter fructus episcopatus annumeratur collatio beneficiorum.gl.Abb.& alij.in c.cùm olim,de mai.& obed.Et dum Bar.ex mente gl. prosequitur materiam fructuum,distinguendo ut ibi per eum:vide aliqua apud Feli.in c.de quarta, col.10.in 2.
2 limit.de præscript.& Curt.in consi.72.col.3.& 4.& quia Bar.ait,quosdam esse fructus † ciuiles, vt pensiones domorum,uecturæ nauium,& huiusmodi genus alia,quæro, an propriè, an largè fructus appellentur? vide Iaf.in d.l.diuortio,in princ.in 3.not.& Alex.in consi.326. in causa & lite,col.fi.in libro primi & secundi vol.& dum Bar.pergit declarans fructuum naturalium aliquos esse industriales,& aliquos stare in suo proprio nomine naturalium,vide ad hoc. Alex.in d.l.diuortio,col.10.& omninò Aret.in consi.160.col.1.& Soc.in consi.251.in 1.vol.col.fin.& ad documentum Bar.hic in l.ex diuerso,uide Abb.in c.grauis,de restit.spoliat.Bar.in l. sed & si lege.§.scire.ff.de petit.hæredit.& ibi Alex.in apostill.Abb.in c.dilecto,de præben.Ang.in cósi. 160.Dec.in c.cùm causa,de offi.deleg.Curt.in consi.71.& Iaf.in l.Nesennius.§.1.ff. de re iudi.
3 Scias etiam fructuum † appellatione quodcunque interesse comprehendi, ut est text.not.in l. loci

loci corpus.§. 1. vbi Bal.ff.ſi ſeruit.uendic.quem extollit Io.Campegius in tract.de dote, in qu. 33.ſecundæ par.Quæro hic. An fructuum appellatione ueniat glans,ita,ut ſi ſtatutum pœnam imponit incidentibus arbores fructiferas,uerificetur in incidente quercum producentem glãdes? Reſpondeo,eum in pœnam ſtatuti incidere; quia glandis appellatione omnis fructus cõtinetur.l.qui uenenum.§.glandis.ff.de uerb.ſignif.& l.j.ff.de gland.legen.Bart. in l. qui ſeruandorum.§. 1.ff.de præſcrip.verb.& Specul.in tit.de iniur.& damn.dat.§. 3.verſi.porrò,& verſic. item ſi fructus.Item fructus † dicitur id quod naſcitur & renaſcitur.glo.& Abb.in c.ſalubriter, de uſuris,igitur &c.Attende etiam fructus intelligi deductis oneribus,ut pulchrè habetur apud Dec.in conſi. 156.Et an & quando fructus intelligantur deductis expenſis,vide omninò Ioan. Bertachinum in tract.de gabellis,in ſecundo membro 8.par.princ.nu.8.cum ſeq.& trad. in l.j. C.de fruct.& lit.expenſ.& in l.fructus. ff.de impenſ.in reb dot.fact.& in c. ad noſtram, de iure iur.ubi Feli.latè.& Io.Campegium in tract.de dote,in 12.quæſt.ſecundæ par.vbi diſtinguit, an hæc uox à lege,an ab homine proferatur. Et quomodò † fructus percepti uel percipiendi peti debeant,vide optimè apud Ang.in l.ait prætor.§. per hãc. ff.de his quæ in fraud.cred.& Feli. in c.iudicis officium,de offic.iudic. Et ad rem de qua hoc in loco agit Bar.ſcilicèt de induſtrialibus & naturalibus,vide Specul.plenè in tit.de fruct.& intereſſe.§. 1.per totum. Et in hac materia fructuum vide tex.in l.Iulianus ſcribit ſi haberem,infrà eod.tit.& Alexan.& alios in l. cùm fundus,in princ.ff.ſi cert. peta.Poſtremò ſcias,partum † ancillæ appellatione fructuum non cõtineri: quoniam abſurdum uidebatur hominem in fructu eſſe,cùm natura omnes fructus gratia hominum comparauerit. tex.eſt aureus in l.in pecudum.ff.de uſur.& in §.in pecudum, inſt. de rer.diui.tradit Abb.in c.ſalubriter,in fi.de uſur.in quibus locis habetur, hominem eſſe finẽ omnium productorum. Et meritò,nam homo participat de omnibus,cum lapidibus enim habet eſſe,uiuere autem cum plantis,ſentire cum brutis,& intelligere cũ Angelis.Abb.in c.firmiter,de ſumm.Trinit.& fid.cat.vbi etiam tradit quare Deus creauit bruta priuſquam hominem crearet,qui eſt finis (ut dixi) omnium productorum,& nobiliſsima creaturarum. & tres affert rationes,ut ibi uidere eſt. Et dum Bar.in d.l.ex diuerſo col.2.verſ.ſed de hoc aliqualiter dubitatur,quærit quomodò intelligendum ſit illud,quòd fructus percipi potuerunt, an qui percipi potuerũt à petitore,an à poſſeſſore.vide Barb.in cõſ.80.col.10.in 3.dub.& Ang.in l.ſi de poſſeſsione.C.vnd.vi.& Dominos de Rota in deciſ.25.in nouis.quid de fructibus, hoc eſt, de pecunijs,quæ ex ſcripturis percipiuntur? vide Soc.in conſ.100.in 1.vol.

Bar.in d.l.ex diuerſo,col.3.verſ.ſequitur.Quærit an bonæfidei † poſſeſſor faciat fructus ſuos, & quos. & diſtinguit,ut hic per eum. vide Abb.in c.grauis,de reſt.ſpoli.Bart.in l.ſed & ſi lege. §.ſcire.ff.de petit.hæred.& ibi Alex.in apoſtill.Abb.in c.dilecto,de præben.Ang.in conſi. 160. & in conſi.84.prope fi.Alex.in conſi.44.Viſa facti.col.fin.in 3.vol.Imol.in conſi.112.Curt. in conſ.71.Iaſ.in l.Neſennius.§. 1.ff.de re iudic.& Feli.in c.de quarta de præſcript.& Dec.in cap. cùm cauſa,de off.deleg.Bonæfidei autem poſſeſſor eſſe dicitur,qui dominij cogitatione poſsidet.tex.eſt not.in l.apud antiquos.C.de furt.& in c.ſi uirgo.34.q.2.& quid ad bonæfidei poſſeſſorem pertineat,vide apud Philip.Franc.in diſputatione petitorij,in primo dubio.nu.5.nun quid bonæfidei poſſeſſor, † qui errat in iure,credens habere iuſtum titulum, cumnon habeat, fructus faciat ſuos,& quos.vide Feli.in d.c.de quarta,nu. 32.cum ſeq.Non ab re eſt hoc in loco intelligere, utrum hæredes mariti fructus perceptos ex rebus uxoris eius reſtituere teneãtur an non. vide Aret. in conſi.160. & latè Dec. in conſi.251.vbi loquitur de triplici patrimonio uxoris: & quid iuris ſit de fructibus perceptis ex unoquoque eorum,vide etiam Raph.Cuma. in conſ.104.& Io.Campegium in tract.de dote,in ſeptima & 9.quæſt. primæ par. ubi pleniſsimè agit de fructibus quarumcunque rerum & iuriſdictionũ. Quid dicemus de fructibus† perceptis ex rebus reſtitutioni ſubiectis? an & quando ueniant in reſtitutione fideicommiſsi? vide Ange.in conſi.331.vbi ponit regulam cum fallentijs. Non eſt ullo pacto prætermittenda illa quæſtio,quæ quandoque contingit. Quidam emit fundum de menſe Martij, in quo erat frumentum,quidam agnatus uolens eum redimere tãquam alienatum extra familiam uigore ſta-

tuti,

tuti,illum redemit,quando fructus erant maturi : dubitatum est, utrum fructus sint diuidendi, & à quo tempore. Dicendum uideretur fructus maturos ex quò de proximo sunt colligendi, habendos esse pro collectis,secundum Bar.in l.diuortio.§.interdum.ff.solut.matrim.& ideò ad primum emptorem pertinere,de cuius manibus fundus est redimendus ; vel saltem ex æquitate sit facienda diuisio pro rata temporis,ut per Bar.in l.fi.ff.de iur.fisc.& per Doct.in l.Iulianus
10 §.si fructibus.ff.de action.emp.sed huic sententiæ reluctatur,quia fructus† pendentes dicuntur esse pars fundi.d.§.si fructibus,& l.fi.§.fructus.ff.quæ in fraud.credit.quo stante illud sequitur, ut idem de his fructibus iudicium esse debeat,quod de alia parte ipsius fundi, atque ideò omnia hæc ad hunc agnatum redimentem pertinere ; quia fructus isti non ueniunt tanquam quid accessorium,sed tanquàm pars principalis ipsius fundi,qui redimitur,ut per Bal.& Sali.in l.fructus.C.de action.emp.neque obstat Bartoli documẽtum in d.§.interdum, quia in isto casu procedere non videtur,ut ibi declarat Ias.Non obst.etiam diuisionem pro rata temporis fieri debere ; quia adducta in contrarium loquuntur de diuisione fienda inter emptorem, & uendi-
11 rem,id quod à casu proposito distat, igitur ex diuersis † non infertur.l. inter stipulantem.§. cram.ff.de uerb.obli.cum simil.Pro solutione huius quæst.vide Ias.in l.qui Romæ in princ. fi.ff.de verb.oblig.& Fabianum de Monte in trac.de emptione & venditione,in 6.par.nu.22 cum seq.& ad præfata uide etiam,Raph.Cuma.in consi.20.& Anchar. in consi.193.& Soc.in consi.42.in fi. in 3.vol. Postquam agimus de acquisitione fructuũ, hic alia pulchra subeunt difficultas,quę fuit inter Petrum Lipamanum,qui de episcopatu Bergomensi fuit translatus ad episcopatum Veronensem,& Petrum Cardinalem Bembum,qui ei in episcopatu Bergomen-
12 succesit,scilicèt ad quem eorum † fructus percepti ante translationem & nomina debitorum pertinerent ? Pro Lipamano translato facit,quia iam erant collecti tempore translationis, ideo videntur ad eum pertinere,ut tradunt doct.in d.l.Iulianus.§.si fructibus.ff.de action.emp.& in alijs locis,quos paulò ante memorauimus, ubi distinguunt inter fructus pendentes, & percep-tos. de qua re vide etiam Soc.in consi.100.in 1.vol.& pro hac parte uidetur esse decisio Rotæ nu.137.in titulo de translatione episcopi in antiquis. Verior tamen uidentur esse diuersa sententia per rationes & authoritates,quas attulit Card.Zabarel.qui hunc casum decidit in cõl. 110.pro cuius decisione faciunt trad.per Io.And.in regula,non est in mora,in mercurialibus, cuius document citat in terminis Nicolaus de Vbaldis in tract. de successionibus ab intestato. §.finita,versic.prima conclusio.nu.2.licèt ipse casum hunc decidere non audeat,fortè,quia nõ vidit Card.Zabarel.in d.consi.110. vel quia ista sententia esset contra eius intentionem, quia casum hunc habebat in facti contingentia. Neque contra hoc urgerè videtur prædicta Rotæ decisio,si rectè consideretur,immo videtur præcedenti sententiæ esse adiumento. nam & si ibi in principio habeatur,huiusmodi fructus ad translatum pertinere, tamẽ se remittit ad not. in c. præsenti,de offi.ordin.vbi colligitur decisionem pendere ab illa quæstione, an clerici fructus beneficiorum faciunt suos. Et ibi distinguitur,vtrum beneficia simplicia sint, an verò administrationem habeant : quia isto casu non faciunt suos. Proinde cum episcopatus habeat administrationem, consequens est ut fructus collecti sed non consumpti ad successorem spectent. Sed circa prædicta vide Franciscũ de Pauinis in trac.De officio & potestate capituli,sede vacã. in 8.quæst.secundæ part.princip.Et dum Bar.in d.l.ex diuerso,pro sequitur quæstionem suam,
13 an & quando bonæfidei† possessor faciat fructus suos,& loquitur de industrialibus,qui absque distinctione efficiuntur bonæfidei possessoris. Attende unum singulare, quòd si bonæfidei possessor deducta omni impensa personæ & industriæ reperitur adhuc locupletior,tenetur restituere non obstante quòd fructus sint industriales.l.si me & Titium.ff.si cert.pet.vbi Ang.& Ias.in 1.col.Et an præsumatur aliquis factus locupletior,& cui probandi onus incumbat, vide Curt.in consi.72.colum.4.Et ad rem faciunt trad.per Mari.Soc.iuni.in consi.150.& omninò in re proposita,& de qua agit Bar.de eo,qui est factus locupletior, dicas fructus esse restituẽdos etiam à possessore,à quo abfuit mala fides : quia huiusmodi fructus iudicantur ac si essent
14 extantes secundum Angel.in consi.160.propè fin.item fructus † sunt restituendi à possessore, qui

qui titulum habuit irritum, vel irritandum. Feli. in c. cùm cauſa. nu. 27. de ſent. & re iud. Et fructus à poſſeſſore cum titulo in quatuor caſibus reſtituuntur, ut per gl. in l. ſed & partus. ff. quod met. cau. Tamen circa prædicta dicendum uidetur, bonam fidem eſſe præſumendam etiam quando fructuum acquiſitio cauſatur ab errore iuris uel facti. Immo ſufficere, ſi mala fides ab
15 initio fuit, licèt non adſit bona, & titulus ſit reductus ad non titulum, ſecundum Bar. in d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæred. & Curt. quem ſemper uideas in d. cõſi. 72. vide etiam Alex. in cõſ. 122. col. fi. in 4. vol. & in conſi. 44. col. fi. in 3. vol. vbi etiam ait, bonam fidem † præſumi in poſſeſſore. 10. annorum. Vide Feli. in c. de quarta, col. 9. de præſcrip. & Capr. in conſi. 24. Item attende circa id, quod dicitur, poſſeſſorem teneri ad fructus conſumptos, & extantes, quando factus eſt locupletior: quia hoc procedit quò ad uerum dominum; ſed ſi poſſeſsio fuiſſet alteri reſtituta, & ſuper petitorio diſputaretur, tunc primus poſſeſſor fructus reſtituere ſecundo poſ-
16 ſeſſori non cogeretur: ita uidetur uelle Innoc. in c. in literis, de reſt. ſpoli. tamen cogita. Et dum Bar. in fi. d. l. ex diuerſo, ait, fructus, † qui poſſeſſoris non efficiuntur, eſſe petendos rei vendica tione, alios verò officio iudicis, uel condictione ſine cauſa. vide Abb. in conſ. 15. col. 2. lib. 2. & in conſ. 112. in vltimo dubio. eod. vol. Capr. in conſ. 92. in 3. dub. Barb. in conſ. 80. in 2. dub. in 3. vol. Et circa id quod Bar. ſubiungit de hærede eius, qui non erat bonæfidei poſſeſſor, licèt ip ſe bona fide poſsideat, vide Barb. in conſ. 40. col. 12. & in 1. vol.

Summarium in d. l. ex diuerſo. §. ubi autem. ff. de rei uendi.

1 *Si actor declaratur dominus etiam per errorem, reus condemnari debet in fructibus.*
2 *Parata una uia eidem ſequitur alia.*
3 *Sententia etiam erronea ſuper re fidem facit in cauſa fructuum.*
4 *Quomodò libellus ſit concipiendus quando fructus petuntur officio iudicis.*

Bar. in d. l. ex diuerſo. §. vbi autem. ff. de rei vendi.

1 BART. in d. l. §. vbi autem, in principio, inquit, ſi actor † declaratur dominus etiam per errorem, reum condemnari debere in fructibus. & ibi colligit, libellum hoc modo debere concludere: peto declarari rem ad me pertinere, et me dominum declarari. Adde libellum procedere ſine petitione reſtitutionis. Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune, col. 3. ver. in ea gl. ff. de acquir. poſſ. & uide ibi Iaſ. col. 26. & omninò Alex. in conſi. 121. col. 2. in 1. vol. & in conſi. 184. in 5. vol. & quæ poſui ſupra in rubrica de petit. hæred. Et quando fructus petuntur ſimul cum ipſa re, utrum ſit exprimenda eorum quantitas in libello, & quomodo ſit concipiendus libellus ratione fructuum, vide Feli. in c. 1. §. ſignificantibus. num. 23. cum ſeq. de libel. oblat. & omninò Angel. in l. ait prætor. §. per hanc. ff. de his quæ in fraud. cred. & rurſus Feli. in c. Iudicis officium, de offi. iudic.

2 Bar. in d. §. vbi autem, in 2. notabili colligit ex iſto tex. quòd parata † una uia, eidem ſequitur alia. Attende, quia in rei uendicatione reſtitutio non uenit iure actionis, ſed officio iudicis, ut per Alex. in d. §. nihil commune, col. 21. verſi. habetis. vbi etiam Iaſ. col. 2. verſi. non omitto, tradit, an hoc iudicis officium ſit nobile, an mercēnarium. Ex hoc autem, quòd officio iudicis petatur, magna utilitas elicitur, vt ibi per Bart. col. 5. in 5. lectura. verſ. ſi uerò. atque ita colligas, principaliter tantùm peti, ut ſuper dominio pronuncietur. Et quòd ueniat officio iudicis nobili, vide Iaſ. in l. ſi prius, col. 17. verſi. Tertiam concluſionem. ff. de oper. nou. nunci. & quamuis actor tantùm petat ſe dominum declarari, tamen ſententia lata domininm transfert in agentem. id quod mirum videtur, cùm petens non egerit ad acquirendum dominium, ſed tantum ut dominus declaretur, & tamen reus reſtituet rem uigore ſententiæ actori tanquam domino
* ipſius rei. iſta eſt * communis ſententia, de qua per Bart. in l. ex hoc iure, col. 2. ff. de iuſt. & iur. vbi Iaſ. in 5. col. & ſeq. & Bar. in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquir. poſſe. vbi Alex. latiſsimè. & dum Bart. in hac. l. vbi autem ſubiungit; Si ego peto. aliquem condemnari ad reſtitutionem petitione hæreditatis vel rei uendicatione, quia ſum hæres uel dominus, conſequenter videor

deor petere ut pronunciet me hæredem uel dominum: & si hoc non pronunciat expresse videtur tacitè pronunciare eum esse condemnandum ad restitutionem rei. vide multa similia quæ congerit Feli.in c.inter dilectos,in 1.not.de fid.instru.Aret.in cons.156.in 6.col.Paul.de Cast.in consi.258.& in l.j.in fi.C.vbi in rem act.Bal. in d.c.inter dilectos. col.2. Alex. in cons. 121.col.2.in 1.vol.& Soc.in cons.160.col.pen.in 1.vol.

3 Bar.in eod.§.col.2.vers.sed tunc quæro,concludit, sententiam † etiam erroneam super re fidem facere in causa fructuum. vide omninò Soc.in l.si quis cum totum.§.planè.ff.de excep.rei iudic. Et dum Bar.ex hoc documento aliud colligit,scilicèt,sententiam erroneam in principali facere ius in accessorio. Ad hæc benefacit,quia hoc idem procedit etiam in iuramento.l.sed si possessori,vers.proinde,& ibi Roma.ff.de iureiur. Iusiurandum autem & sententia æquiparatur.l.post rem.ff.de re iudic.& de hoc vide Innoc.in c.ex conquestione,de resti.spoli. Et aduerte quoniam tex.in d. versi. proinde, videtur intelligere de fructibus perceptis post iuramentum,non autem ante. ideò fortè idem & in sententia dicendum uideretur, tamen hoc perspicuè ex illo tex.non colligitur. Et ad prædicta vide Alex.in consi.66.in 5.vol.& in l.qui Roma §. duo fratres, col.1. ff.de verbo.obliga. & Iaſ. in l. Iulianus, col.9. versi. item inducitur. ff.de condit. indeb.

4 Bar.in eod.§.& ead.col.versic.sed quæro quando fructus, tradit quomodò † libellus sit concipiendus,quando fructus petuntur officio iudicis. vide Iaſ.in §.omnium.col.fi.in princ. inst. de action.& Alex.omninò in cons.232.In causa & lite uertente,col.fi. in libro primi & secundi vol.vbi ait * communem sententiam esse contra Bar.hic,qui voluit necessariam esse expressionem quantitatis fructuum,quæ non requiritur necessario,vt ibi per eum. vide eundē in l.j. 4.ff.de eden.& Bal.in consi.119.in 2.vol.& Feli.in c.2.col.8.de libel.oblat. & in c.1.§. significantibus.eod.tit.Et ad præfata uideatur Ang.in l.ait prætor.§.per hanc.ff.quæ in fraud.credit. & Feli.in c.iudicis officium,de off.iudic.

Summarium in l.qui petitorio.ff. de rei uendic.

1 *Ille qui interrogatur de re quæ delictum suum continet,respondere non tenetur.*

Bar.in l.qui petitorio.ff.de rei uendi.

1 Bart. in d.l.qui petitorio,vers.vltimo not.tradit,eum qui interrogatur † de re, quæ delictum suum continet,responderi non teneri. & subiungit quomodò probabitur, eum dolo desijsse possidere. Ad hæc vide Feli. in c.pen. col.1. versi. dum concluditur communiter, de except.Barb.in consi.56.col.3.in 1.vol.& in consi.65.col.2.in 4.vol.Alex.in consi.73.col.1.in 3. vol.& in l.j.in princ.col.2.ff.si ex noxa.cau.Et materiam eius qui dolo desijt possidere, vide plenè apud Iaſ.in §.1.col.16.vers.ueniamus nunc,cum seq.inst.de action.& quoniam Bart.hic tractat de interrogatione facta in iudicio, quæro utrum interrogans aliquem in iudicio censeatur fateri uera esse ea, quæ in ipsa interrogatione continentur? Vide Socin.in consi.112.colu.fin. in 4.vol.& Feli. in c. quoniam contrà. num.10. de probat. vbi ait,cum fateri non censeri, nisi in duobus casibus.

Summarium in l.in fundo.ff.de rei uendic.

1 *An & quando expensæ factæ in aliqua re sint deducendæ, maxime à bonæfidei possessore.*

2 *Expensæ factæ in re emphyteotica ecclesiæ an soluendæ sint ab ecclesia hæredibus extraneis.*

3 *Debita contracta à clerico beneficiato pro se substentando an possint repeti ab ecclesia, & eius bona dari pignori an non.*

4 *Expensæ factæ ab aliquo pro conseruanda re alijs obligata, sunt in primis deducendæ: & ille qui eas fecit,est cæteris creditoribus etiam antecessoribus,præferendus.*

5 *Si duo habent molendinum commune quod egebat refectione, si eorum alter fuit requisitus ab altero ad expensam contribueret,& fuit contumax,alius qui expensas fecit elapsis quatuor mensibus dominus efficitur totius molendini.*

6 *Fimus ex quo terra efficitur pinguior an & quomodò repeti possit.*

Bar.

Bar.in l.in fundo.ff.de rei uendic.

BART. in d.l.in fundo,col.2.tradit,an & quando expensæ † factæ in aliqua re sint deducẽ dæ maximè à bonæfidei possessore. vide doct.in l.domus,in princ.ff. solut. matri.& de istis expensis,quæ appellantur melioramenta,an & quando,& quomodò repeti posint, vide Ant. de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis, in 4.membro quintæ par.nu.82.cum seq. & Mari. Soc.iuni.in consi.150.nu.31.& ea æstimanda esse non quantum ualent, sed secundum impensam in eis factam,tradit Ias.in l.j.§.si hæres percepto.ff. ad Trebell. nu.12. & in re proposita attende, quoniam expensas & melioramenta perdit ille, qui rem aliquam uel fundum indebitè occuparet. Ang.in l.ex argento.ff.de condit.furt.quem refert,& sequitur Dec.in l.nemo prædo est.ff.de regul.iur. Quod tamen limita non procedere in melioramentis & expensis, quæ fiunt gratia culturæ & fructuum quærendorum: quoniam illæ detrahi possunt, aliæ verò amit-
2 tuntur.Crauet.in consi.87.quæro nunquid exspensæ † factæ in re emphyteotica ecclesiæ soluẽ dæ sint ab ecclesia hæredibus extraneis? Raph.Cuma.in cons.57.tenuit eas esse soluendas.sed contrarium sensit Fulgos.in consi.9.Scias etiam melioramenta emphyteotæ non compensari cum deterioramentis,ut caducitas uitetur.Ias.in consi.17.in 1.uol.quæro utrum melioramenta facta à prælato vel clerico in re ecclesiastica repeti posint ab ipso siue ab eius hærede? easq; repeti posse quando facta sunt ex patrimonio ipsius clerici,docuit Abb.in c.de multa, de præben.& in c.fi.in 2.not.de pecul.cleric.alioqui verò si essent facta ex industria ipsius,uel cum pecunia ex industria acquisita: ita Anch.& Imol.in d.c.fi.Sed ista decisio dubitabilis est (mea sententia) quoniam si huiusmodi expensæ repeti non possunt,quando factæ sunt de pecunia labore parta & industria,multò magis hoc deberet procedere in patrimonio: quia quæsita ex industria uidentur esse magis propria q̃ acquisita ex p̃imonio,ut in simili casu decidit Abb. in c.ex
3 præsentium,de pign.dum agit,utrum debita † cõtracta à clerico beneficiato pro se sustentãdo posint repeti ab ecclesia,& eius bona dari pignori an non. aitque, si ecclesia erat impotens à principio,& tunc repeti non possunt: quia est quid sibi imputetur,cùm beneficium impotens acceptauerit, quo casu tenetur uiuere ex industria, & sic fortius ex patrimonio. hæc Abb. An autem melioramenta facta in rebus ecclesiæ repeti debeant secundum ualorem,an uerò secundum impensam,ut putà expensæ ascendunt ad centum,tamen res est aucta in duplum,uel è contrariò,vide Abb.in c.1.de restit.in integr.Et circa præcedentia in hac materia expensarũ, scias
4 expensas factas † ab aliquo pro conseruanda re alijs obligata,esse in primis deducendas, & eũ qui eas fecit,esse cæteris creditoribus etiam anterioribus præferendum.l.interdum,cum.l.seq. ff.qui poti.in pigno.habe.tradit Ant.de Fano in d.tract.de pignor.& hypoth.in 3.membro septimæ par.nu.21.Item attende in hac materia unum, quod est memoratu dignum: nam licèt ego alienum agrum inuito domino ingredi non possim,ut habetur in l.per agrum. C. de serui. & aqu.dico etiam ad quærendum thesaurum,ut habetur in l.j.§.in alienis.C. de thesaur. lib.10. Tamen si in fundo alieno dicitur esse uenam,ut dici solet,ferri uel lapidis,possum inuito domino eum ingredi propter publicam utilitatem,secundum glo.sing.in l.iij. iuncta. l. quosdam.C. de metall.lib.11.& ideò etiam expressè repeti,ita ex mente Rom.inquit Ant.Corset.in suis singularibus in litera, E,in voce Expensa,incip.Tu habes. Adde aliud singulare,nam si duo habẽt
5 molendinum † commune,quod egebat refectione,si eorum alter fuit ab altero requisitus,ut expensam contribueret,& fuit contumax,alius qui expensas fecit elapsis quatuor mensibus efficitur dominus totius molẽdini.l.si duobus.§.idem respondit socius quòd.ff.pro soc.l.si ut proponas.C.de ædif. priu. tradit Franc. Cremens. in sing.97. cum ibi addit. & Cæpoll. in cautel. 85.Quò autem ad melioramenta, de quibus agimus hoc in loco, vide multa ad rem facientia per doct.in l.fin.C.de alluuion. Abb.in cap.nonnulli, de reb.eccl. non alien. Imol. & Barb. in c.2.eod.tit.in fi.Paul.de Castr.in consi.323.Viso puncto,col.6. & Bart.& Bald.in l.iij. quod
6 met.cau.& dum Bar. in d.l.in fundo, col.2.propè fi. agit † de fimo, ex quo terra efficitur pinguior,& alijs similibus expensis, an & quomodò repeti posint: vide pro illustriori huius rei intellectu Paul.de Castr.in consi.26.col.3. Prosequitur deinde Bar.in ead.l.col.3.quid sit in ma

læfidei

Iæfidei poſſeſſore, & an expenſas repetere poſsit; vide tu Aret. in conſi. 17. col. 8. pergit poſteà Bar. & in verſi. Veniamus ad tertium, agit quid dicendum ſit de illo, qui à principio fuit bonæfidei poſſeſſor, & poſteà malæfidei, utrum is expenſas repetat? vide aliquid de hac re apud Bal. in conſi. 257. in 1. vol.

Summarium in l. quæ religioſis. ff. de rei uendic.

1 *Lapides ſepulchrorum ſunt religioſi.*

Bar. in l. quæ religioſis. ff. de rei uendic.

1 Bart. in d. l. quæ religioſis, ait, lapides † ſepulchrorum eſſe religioſos: & ideò uendicari non poſſe. vide Barba. conſi. 14. & ad rem faciunt tradita per doct. & maximè per Angel. Aret. in §. ſacra, & in §. religioſum. inſt. de rer. diui. vbi etiam declaratur quomodò locus religioſus efficiatur ſacer.

Summarium in l. ſumptus. ff. de rei uendic.

1 *Bonæfidei poſſeſſor doli exceptione recuperat expenſas, niſi cum fructibus compenſentur.*

Bar. in l. ſumptus. ff. de rei uend.

1 Bart. in d. l. ſumptus, ſic ait in ſumma. Bonæfidei † poſſeſſor doli exceptione recuperet expenſas, niſi cum fructibus compenſentur. Intellige hanc. l. & declara ut per Franciſcum Comenſem in ſingul. 105. Si feci impenſas. vbi ait hanc. l. non habere locum in fructibus percep. ex re ſubiecta reſtitutioni. Et an & quando fructus percepti ex huiuſmodi rebus ueniant in reſtitutione fideicommiſsi, vide regulam & fallentias apud Ang. in conſi. 331. & ad materiam huius. l. vide Imol. in conſ. 117. col. pe. Feli. in c. cùm cauſa, col. pen. & ſeq. de re iudic. Cor. in conſ. 86. in 1. vol. & Paul. de Caſt. in conſ. 326. col. pen.

Summarium in l. uendicatio. ff. de rei uendic.

1 *Incorporalia uendicari non poſſunt.*

Bar. in l. uendicatio. ff. de rei uendic.

1 Bart. in d. l. vendicatio, colligit ex iſto text. incorporalia † vendicari non poſſe. De qua re vide eundem Bar. in rubrica in fi. col. fi. ff. ſolut. matr. & in l. j. col. pen. verſic. tertiò dixi. ff. de leg. 1. vbi aliter uidetur ſentire quàm hic. tamen Iaſ. ibi. col. 12. verſic. quædam, declarat ſecundum ea, quæ hoc in loco tradita ſunt.

Summarium in l. is à quo. ff. de rei uendic.

1 *Si duo uendicant eandem rem ab eodem poſſeſſore, primo uincenti traditur, præſtita cautione.*

Bar. in l. is à quo. ff. de rei vendic.

1 Bart. in d. l. is à quo, ait, ſi duo uendicant † eandem rem ab eodem poſſeſſore, primo uincenti traditur præſtita cautione. Sed quærit Bar. quid ſi reſtitutio eſt facta, non exacta cautione? de hac re agit idem Bar. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. & in l. ſi alienam rem, in fi. ff. ſol. mat. Fel. plenè in c. ueniẽs, col. 1. de teſti. Amplia tamẽ & limita ſecundũ Iaſ. in d. §. ſi ſup rebus, circa fi. de re iud. & per Fel. in c. cùm ſup, col. 5. ver. habes unã limitationẽ, de re iud.

Summarium in l. ſi culpa. ff. de rei uendi.

1 *In eo qui dolo deſit poſſidere, quæ actiones cedi debeant.*

Bart. in l. ſi culpa. ff. de rei uendic.

1 Bar. in hac. l. ſi culpa, tradit de eo, qui dolo † deſijt poſsidere. Et quomodò, & quæ actiones

nes cedi debeant, vide Soci.in materia huius.l.in conſ.206.in 1.volu.Et dum Bar.agit de auxilio quod dat prætor circa utilem actionem, quia propterea non transfertur dominium, vide Alex.in l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum,in fi.ff.de leg.1.

Summarium in l.qui reſtituere.ff.de rei uendi.

Vbi uenit aliquid iure actionis iuratur in litem.

Lucubrat.in l.qui reſtituere.ff.de rei uendic.

PER textum in hac l.qui reſtituere, tenet Bart.in l.ſi prius, in ſecunda quæſt.colum.12.ff. de oper.nou. nunci. quòd ubi uenit aliquid iure actionis, † iuratur in litem. ſed contrarium, ſcilicèt, immo eſſe iurandum in litem in his, quæ ueniunt officio iudicis, uoluit idem Bart.in l. harum.ff. ſi ſeruit.uendic. per iſtum textum. Item ex illo tex. colligitur,iurandum eſſe in litem, quando ſubeſt dolus tantùm in omittendo, licèt alij in contrariam ſententiam adducantur. Vide Doct.& præcipuè Alexand.in d.l.ſi prius, colu.10.& ſequ. & Docto. in l.Argentarius. §. cùm autem. ff. de eden.

Bar.in l.ſi à Titio.ff.de rei uendic.

BAR. in d.l.ſi à Titio, colligit ex iſto text. ius ſuperueniens authori meo, mihi prodeſſe. vide Imol.in conſi.8.col.fin.

Summarium in l.quæ de tota.ff.de rei uendic.

1 *Valet augumentum de toto ad partem, & econtrà.*

Bar.in l. quæ de tota.ff.de rei uendic.

1 BART. ex d.l.quæ de tota,colligit illam regulam, de toto † ad partem ualidum eſſe argumentum, & contrà. Limita iſtam regulam procedere ſolùm quando militat eadem ratio, alioqui uerò ſi diuerſa ratio ſubeſſet: vt per glo. in clemen. ſecunda.in uoce, defenſor,de rebus eccleſ.non alien. & per glo.in l. ſi hominem, in principio.ff. de ſolut. Iaſ.in l. ſerui electione. §. cum fundus.ff.de legat.primo. Dec.in l.non debet.ff.de regul. iur. Item limita non procedere in poteſtate Papæ, quia Papa multa poteſt in particularibus diſpenſare, quæ in uniuerſalibus diſpenſare non poteſt; vt uidere eſt apud Felin.in cap.humilis, de maior.& obedi.vbi de hoc multa ponit exempla.

Summarium in l.quædam mulier.ff.de rei uendic.

1 *Ex clauſula conſtituti, qua aliquis ſe alterius nomine poſſidere conſtituit, poſſeſſionem ac etiam ipſum dominium acquiri.*

2 *Clauſula conſtituti operatur quia eius uigore agi poterit propria autoritate contra tertium poſſeſſorem abſque alia excuſſione.*

3 *Si emis rem & poſt in eius poſſeſſione reperiaris, præſumeris ex cauſa illius emptionis poſſidere.*

Bar.in l.quædam mulier.ff.de rei uendic.

1 BART. in d.l.quædam mulier, colligit ex iſto text. ex clauſula † conſtituti, qua aliquis ſe alterius nomine poſsidere conſtituit, poſſeſsionem, ac etiam ipſum dominium acquiri: quod tamen intelligit,quando ille qui conſtituit, poſsidebat. hæc Bar. vide Alexand.in conſi.9.in 4. uolu.Abb.in conſi.49.& in conſi.76.in fi.in 1.volu.& Dec.in conſi. 247. vbi ait, aduocatum cautum eſſe debere, vt probet conſtituentem poſſediſſe bona,de quibus agitur, tempore quo conſtituit ſe illius nomine poſsidere. Hoc tamen limita non habere locum in antiquiſsimis, in quibus ex ſola illa clauſula probatur tranſlatio poſſeſsionis: ita Soci. in conſi.139.col. fi.& in conſi.187.colu.5.in 1.vol.Attende alium mirabilem effectum,quem iſta clauſula ope-
2 ratur, quoniam † eius uigore agi poterit propria authoritate contra tertium poſſeſſorem abſq;

aliqua excusione. Alex.in consi.83.& in consi.85.& in consi.185.in 6.volum. & in consi.70. col.fi.in 5.vol. & Aret.in consi.126.& Antonius de Fano in suo tracta.de pignoribus & hypothecis,fol.52.nu.51. vbi singulariter limitat hoc non procedere,quãdo mortuus esset ille, qui se alterius nomine possidere constituit.

3 Bart.in d.l.quædam mulier,versicu. Item not.ait, si emis rem, † & posteà in eius possessione reperiaris, præsumeris ex causa illius emptionis possidere. Vide Soc.in consi.87. colu.penult. in 1.volum. vbi citat hunc text. dicens quòd ex primordio tituli posterior formatur euentus. idem uoluit expressè idem Soci.in consi.158.col.2.& 7. vide Bal.in consi.10.in 5.vol. & Paul. de Castr.in l.ij.ff.de condit.& demonstr.Ad hæc accedat illud,quando aliquid est factum,& non apparet ex qua causa,& una tantùm appareat, ex illa causa factum esse censeri.l. fin.ff. de alim. pupil. præstan. Bar.in l.cùm seruus.ff.de uerbor.obligatio. & Socin. in consi.205.colu.3.in 1. vol.& in cons.16.in 3.volu.

Summarium in l.in rem.ff.de rei uendic.

1 *Qui negat se possidere, non potest conueniri actione, sed si conuincitur de mendacio, transfertur possessio in actorem.*

2 *Reus translata possessione an iterum audiatur super possessione uel proprietate.*

Bar.in l.in rem.ff.de rei uendic.

1 Bart. in d.l.in rem, sic ait in summa. Qui negat † se posidere, non potest conueniri actione, sed si conuincitur de mendacio, transfertur possessio in actorem. Istam l.declarat limita multis modis, vt per Felin.in capitulo cæterùm,de iudic.Et limita ut non habeat locum, quando ista negatio fieret super actu inualido, vt putà si libellus actoris esset ineptus, in quo diceretur reus posidere, & ipse negaret, cùm re uera posideret: nam is non incidit in pœnas,de quibus hìc agitur: ita Felin. in capitulo ex tenore, in principio. de rescript. Et ad hanc l.vide Roman.in consi.59.in vltimo dubio. & in consilio 70.in tertio dubio. & in consil.157. in fin.Abb.in consilio 17.columna prima.in secundo uolumine. & in cap.cùm causam,colu.4. & sequ.de iuram.calumn.& in cap.is qui, de sol. Areti.in consi.30.colu.4. & fin. & vide tex.& ibi glo.& docto. præsertim Bald.in titu.si de feud.fuer.controuer.int.dom.& agnat.in cap.uasallus. Vide etiam Præposit.in titu.de controuers.inuest.capitulo item si uasallus.& Iacobum de sancto Georgio in tract. feud.in uoce,Dictique uasalli. colu.2.& seq. uersic. vndecima causa, & aliquid apud Bald.in consi.189. in secundo dubio.in tertio volumi.Alexand. in l.j. vbi limi. C.de his qui poten. nom.& plenè Barbat.in consi.82. in primo dubio.in tertio uolumine. & in consi.36.eodem uolumine. & Ias.in §. primo. colu.16. & sequ. institu. de action.& dum Bart.in hac l.si rem,oppon. de l.iij.§.in amittenda.ff.de acquiren. possess. vide ibi plenè Alex. & latissimè Ias.colum.45. in glos. fin. Subiungit deinde Barto.in versicu. ex quo not.mirabiliter, licèt officium iudicis sit adipiscendæ, ei tamen non obstare dominij exceptionem propter mendacium. Vide Barba.in consi.36.colum.penult.in 3.volumine. Et dum Bar. quærit paulòpost,utrum in petitione hæreditatis ille, qui negat se posidere, puniatur in translatione possessionis. vide Barb.in d.consi.36.

2 Bart.in d.l.in rem,quæ est.l.fi.quærit ibi propè fin.utrum reus † translata possessione iterum audiatur super possessione, uel proprietate? Tu de materia huius.l.vide Alexand. in consi.71. col.pen.in 3.volu.& omninò in consi.35. in 5.uolu.vbi ait, pœnam huius legis non habere locum,nisi in eo qui dolo uel lata culpa, negat se posidere; & alia tradit ad rem hanc facientia. Vide etiam omninò Ias.in l. fin autem.§. quòd autem.ff.de re iudic.& in l.j. C. de transact. & in l.quæstionem.C.de fideicommis.

Sum-

Summarium in Rubr.ff.de public.in rem actio.

Quæ sint necessaria ad hoc ut publiciana competat alicui.
Publiciana & rei uendicatio an simul intentari possint.
Aliquis habere potest quasi dominium, & sic publicianam ex pluribus causis.
Publiciana an ecclesiæ competat sine traditione possessionis ex solo titulo habili ad translationē dominij.

Lucubrat.in rubr.ff.de public.in rem actio.

CIRCA hunc titulum, & primò quæ sint necessaria ad hoc ut publiciana † competat alicui, vide apud Philip.Franc.in sua disputatione petitorij, quæ posita est in 1. vol. tractatuum. & quomodò,& cui detur publiciana,vide Alex.in consi.110.in 4.volu. & quæ in ea probari debeant, vide Alexan.in consi.24.in 7.volu.Vtrum publiciana competat ex solo titulo absque apprehensione possessionis? vide Fulgos.in consi.105. & an † publiciana & rei uendicatio simul intentari possint? Fulgo.in consi.140.& Alexan. in consi.240. in libro primi & secundi uolu. Nunquid autem publiciana dari possit contra eum, qui dolo desijt possidere? vide an inferri possit ex dictis Ias.in §.actionum,colu.37.versic.sed nunc occurrit, inst. de action.quando scilicèt ipse primus possidens sine titulo alienaret in alium, atque ita ipse in alium ex alienatione titulum transferret, quo casu contra eum titulo possidentem publiciana locum habere non potest, secundum Bart. in l.j.§.opus.ff. de alien.iudic. mut. cau.fact. Item, aliquis habere † potest quasi dominium & sic publicianam ex pluribus causis. Bart.in l.iij.§.ex pluribus.in fine.ff.de acquiren.possess.& ibi Ias.colum.fin. versiculo circa glo. & de hac materia publicianæ vide latè apud Ias.in §. sed istæ. institu.de action. Socin.in consilio 56.in 4.volu. Et actio publiciana quid sit, cui competat, contra quem detur, vide Baptistam à Sancto Blasio in tractatu de actione & eius natura, in prima actione. An autem publiciana † competat ecclesiæ sine traditione possessionis ex solo titulo habili ad translationem dominij, vide trad. in cap.Abbate sanè, de re iudic.in sexto. & Abb.in cap.ex literis, de consuetu. & Ias.in l.ut inter diuinum.C.de sacrosanc.eccles. Et utrum publiciana competens testatori competat etiam legatario ante traditionem? vide Ias.in l.j.ff.de lega.1.& an & quando publiciana acquiri possit sine possessione,docuit Ias.in l.j.§.item acquirimus.ff. de acquiren.possess. ubi multa alia ad rem pertinentia inueniuntur, & in l.possideri.§. ex contrario, eodem titulo. Et an publiciana & hæreditatis petitio contra possidentem concedantur, Alexand.in consi.232. In causa & lite,in lib.primi & secundi vol.

Summarium in l.j.ff.de publici.in rem acti.

1 *Libellus alternatiuè admittitur, hoc est, dico rem ad me pertinere iure dominij uel quasi, & ita consuetudo seruat.*

Bar.in l.j.ff.de public.in rem act.

1 BART. in d.l.j.quærit, si dubitatur † sit ne ille, qui alienauit, dominus an non, cùm libellus alternatiuè admittatur, scilicèt, dico rem ad me pertinere iure dominij uel quasi; aitq; hoc de consuetudine seruari: vide Ias.multum clarè in §. sed istæ,colu.15.in fi.institut de action.& in §.aliæ.eodem titulo.

Summarium in d.l.j.§. sed cur.ff.de publi.in rem acti.

1 *Ex quacunque causa iusta possessio transferatur, competit publiciana.*
2 *Quædam sunt iura quæ à testatore non transferuntur, sed incipiunt in persona ipsius legatarij, qui vult incipere usucapionem & sic uendicare, & hoc fieri non potest nisi tradita fuerit possessio.*

De publiciana in rem actione.

Bar.in d.l.j.§.sed cur.ff. de public.in rem actio.

1 BART. in d.l.j.§.sed cur,ait,ex quacunque † causa iusta possessio transferatur, competere publicianam. vide quæ citaui supra in rubrica.& Bar.in consi. 206. Inter procuratorem domi-næ Bernardinæ.& Alex.in consi. 146.Videtur inspectis,in lib.primi & secundi uol.& ad ea quæ tradit Bar.in hoc.§.vide Alex.in cons.45.& in cons.83.in 3.vol. & in cons.184.in 5.volumine.

2 Ias.in d.§.sed istæ,inst.de actio.& dum Bar.in hoc.§.sed cur,in fi.inquit,quædam esse iura † quæ à testatore non transferuntur,sed incipiunt in persona ipsius legatarij, qui vult incipere usucapionem & sic uendicare : aitque hoc fieri non posse, nisi tradita fuerit possessio. Attende,quæ sufficeret apprehensio possessionis secundum Ias.in d.§.sed istæ, col. 18.versic.aduertas etiam & sequitur Bar.in l.j.col.fi.ff.de lega. 1.vbi Alexan.col. 10. versi.Item dum Bar.& ibi etiam Ias. colu.pen.versic.vltimo,vbi tradunt quid si usucapio penès hæredem perficeretur, an tunc dominium ipso iure in legatarium transeat.

Summarium in l. sunt & alij. §. ait prætor.ff.de publici.

1 *Si tradita est res ex causa iudicati, an dominium transferatur in accipientem.*

Lucubrat.in l.sunt & aliæ.§.ait prætor.ff.de public.

1 BAR. in d.§.ait prætor,quærit quid si tradita est res ex causa † iudicati,an dominium transferatur in accipientem : vide latè eundem Bar.in l.ex hoc iure,col.3.ff.de iust.& iur.

Summarium in l.eum qui à furioso. §. si petenti.ff.de publici.

1 *Re tradita ex iure iurando publiciana competit.*

Bar.in l.eum qui à furioso.§.si petenti.ff.de pub.

1 BAR. in d.l.§.si petenti,ait,re traditat ex iureiurando publicianam competere. *De hoc.§. qui turbat communem opin. quòd publiciana competat tantùm quasi domino, non autem directo domino,* vide Ias.in dicto §.sed istæ.colum.2.& sequ.institu.de action. *vbi tractur hunc* articulum.

1 BART. in d.l.qui duo,agit, an & quando † illud quod ad seruitutem accedit, iure seruitutis accedat, vide latè Dec.in consi.41.& omninò Alber.Brunum in tract.de augmento, in undecima conclusione principali.nu.9.

Sum-

Summarium in l. Lucius. ff. de ser. rust. præd.

1 *An & quando concessio seruitutis censeatur esse personalis, uel realis.*

Bar. in l. Lucius. ff. de serui. rustic. præd.

1 BART. in d. l. Lucius, tradit an & quando concesio † seruitutis censeatur esse personalis, vel realis. De hac re uide latissimè apud Cæpol. in tract. de seruit. urba. prædio. cap. 2. col. 2. & sequ. & Ias. in §. æquè, col. 5. institu. de action. Attende tamen quia quando uerba sonant in factum, & fundus est uicinus, ad cuius necessitatem facta esset concesio, tunc seruitus esse realis existimatur: ita uidetur sentire glo. in l. idem Iulianus scribit. §. si quis alicui. ff. de leg. 1. & probari uidetur argumento eorum, quæ dicit Bar. in l. iij. §. opus, in fin. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. ubi habetur, si promisi me non facere fenestram simpliciter, obligatio præsumitur personalis: si uerò adijcitur causa, ut putà ne noceat domui meæ, tunc seruitus dicitur esse realis, igitur & hic. licèt enim uerba sonent in factum, & factum contineant, tamen si respiciunt prædium, concesio deberet esse realis. & uide Paul. de Castr. in l. ij. §. item si in facto, colum. 2. ff. de uerbo. obligatio. vbi Ias. in quarto notabili aliqua dicit ad rem propositam pertinentia, & Areti. in consi. 161.

Summarium in l. j. ff. commu. præd.

1 *Quæ dicantur urbana prædia & quæ rustica.*

Bart. in l. j. ff. commu. prædio.

1 BART. in d. l. j. sic ait in summa. hic ponitur, quæ dicantur prædia † vrbana, & quæ rustica. Attende tu istum tex. qui præsupponit, eum, qui non habet prædium, seruitutẽ acquirere non posse. id quod uerũ uidetur actualiter, ita ut seruitus dicatur esse formata, poterit tamen aliquis contractum facere, per quem sibi tale ius acquiratur, vt acquisito prædio ei seruitus debeatur, vt not. tradit Alex. in cons. 323. in lib. primi & secundi uolu.

Summarium in l. si in uenditione. ff. commu. præd.

1 *Is qui dixit rem uenditam esse seruam simpliciter, potest imponere seruitutem quam vult, alioqui uerò si respectu certæ personæ.*

Bar. in l. si in uenditione. ff. comm. prædio.

1 BART. in d. l. si in uenditione, inquit, eum, qui dixit rem uenditam † esse seruam simpliciter, posse imponere seruitutem, quam vult; alioqui uerò si respectu certæ personæ. Vide Alexan. in consi. 28. colu. 2. in primo uolu. & in consi. 173. Visis, & accuratè ponderatis, colu. 3. nume. 9. in libro primi & secundi volum. Bald. in consi. 367. & Felin. in capitulo inter monasterium, de re iudic.

Summarium in l. in tradendis. ff. commu. prædio.

1 *Qui uult seruitutem excipere, debet eam certam excipere.*

Bar. in l. in tradendis. ff. commu. prædio.

1 BART. in d. l. in tradendis, sic ait, Qui vult seruitutem † excipere, debet eam certam excipere. vide Alex. in d. cons. 28. col. 2. in 1. vol.

Summarium in l. venditor. §. si constat. ff. commu. præd.

1 *Id quod nostrum est, nobis sine facto nostro auferri non potest, nisi in contrarium sit consuetudo.*

Bar. in l. venditor. §. si constat. ff. comm. præd.

1 BART. in d. §. si constat, colligit ex isto text. Id quod nostrum † est, nobis sine facto nostro auferri non posse, nisi in contrarium sit consuetudo, atque ideò infert, aliquem à statuto uel

consuetudine cogi posse ad uendendas res suas. Vide Rom.in cõsi.109.in primo dubio. Imol. in cons.87.& in consi.124.col.fin. Imol.in c.quæ in ecclesiarum,de const.vbi Aret. ait,in hanc
* opinionem * communiter itum esse. vide etiam ibidem Barb.in 22.col.& Felin. in c.cùm omnes,col.1.& 2.de constit. Et in re proposita attende,quoniam pro commoditate ecclesiæ ædificatæ uel ædificandæ potest aliquis ad uendendam rem propriam iure compelli, quando necessitas ita expostulet. Cæpol.in tracta. de seruit.vrb.prædi.cap.fin. de sepulchro. Rochus de Curte in tract.de iurepatronatus,in uerbo construxit.nu.19.Ias.in l.ij.nu.4.ff. sol.matr.& Soc. in tabula regularum cum fallentijs,in uerbo,vendere.& Feli.in c.omnes leges.nu.26. in addit. ad princip.opus Abb.in decretum,& in c.1.col.1.de iudic.& ad præcedentia uide Dec.in d. id quod nostrum.ff.de reg.iur.

Summarium in l.iter nihil.ff.commu.prædior.

1 *Si tu habes seruitutem fundi ad domum per claustrum meũ, ego possum tempore noctis ianuã claudere.*

Bar.in l.iter nihil.ff.comm.prædio.

1 BART. in d.l.iter nihil,colligit ex fi.istius.l. si habes seruitutem † fundi ad domum per claustrum meum, me posse tempore noctis ianuam claudere: quia intelligitur te posse ire de die. Vide Soc.in cons.141.col.fi.in vltimo dubio.in 1.vol.

Summarium in l.receptum.ff.commu.præd.

1 *Si plures domini separatim seruitutem constituunt nouissima constitutione seruitus confirmatur.*

2 *Contractus inter uiuos potest esse in pendenti, non autem ultimæ uoluntatis.*

Bar.in l.receptum.ff.comm.prædior.

1 BART. in d.l.receptum,ait, si plures † domini separatim seruitutem constituunt, nouissima constitutione seruitutem confirmari, nisi mutatio contigerit in persona constituentis uel acquirentis,uel alterius ex socijs. sed tu quærere potes, nunquid si unus stipulatur seruitutem uno tempore,& alius alio, conualescat per istam legem,an verò debeat uterque uno & eodem tempore stipulari? vide Paul.de Castr.in l.ij.§.ex his col.2.ff.de uerb.oblig.

2 Bar.in eadem l.colum.2.versic.opp. & uidetur, tradit, contractus † inter uiuos *posse esse in* pendenti, non autem ultimas uoluntates. Vide tu quid per istam regulam *inferant Docto.* in l. serui electione, in principio.ff. de leg.1. scilicèt in contractibus licitum esse *in optione uariare*,alioqui uerò in ultimis uoluntatibus,vt ibi uidere est apud Ias.col.4.versic.secunda ratio.Et dum Bar.in fi.d.l.prosequitur hanc inuestigationem,attende,quia licèt actus ultimarum uoluntatum in suspenso esse non possint quò ad sui ualiditatem, tamen causa ex qua relictũ debetur, potest esse in suspenso.l.apud Iulianum.§.si Titius,versi.Idemq; subiungit.ff.de leg.1.

Summarium in l. de seruitutibus.ff.si seru. uend.

1 *Confessoria actio & negatoria domino competunt, & non alij.*

Bar.in l.de seruitutibus,ff.si seru. uendic.

1 BART. in d.l.de seruitutibus,agit de confessoria † & negatoria,quæ domino competunt & non alij. Circa istam.l.aduerte, quia confessoria & negatoria nõ solùm competunt pro seruitutibus realibus uel personalibus, sed etiam pro omni iure incorporali,ut per Ias.in §.æquè,col.5.vers.secundò principaliter,instit.de action.& aliqua uide ad negatoriam pertinentia apud Alex.in consi.278. In causa & lite, col.3.in lib.primi & secundi uolu. Et rem hanc declara & limita ut per Bar.in l.quominùs,col.3.in 4.quæst.ff. de flum. & dum Bar.paulòpost in d.l.de seruitutibus,subiungit,quare confessoria & negatoria hoc nomine appellentur,& quibus uerbis concipiantur libelli,vide Ias.in l.si prius, col.2.ff.de oper.no.nunc. ubi declarat mentem Bartoli hic.

Summa-

Summarium in l. loci corpus. ff. si serui. uendi.

1 *In confessoria & negatoria habetur ratio interesse agentis.*

Bar. in l. loci corpus. ff. si seru. uend.

1 BAR. in d. l. loci corpus, ait in summa, In confessoria† & negatoria haberi rationem interesse agentis. circa istud interesse, utrum ueniat officio iudicis, an non, vide Ias. in d. §. æquè, col. pen. vers. dixi etiam, instit. de action. licèt hic eadem repetat.

Summarium in l. etsi fortè. §. sciendum. ff. si seru. uend.

1 *Petitorium & possessorium retinendæ concurrunt, licèt aliàs fieri non possit.*

Bar. in l. etsi fortè. §. sciendum. ff. si seru. uend.

1 BART. in d. l. etsi fortè. §. sciendum, inquit, istas actiones etiam quasi posidenti seruitutem competere. Hinc est, quòd isto casu petitorium † & possessorium retinendæ concurrunt, licèt aliàs fieri non posit. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. in prima combinatione in primo membro & in alijs combinationibus. Tamen isto casu requiritur aliqua inquietatio partis. l. vti frui. §. fin. ff. si usufru. pet. l. harum, infrà eodem titulo. Immo sufficit præparatio ad molestiam inferendam, vt per Ias. in l. si prius, colum. 2. & 3. in secundo notabili. ff. de oper. nou. nunc.

Summarium in d. l. etsi fortè. §. etiam. ff. si ser. uend.

1 *Seruitus oneris ferendi quæ sit.*

Bar. in d. l. etsi fortè. §. etiam. ff. si seru. uendi.

1 BAR. in ead. l. §. etiam, agit de seruitute † oneris ferendi. Vide ad rem hanc Socin. in consi. 138. in 1. uol. & dum Bar. ait speciale esse in seruitute oneris ferendi, ut ille qui debet seruitutem teneatur reficere. uide Ias. in d. §. æquè, col. 9. inst. de action.

Summarium in l. parum. ff. si serui. uend.

1 *In actione per officium iudicis fieri restitutionem rei, & præstari cautionem, & contra non restituentem iurari in litem.*

2 *In rei uendicatione restitutio fit officio iudicis.*

Bar. in l. parum. ff. si serui. uendic.

1 BART. in d. l. parum, colligit in summa, in hac actione † per officium iudicis, fieri restitutionem rei, & præstari cautionem, & contra non restituentem iurari in litem. Vide tu quomodò formari debeat libellus, apud Ias. in d. §. æquè, colu. 14. in fi. insti. de action. & dum Bart. subiungit de ista cautione, dicas eam esse perpetuam, licèt quandoque sit temporalis, ut per Bar. distinguentem in d. l. si prius, colu. 6. in quarta oppos. ff. de oper. nou. nunc. & dum Bart. subiungit, quando agitur officio iudicis non debere in litem iurari: adde quòd hoc idem tenuit Bar. in d. l. si prius, col. 12. uersi. de tertio, vbi Alexand. col. 10. vers. item in quantum. & ibi Ias. col. 16. vers. circa secundam, ubi tenet opinionem Bart. hic. idem tenet in l. in actionibus, colu. 8. versic. ideò. ff. de in lit. iur. vbi tenendo contrariam opinionem respondet ad fundamenta
* Bart. hic. Tamen ista est magis * communis, vt in litem iurari non debeat, licet detur actio ad interesse. Bar. in d. l. si prius, col. 12. versi. de tertio.

2 Bar. in eadem l. in fin. ait, in rei uendicatione † restitutionem fieri officio iudicis. vide apud Ias. in dicta l. si prius, colu. 17. versicu. tertia conclusio. vbi ait, hoc esse officium iudicis nobile, non autem mercenarium. & uide quæ pono in lucubrat. in Barto. in l. ex diuerso. § primo. ff. de rei uendic.

Summarium in l. sicut. §. sed si quæratur. ff. si ser. uend.

1 *An eo ipso quòd aliquis habet ligna immissa, sit in quasi possessione, an non.*

Si seruitus uendicetur.

Bar.in l.sicut.§.sed si quæratur.ff.si seru.uend.

BART. in d.l sicut.§. sed si quæratur,versi.Ad primam partem opp.agit, an eò ipso quòd
1 aliquis habet tigna † immissa,sit in quasi possessione, an non. vide tu quæ pono in lucubrat.in Bar.in l.j.§.hoc interdicto.ff.de itin.actuque priu. & dum Bar.pergit inuestigando modum acquirendi possessionem seruitutis,vide remissiuè,& plenè apud Ias.in d.§.æquè,col.8.vers.quædam sunt seruitutes,inst.de action.

Summarium in d.l. sicut. §. Aristo.ff. si ser.uend.

1 *Dominum partis inferioris fumum in superiores iure seruitutis immittere non potest.*

Bar.in d.l.sicut.§.Aristo.ff. si seru.uend.

1 BART. in d.l.sicut.§. Aristo, ait, dominum partis inferioris † fumum in superiores iure seruitutis immittere non posse. pro intellectu huius tex. vide aliquid apud Socin. in consi.133. & in consilio 233.in primo uolum. & latè de hac & quacunque alia seruitute uide Cæpollam tracta.de seruitut.

Lucubrat.in l.si eo loco.ff.si seru.uend.

DE materia.d.l.si eo loco, vide Soc.in consi.105. in 1.vol.

Summarium in l. siquis diuturno.ff. si ser.uend.

1 *In præscriptione seruitutum realium non exigitur titulus.*

Bar.in l.si quis diuturno.ff.si seru. uend.

1 BART. in d.l.si quis diuturno, ait,in præscriptione† seruitutum realium non exigi titulum. De præscriptione seruitutis realis & personalis,vide Feli.in c.de quarta, de præscript. & in ca diligenti,eod.tit.& Paul.de Cast.in cons.322.col.2.

Summarium in l. is cuius.ff. si ser. uendi.

1 *Quando agitur reali an fieri debeat missio in quasi possessionem iuris petiti.*

Bar.in l.is cuius.ff.si seru. uendi.

CIRCA materiam huius.l.& circa documenta Bar. hic tam in prima quàm *in secunda lectura*,vide ipsum Bart.in l.si prius, colu.14.in decima oppos.usque ad secundam partem.ff.de oper.nou.nunc.& dum Bar.in d.l.is cuius,col.3.vers. extra glo.oppo.tradit, an quando agitur
1 reali fieri debeat missio † in quasi possessionem iuris petiti, vide Bart. in d.l.si prius, in decima oppo.colu.5.& omninò Ias.ibi,col.8.versi.in decima. Et dum Bart. ibi paulò post distinguit in hac materia dicens, si agitur reali contra latitantem, & tunc procedere missionem in omnibus bonis. Dicas hoc idem esse etiam quando agitur propter turbationē in seruitute, & simul agitur etiam ad damna & interesse: nam fit missio in omnibus bonis: & ita hunc tex.intelligit Bar.in d.l.si prius, col.5. in decima oppo. licèt ibi Ias.col.8.versi.in decima,hoc reprehendat, & quia Bar.in hac.l.is cuius,col.5.vers. Quæro quid si agatur cōfessoria uel negatoria pro usufructu & alijs seruitutibus personalibus, agit utrum debeat fieri missio, vide Bar.in d.l.si prius colu.6.versic.6. Et dum quærit,quid si uendico te in meum uasallum uel in meam potestatem & distinguit,ut ibi per eum. Idem tenet eodem modo distinguendo in d.l.si prius,col.13.in 7. quæst.vbi Alex.col.pen.& Ias.col.18.& seq.& breuiter ad omnia alia documenta Bar.quæ hic in l.subiunguntur,vide Bar.& alios in d.l.si prius.

Summarium in l. si de communi. ff. si ser.uendi.

1 *Sententia lata contra unum ex socijs, non præiudicat cæteris si eius culpa acciderit.*

Bar.in l.si de communi.ff.si seru.uend.

1 BART. in d.l. si de communi, sic ait in summa. Sententia †lata contra unum ex socijs non præiudicat cæteris, si eius culpa acciderit, alioqui uerò si dolo. De hac re an, & quando sententia

tentia unius prosit uel noceat alteri, vide Bart.& alios in l.ij.§.ex his, in fi.ff. de uerb.obliga. & iste tex.est aureus secundum Feli.qui ponit multas declarationes & illationes in c.1. de præsc.

Summarium in l. si sic.ff.quemad. seru.amit.

1 *Seruitus quæ non habet quotidianum usum, non utendo amittitur tempore constituto duplicato.*

Bar.in l.si sic.ff.quemadm. seru. amit.

1 BART. in d.l. si sic,ait in summa seruitutem,† quæ non habet quotidianum usum, non utendo amitti tempore constituto duplicato. Ad istum tex. vide Bart.in l.quicunq;. C.de apo.pub.lib.10.& facit ad quæstionem,de qua per Bal.in l.ædem.C.loca.& in l.certi,in 2.quæst.ff.eod.tit.cuius meminit Alex.in l.diuortio.§.quod in anno, quem legit in §. præced.ff.sol.matri. & quid requiratur ad præscribendam seruitutem, vide Bald. in l.j.num.4. & in l.cùm talis.C.eodem titulo.& Felin.plenè in cap.de quarta,de præscript.& Cæpoll.in dicto tracta.de seruit.

Summarium in l.qui fundum.ff. quemad. seru. amit.

1 *Per malæfidei possessorem seruitus retinetur.*

Bar.in l.qui fundum.ff.quemad.seru.amit.

1 BAR. in d.l.qui fundum,colligit ex isto tex. per malæfidei † possessorem retineri seruitutẽ. & ex hoc infert ad ciuitatem uel castrum à tyranno occupatum. Vide Rom.in consi.103.in 1. dubio.& in cõs.491.in 2.dubio. vbi per istum tex.dicit,si agatur de conseruando iure reali uel euitanda pœna sufficere à quocunque sit facta solutio pro alio,etiam si pro eo non dicatur.

Summarium in l. si partem.ff.quemadm. seru.amitt.

1 *Cessione facta in alium cedens non habet ius repudiandi.*

Bar.in l.si partem.ff.quemadm.seru.amit.

1 BAR. in d.l.si partem,ait, cesione † facta in alium, cedentem non habere ius repudiandi. Hoc intellige ut per Paul.de Castr.in l.itinere.ff. de seruit. rustic. prædio. & uide Ias.in l.ij.§.1. colu.8.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.j.§.cum arietes.ff.si quadr.paup. feci.dic.

1 *Ille dicitur insultum facere qui se mouet de loco ad locum.*
2 *Si duo fecerunt pacem, & deinde pacem sibi inuicem fregerunt, utrum unus alteri de rupta pace teneatur.*
3 *Quando pax dicatur rupta.*
4 *Si pax est facta inter plures cum promissione pœnæ ex utraque parte, & unus offendatur, nunquid agi poterit contra omnes insolidum.*

Bar.in l.j.§.cum arietes.ff.si quadr.pauper.fec.dic.

1 BART. in dicto §.cùm arietes, colligit ex isto text. eum dici insultum † facere, qui se mouet de loco ad locum. De hac re uide multa apud Angel. de maleficijs, in uerbo, facit insultum.fol.49.colum.3. Sed nunquid insultum faciens puniri possit à iudice saltem de maleficio, vide eundem Angel. de maleficijs, in uoce, Et dictus Titius. fol.77. colum. prima. uersi. Quæritur. Et ad rem hanc uide Aretin.in consi. 34. & omninò Dec. in consi. 406. Et quid sit insultus,habetur apud Bar.in l.respiciendum.§. delinquenti.ff.de pœn.& plenè apud Angel. in repet.l. si uacantia. C. de bon. uacan. libro 10.& de insultu habes text. in l.fin. C. de iudic.

ibi,insultantes. Et attende, quia tot sunt insultus,quot sunt personæ insultatæ,vt habetur in l.j. §.si ad plures.ff.de sepulc.uiol.Quid si statutum punit insultantem ad domum,nunquid habeat locum in eo, qui insultauit ad porticum ipsius domus: vide Alberic. in l.fin. C. de his qui ad eccles. confug.

2 Bar.in d.§.infert ad quæstionem, si duo fecerunt † pacem, & deinde pacem sibi inuicem fregerunt,vtrum unus alteri de rupta pace teneatur? deciditq;,si apparet eum,qui primus pacem uiolauit,teneri; si verò non appareat quis fuerit primus,neminem teneri.uide Alex.in l.femel. ff.sol.matr.& in cons. 174.in lib.primi & secũdi uol.& in hac re scias, si pax est facta inter duos cum promissione pœnæ, & unus sit offensus, iste poterit impune alium primũ offensorem ledere. Dec.in cons.380.nam pax rupta ab una parte, potest ab alia quoq; uiolari impune; aliequi uerò in tregua.Soc.in cons.262.in fi.in 1.volu.& in consi.90.in 3.vol.contrarium etiam in

3 tregua terminat Dec.in consi.531.Et quando pax † dicatur rupta,uide Soc.in consi.87.col. uersic.capio nunc septimam difficultatem,in 3.uol. vide omninò Feli.in c.peruenit.2. de iureiur. & Alex.in cons.113.in 4.uol. in quibus locis aiunt etiam ex noua causa pacem uiolari posse. Immo amplius in dubio pacem ex noua causa ruptã esse censeri,docuit Dec.in d.consi.531.

4 in fi.Sed hic alia subboritur difficultas: Quid si pax est † facta inter plures cum promissione pœnæ ex utraque parte,& unus offendatur, nunquid agi poterit contra omnes in solidum? Alex. in d.consi.113.in 4.uol.& dum ibi Bar.paulò post tradit quid sit insultus, & quid sit aggressus, uide ad rem hanc Alex.in consi.109.in 1.uolu. ubi docuit, quis primus censeatur aggressor, & multa scitu digna in proposita re. Vide etiam Aret.in cons.34.col.fi.Corn.in consi.51.col. in fi.in 1.uolu. Ad id autem,quod subiungit Bart. in ead.l.j.§. planè si ante litem,scilicèt,eum qui tenetur dare capones,debere eos uiuos tradere. adde eundem Barto.in l.quod te,in fin. si cert.pet.

Summarium in rubr.ff.ad l. Aquil.

1 *Quomodò libellus formari debeat in materia legis Aquiliæ.*

Lucubrat.in rubr.ff.ad legem Aquiliam.

1 CIRCA istam rubricam, & quomodò † libellus formari debeat in materia l. Aquiliæ in 1.& 3.capite, & aliqua ad rem hanc pertinentia uide apud Ias.in §.ex maleficijs, col.19.& 20.inst.de action. Item scias actionem legis Aquilię dari domino propter factũ,non propter negligentiã,ut docuit Bar. per illũ tex.in l.si usufructus.§.denique,ff.de usufr.

Summarium in l.j.ff.ad l.Aquil.

1 *Alternatiua ponitur inter genus & speciem.*

Bar.in l.j.ff.ad leg. Aquil.

1 BART. in d.l.j.inquit,Alternatiuam † poni inter genus & speciem, & exponi pro,ideſt,& restrictiuè operari. Vide Alex.in consi.36.col.3.in 4.vol.& Aret.in consi.165.colu.2.& dum infert Bar.ex hoc,uocem hanc,ideſt, uidelicèt,& huiusmodi genus alia, non solùm declarare sed etiam restringere: vide bonum tex.in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.fin.ff.de iureiur. De qua re uide aliquid per Bald.in l.ij.quan.acti.de pecul. & per eundem in l.si in quo liberff.de hæred.instit.& glo.quartam.in c.2.de priuileg.in 6.Aret. in c.cùm causam quæ, de restit. in sexto notabili.& in l.qui liberis.ff.de vulg.& pupill. & de significatione huius uocis, scilicèt,& similium uide Mari.Soci.iuni.in consi.30.nu.21.& tex. in l.ideſt.ff. de condi.& demonstr.& in l.cum erat,& ibi glo.ff.de ann.leg.& in l.fi.C.de pœ.& Aret.in l.si fundum.ff.manda.Gemin.in c.statutum.2.de hæret.in 6.Bald.in l.cùm mulier.ff.solu.matrim.& Dec.omninò in c.ex literis, in sexto notabili.de probat.

Summarium in l.sed etsi quandocunque.ff. ad l. Aquil.

1 *Si ego probo aliquem uenisse cõtra me cum gladio, & occidi eũ, an ex hoc probata esse dicat mea defensio.*

Bar.

Bar.in l.sed & si quandocunque.ff.ad leg.Aquil.

1 BART. in d.l.sed & si quandocunque,colligit,si ego probo † aliquem uenisse contra me cum gladio, et occidi eum, ex hoc probatam esse defensionem meam. Contrarium videtur sentire idem Bar.in l.scientiam.§.qui cùm aliter,infrà eod.titu.sed documentum illud reprobat Iaſ.in l.ut uim,col.1.& seq.ff.de iustit.& iur.vide Corn.in cons.162.in 1.vol. & cum hac decisione Bar.hic tenet Alex.in consi.109.col.3.in 1.vol.& in consi.14.col.fi.in 3.vol.& Cæpol.in consi.21.in 1.dubio.& in consi.29.in 2.dubio.& in hac materia defensionis nunquam prætermittas Aret.in consi.34.vbi bene declarat,& loquitur.

Summarium in l.qui actione.§.in colluctatione.ff.ad leg.Aquil.

1 *Nunquid duellum sit licitum.*

Bar.in l.qua actione.§.in colluctatione.ff.ad leg.Aquil.

1 BART. in d.l.qua actione.§.in colluctatione, quærit, nunquid duellum † sit licitum. De hac re vide plenè Iaſ. in l.ex hoc iure. ff.de iust. & iur. Rosell. in sua monarchia, in ultimis folijs, versic.per sortes etiam posita à Romanis. Dec.in consi.9.& in cons.487.& in cons.686. Et de materia duelli uide Iaſ.in cons.144.in 1.vol.Et omninò Io.de Lignano in tract.de duello, in 6.c.vbi ait,etiam si pœna huius homicidij remittatur,tamen hanc pugnam,& hoc genus certaminis non licere,& a iure prohibitum esse. vide etiã Io.Lup.in tract.de bellatoribus.§. si bene aduertisti omnia.nu.8.Ang.in consi.274.& remissiones amplas de omnibus ferè quæstionibus,quæ in duello possunt cõtingere,vide apud Stephanum Costam in tract.de ludo.§.2.nu. 28.cum seq.& duellum esse illicitum & prohibitum, docuit Iulius Feretus in suo consi.1. multa enim edidit consilia ad duellum pertinentia. sed omnia hæc cessant hodie stante prohibitione duelli, cum excommunicatione eorum omnium, qui in huiuscemodi negotio reprobo interuenire quoquomodò audebunt, facta à sacrosancto Concilio Tridentino, cui ab omnibus fidelibus humiliter esse parendum,nemo est qui nesciat.

Summarium in l.liber homo.ff ad l.Aquil.

1 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

Lucubrat.in l.liber homo.ff.ad l.Aquil.

BART. in hac.l.liber homo, nihil dicit, tamen quia ex isto tex. sumitur regula: neminem
1 † esse dominum membrorum suorum,vide notabiles illationes apud Feli. in c. si quando. 2. & in c.quia uerò,de offi.deleg.& c.contingit.j.de re iudic.

Summarium in l.inde Neratius.ff.ad l.Aquil.

1 *Utrum mortuo monacho possit Abbas adire hæreditatem.*

Bar.in l.inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.

1 BART. in d.l.inde Neratius,quærit,utrum mortuo † monacho possit abbas adire hæreditatem. vide Feli.in c.in præsentia,col.fi.de proba.& ibi Dec. Et an monachus hæreditatem sibi delatam acquirat monasterio,mediante aditione sua,an verò statim monasterio acquiratur absque aditione sua? Soc.in consi.52.col.fi.in 4.vol.diligenter attende glo.in uoce,retrorsum, in fi.in hac.l.§.idem Iulianus,quam extollit Soc.in consi.44.col.2. in 1.vol. contra Doct. in l.j. C.de instit.& subst.ex qua colligit,si Bertæ legata fuere centum, si Lucius eam duxerit in uxorem,& per eam non stat, sed per Lucium quominùs matrimonium subsequatur, conditionem illam haberi pro impleta. quod nota perpetuò.

Summarium in l.proinde.§ notandum.ff.ad l.Aquil.

1 *Statuta concedentia instrumentis executionem paratam, de liquidis instrumentis sunt intelligenda.*
2 *Carcerari nemo debet pro debito non liquido.*

Bar.in l.proinde.§.notandum.ff.ad l.Aquil.

1 BART. in d.§.notandum,in fi.ait,statuta † concedentia instrumentis executionem paratã, de

de liquidis instrumentis esse intelligenda. vide Rom.in consi.211.& dicas executionem fieri posse dummodò in processu liquidentur,secundum Bar.in l.j.ff.de leg.1.vbi Ang.& vide Bal. in l.j.C.de sent.quæ sin.cer.quant.& quomodò rei uẽdicatio ipso iure in legatarium transeat,vide etiam Barb.in consi.15.col.7.& seq.in 1.vol.& in consi.28.col.5.& in consi.33.col.6.eod. vol.Rom.in consi.76.col.3.in 4.dubio.& in consi.21.col.1.& fi.Alex.in consi.119.in 1.vol.& in consi.267.Viso instrumento,in libro primi & secundi.vol.& in consi.334.eod.lib. & in cõsi.
2 90.col.3.in 3.vol.vbi generaliter ait,neque executionẽ † ullam,neque capturam personæ pro debito non liquidò esse concedendam,& in l.item quia,in fin. ff.de pact. & in d.l.j.ff.de leg.1. col.5.vide Dec.in consi.107.col.fi.Aret.in consi.32.col.1.Corn.in consi.112.in 1.vol.& vide Bal.in l.ij.C.de exec.rei iudic.& Soc.in consi.40.& in consi.51.vbi agitur de instrumento guarentigiato,in 1.vol.& in consi.89.in 3.vol.quem uide omninò,quia tradit,an ante omnia liquidatio fieri debeat priusquam executio petatur,an uerò peti possit,& fieri liquidatio in processu. Attende in re proposita unum scitu dignum,scilicèt executionem,quæ à statuto instrumentis conceditur,locum habere etiam si ex testibus fidedignis constaret concessam fuisse executionem alicuius debiti. Alex.in consi.93.in fi.in 6.vol.

Summarium in l. si seruus. §. Proculus. ff. ad l. Aquil.

1 *Si familiaris meus immittit ignem in domum, quam ego conduxi, an tenear.*

Bar.in l.si seruus.§.Proculus.ff.ad leg.Aquil.

1 Bart. in d.§.Proculus,quærit,si familiaris † meus immittit ignem in domum, quam conduxi,an tenear? vide Ias.in l.j.col.3.& seq.C.de seru.fugit.& ad rem uide Rom.in cõsi.4[illegible]

Summarium in l.illud quæsitum. §. si idem. ff. ad l. Aquil.

1 *Quando plura delicta sunt facta diuersis temporibus, de quolibet pœna est imponenda.*
2 *Si ego uulneraui te ex proposito nolens plus facere, tamen propter aliquod dictum aut factum tuum mihi superuenit impetus propter quem ego te occidi, non teneor de homicidio ex proposito.*

Bar.in l.illud quæsitum.§.si idem.ff.ad leg.Aquil.

1 Bart. in d.§.si idem,ait,quando plura delicta † sunt facta diuersis temporibus, de quolibet pœna est imponenda,alioqui uerò si eodem tempore fiunt: quia una tantùm pœna est iniungenda. De hac re uide egregiè eundem Bar.in l.ij.ff.de priua.delict.& Raph.Cuma.in cõsi.74.col.2.vbi distinguit,aut delicta sunt momentanea, aut successiua. Et omninò vide Soci.in consi.62.in 1.vol. Et in hac re potissimùm attende, & nunquam obliuioni tradas memorabile illud Bartoli documentum in d.l.ij.col.3.versi.Venio ad aliquas quæstiones.quod si ego uulne-
2 raui † te ex proposito nolens plus facere,tamen propter aliquod dictum,aut factum tuum mihi superuenit impetus,propter quẽ ego te occidi,non teneor de homicidio ex proposito,atq; ita de uno tantùm delicto,sed teneor de uulnere illato ex proposito, & de homicidio simpliciter perpetrato propter impetum eo tempore mihi superuenientem. id quod poterit multotiẽ deseruire. & multi prima fronte contrarium dicerent. profectò ista decisio mihi semper [illegible] fuit pulcherrima, & scitu dignissima. pro qua affero tex.in simili casu,in l. Pomponius lib.26. ff.de negot.gest.ibi,nisi ab initio, quasi unum negocium gesturus accessero, deinde alio animo ad alterum accessero.

Summarium in l. in lege Aquilia. §. si deletum. ff. ad l. Aquil.

1 *Iudex ad quem itur pro examinandis testibus ante litem contestatam debet interlocutoriã ferre sententiam, declarando testes esse ualetudinarios.*
2 *Actor quando possit facere testes examinari ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam.*

Bar.in l.in lege Aquilia.§.si deletum.ff.ad l.Aquil.

1 Bart. in d.§.si deletum, col.3.versi. Quæro quid faciet,ait, iudicem † ad quem itur pro examinandis

examinandis testibus ante litem contestatam, debere interlocutoriam ferre sententiam, declarando testes esse ualitudinarios, & propterea eos debere ad perpetuam memoriam examinari. sed Soc. in consi. 244. col. 4. vers. vlteriùs, in 1. vol. reprobat hoc Bartoli documentum, dicens
* non opus esse interlocutoria, & ita * communiter traditum esse. vbi agit etiam, an requiratur iuramentum testis, qui diu est abfuturus, ut ibi per eum col. 3. & seq. Et dum Bar. in d. §. si dele-
2 tum, propè fi. tractat quando actor possit facere testes † examinari ad perpetuam rei memoriã ante litem contestatam, vide Corn. in cons. 172. in 2. vol. & uide istam. l. adductam per Aret. ad aliam quæstionem in consi. 36. col. fi. In hac materia testium examinandorum ad perpetuam rei memoriam, vide doct. in c. significauit, vbi maximè Feli. & in c. Albericus, de testi. Mar. Soc. & Abb. & alios in c. quoniam frequenter, ut lit. non contest. Fulgos. in consi. 138. Aret. in consi. 143. col. 8. Alex. omninò in consi. 348. in libro primi & secundi vol. Rom. in consi. 544. Barto. Ang. & Ias. in l. cùm hi. §. transactiones alimentorum. ff. de transact. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum, col. 5. versi. vnum tamen puto aduertendum. ff. pro soc. quem refert & sequitur Anch. in cons. 332. in fi. & Rom. in consi. 412. Et ad rem faciunt tradita per Alex. plenè in consi. 103. in 5. vol. & Feder. de Sen. cõs. 231. quẽ refert & sequitur Abb. in c. si quis cõtra clericum, col. 2. de for. compet. & Aret. in cons. 132. col. 8. ver. venio igitur ad tertium. & idem uoluit in cons. 83. col. 1. & Ias. in l. admonendi, in repet. nu. 214. ff. de iureiur. vide etiam ad prædicta Socin. in cons. 243. Considerata facti contingentia, in 1. vol. & Mari. Soc. iuni. in cons. 14.

Summarium in l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil.

1 *Verba secundum propriam significationem, non autem secundum communem usum loquendi sunt intelligenda.*
2 *Annus ex 360. diebus constat.*
3 *Annus apud Romanos in duo tantùm tempora fuit diuisum, scilicèt in hyemem & æstatem.*
4 *Quot anni fluxerunt à principio mundi usque ad Christi aduentum.*
5 *Maleficia impunita esse non debent.*

Bar. in l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil.

1 BART. in d. l. ita uulneratus, ait uerba † secundum propriam significationem, non autem secundum communem usum loquendi esse intelligenda. Vide Felin. in procem. Decretal. col. 5. & quæ latissimè posui in Lucubrat. in Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. ubi est locus proprius & solennis.

2 Bar. in ead. l. colligit, annum † ex 300. & 60. diebus constare. Hic pulchrum est uidere non nulla ad rem pertinentia. Et ideò scias, Aegyptios quondam habuisse annos tam breues ut singuli quaternis mesibus finirentur. B. Augustinus De ciuitate Dei, lib. 12. c. 10. & lib. 15. c. 12. vbi ait etiã in historijs reperiri, Acarnanes habuisse annum sex mensium, & Lauinios 13. Quæro quid dicendum sit de annis Matusalem, & aliorum patrum, qui fuerunt ante diluuium? Hi ab aliquibus crediti sunt breuiores, quàm nũc sunt; qui argumentis ostendere nitebantur, unũ ex annis nostris æqualem esse decem ex illis. sed. B. Augustinus hanc falsitatem pulcherrimè redarguit in eod. loco in lib. 15. c. 9. & c. 12. cum seq. ostendens rationum ui & testimonijs scripturarum, diem, mensem, & annum illo tempore fuisse eiusdem prolixitatis, sicut nunc sunt. Hoc idem confirmat B. Hieronymus in epitaphio Nepotiani presbyteri ad Eliodorum Episco-
3 pum. Attende etiam annum † iampridem apud Romanos in duo tantùm tempora fuisse diuisum, scilicèt in hyemem, & æstatem. Illa à Kalendis Octobris incipiebat. & in Kalẽdis Aprilis terminabatur, à quo tempore æstas incipiebat. & in isto dumtaxàt tempore per mare itinera concedebantur, secundum glo. not. in l. iij. C. de naufrag. lib. 11. Nunc autem usque adeò creuit audacia, & auaritia mortalium, ut etiam in ipso horrendæ hyemis maiori fremitu nauigationi non parcant. & ideò multa quotannis naufragia contingunt. Et quoniam suprà mentionẽ fecimus annorum, qui tempus diluuij præcesserunt, non ab re est hoc in loco intelligere, quot-

anni

4 anni defluxerint † à principio mundi usque ad Christi aduentum. sciendumque est, annos quinque mille centum & nonaginta elapsos esse. prima enim ætas ab Adam usque ad Noe fuit annorum mille ducentorum & quinquaginta duorum. Secunda verò, scilicèt à Noe usque ad Abraam fuit noningentorum & quinquaginta duorum. Tertia ab Abraam usque ad Dauid, fuit noningentorum & quadraginta. Quarta à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, fuit quadringentorum nonaginta. Quinta verò à transmigratione Babylonis usque ad aduentum Christi fuit annorum quingentorum nonaginta. Hæc Beda & Eusebius tradiderunt, quorum meminit Alberic. in epist. Victor. C. de summ. Trini. ad quæ uideas B. Augustinum de ciuitate Dei, in d. libro 12. cap. 10.

5 Ex ista. l. ita uulneratus, colligitur illa regula, scilicèt, maleficia † impunita esse non debere. Adde hoc usque adeò à legibus abhorrere, ut si delictum ita disponente statuto impunè committatur, aiunt doct. hoc esse tolerabile propter authoritatem statuentium, non tamen esse laudabile. & ideò eum, qui hac fretus impunitate deliquit, ad dignitatem aliquam promoueri nó posse. Dec. in l. bona fides. ff. de reg. iur. citat Bal. in l. Decuriones, in fi. C. ex quib. cau. infam. irrog. Item delictum, cuius absolutio fuit obtenta, licèt puniri non possit, tamen aggrauat crimen illius, qui iterum deliquisset. Dec. in d. l. bona fides.

Summarium in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil.

1 *Si percutio uolentem me percutere, an dicar feciſſe ad defenſionem meam.*
2 *Ille qui fuit laceſſitus iniurijs ſi infert uerbera iniurianti, mitius puniri debet.*

Bar. in l. ſi ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad leg. Aquil.

1 Bart. in d. §. Tabernarius, agit de illa q. ſi percutio † uolentem me percutere, an dicar feciſſe ad defenſionem meam. de qua re dixi ſuprà in lucubrat. ad Bar. in l. ſed & ſi quemcunque, eod. tit. Attende quia Cæpoll. colligit ex iſta glo. principium rixæ intelligi prouenire ab eo, qui primus fecit actum illicitum, non autem ab eo qui primus fecit actum licitum, quamuis demũ ab hoc primo principio rixa proceſſerit. hæc Cæpoll. in conſ. 75. col. 2. verſi. & aduertendum. vide eundem in conſi. 28. col. 1. in primo dubio. & in conſi. 29. & in conſi. 62. col. 2. & in conſi. 109. col. 2. in 1. vol. Aret. in conſi. 34. col. 1. & Corn. in conſi. 162. in 1. vol. & ad prædicta optimè facit illud Ariſt. relatum à Bal. in conſi. 143. Super quęſtione, in 2. vol. principium delicti ab illo procedere, qui primus alium ad iram prouocat, non autem ab irato. Et ideò inquit Abb. in
2 c. olim ex literis, de reſcript. eum qui fuit laceſsitus iniurijs, † ſi infert uerbera iniurianti, mitius puniri debere. facit tex. in c. ſi quis iratus, cum glo. 2. q. 3. & trad. per Abb. in c. 2. de maled. & in c. fi. col. 14. de confeſ. & Rom. in ſingul. 508. cum ibi addit. per Caſtill. & Feli. in c. Matthæus, de ſimon. & in c. dilecti filij, de reſcrip. vide omninò eundem Feli. qui rem hanc de prouocato ad iram plenè examinat in c. ſicut ex literis, de iureiur. & in c. dilecti filij. nu. 15. cum ſeq. de except. & in c. cùm te. nu. 9. de re iud. Iaſ. in l. ſi quis filia. nu. 4. C. de inoffi. teſta. & omninò Dec. in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & Marcũ Antoniũ Bauariũ in tract. de virtute iuraméti. nu. 14.

Summarium in l. j. ff. de his qui deie. uel effud.

1 *Pactum erat inter Florentinos & Vbaldinos ut Vbaldini uiam tutam tenere deberent, modò quidam ibat per alpes non autem per uiam rectam, qui fuit ſpoliatus à prædonibus, nunquid Vbaldini teneantur.*

Bar. in l. j. ff. de his qui deiece. uel effud.

1 Bart. in d. l. j. per tex. iſtum decidit quæſtionem: pactum † erat inter Florentinos & Vbaldinos, ut Vbaldini uiam tutam tenere deberent; modò quidam ibat per alpes, non autem per uiam rectam qui fuit ſpoliatus à prædonibus, nunquid Vbaldini teneantur

neantur? dicitque eos non teneri, ex quo itinerantes consuetum iter non arripuerunt. vide Feli. in c. olim, col. 2. & seq. de except. & in c. postulasti, col. 4. de for. compet. & Angel. Aret. in §. is itaque, instit. de iustit. & iure.

Summarium in l. si seruus. §. is qui. ff. de noxal.

1 *An & quando seruus excusetur si iussu domini crimen aliquod perpetrauit.*

Bar. in l. si seruus. §. is qui. ff. de noxal.

1 BART. in d. §. is qui, tractat an & quãdo seruus † excusetur si iussu domini crimen aliquod perpetrauit. & ex ijs colligitur etiam, an & quando dominus ex delicto famuli uel domestici teneatur. vide ad prædicta Dec. plenè. in l. velle non creditur. ff. de regul. iur. & Aret. in l. quod seruus, col. 3. ff. de acquir. poss. Et an & quando dominus ex delicto famuli uel domestici teneatur, vide Feli. plenè in c. Petrus, de homicid. & omninò Curt. in cons. 41.

Summarium in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal.

1 *Qualitas adiuncta uerbo debet intelligi secundum tempus uerbi, cui adijcitur.*

Bar. in l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal.

1 BART. ex d. §. si extraneus, colligit regulam, quæ uult, qualitatem † adiunctam uerbo, debere intelligi secundum tempus uerbi, cui adijcitur. vide Alex. in cons. 1. col. 3. & seq. in 1. vol. & in cons. 30. in fi. in 3. vol. vbi sentit hoc uerificari etiam si illa qualitas posteà deficiat, ut per eum in cons. 31. & Soc. in cons. 121. vbi post multos, quos memorat ait, statutũ excludens filiã dotatam, esse intelligendũ de filia dotata tẽpore mortis patris: & in cõs. 81. in fi. vbi inquit, statutũ excludens fœminas extantibus masculis, debere intelligi, si extant tpe quo ei defertur hr̃ditas. & ad regulam hanc vide Bar. in l. Titius. ff. de testa. milit. & Bal. in c. constitutum. de rescrip.

Summarium in l. electio. ff. de noxalib.

1 *Quod per errorem adiudicatum est potest præscribi, etiam à malæfidei possessore propter autoritatem rei iudicatæ.*

Bar. in l. electio. ff. de noxal.

1 BART. in d. l. electio, ait, quòd per errorem † adiudicatum est, posse præscribi ẽt à malæfidei possessore propter authoritatem rei iudicatæ. vide Rom. in cons. 454. col. pen. in 3. dubio.

Summarium in rub. ff. fin. regund.

1 *An hoc iudicio deueniri possit ad diffinitiuam lite non contestata.*

Lucubrat. in rubricam. §. fini. regund.

1 CIRCA istam rubricam finium regundorum, quæro an hoc † iudicio deueniri possit ad diffinitiuam lite non contestata? vide Barto. in l. j. C. fini. regund. Et quomodò in hoc iudicio libellus concipiatur, & positiones, & quicquid ad rem hanc pertinet, uide apud Specul. in tit. de iudicijs. §. 4. in princ. Et dicas hoc iudicium competere etiam altero possidente tantùm, qui dicitur occupasse, & corrupisse terminos. Abb. in c. ex literis, de probat.

Summarium in rub. ff. fami. ercis.

1 *Quomodò in hac actione libellus formari debeat.*

Lucubrat. in rubricam. ff. famil. erciſc.

CIRCA hanc rubricam, quomodò in hac actione libellus formari debeat, vide apud Iaſ. in §. quædam, col. 10. ver. poteſtis, inſt. de action.

Summa-

Familiæ erciſcundæ.

Summarium in l.j.ff.famil.erciſ.

1 *Actio familiæ erciſcundæ à lege duodecim tabularum originem habuit.*

Bar.in l.j.ff.famil.erciſc.

1 BART. in d.l.j.commendat glo.ibi,aitque actionem † iſtam à lege 12. tabularum originē habuiſſe,& reliqua ut ibi per eum. Tu circa hanc.l.& quæ ad eam pertinent,uide Iaſ.in §. quædam,col.9.verſi.circa gl.inſt.de action.Et ex iſto tex.cum glo.colligitur,actionem familiæ erciſcundæ,uel communi diuidundo ei non dari,qui negatur eſſe cohæres, & non eſt in poſſeſſione. de qua re vide Bar.& alios in l.in prouinciali.§.1.ff.de oper.nou.nun. & ibi omninò uide Alex.vbi etiam traditur actionem familiæ erciſcundæ ex cōi diuidundo dari ad diuidendū officiū iudicis mercenariū ad prohibendū opus nouū fieri abſq; ꝓbatione iuris ſibi cōpetēs

Summarium in l.& puto.ff.famil.erciſ.

1 *A proprio ſenſu uerborum eſt recedendum ad hoc ut actus ualeat.*

Bar.in l.& puto.ff.famil.erciſ.

BART. in hac l.& puto,nihil dicit. ſed gl.in uerbo communicari, eſt not.ſecundum Alex.
1 in conſi.248.Ponderatis,in 6.vol.ad probandum,à proprio † ſenſu uerborum eſſe recedendū ut actus ualeat. idem ait in conſi.95.col.pen.in 4.vol.

Summarium in l.his conſequenter.§.ſed an.ff.fam.erciſ.

1 *An aliquis amittat ipſo iure,an per ſententiam iura ſua.*
2 *Quomodò & quanto tempore contra filium præſcribatur.*

Bar.in l.is conſequenter.§.ſed an.ff.famil.erciſcun.

1 BAR. colligit ex iſto.§.cum glo.diſtinctionem,an aliquis amittat † ipſo iure,an per ſententiam iura ſua,ut ſciri poſsit,utrum ei agenti hoc iudicio poſsit opponi iſta exceptio. vide Feli. in c.2.col.3.de teſti.& omninò Bart. in conſi.82. Martinus. vbi ait neminem poſſe opponere iura fiſci,eò quòd bona ipſo iure ſint in eum tranſlata,niſi corporalem eorum poſſeſſionem apprehenderit. Idem uoluit Alex.in conſi.209.Ponderatis his, col.pen.in 6.vol.dicens hanc gl.
∗ eſſe ſing.ad hoc,& * communiter approbatam. Hoc ipſum expreſsè ait etiam Soc.in conſ.79.
2 & in conſi.84.in 4.vol.vbi concludit,à tertio obijci non poſſe iura fiſci. Et ad materiam huius gl.vide eundem Soc.in conſ.22.col.fi.in 1.vol.& quomodò,† & quanto tempore contra fiſcū præſcribatur in quocunque iure ad eum pertinente,& alia ad rem, de qua agitur,pertinentia, vide apud Bar.in.l.in omnibus.ff.de diuerſ.& tempor.præſcrip.Abb.omninò in c.cùm nobis, de prę ſump.Paul.de Caſt.in l.fi.C.de ſacroſ.eccl.& Barb.in conſ.70.col.23.in vltimo dubio in 4.vol.vide etiam Alex.in addit.ad Bar.in l.fi.C.ad leg.Iul.maieſt.

Summarium in l.ſi filia.§.idem ſcribit.ff.famil.erciſ.

1 *Si pater incœpit facere ſtudere filium ſuum, & poſteà mortuus eſt, fratres non tenentur ſuis expenſis hoc idem facere.*

Bar.in l.ſi filia.§.idem ſcribit.ff.famil.erciſ.

1 BART. in d.§.idem ſcribit,decidit quæſtionem contra Dyn.ſcilicèt,ſi pater † incœpit facere ſtudere filium ſuum,& poſteà mortuus eſt,fratres non teneri ſuis expenſis hoc idem facere:quia pater ad hoc nō tenebatur.vide Alex.in cōſ.285.Circa primā dubitationē,col.fi.in lib. primi & ſecūdi vol.& in conſ.102.col.pe.in 3.vol.vbi tradit etiam utrum huiuſmodi impenſæ computari debeant ipſi filio in legitimam,uel eius filijs.& uide Bal.in conſ.491.in 5.vol.

Summarium in l.in hoc iudicio.ff.fam.erciſ.

1 *Sententia pro parte ualere non poteſt, & pro alia non.*

Bar-

Bar.in l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſ.

BART. in d.l.in hoc iudicio,colligit,ſententiã † pro parte valere non poſſe,& pro alia parte non.vide Feli.in c.cùm inter,col.4.& ſeq.de re iudic.Curt.in conſ.29.col.3.Paul.de Caſt.in conſ.326.col.2.vbi limitat.& Abb.in c.cùm dilectus,in ultimo notabili de conſuet.

Summarium in l.ſi pignori.ff.fam.erciſ.

Si debitum eſt ex diuerſis cauſis,partis ſolutio admittitur.

Bar.in l.ſi pignori.ff.famil.erciſcun.

BART. in d.l.ſi pignori,col.3.verſi.& eſt aduertendum,ait, ſi debitum † eſt ex diuerſis cauſis ſolutionem partis admitti, alioqui verò ſi ab initio fuiſſet unum debitum in defuncto,& poſteà diuiſum inter cohæredes. Attende quia iſtum text.inquit ſingul.eſſe Alexand.in l.iij.§.ex his,col.1.ff.de uerbor.obligat.

Summarium in l.Pomponius.ff.fami.erciſ.

Inter patrem & filium ex cauſa dotis conſtitit donatio.

Bar.in l.Pomponius.ff.famil.erciſc.

BART. in d.l.Pomponius,ſic ait in ſumma. Inter patrem † & filium ex cauſa dotis conſtitit donatio.Iſta.l.habet locum etiam ſi matrimonium non ſequatur: ut eſt tex.in l.ſi extraneus, verſi.fin.ff.de condit.ob cauſ.quem citat hic Alexand.in fin.de quo vide eundem Alex. in d.l.ſi extraneus,& in l.ij.§.ſi in patris,in primo notabili.& in l.cùm dotem,in principio in primo notabili.ff.ſolut.matri.& aliquid habetur apud doct.& gl.in l.ſi donationem.C.de collat. & Alex. in conſi.95.in 3.vol.& iſtam.l.extende,ut locum habeat in bonis paraphernalibus,ut per Alex. in conſi.27.col.fi.in 5.vol.

Summarium in l.cum putarem.ff.fami.erciſ.

Exceptionem hanc ſcilicèt,tibi non competit ius agendi,poſt ſententiam opponi nõ poſſe, & ſolutum authoritate huiuſmodi ſententiæ non repeti.

Bar.in l.cùm putarem.ff.famil.erciſc.

BART. in d.l.cùm putarem,inquit,exceptionem hanc.ſ.tibi † nõ competit ius agendi,poſt ſententiam opponi non poſſe:& ſolutum authoritate huiuſmodi ſententiæ non repeti.vide Iaſ. in l.iuſtè poſsidet,col.2.ff.de acquir.poſſ.vbi ponit pulchrum intellectum.& quia ex tex.in d.l. cùm putarem,in fi.colligitur,diuiſionem factam authoritate iudicis reſcindi non poſſe: Dicas hoc tantùm procedere,quando iudex ſuper illa diuiſione ſententiam potuliſſet, alioqui verò ſi pro actus ſolennitate ſuam interpoſuiſſet authoritatem.Soc.in conſ.33.in 4.vol.

Summarium in l.ex parte.§.reſpondi.ff.fami.erciſ.

Ille qui agit nomine alterius expenſas repetere poteſt, ſi obtinet.

Bart.in l.ex parte.§.reſpondi.ff.famil.erciſc.

BART. in d.§.reſpondi, ait, eum, qui agit † nomine alterius expenſas repetere, ſi obtinet; alioqui verò ſi ſuccumbit.vide gl.hic.& Nicol.de Neap.in l.iij.§.ſufficit.ff.de contr. iudic. tut. & Bal.in l.etiam.C.mand.& Barb.in conſi.71.col.2.& ſeq.in 4.vol.

Summarium in d.l.ex parte.§.inteſtato.ff.fami.erciſ.

Qui in codicillis de omnibus bonis diſpoſuit, quò ad collationem uidetur teſtatum decedere.

Bar.in d.l.ex parte.§.inteſtato.ff.famil.erciſ.

BART. in ead.l.§.inteſtato,ait,quò ad collationem † videri teſtatum decedere, qui in codicillis de omnibus bonis diſpoſuit.Tu verò pro intellectu huius tex.& gl.in uoce, indiuiſum, * vide Dec.in cõſ.59.vbi ait gl.hãc * cõiter reprobari in eo,quod ait,codicillantem expreſsiſſe.

Summa-

Communi diuidundo.

Summarium in l.quædam mulier.ff.famil.erciſc.

1 *Cauſa nullitatis ad appellationis iudicem pertinet.*

Bar.in l.quædam mulier.ff.famil.erciſc.

1 BART. in d.l.quædam mulier,colligit in ſumma,cauſam † nullitatis ad appellationis iudicem pertinere,qui poteſt ſententiam pro parte confirmare,& pro parte nullam pronunciare. vide Alex.in conſ.95.Viſis narratis,propè fi.in 4.vol.& Rom.in conſi.281.

Sum.in l.Mæuius.§.arbiter.ff.fam.erciſc.

1 *Arbitri ſententia ualet, ſi portiones inuicem computantur.*

2 *Arbiter iuris tenetur ſequi ius commune, non autem ius municipale.*

Bar.in l.Mæuius.§.arbiter.ff.fam.erciſc.

1 BART. in d.§.Arbiter,ait,arbitri ſententiam ualere,ſi portiones inuicem compenſantur. De hac re uide Alex.in conſi.261.Quæritur,col.1.& 2.ver.non obſtant in libro primi & ſecundi.vol.vbi declarat iſtum tex.procedere,ut de iure arbiter poſsit ſuper compenſatione cognoſcere,quando oritur quæſtio ex eadem cauſa,de qua factum eſt compromiſſum. vide alia quæ ad rem facientia apud Abb.in c.cùm dilectus,de arbi.in c.1.de mut.petit. & in c. Quintuallis,de iureiur.& omninò Rom.in ſing.149.incip.Coram arbitro,cum ibi addit. per Caſtr.

2 & Lanfranc.de Orian.in tract.de arbitris. Item in propoſita re ſcias arbitrum † iuris teneri qui ius commune,non autem ius municipale. Abb.in conſi.77.in 2.vol.& Cæpol. in caut. Vtrum autem arbiter in ſuo pronunciamento pactum poſsit apponere,ut unus ex compromittentibus ſuccedat,quando alter ſine filijs prædecederet,vide Ang.in conſi.76. ubi negatiuam partem amplectitur.

Lucubrat.in rubricam.ff.commun.diuidun.

1 CIRCA hanc † rubricam & pertinentia ad eam uide Iaſ. in §. quædam, col.10.& ſeq. inſt.de actio.ubi multas quęſt.in hac re poſuit remiſsiuè,& aliquid declarat.& in 12. col.tradit ad quem ſpectet electio in huiuſcemodi diuiſione. Et ad hunc titulum vide Alexand.in conſi.25.col.fi.in 5.vol.ubi agit,utrum hoc iudicium communi diuidundo detur quando unus ex conſortibus in re diuidenda habet plura quam alius, uel quando ex rebus diuidendis una eſt pulchior altera.

Sum.in l.nihil.ff.commu.diuidun.

1 *Si res ſimul emimus, in ea ſocij eſſe dicimur.*

Bar.in l.nihil.ff.commun.diuidun.

1 BART. in d.l.nihil,inquit,ſi emimus † rem ſimul,in ea ſocij eſſe dicimur. ad ea quæ hic tradit Bar.& quæ in apoſtilla hoc in loco ad eum poſita continentur,uide Iaſ.in d.§.quædam, col.2.in 2.notabili.inſtit.de action.vbi concludit,actionem communi diuidundo locũ habere ſemper,quando aliquid eſt commune ex uera ſocietate.

Sum.in l.commun.ff.comm.diuid.

1 *Fundus uectigalis uenit in hoc iudicio non diuidendus, ſed adiudicandus.*

Lucubrat.in Bar.in l.communi.ff.comm.diuid.

1 BART. in d.l.communi, in principio ſic ait: Fundus † uectigalis uenit in hoc iudicio non diuidendus,ſed adiudicandus. vide ad declarationem huius.l.Alex.in conſi.7.in 5.vol.& ad ea quæ tradit Bar. in ead.l.§.inter prædones, vide Alex.in conſi.25.col.2.in 5.vol.& Bal.in l.j. ſuprà famil.erciſcun.

Summa-

Summarium in l.in hoc iudicium.§.si conueniat.ff.commu.diui.

1 *Pactum ne perpetuò diuidatur, non ualet.*
2 *In casu in quo tale pactum ualet, vt puta quando est factum ad tempus, limitatur.*
3 *Omnes conuasalli esse debent concordes in diuisione bonorum feudalium.*
4 *Si prohibita est bonorum diuisio in casu in quo prohiberi potest, non propterea prohibita censetur diuisio administrationis.*

Bar.in l.in hoc iudicium.§.si conueniat.ff.commun.diuid.

1 BAR. in d §.si conueniat,hoc ait in summa. Pactum † ne perpetuò diuidatur, non ualet. De materia huius.§.uide plenè & eruditè apud Soci.in consi.278.in 1.vol. Feli.in c.si diligenti.nu.28.de for.compe.& in rubr.de præscript.col.1.& Dec.in consi.265.quæro nunquid pactum ualeat de non diuidendo pro tempore uitæ sociorum. Vide Ias.in §.quædam,col.8.versi. quid diceretis,insti.de action. Attende etiam istam regulam de inualiditate pacti de non diuidendo, vsque adeò ueram esse, ut neque testator possit præcipere ne hæredes diuidant: immo neque iusiurandum accedens posset robur addere huiuscemodi pacto: vt hæc omnia uidere est apud Hippolytum de Marsilijs in suo singul.9.incip. Nemo cogitur. & Alexan.in consil. 160. Visis capitulis in lib.primi & secundi uolu.vbi ait,iuramentum non posse huiusmodi con
2 uentionem conualidare. Item unum aliud scitu dignum perhibuit, scilicèt in casu quo † tale pactum ualet, vtputà quando est factum ad tempus, limitat, nisi unus ex socijs factus esset rixosus & molestus: quia tunc etiam ante finitum conuentionis tempus licet contrauenire. idem ait Salic.in l.iubemus nulli,in princip.C.de sacrosan.eccles.& Mari. Socin.iuni. in consi.79.nu. 3. Et quoniam Alex.in d. consi. loquitur in communione bonorum feudalium, scias, etiam si ubi bona possunt diuidi, sufficit unum ex socijs prouocare, & diuisionem petere, tamen alio-
3 qui est in diuisione bonorum feudalium: quia omnes † conuasalli debent esse concordes. tex. est sing. in c.imperialem.§.præterea ducatus,de prohib.feud. alien. per Federi.in uoce,si consortes uoluerunt. quem tex. vt singu.ad hoc citauit Abb.in consi.82. Conditor omnium,colu. 6.versi.Ego tamen not.dico.cuius meminit Hippolytus in d. singu. 9. Et ad præcedentia uide latissimè Curt.in consi.69. Item animaduerte, quia neque laudum ualet inducens perpetuam communionem. & ista exceptio opponi posset, quamuis à statuto quæcunque appellatio,nullitas, & exceptio tolleretur. Paul.de Castr.in consi.107.in 1.volu. Attende etiam in re propo-
4 sita,si prohibita † est bonorũ diuisio in casu in quo prohiberi potest,tamen propterea non censetur prohibita diuisio administrationis,neque diuisio gratia culturæ commodioris. Alexan.in cons.25.col.2.& 3.in 5.uol. Quod nunquam obliuioni tradas: quia bona communia, quæ sub pœna diuidi non possunt, hoc modo diuidi poterunt. Et ad rem propositam uide omninò tradita in consi.66.inter consilia Albert.Brun.versic.quartò ad idem, vbi ista conclusio laudatur, vt æquissima,ne consortes in feudo, siue in alia re, quæ diuidi nõ potest, ueniant ad arma.

Summarium in l.vt fundus.ff.commu.diuid.

1 *Sententia debet esse conformis libello.*

Bar.in l.vt fundus.ff.comm.diui.

1 BART. in d.l.vt fundus,ait,sententiam † esse debere libello conformem. Huius regulæ rationem,& 13.limit.posuit Ias. in l.vnum in fi.ff.si cert.pet.& Georg.Natt.in repet.clem. sæpe. §.non sic. de verb.signific.cumulat 19.fallen.& plenissimè uideas Feli.in c.licèt Heli, de simo. vbi tradit 39. fallen.vide ad rem eundem Feli.in c.2.col.13.versi.octauus casus,de rescri.Alex. in consi.72.col.2.in 5.vol.& Fulg.in consi.13.

Summarium in l.arbor.ff.commun.diuid.

1 *Id quod una elementatione continetur, si solo cohæret, dicitur commun pro parte diuisa.*

Communi diuidundo.

Bar.in l.arbor.ff.commu. diuid.

1 BART. in d.l.arbor,in princip.colligit ex iſto tex. id, quod una † elementatione continetur,ſi ſolo cohæret,dici commune pro parte diuiſa, qua diuiditur ſolum; ſed à ſolo ſeparatum, dici commune pro indiuiſo. Ex hoc illud adnotandum eſt,incorporalia poſſe diuidi in conſequentiam rei corporalis. de quo uide aliquid apud Soc.in conſi.165.col.fi.in 1.uol. & ad hanc l.vide aliquid apud Corn.in conſi.213.in 3.vol.

Summarium in d.l.arbor.§. iudex.ff.commu.diuid.

1 *Iuriſditio communis pluribus an poſſit diuidi.*

Bar.in d.l.arbor.§.iudex.ff. commu.diu.

1 BART. in ead.l.§.iudex.quærit nunquid iuriſdictio † communis pluribus ueniat in hoc iudicio. vide Alex.in conſi.7.& in conſi.25.in 5.vol.& in cõſi.29.col.pen.eod.vol. & an & quomodò feuda poſsint diuidi, uide eundem Alex.in cõnſi.11.eod.vol.& in conſi.60.in 3.vol.Soci.in conſ.67.in conſi.165.circa ſecundum dubium.in conſ.272.& in conſi.278. in 1.volu. & omninò uide conſilium 66.inter conſilia Alber.Brun.

Summarium in l.Sabinus.ff.commu.diuid.

1 *In re communi potiorem eſſe prohibentis cauſam.*

Lucubrat.in l.Sabinus.ff.commu.diui.

1 EX iſta l.Sabinus,colligitur; in re communi † potiorem eſſe prohibentis cauſam. Limita hoc procedere, ſolùm quando unus ex ſocijs uti uellet re communi ad uſum non deſtinatum, quoniam tunc potior eſt conditio prohibentis; alioqui uerò non: ita Iaſ.in conſi.98.colu.2.in primo uolu.

Lucubrat.in l.Iulianus.ff.ad exhiben.

CIRCA iſtum tex. in l.Iulianus, vide Iaſ. qui multa ſingularia tradidit in l.vbi pactum.ff. de tranſact.

Summarium in l.theſaurarius.ff.ad exhiben.

1 *In ſummarijs cognitionibus iuramentum ad cognitionem ſufficit.*

Bar.in l.Theſaurarius.ff.ad exhiben.

1 BART. in d.l.Theſaurarius,ait, in ſummarijs † cognitionibus iuramẽtum *ad cognitionem* ſufficere. Vide Soc.in conſ.96.Conſideratis.col.4.verſ.item quòd in his.in 4.parte.Bal.in l.qui accuſare.C.de eden.vbi per hunc tex.dicit,admitti probationem per iuramẽtum quando agitur de modico præiudicio.Abb.in c.ex ratione, colu.6.verſ.ſed aduerte,de appel.Iaſ.in l.huiuſmodi.§.ſi ita.verſ.Item in quantum.ff.de leg.1.& Feli.in c.quæ in eccleſiarũ.col.16.verſ.quæſta declaratio,de conſti. item an & in quibus caſibus probatio fieri poſsit per iuramentum, docuit Marcus Anto.Bauerius in tract.de virtute iuramenti.nu.72.cum ſeq.

Summarium in l.toties.ff.de interrog.actio.

1 *In quo differant iſtæ interrogationes ab interrogationibus, quæ fiunt uirtute iuramenti.*
2 *Differentia quæ ſit inter ſcire, & credere.*
3 *Interrogationes fiunt officio iudicis.*

Bar.in l.toties.ff.de interrog. action.

1 BART. in d.l.toties,col.j.quærit, in quo differant † iſtæ interrogationes ab interrogationibus,quæ fiunt uirtute iuramenti. vide glo. in c.quoniam contrà, in uoce pentiones,& in uoce reſponſiones,& in uoce interrogationes, de probat.& ibi Abb.& Dec.vide Bar.in l.ij.§.obſeruari.C.de iuram.calum.& Io.And.in c.cùm in poſitionibus,de reg. iur.in 6.& Abb.in c.fi.de confeſſ.

2 Bar.ibidem paulòpoſt quærit,quænam ſit differentia inter ſcire,† & credere. Ad hoc faciunt trad.per Bald.in rubri.de regul.iur. vbi ſi teſtis interrogatus de ueritate reſpondeat nihil ſcire, & deinde

& deinde interrogatus de publica uoce,& fama,reſpondeat, aliquid non uidetur ſibi ipſi contrarius.Ad idem facit,quod docuit idem Bal.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus, infrà hoc eod. tit.Huic tamen ſententiæ reluctatur glo.in c.cùm contingat,in princip. de reſcrip.ſed uno modo intelligitur propriè,& alio largè & impropriè . vide Aret. in l.cùm quidam.§. quod dicitur, col.3.ff.de acquir.hæred.& in c.cùm cauſam.col.2.de teſti.& dum Bar. in fin.d.l.toties,inquit,
3 interrogationes † fieri officio iudicis,attende, quia interrogationes fieri poſſunt ubicunque ui ſum fuerit iudici, non ſolùm ſuper factis partium,ſed etiam ſuper iuriſdictione : tex.eſt qui alibi non reperitur ſecundum Bal.in c.1.in uoce, interrogatus . de iudic.quem ibi ſequitur Barb. in 12.col.Et iudicem poſſe ſemper interrogare ad ueritatem facti eliciendam, docuit Ant. de Butr.in d.c.1.& in c.cùm Ioannes,de fide inſtru. & in c.1.de lit.conteſt. adde eas fieri etiam à partibus,& aduocatis : ſed aduerſarius reſpondere non tenetur. Abb. in d.c.quoniam contrà, col.7.ſi tamen reſpondet,tenet reſponſum,ſecundum Bar.in l.ſi.infrà eod.tit.& tex.in c.prout, de dol.& contu.& in c.cauſam, de iuram.calum.

Summarium in l.qui interrogatur.ff.de interrog.actio.

1 *Interrogato dandum eſt tempus ad deliberandum .*

Bar.in l.qui interrogatur.ff.de interrog.action.

1 Bart. in d.l.qui interrogatur, ait, interrogato † dandum eſſe tempus ad deliberandum. vide Alex.in l.ſi cui.§.1.ff.de leg.1.& in conſi.8.col.5.in 3.vol.

Summarium in l.ſi defenſor.§.illud quæritur.ff.de interrog.actio.

1 *Ille qui eſt hæres non cogitur reſpondere utrum ſit hæres ex teſtamento, uel ab inteſtato.*

Bar.in l.ſi defenſor,§. illud quæritur.ff.de interrog.action.

1 Bart. in d.§.illud quæritur,ait,eum,qui eſt hęres,† non cogi reſpondere,utrum ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, niſi natura intentandæ actionis hoc exigat. vide Alex. in l.ſi is ad quem.ff. de acquir.hæred. & hanc Bart.deciſionem, ut hæres teneatur exprimere in libello ſit ne hæres ex teſtamento,an non,& utrum mediatè an immediatè, quando intereſt aduerſarij hoc intelligere propter deliberationem, ſequitur Iaſ.in §.actionum,col.33.verſ.& pro iſta, inſt.de action.& in l.pen.ff.de vulg.& pupill.& in l.ſi quis filium familiàs.§.fi.col.8.in 1.notab. ff.de acquir.hære.& in l.fi.col.2.C.de hæred.inſt.& uide eundem Iaſ.in l.ij.colu.2. verſ.in text. ibi.C.de ſucceſſ.edict.

Summarium in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.actio.

1 *Tacens quò ad ſui commodum negare cenſetur .*
2 *Conſenſus quando requiratur pro forma .*
3 *Taciturnitas an & quando æquipolleat mandato.*

Bar.in l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrog.action.

1 Bart. in d.l.§.qui tacuit, ait, tacentem † quò ad ſui commodum negare cenſeri. An & quando tacens cenſeatur conſentire & affirmare in ſui præiudicium, vide Feli.vbi ponit regulam cum fallentijs in c.nonne,de præſumpt. & in c.cùm omnes.nu.6. de conſtitut.& in cap.1. de maiorit.& obedien. vbi ex mente Innocen. ait adnotandum eſſe, quamuis ille, qui tacet, quando uocatus eſt ſimpliciter ſibi in oneroſis non noceat,tamen quando uocatus eſt ad hoc, vt in aliquo negocio animum ſuum explicet, cenſetur conſentire & affirmare. aitque hoc eſſe
2 menti tenendum. vide omninò Abb.in conſi.40.in 2.vol.Item quando † conſenſus requiritur pro forma,ſiue ad actus perfectionẽ,hoc ſemper intelligitur de uero & expreſſo conſenſu,non autem tacito & ſubintellecto,ut hic.Io.Campegius in tract.de dote,quæſt.81.in 5.par.Et communiter loquendo taciturnitas non habeẽ pro conſenſu in ijs, quæ tacenti præiudiciũ afferũt.

Soc.in consi.21. in 1.volu. & hoc locum habet etiam quando aliquis tacet coram persona, cui debetur reuerentia. Feli.latè in c.causam matrimonij,de offic.deleg. & ad prædicta uide glo.& doct.in l.filiusfamiliàs.§.inuitum.ff.de procur.& Bart.plenè, & Ias.plenissimè in l.quæ dotis.ff. sol.matrim. & Lanfrancum de Oriano in tract.de arbitris.nu.42.in 1.par. & nu.13.in 5.par.& Damasum in tract.de brocardis,in primo membro,nu.48.Abb.in c.in causis,de elect.& in cap.
3 non iniustè, de procurat. An autem & quando † taciturnitas æquipolleat mandato, vide Alex. in consi.79.in 4.volu. Item attende unum memoratu dignum, scilicèt, scientem ius aliquod sibi competere, & tacentem per annum censeri ius sibi competens repudiare: quoniam annale silentium in sciente habet uim repudiationis,vt per Curt.in consi.82.nume.2.& quia de hac re nonnunquam in superioribus lucubrationibus egi, vbi etiam tradidi,neminem in uniuersum posse tacere sine peccato, vlteriùs non progrediar.

Summarium in d.l.de ætate.§.nihil interest.ff.de interro.actio.

1 *Paria sunt obscurè respondere, & nihil respondere.*
2 *Obscuritas reprobatur.*
3 *Obscuritas tribus modis nascitur.*

Bar.in d.l.de ætate.§.nihil interest.ff.de interrog.actio.

1 Bart. in ead.l.§.nihil interest, ait, paria esse obscurè respondere, † & nihil respondere: vide Barb.in consi.90.colum.2.lib.3. vbi dicit,obscuram responsionem contra ipsum respondentem debere interpretari. & pulchrum exemplum posuit Bal.in consi.96.in 1.uolu.Cor. in consi.65.in fi.in 4.volu.& Soci.in l.j.colu.4.ff.de uulga.& pupill. Et circa hoc Bartoli documentum uide omninò Paul.de Castr.in l.j.§.si quis simpliciter.ff.de uerb.obligat.& obscuritatem in quacunque dispositione uel actu esse damnatam,docuit Feli.in procem.decretal.& Specul.in procem.in 1.par.vers.cæterùm non est.& in titu. de teste.§.1. vers. Item quòd testis ob-
2 scurè. Et quòd obscuritas † reprobetur,& ex quibus proueniat,vide eundem Spec.in tit.de posit. §.7.versi. tertiò generalitas parit obscuritatem. Et in re proposita, de qua agimus, scilicet positioni obscuræ non esse respondendum, & respondentem hoc modo haberi *pro confesso*, tradit Specul. in eod.tit.§.9. & in titu.de libell.concept.§.15.vers. Verum tamen *vbi etiam in* uers.Sed siquis, propè fi.ait, obscurè dictum pro non dicto habendum esse, & respondentem esse cogendum clarè respondere. vide ad hoc omninò Alex. & Ias.in l.veteribus.ff. de pact. & Felin.in c.cùm clamor,in princip.de testi.& contra obscurè loquentes, vide Abb.in cap.1.de
3 summ.trini.tribus autem modis † obscuritas nascitur,vt per Io.And.in c.fi.de constit.vbi Bald. ait,statutum ambiguum non debere afferri ad decisionem causarum. immo sententia lata contra statutum,de cuius intellectu dubitatur, non dicitur continere expressum errorem, secundum Bal.citat Bar.in l.cùm prolatis.ff. de re iudi.& in l.regula.ff.de iur.& fact.ignor.ad rem faciunt trad.per Domi.in §.ea demum 25.dist.vbi per illum tex.ait,eum,qui positioni ita obscurè respondet,vt intelligi non possit,huiusmodi confessionem reuocare posse. Vide ad præd. cta Bar.& alios.in l.quicquid astringendæ.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrog.actio.

1 *Confessio reuocari potest ex causa iusti erroris.*
2 *Confessio erronea cuius uigore lata fuit sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, reuocari potest per restitutionem in integrum.*
3 *Confessio erronea reuocari potest post litem contestatam.*

Bar.in d.l.de ætate.§.ex causa.ff.de interrog.actio.

1 Bart. in eadem l.§.ex causa, inquit, ex causa iusti † erroris confessionem reuocari posse. Adde tu confessionem erroneam etiam sæpe repetitam non nocere,secundum Bal.in l.prima. C.de

C.de erro.calc.& Alex.in consi.102.in 1.uol. Attende etiam in re proposita, confessionem factam ab eo, qui respondet positioni, reuocari posse tanquam factam per errorem. Bal.in l.absentem.ff.de pœn.tradit Rom. quem uide omninò in singul.300. incip. Tu habes. Item scias,
2 confessionem † erroneam,cuius uigore lata fuit sententia,quæ transiuit in rem iudicatam,reuocari posse per restitutionem in integrum. Alex.in consi.60.col.penul.in 4.vol. Et an & quando confessio reuocari possit uide Abb.in c.ex pacto,de confess. Attende autem,quia & si confessio erronea reuocari possit, tamen adhibetur cautela,ut nequeat reuocari. Cæpol.in caute. 69. Et de ui cuiuscunque confessionis tradit plenè Felin.in c.si cautio,de fide instrum.Et dum
3 Bart.ibi paulòpost,in §.qui iusto,ait, confessionem † erroneam reuocari posse post litem contestatam. vide Alexan.in consi.115.in 3.volu.Subiungit posteà Bart. quomodò error probetur.vide Imol.in consi.1.col.2.& Mari. Socin. iuni. in consi.48.nu.31.& Ias.in l.si post diuisionem.C.de iur. & fac.ignor. Et an, & quando possit aliquis reuocare positionem erroneam, quam fecit cum iuramento,& an possit clientulus reuocare cõfessionem aduocati, uide Alex. in consi.21.in 3.volu.

Summarium in l. filius.ff.de interrog. actio.

1 *Ille qui non respondit in iudicio, quod non tenet, non habetur pro confesso.*

Bar.in l.filius.ff.de interrog. action.

1 Bart. in d.l. filius,inquit,eum,qui non respondet † in iudicio,quod non tenet,non haberi pro confesso. Vide Rom.in cons.224.atque ita colligitur,illegitimam citationem excludere contumaciæ crimen in eo,qui fuit citatus. Vide eundem Rom.in cons.454.col.2.

Summarium in repet.l.vbique.ff.de interrog.action.

1 *Judex in quacunque parte iudicij etiam post conclusionem in causa ex officio suo nobili potest facere interrogationes & positiones.*

2 *In quo differat interrogatio & dispositio.*

Bar.in repet.in l.vbicunque.ff.de interrog.action.

Ad declarationem huius.l.vide Paul. de Castr.in l.iudices.in fin.C.de iudic.

1 Bar.in d.repet.col.4.vers.tertiò not.principaliter,ait, iudicem † in quacunque parte iudicij, etiam post conclusionem in causa, ex officio suo nobili posse facere interrogationes, & positiones. Vide Abb.in c.1.de iudic.& plenius in c. cùm causam,de iuram.calum.& Anto.de But. in d.c.1.& in c.cùm Ioannes, de fide instrum.& in c.1.de lit.contestat.vbi ait, iudicem in quacunque parte litis interrogare posse non solum ad ueritatem facti eliciendam,sed etiam ad fundandam probationem post concluso nem in causa,per l.generaliter.C.de reb.cred.& per glo. huius.l.vbicunque. & ad prædicta uide Alex.in consi.62.col.2. in 3.volu. & in consi.183.colu. 2.in 5.volu.Barb.in consi.41.col.2.in 3.uol.Bal.in consi.345.in 2.volu. & Feli.in d.c.1. col.2. uers.Vtrum iudex,de iudic. vide etiam Andr. de Isern. in c.1.§. si quis hominem, de pac.ten.& uiol.eiu.vbi inquit,iudicem post conclusionem in causa posse interrogare, an semel an pluries factus fuerit insultus. & Bal.in l.bonæfidei.C.de rebus cred.& iureiur.vbi dixit, sæpe iusiurandum deferri post concluſum in causa ad declarationem actitatorum. Et breuiter scias interrogationes fieri posse ubicunque uisum fuerit iudici, non modò super factis partium, sed etiam super iurisdictione.tex.est,qui alibi non reperitur secundum Bal.ibi in c.1.in uoce, interrogatus,de iud.quem refert & sequitur Barb.ibi in 12.col.

2 Bar.in ead.repet.col.6.uersi.venio ad sextum, tractat in quo differant † interrogatio & positio. Vide eundem Bart.in l.ij. §. quod obseruari. C.de iuram. calumn. Ioan. Andr.in cap. cùm in positionibus, de iure iur.in 6.& Abb.in c.fin.de confess.& dum ibidem subiungit Bart.quid sit positio. Si tu uis scire quid sit positio, & quo iure inuenta fuerit, & an de iure fforum: vide Bar.in l.Offidius.ff.de lega.3.& in d.l.ij.§.quod obseruari.vbi habetur, quid sit positio, & alia multa ad rem hanc pertinentia. & de hac re plenissimè & ordinatè vide Specul. in tit. de positionibus. Et quid sit positio,cur hoc nomine appelletur, & omnia,quæ ad materiam positionũ

ſpectant, vide apud Iac. de Are. in tract. poſitionum. & apud Io. Monac. in tract. nuncupato Defenſorium iuris, in §. contra poſitiones. & per Franciſcum Curt. in ſuo tract. poſitionum, & per Odofredum Beneuentanum ſimiliter in tract. ſuo petitionum.

Summarium in l. fin. ff. de interrog. actio.

1 *Ille qui hæres eſſe non poteſt, per actum contrarium ſibi tantum præiudicat quò ad contrahentem, non quò ad alios.*

Bar. in l. procuratore. quæ eſt. l. fi. ff. de interrog. action.

1 BART. in d. l. fi. inquit, eum, qui hęres † eſſe non poteſt, per actum contrarium ſibi tantùm præiudicare quò ad contrahentem, non quò ad alios. hoc idem ſequitur Bar. in l. is poteſt. col. 5. verſ. nunc uideamus, & in l. gerit, col. 3. verſ. circa ſecundum. ff. de acqui. hæred. & in l. non ſi lùm. §. morte. col. 3. uerſ. & tunc quæro. ff. de oper. nou. nunci. Cæpol. in cautel. 202. ex quo refertur hoc procedere tantùm in extraneo, qui repudiationem ſuam reuocare non poteſt, alio qui uerò in ſuo, qui ſuam abſtenſionem reuocare non prohibetur, & effici hæres; nam obligatur quò ad omnes, Salic. in l. fi. C. de repud. hæred.

Summarium in l. j. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.

1 *In cauſis connexis plures etiam diuerſi fori apud iudicem eundem litigari compelli.*

Bart. in l. j. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eatur.

1 BART. in d. l. j. tradit, in cauſis † connexis plures etiam diuerſi fori apud eundem iudicem litigare compelli. vide Aretin. in conſi. 29. colum. 2. cum ſequ. & in conſi. 83. colum. & Socin. in conſ. 38. colum. 3. in 1. volum. & omninò in conſi. 41. colum. 2. & ſequ. vbi aliqua docuit ad huius tex. intellectum. vide etiam Paul. de Caſtr. in conſi. 321. vel 121. in 3. dub. vbi tractat, ſi contra duos reos debendi agitur, & petitur cauſam committi debere cõſilio ſapientis de confidentibus partium; an poſsit uterque ſuos confidentes dare, an verò in unum conuenire ſint compellendi. Vide Ancha. in conſi. 333. ad hoc uideas quæ poſui in prima conſil. C. de nou. cod. confic. vbi ago ſi ſtatuto cautum eſt, vt compromiſſum fiat neceſſarium, & plures ſint rei conuenti, vtrum eorum quilibet poſsit arbitrum ſuum eligere, an uerò unum tantùm eligere compellantur.

Lucubr. in rubr. ff. de ſeruo corrup.

CIRCA iſtam rubricam vide Iaſ. in §. actiones, col. pen. & fin. inſtit. de action. vbi ponit multas quæſtiones ſcitu dignas. item an ipſi corrupto hæc actio competat, & quomodò libellus ſit concipiendus.

Summarium in l. j. §. quod autem. ff. de ſer. corrup.

1 *Ille qui perſuaſit aliquem ad malefaciendum, qua pœna puniatur.*

2 *An & quando aliquis de conſilio teneatur.*

Bar. in l. j. §. quod autem. ff. de ſeru. corrup.

1 BART. in d. §. quod autem, agit de eo, qui perſuaſit † aliquem ad malefaciendum, qua pœna puniatur. & diſtinguit, eſſet ne ille hoc delictum perpetraturus an non. vide plenè de hac Feli. in c. 1. de offi. deleg. vbi etiam uideas omninò Dec. col. 5. verſi. in ſecundo. & ibi habetur quid de auxilium præſtante. & per Feli. in c. ſicut dignum, de homicid. Anch. in c. acceſſorium, de regul. iur. Dec. in c. quia quæſitum, de off. deleg. & omninò Iaſ. in conſ. 137. in 1. volu. Socin. in cõſi. 183. in primo volumine. & aliud eſſe auxilium præſtare, aliud conſulere, & aliud fauere,

2 docuit Abb. in c. ſi aduerſus, de hæretic. Et an & quando aliquis de conſilio † teneatur, vide Abb. in c. 1. ver. in gl. in uerbo, ſuggeſtione, de ſumm. Trinit. Vtrum ille, qui conſilium dedit ad ſpolium faceret, teneatur actione de dolo: & an in foro animæ omninò ad reſtitutionem ablatorum teneatur damnum paſſo? Abb. in capitulo ſicut dignum, de homicid. Quid ſi aliquis conſuluit inſultum caſtri, ſi ex huiuſmodi conſilio ſubſecutum eſt homicidium, utrum conſi-

consulens sit irregularis, quamuis directè consilium non dederit, ut aliquis interficeretur? Vi de Innoc. & Abb. in c. ad audientiam, de homicid.

Summarium in l. doli. ff. de seruo corrupto.

1 *Dictio dolo malo, referenda est ad omnia præcedentia.*

Bar. in l. doli. ff. de seru. corrup.

1 BAR. in d. l. doli, in principio colligit ex isto tex. uocem hanc, dolo malo, † referendam esse ad omnia præcedentia. & ex hoc infert ad statutum, vt ibi per eum. Adde ad hoc benefacere quod docuit Bar. in l. Centurio, col. 6. vers. quęro quid si testator dicit, volo quòd bona mea. ff. de uulg. & pupill. & ibi Iason. col. 21. in fin. cum sequ. Limita hoc, scilicèt, qualitatem in fine positam ad omnia præcedentia esse referendam, vt per Dec. in c. consuluit, in decimo notab. Sed huic regulæ obstat, quia clausula posita in uno capitulo ad alia non refertur, secundum Bart. in l. talis scriptura, in fin. ff. de leg. 1. Abb. in c. secundò requiris, de appellat. vbi Dec. soluit. & pro limitatione uide Alex. in consi. 48. colu. penult. in 1. volu. & ad prædicta uide Alex. in d. l. Centurio, col. 32. vers. succesiuè quærit Bar. Soci. in consi. 83. in 1. vol. & Dec. in cõs. 92. & Mari. Soc. iuni. in consi. 139.

Summarium in l. tantum de filio. ff. de ser. corru.

1 *Quomodò fiat æstimatio.*

Bar. in l. & tantum de filio. ff. de seru. corrup.

1 BART. in d. l. & tantum, in princip. colligit ex glo. quomodò fiat † æstimatio. Vide Iason. in §. actiones, col. pen. & fi. inst. de action.

Summarium in l. j. ff. de ser. fugit.

1 *Aliquis potest esse nuncius in re propria.*

Bar. in l. j. ff. de seru. fugit.

1 BART. in d. l. j. colligit ex isto tex. aliquem posse esse nuncium † in re propria. Vide ad hoc Alex. in l. iustè possidet. col. 8. ff. de acquir. possess.

Summarium in rubr. ff. de ale. lus. & alea.

1 *Ludus an possit esse uirtus.*
2 *Ludus pilæ est omni iure permissus.*
3 *Ludus tabularum cum taxillis & ludus scachorum fuit inuentus à Palamede in exercitu Græcorum.*
4 *Doctores ludentes ad taxillos sunt infames.*
5 *Promissio facta ex causâ ludi etiam permissi, nullius est roboris.*
6 *Filij agere possunt & usque ad legitimam reuocare ea, quæ pater eorum perdidit in ludo.*
7 *Illi qui ludos prohibitos tenent in domo magis delinquunt, quàm ipsi ludentes.*
8 *Si aliquis scienter commodat taxillos aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum tenetur ad restitutionem eorum omnium, quæ in ludo amittuntur.*
9 *Ludens cum pluribus ad ludum prohibitum pro uno tantum ludo punitur.*

Lucubrat. in rubr. ff. de aleæ lusu & aleator.

1 CIRCA istam rubricam operæprecium est nonnulla scitu digna de ludo intelligere, quæ Christiani paruipendunt. In primis igitur quæro, an ludus † possit esse uirtus? vide B. Thom. in 2. 2. quæst. 168. Et ludus aleæ dicitur omnis ludus, qui fortunæ committitur. Deinde sciendum est, ludum, qui fit gratia agilitatis, virtutis, aut fortitudinis, aut publicæ letitiæ, permissum esse etiam clericis. Socin. in consi. 16. in 1. volu. & qui lusus sint per-
2 missi, docuit Io. de Ana. in c. 1. de fortilegi. Et ludum † pilæ esse omni iure permissum, ait Ang. in consi. 397. ferturq; Scæuolam Iurisconsi. optimè pila lusisse, vt retulit Valerius in rub. de ocio.

ubi ait etiam Socratem sapientissimum lusisse cum pueris arundine interposita cruribus sua
Scachorum autem ludus sit ne licitus,an non, vide Hosti.in summ. de excess.prælat. & Innoc.
in c.pe.de uit.& honest.cleric.& in c.lator,de homici.Abb.in c.clerici officia,de uit.& honest.
cleric.& de hac re & quæst.Bar.de illo qui promisit dare scachum mattum cum pedona,quam
posuit Bar.in l.pen.ff.de Senator.vide apud Stephanum Costam in suo tract.de ludo, in secun-
3 do articulo principali,nu.23.cum seq. Et ludum † hunc, & ludum tabularum cum taxillis in-
uentum fuisse à Palamede in exercitu Græcorum contra Troiam ad recreandos milites,tradit
Mar.Soc.in c.inter dilectos,de excess.prælat.& Paris de Puteo in suo tract.de ludo,nu.5.& ibi
nu.2.ait ludum hunc scholaribus esse pernicioſum propter amissionem temporis, citat Al-
ber.in auth.interdicimus.C.de episcop.& cleric.citat etiam Andr.de Isernia dicentem,Doctō-
4 res † ludentes ad taxillos esse infames,& nonnulla alia tradit Paris in d.loco,quæ non sunt hoc
uioni tradenda. Ludus verò taxillorum ex se prohibitus non uidetur,sed propter blasphemias
quæ ab eo proueniunt. Dec.in consi.115.Et ut in summa habeas, & remissiuè quæ ad ludum
quoscunque pertinent, scilicèt, quotuplex sit ludus, quis sit permissus, & quis reprobatus,
utrum uincens in ludo,restituere teneatur,utrum ludendi ualeat consuetudo, utrum huiusmo-
di acquisita possent repeti à uicto in ludo,& plenissimè & distinctè omnia ad rem pertinentia
vide apud,Paridem de Puteo in d.tract.de ludo,apud Baptistam Caccialupum similiter in tra-
ctatu de ludo,& Stephanum Costam pariter in d.suo tractat.de ludo. In specie autem attende
nonnulla,quæ sub hac generalitate non sunt prætereunda. & primum instrumenta promissi-
5 nis † facta ex causa ludi etiam permissi,nullius esse roboris & momenti: quia si solutum ex hu-
iusmodi causa repeti potest, igitur multò magis agenti obstat exceptio. Mari.Soci.in d.c.inter
dilectos,de excess.prælat.Aret.in consi.81. & ideò Paris de Puteo in d.tracta.nu.21.inquit, se
hoc in facti contingentia obtinuisse. de hac re uide omninò B. Thom.in 2.2.quæstio.32.& in
6 quæst.25. Item filij † agere possunt,& usque ad legitimam reuocare ea,quæ pater eorum per-
didit in ludo. Vide Ias.in l.si is qui temporali.§. sed etsi quis in fraudem.ff.de iureiur.& Caccia
lup.in d.tract.nu.81.& ibi nu.14.ponit quædam mirabilia,quæ contra ludentes contigerunt.
Rursus, si ludens surripuit aliquid ei,cum quo ludebat,conueniri non potest,ut puniatur, nec;
ut rem ablatam restituat. Cæpol.in cautel.55.Item scias,& nunquam obliuiscaris,eos, qui lu-
7 dos † prohibitos tenēt in domo,magis delinquere,quàm ipsos ludentes: quia *impunè possunt*
offendi: ita Bal.in l.iij.hoc eod.titu. & Paris de Puteo in d.tracta.nu.4. cum sequ.& ibi nu.46.
ait, se in ciuitate Neapoli absoluisse quendam etiam ab expensis, qui ludum in domo tenētem
8 offenderat: idque in odium ipsius. Aiunt etiam doct. si aliquis scienter † commodat taxillos,
aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum,eum teneri ad restitutionem eorum omnium, quæ
in ludo illo amittuntur. argu.c.fi.de iniur.& damn. dat.ita inquit Mari.Socin. in d.c.inter dile-
ctos,dicens hoc idem tenuisse sanctum Bernardinum in tit. de restit. idem ait Paris in d.tracta.
nu.66. & Caccialup.in dicto tract. Scias etiam dominos, & officiales, qui prohibere possunt,
ne ludi prohibiti fiant in ciuitate,& non prohibent,teneri ad restitutionem perditi in illo ludo,
à tempore,quo prohibere potuerunt, & neglexerunt id facere. Paris in d.tract. num.41. cum
9 sequ.ludens † cum pluribus ad ludum prohibitum, pro uno tantum ludo punietur: quoniam
ludus non dicitur esse perfectus antequam recedat. Soci. in cons.33.col.4.in 1. & uide tracta-
tus præmemoratos. Et qua cautela uti debeat lusor, qui perdidit ut amissa rehabere possit,tra-
dit Cæpol. in cautel.55. Ludens cum filio familiàs, cum monacho, uel cum alia persona, quæ
alienare non poterat,tenetur ad restitutionem: sed restitutio fieri non debet ipsi,qui perdidit,
sed patri si est filiusfa.vel tutori, si est sub tutela,vel ecclesiæ si est religiosus: ita B. Thom.in 2.
secundæ quæst.32. Immo iste,qui uicit, non solùm tenetur ad restitutionem, sed etiam punitur
potest pœna furti, sed extraordinaria,secundum Io.de Ana.in c.1.col.3.de fortileg.citat Bald.
not.in rubr.C.de condit.ob turp.caus. & ideò concludendum est omninò esse à ludo prohibi-
to abstinendum: nam ab eo propè infinita scandala oriuntur. Immo lusores aliquando furore
ducti. ad percutiendam Christi seruatoris nostri sacrā imaginem adducuntur. sed uehillis sunt
enim

enim pœnæ mortis subijciendi. & ita pluries iudicatum fuisse ait Paris in d.tract. nu. 61. cum seq. & ista sufficiant quò ad hunc titulum. Nunc pergamus.

Summarium in rub.ff.si mens.fals.mod.dix.

1 *Quomodò eligendus sit agrimensor, & officium suum exercere debeat.*

Lucubrat.in rub.ff.si mensor falsum mod.dixe.

1 CIRCA istam rubricam quomodo † eligendus sit agrimensor,& officium suum exercere debeat,an unus uel plures requirantur,& alia multa ad rem facientia uidere est apud Abb.in c.proposuisti,& in c.causam,de proba.Io.Andr.in Spec.in tit.de homi. §.1.vers.sed pone.& apud Feli.omninò in c.quia iudicante,de præscript.Et Deci.in cõsi.244. in quæstione col.3.in 2.parte.Vtrum autem sententia ad peritorum depositionem lata,si peritiores contrarium asserentes superueniunt,retractari debeat,tradit Bar.in proœ ff.& in l. traditio.C.de pigno.Aduerte etiam in hac materia quòd & si sententia lata ex peritorum depositione nunquam transeat in rem iudicatam:quia magis de iudicio & arbitratu suo,quàm de ipsa ueritate testantur,secundum Bar.in l.minor 25.annis ex aspectu.ff.de minor.& ideò de sola credulitate iurare teneantur,ut docuit Abb.in c.fraternitatis,in glo.2.de frigi.Et Sali.in l.comparationes.C.de fide instrumen.hæc tamen locum non habere, in agrimensoribus, & huiusmodi peritis; quoniam super re,quæ sensu corporeo percipi potest,atque ita de ipsa ueritate debẽt testimonium perhibere,ut uoluit Bar.in l.Theopompus.ff.de dot. præleg. Et Ludo.Roma. in l.j.in fi.ff.de verbor.obligat.

Summarium in l.j.ff.si mens.fals.mo.dix.

2 *Illi qui exhibent operas suas, quæ consistunt in aliqua arte liberali, non dicuntur locare operas suas.*

Bar.in l.j.ff.si mens.fals.mod.dix.

1 BAR. in d.l.j.in principio inquit,eos,qui exhibent † operas suas, quæ consistunt in aliqua arte liberali,non dici locare operas suas. & ideò infert ad aduocatum cum clientulo, & medicum cum infirmo. sed contra hoc facit tex.in l.qui operas.ff.loca.& in l.qua actione,in fi.ff.ad leg.Aquil.& vide Feli.in d.c.quia indicante,col.2.de præscript.

Summarium in d.l.j.§.ideò.ff.si men.fal.mod.dix.

1 *Ille qui proponit actionem ineptam succumbit.*

Bar.in d.l.j.§.ideo.ff.si mens.fals.mod.dix.

1 BAR. in d.l.j.§.ideo,ait,eum,qui proponit † actionem ineptam, succumbere, & hoc casu inferendam esse causam in sententia. & ex hoc infert Bart.si aliqua pars dicit se esse deceptam in agrimensura,debere iterum mensurari. vide Cæpoll.in consi.12.Barb.in consi.62.col.2 in 1.vol.Antonium de Prato in consilijs Barb.col.13.in eod.vol.& ibidem Aret.in quodam cõs. incip.In themate supradicto. Cuius autem naturæ sit huiusmodi sententia super inepto libello prolata,vide Feli.in rubrica de re iudic.col.7.& 10.& vide Abb.in c.examinata,col.3.de iudic.& Bald.in consi.332.in 3.vol.

Summarium in l.scriptus.ff.de relig.& sumpt.fune.

1 *Quomodò probetur aliquid esse notorium.*

Bar.in l.scriptus.ff.de relig.& sumpt.funer.

1 BART. in d.l.scriptus,col.4.versi. item quæritur, tractat quomodò † probetur aliquid esse notorium. vide Dec.in consi.11.col.6. & in consi.402.Soc.in consi.22.in 1.vol.

& omninò

& omninò uide semper in hac re consilium Hieronymi de Tortis positum post consilia Anto. de Butr. nu. 27. vbi egregiè loquitur. Feli. in c. ex tenore, de rescrip. in fi. & in c. euidentia, de accusat. in c. cùm olim, de re iud. & in c. super eo, de testi. cogen. & omninò Card. Iacobatium in tract. de concilio lib. 7. fol. 423. cum sequen.

Summarium in l. minimè. ff. de reli. & sumpt. fune.

1 *Stante statuto quòd bannitus possit impunè offendi potest filius à patre & pater à filio occidi.*

Bar. in l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fun.

1 BART. in d. l. minimè, ait, stante statuto quòd bannitus † posit impunè offendi, posse filium bannitum occidi à patre, & patrem à filio. vide Paridem de Puteo in tract. de syndic. in materia de excesibus, in c. An liceat occidere Regem tyrannum tãquam hostem reipublicæ. & vide Anch. in consi. 74. Feli. in c. literis, col. 4. de præsump. Cæpol. in consi. 5. col. 4. cum seq. & in cons. 7. col. 7. Abb. in c. 2. in 1. notab. de immunit. eccl. & in c. fi. in fi. de postul. Et attende quoniam mihi uidetur hodie legem hanc non procedere, per ea, quæ tradit Abb. in c. nobis tua, de decim. Attende circa primum, filium teneri alere patrem bannitum. Barto. in l. si quis à liberis. §. sed utrum. ff. de liber. agno.

Summarium in l. sunt personæ. ff. de reli. & sum. fune.

1 *In dubio iudicandum est in fauorem religionis.*

Lucubrat. in l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer.

1 EX ista. l. colligitur, in dubio iudicandum † esse in fauorem religionis. Quomodò hoc procedat, vide Mari. Soc. iuni. in consi. 120. nu. 30.

Summarium in l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fune.

1 *Caput est principalior pars hominis.*

Bar. in l. cùm in diuersis. ff. de relig. & sump. funer.

1 BART. in d. l. cùm in diuersis, ait, principaliorem † hominis partem esse caput. & ideò infert ad testem, qui ait se cognouisse talem: quia uidit eum in facie. vide Feli. in c. cùm non liceat, de præscript. & in c. significauit. 2. col. 4. de homic. & in c. si diligenti, eod. tit. Cæpoll. in cons. 18. & in consi. 32. col. 7. aliquid per Nicolaum de Lira super declarationes figurarum quatuor Euangelistarum. Barb. in consi. 1. col. 19. & 42. in 1. vol. & in consi. 4. col. 7. & in consi. 41. col. 6. eod. lib. aliquid per Præpositum in c. baptizati. dist. 5. Bal. in c. edoceri, col. 1. de rescript. & ad prædicta facit illud, faciem hominis, cum sit principalior pars, non esse dehonestandam. & ideò dixit Ang. statutum non ualere, quo cauetur delinquentem esse bullandum, ut dici solet in fronte, in l. si quis metallum, cum gl. C. de pœn. & Feli. in d. c. cùm non liceat, in princ.

Summarium rub. ff. de mort. inferen.

1 *Mors est finis uitæ hominis.*
2 *Mors omnia soluit.*
3 *Mors unde dicatur.*
4 *Mortui an sint fugiendi.*
5 *Mortui quo in loco sint sepeliendi.*
6 *Episcopi ubi sint sepeliendi.*
7 *Peregrini debent sepeliri in ecclesia parrochiali.*
8 *Mortuus sepeliri non potest in loco, in quo uiuens stare non poterat.*
9 *Sepulchrum speciosum an possit haberi.*
10 *Legatum factum pro magno ædificio in ecclesia construendo, irritum est.*
11 *In morte prælati expensæ funeralium ad quem spectare debeant.*

12 Statutum

12 *Statutum an possit præfigere numerum clericorum & cereorum in funere mortuorum.*
13 *Animæ defunctorum an scire possint ea, quæ in hoc seculo peraguntur.*
14 *Solus Deus est perscrutator cordium.*

Sequitur nunc rubrica de mortuo inferendo.

1 ATTENDE lector, quoniam sicut mors est finis † uitæ hominis, ita hoc titulo, & præcedenti de sumptibus funerum, in quibus agitur de morte hominis, imponitur finis huic primæ parti. ff. ueteris. Sed quia in hac re, in qua de mortuis tractatur, multa non solùm ad doctrinam, sed etiam ad salutem nostram pertinentia cumulari possent, constitui saltem aliqua sub his duobus titulis in medium afferre, quæ nec inutilia, nec iniucunda legentibus esse debere existimamus. Illud igitur in primis est intelligendum, quòd & si mors
2 † omnia soluat, & sit terminus uitæ hominis. §. his omnibus, in auth. de hære. & falc. & §. De nuptijs, in auth. de nupt. & mors sit ultimum terribilium, secundum Philos. Eth. 4. Et propterea quidam Philosophi, ut fuit Empedocles, sibi ipsis mortem cõsciuerunt iactationis causa, ut fortes uiderentur contemnendo ultimum terribilium. l. si quis filio. §. eius qui, & ibi glo. & Bart. de
3 iniuf. testa. ubi ait Bart. actum hunc non fuisse fortitudinis, nec uirtutis. Et quamuis morst dicatur à morsu: quia per esum pomi prohibiti Adam mortem incurrit, ut habetur per Archid. in c. præsentium, in uerbo, mori, de præben. Tamen mors non est mala, quam bona uita præcesit, secundum August. ad Prosperum. & multa pulchra de hac re docuit B. Thom. in 2. secundæ De pœna primi peccati. Pretiosa enim in conspectu domini mors sanctorum est. Hinc ait B. Bernardus in sermone de sex tribulationibus, Mortem iustis esse ianuam uitæ, & initium refrigerij. Ad hæc accedat memorabilis illa Platonis sententia; sapientis uitam esse meditationem mortis. cuius meminit B. Hieronymus in epitaphio Nepotiani presbyteri ad Elio dorum Episcopum, dicens, hoc laudant philosophi, & in Cœlum ferunt, sed multò fortius Apostolus. subiungitque aliud esse uiuere moriturum, aliud mori uicturum. ille moritur ex gloria, iste moritur semper ad gloriam. Et propterea B. Bernardus in præfato loco homines excitat ad istam gloriam assequendam, dicens: Quis ille pauor erit, ò anima mea, cum dimissis omnibus, quorum tibi est tam iucunda præsentia, tam gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris, sola ingrediens incognitam regionem occurrantia tibi cateruatim ruere teterrima illa monstra uidebis? Quis tibi in die tantæ necessitatis occurret? Quis tuebitur à rugientibus præparatis ad escam? Quis consolabitur? filioli mei memoremur hæc nouissima ne peccemus. hæc ille. Idem affirmat B. Hieronymus concludens eum facilè omnia contemnere, qui quotidie cogitat se esse moriturum. Et quàm magna & ineffabilis sit gloria & fœlicitas beatorum, aperit B. Augustinus in epist. ad Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, de magnificentijs B. Hie-
4 ronymi. ijs consequenter subijciendum est, vtrum mortui † sint lugendi? Abb. in rubrica de sepul. ait, hoc à legibus non concedi, sed mortuos esse cum psalmis & psallentium uocibus ad tumulum deferendos, ut habetur. in c. qui diuina, cum multis cap. sequent. 13. q. 2. dicit tamen Abb. si amici ex charitatis uel pietatis officio deflerent, id à iure non improbari, cùm de plerisque sanctis patribus legatur, qui in amicorum funeribus lacrymas continere non potuerunt, ut videre est in c. ubicunque. §. hoc autem, cum cap. seq. ead. cau. & quæst. Reperitur etiam in sacris antiquorum literis, filios Israel Moysis, & Iacob obitum lacrymasse, ut relatum est in c. quia alij, ead. cau. & quæst. non propterea tamen longi luctus aut mœrores à sacris constitutionibus admittuntur, ne mortales ad incredulitatem alterius uitæ delabantur: & hoc modo desperationis indicium ostendatur. d. c. qui diuina. sed uerior uidetur esse sententia, mortuos ullo pacto non esse lugendos: quia ij non amittuntur, sed recedentes præmittuntur, ut proficiscẽtes, nauigantesvè consueuerunt: ita not. traditum est in c. quàm præposterum. 13. q. 2. immo iura de illorum obitu magis gaudendum quàm dolendum esse tradiderunt. & Lazari exemplũ adducunt, quem non mortuum, sed ad huius mundi miserias resurgendum à Christo deplora-

tum

tum fuisse aperuerunt, ut ab eius gestis acciperetur, maiorem gaudij, quàm doloris cumulum à superstitibus habendum esse. hæc habentur in d. c. qui diuina. & ideo B. Hieronymus in d. epitaphio Nepotiani ad Eliodorum ait: gaudeas quòd talem habueris, non doleas quòd talē amiseris. Et in Epistola consolatoria ad Paulam super dormitione Blesillæ, eam lugere prohibet, dicens: quòd etiam si Iacob Ioseph in sacco fleuerit, & Dauid Absalon fleuerit, Moysi & Aaron cæterisque sanctorum solemnis sit luctus exhibitus, tamen hoc apud illos ueteres tolerari potuisse; quia necdum Christus paradisi ianuam effregerat. concludens, hoc apud nos tolerari non debere. Hic opportunè alia suboritur inuestigandi cupiditas, scilicèt, quo in loco
5 sepeliendi † sint mortui. Respondeo, eos in sepulchris, quæ ab eis eliguntur, esse condendos c. 1. cum concord. ibi per gl. de sepul. tradit Abb. in c. apostolicæ, de donat. Doct. in c. fraternitatem, de sepul. Si verò non electo sepulchro moriuntur, sunt in maiorum suorum monumentis contegendi, exemplo sanctorum Patriarcharum, ut habetur in d.c. 1. cum glo. vbi Abb. inquit Abraam, Isaac, & Iacob etiam in lōginquis regionibus existentes cum maioribus suis quiescere voluisse. ad idem est tex. in c. is qui de sepul. in 6. Et si episcopi † sunt, dici potest eos in ecclesijs eorum curę commissis sepeliri posse, quando non electo sepulchro decesserūt, ut per Card. in clem. dudum. §. huiusmodi, de sepul. & Abb. in d.c. Apostolicæ. Quid autem si plures habeat ecclesias? Archid. in c. cùm quis, de sepul. in 6. dixit, eam, in qua moriuntur, præferendam esse. Sed quid si alibi quàm in suis ecclesijs moriuntur? tunc fortè præuentioni locus esset. argumento cap. duobus, de rescrip. vel dici posset, uiciniorem ecclesiam potiorem esse. argumento cap. fin. de sepul. in 6. Firma. autem in tract. de episcopo, in 3. part. quarti libri. quæst. 13. in fi. ait, eos in ecclesia, in qua diuina officia frequentius audiebant, & sacramenta recipiebant, sepeliri debere. & ideò peregrini † & alij transeuntes tam clerici quàm seculares sepeliri debent in
7 ecclesia parochiali, cum ibi debeant ecclesiastica recipere sacramenta. c. 1. de celeb. miss. Doc. in c. 1. de sepul. ad rem facit. c. pastoralis, de his quæ fi. à maio. par. cap. Quid si mulier plures habuit uiros? Dic eam non electa sepultura cum ultimo uiro esse sepeliendam, ut habetur in d.c. is qui, de sepul. in 6. Et ubi non electo sepulchro uxor debeat sepeliri, vide Abb. in c. uxore, col. 2. de sepul. Item si uxor prædecedens sepulchrum eligat, an in eodem tumulo uir sit contegendus? vide ibidem. Attende tamen neminem propè aram, in qua corpus Domini conficeretur, tumulari posse; Salic. in l. mortuorum. C. de relig. vbi Papam excitat contra religiosos sepulchra propè altaris cornua ac ipsi altari coæqualia fieri tolerantes. Quinimmo mortuos nō in ipsa ecclesia, sed extra ecclesiam, circa tamen ecclesiæ murum esse sepeliendos fuit constitutum in primo Concilio Bracarensi, c. 36. ad quod accedit sanctio Concilij Triburiensis, c. 17. vbi magnum miraculum refertur de quodam in ecclesia sepulto, qui à spiritibus immundis no-
8 cte sequenti fuit ab illo loco ad alium extra ecclesiam uiolenter extractus. Item mortuus † sepeliri non potest in loco, in quo uiuens stare nō poterat. l. ij. vbi Bar. ff. de cad. puni. tradit Dec. in l. Neratius. ff. de regul. iur. & Ias. in l. ij. C. qui testa. facer. poss. Qua verò pompa tumulandi sint mortui, dic inspecta eorum dignitate, secundum gl. in l. nemo per ignorantiam, de cōsecr. dist. 1. & in c. 2. de auth. & usu pall. tradit Abb. in quæst. incip. Sempronius clericus. non debet tamen hæc ornamenta cum cadaueribus sepeliri, ut Dalmatæ faciunt: ita habetur in l. at si quis impediat. §. funeris causa, suprà de relig. & sumpt. fun. & ait Alber. in rubrica. C. eod. titu. idque omninò obseruandum esse, etiam si testator contrarium præcepisset, docuit Alex. in l. j. §. im-
9 pensa, col. 2. ff. ad leg. falci. Quæro an sepulchrum † speciosum haberi possit: respondeo posse, ut colligitur ex text. in d.c. Apostolicæ, de donat. & in c. bonæ rei. 12. qu. 2. quæ iura Episcopis indulgent, ut centesimam de ecclesiæ suæ redditibus pro extruendis magnificè eorum sepulchris donare ualeant. sed in hac, & alijs pompis mortuorum, crederem modestè agendum esse cum & conditio sepulturæ, & exequiarum pompa sint magis uiuorum solatia, quàm fidelia defunctorum, ut optimè traditum est in c. animæ defunctorum. 13. q. 2. propterea hæc maximè ab impijs sunt præcauenda, teste Abb. in c. sacris, de sepul. vbi ait, impio tumulum speciosum non prodesse, sed obesse: cùm à Deo ipso ob temeritatis crimen puniatur, sed quicquid

sit,hæc in omnibus hominibus plus carnis,quàm spiritus sapiunt,quamuis defunctis prosit, ut signa tumulorum suorum habeant,quibus inspectis,eorum amici pro ipsis Deum exorent, ut habetur in c.cùm grauia.13.q.2.& ad prædicta optimè facit decisio Anch.in repet. capituli in
o præsentia,propè fi.de probat.dum ait,legatum † factum pro magno ædificio in ecclesia construendo irritum esse: & ideò ad moderatam expensam esse redigendum. Reliqua quæ ad sepulchra pertinent,vide plenissimè apud Alber.in suo dictionario,in uoce,sepultura,cum ibi ad
1 dit. Hoc in loco non est prætermittendum ad quem expensæ † funeralium,quæ in morte prælati fiunt,spectare debeant;scilicèt nũquid ad patrimonialium,uel magis ad beneficiorum successorem? Abb.latè quæst.hanc enucleauit in quæst.incip.Sempronius clericus. & tandem cõcludendo inquit,eas,quæ ad salutem animæ pertinent, ut est clericorum ad officia confluentium impensa,& huiusmodi genus alia,ad ecclesiam, alia uerò ad hæredem pertinere, ut esset conspicuus funeris apparatus,& speciosa exequiarum pompa. hæc ille.qui idem uoluit etiam in c.ut præteritæ. de elect.ad quem accedit Dec.in cons.157.subiungens hæc tantùm procedere ubi inter hæredem patrimonij & successorem in beneficijs quæstio uerteretur. sed quid si inter successorem in beneficijs,& illum,cui bona mobilia intuitu ecclesiæ parta consentiente summo Pontifice relinquuntur,esset contentio? Dec.in d.consi.qui super hac difficultate in funeralibus Cardinalis Triuultij contingente illud consilium edidit,affirmat, huiusmodi impensas ad eum,qui in dictis bonis mobilibus successit,pertinere.& de hac re vide Petrum de Vbaldis in tract.de canonica episcopali & parochiali,in 13.cap. canonicæ parochialis. Hic alia su-
12 boritur difficultas,nunquid statutum possit † præfigere numerum clericorum,& cereorum in funere mortuorum? & dicas non posse: quia esset contra libertatem ecclesiasticam,ut docuit Dec.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.nu.63.de constit.Et attende,quia iudex ecclesiasticus potest statuentes laicos compellere, ut declarent eorum statuta ecclesiam non comprehendere. Ant. de Butr.in consi.40.

13 Postremò inuestigandum est,utrum animæ † defunctorum scire possint ea,quæ in hoc seculo peraguntur. Respondeo dicendum uideri,eas hæc intelligere & scire:quoniam apud legislatores traditum est,defuncti animam contristari, quando uxor ad secunda uota digreditur.§. nos igitur.& §.solutio,in auth.de nupt.trad.glo.& doct.in l.j.C.de secund.nupt. Hoc idem confirmatur sanctorum exemplo: nam B.Hieronymus rogat Paulam,B.Augustinus sanctos rogat, ut pro eorum salute deprecentur. Hoc ipsum sanxit ecclesia præcipiens,orationes,& rogationes ad sanctos,quæ omnia superflua redderentur,nisi ab eis intelligerentur. Tamen B. Augustinus de agenda cura pro mortuis,ait,mortuos ea scire non posse,nisi Deo permittente,uel ab animabus hinc transeuntibus,uel ab angelis,quibus custodia hominum est commissa, ut relatum est in capitulo fatendum.13.quæstio. vltima. Quid dicendum? certè preces & orationes nostras à sanctis intelligi uel facillimè concedendum est, tum ex prædictis, tum etiam quia unusquisque eorum in essentia Dei tantum cognoscit, quantum perfectio beatitudinis exigit,secundum Theologos.sed hoc perfectio beatitudinis requirit, quia ad eorum gloriam & perfectam charitatem pertinet,ut auxilium egentibus præbeant ad salutem: & ideo non solùm orationes nostras uerbis expressas,sed etiam corde conceptas intelligunt. neque illud re-
14 luctatur,solum Deum † esse cordium scrutatorem. c.tua, in fi.de simon.cum concord.quoniã solus Deus cogitationes cordium cognoscit per se ipsum,sed sancti eas in Deo,& ipso manifestante cognoscũt.hęc omnia docuit gl. memoratu dignissima in clem.una, de reliq.& uenerat. sanct.in voce,orationes.in reliquis puto non esse discedendum à d.c.fatendum.

Summarium in rub.ff.si cert.pet.

1 *A generalioribus inchoandum est.*

Bar.in rubricam.ff.si cert.pet.

BART. continuat hanc rubricam secundum gl.Tu uerò de materia huius rubricæ, & nigri uide latè apud Ias.in rubrica instit.de actio.Et dum Bar. subiungit, in primis positũ fuisse

hunc

Si certum petatur.

hunc titulum: quia inter cæteras actiones certi conditio generalior est. De hoc, an.ſ.à genera-
1 lioribus † inchoandum ſit, uide Dec. in rub. C. de probat. col. 1. & quia Bar. proſequitur dicti hoc uerbũ, petatur, exponi debere repetatur. De hoc uerbo, petatur, ſiue repetatur, poteſt col-ligi diſtinctio in rub. ff. ſol. matr. col. 2. in 4. oppoſ. uerſi. retenta.

Summarium in l. j. ff. ſi cert. pet.

1 *Ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitionem generis.*
2 *Licitum eſt ſumere argumentum à uerbis rubricæ.*
3 *Rubrica ita præbet arguendi autoritatem ſicut textus.*
4 *Teſtis interrogatus quid ſit illud de quo teſtimonium dicit, nunquid reſpondere teneatur.*
5 *Teſtis etiam non interrogatus debet rationem reddere ſuper his, quæ iudicio intellectus percipiuntur.*
6 *Teſtis qui dicit aliquem eſſe diuitem uel ſanæ mentis, ſi interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondeat, quia ſum uicinus, uel conſanguineus, an probet.*
7 *Teſtis dictum debet de neceſſitate concludere.*
8 *Vicinus qui dicatur.*
9 *Dictum teſtis quomodò neceſſariò concludere debeat per aliquem ſenſum corporis.*
10 *Vicini propter aſſiduam conuerſationem uident actus uicinorum.*
11 *An & quando liceat argumenta & deciſiones colligere ab autoritate uirorum magni nominis.*
12 *Dictum alicuius ſancti patris munitum autoritate ueteris uel noui teſtamenti præfertur Papæ conſtitutioni in deciſionibus cauſarum.*
13 *Teſtis an reddere poſſit rationem dicti ſui per locum ab autoritate.*
14 *Teſtis de auditu licèt non probet, tamen præſcriptionem facit.*
15 *Teſtis qui dixit ſe poſt cortinam audiuiſſe homicidam confitentem, an fidem faciat.*
16 *Creditor propriè non uidetur niſi is, qui fidem alterius eſt ſecutus.*
17 *Quando tractamus de ſignificatione uocabuli ſtamus alluſioni ſeu ſignificationi uocabuli.*
18 *Creditor an dicatur ille cui promittitur pecunia in diem uel ſub conditione.*
19 *Vtrum dicatur debitor ille, qui poteſt opponere exceptionem.*
20 *Fideiuſſor an dicatur debitor.*

Bar. in l. j. ff. ſi cert. pet.

1 BART. ín d.l.ait, ad cognitionem † ſpecierum debere præcedere cognitionem generis: Tu quibus ex cauſis aliquid præmittatur, vide apud Bal. in rubrica. C. de ſeru. fugi. Et dum Bar. ibi in 2. col. ait, rei appellationem eſſe generalem, & omnia continere. vide ad hoc gl. & doct. in l. j. ff. de ſtat. homi. & Alex. in conſ. 79. in 5. vol.

2 Bar. in ead. l. in ſecundo notabili, inquit, licitum eſſe argumentum † ſumere à uerbis rubricæ & eorum ordine. Dicas tu rubricam habentem orationem perfectam pro lege adduci poſſe. quod tamen declara ut per Fel. poſt alios in rubrica ut lite non conteſt. & in rubrica de accu. Et an & quando à rubrica argui poſsit, vide Abb. in cõſ. 13. in 1. vol. Et ad rem faciunt trad. per eundem Abb. in proœm. decretal. in uoce, Rex pacificus. & Soc. in conſi. 128. in 4. volu. vbi rubricam ad deciſionem cauſarum afferri poſſe. & vide quid ex hoc inferat Alexan. in con-
1 Bart. in ead.l.§.si nummos,colligit ex isto text.argumentum † à solitis ualidum esse. vide de Cæpol.in consi.3.col.fi.& Imol.in consi.42.col.2.& Barb.in c.prudentiam.in 2.not.de offic. deleg.Quinimmo huiusmodi argumentum plenæ sufficit probationi secundum Alex. in consi. 190.in 6.vol.vide Dec.in consi.278.

Bar.

2 Bar.in d.§.ſi nummos,verſi.& per hoc iam uidi,ait differentiam eſſe ſi agatur ex mutuo,† vel ex numeratione. Ad hoc facit,quod uoluit ipſe Bar.in l.ſingularia,col.pen.uerſi. primò uidendum,infrà eod.Et licet Bar.à modernis hic reprehendatur,dum inquit, libellum non procedere,ſi in eo dicitur,quia numeraui.& contra eum faciat id,quod tradidit in l.prædia.ff. de acqui. poſſ.& quod aiunt Ang.& Salic.in l.ex cautione.C.de non num.pecun. ijs tamen non obſtantib.uerior eſt eius ſententia,ut ait Alex.in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de uerb.oblig.Et pro ea urget,quoniam numeratio eſt contractus naturalis,& per eam contrahitur mutuum naturale,igitur pro mutuo ciuili exponi non poteſt. ſed bene confeſsio de recepto pro mutuo ciuili poteſt exponi: quia eſt actus ciuilis, & per eum contrahitur mutuum ciuile, ut colligitur ex trad.per eundem Bar.in l.2.§.mutui dationes,eod.tit.dum quærit,quotuplex ſit mutuum. Limita tamen hoc Bartoli documentum non procedere,ubi cauſa committeretur,ut in ea procedatur ſola facti ueritate,& æquitate inſpecta: quia tunc eſtò quòd ex una cauſa procederetur,& de alia diuerſa,habili tamen ad condemnandum probaretur, reus deberet condemnari: ita videtur tenere Ant.de Butr.in conſ.ſuo incip.Viſo dicto præſenti. citat Io.And. in titulo de action.& petit.§.ſequitur.in uerſiculo hoc quoque.& ſequitur Alex.in d.§.Chryſogonus,colu. 9. Et licèt non reperiatur in conſilijs Ant.de Butr.hoc tamen probatur eò quòd quando cauſa hoc modo committitur,receditur à regulis iuris comm.& ille cui committitur,poteſt credere probationi perſuaſiuæ,quamuis neceſſariò non concludat: ita Bal.in l.ſolam,in fin. C. de teſti. quem ſequitur Aretinus in conſi. 82. Diligenter cõſideratis his. Et in huiuſmodi commiſsione intelligitur,ut manu regia ſolo iure inſpecto iudicari poſsit,ut per Bar.in extrauagan.ad reprimen.in uerbo,uidebitur.in pen.quæſt.& Bal.in l.necquicquã. §. de plano, col.2. & in l.nemo.

3 C.de ſent.& in c. 2.de nou.form.Quinimmo iſta clauſula † operatur, ut ad ſententiam deueniri poſsit omiſſo libello, & litis conteſtatione, & breuitatis dilationibus ſtatutis à iure ſecundũ Rom. in ſingul.783. incip. Quid importent. cum ibi addit.per Caſtill.& de ui huius clauſulæ agit Feli.in c.olim,col.fi. de accuſat. Item limita ſecundò hoc Bartoli documentum,ut non procedat quotieſcunque probaretur de mutuo ciuili,mediante confeſsione,& eſſent tranſacta tẽpora opponendi exceptione nõ numeratæ pecuniæ: ita Bal.in l.unic.C.de rei ux.acti.in princ. & in l.pecuniæ.C.de ſolut.Imol.& Alex.in l.j.§.ſi quæſita.ff.de uerb.oblig.& in d.§. Chryſogonus.nam in iſtis duobus caſibus libellus procederet,quamuis in eo diceretur: quia numeraui, per prædicta.& de hac quæſt.vide Alex.in conſi.203.Viſo proceſſu,col. 1.in lib.primi & ſecundi vol.vbi limitat,quando in libello adiecta eſſet clauſula, nõ aſtringendo ſe &c.& eſſet narrata alia cauſa ſufficiens ad producendam actionem. & Bal.in conſ.218.in 1.vol.

4 Bar.in d.§.ſi nummos,col.2.verſ.ſi verò ſtipulatio,† & numeratio fuerunt factæ ex interuallo, diſtinguit,dicens: aut ſtipulatio præceſsit,& ſecuta eſt numeratio,aut numeratio præceſsit, & ſecuta eſt ſtipulatio. Pro hac differentia faciunt trad.per Angel.in l.petens, col.3.in 6. lectur. C.eod.tit.ubi ait,promiſsionem factam ſine cauſa non ualere.l.ij.§.circa.ff. de except. dol. Tamen ſi incontinenti ſequitur ſtipulatio,eam ualere: quia habebit uim cauſæ,ita ut amplius opponi non poterit doli exceptio,quæ antea obſtitiſſet,alioqui uerò ſi ex interuallo ſecuta fuiſſet: quia tunc non habet uim cauſæ. Et dum Bar.in d.§.ſi nummos,in fi.ait,Si ſtipulor nomine

5 meo,† & numero pecuniam nomine alieno,& ille,cuius nomine numeratur,eſt perſona extranea,non poſſum ei per meam ſtipulationem auferre ius quæſitum ex numeratione.Ex hoc Bartoli documento decidit Alex.in conſ.27.col.1.in 3.vol.executores teſtamenti,qui rem pupilli uendiderunt cum pacto de retrouẽdendo,ſi poſteà eandem rem liberè uendiderunt, non poſſe propterea auferre pupillo ius quæſitum ex pacto prædicto.

Summarium in d.l.certi condictio.§. depoſui.ff.ſi cert.pet.

1 *Debitum ex una cauſa conuerti poteſt in cauſam mutui ſola contrahentium uoluntate.*

Bar.in d.l.certi condictio.§.depoſui.ff.ſi cert.pet.

1 Bart. in ead. l.§. depoſui,ſic ait in ſumma,debitum † ex una cauſa conuerti poteſt in cauſam

sam mutui sola contrahentium uoluntate. Vide quid ex hoc text. inferat Barto. in l. singularia, col. pen. versi. sumus, infrà eod. titulo. Et dum Bar. in fi. huius. §. depositi, ait responsum ad interrogata debere adaptari, & citat. l. si fine. §. 1. ff. de interr. action. dicas melius facere. l. si fidejussor. §. primo in fin.

Summarium in l. rogasti. § si tibi. ff. si cert. pet.

1 *Si tibi mutuaui centum pacto apposito ut uadas pro me Romam, uel scribas mihi librum ad tale pactum agi non posse.*
2 *Usura committitur si mutuo alicui decem cum pacto, ut quando opus erit, ipse quoque mihi mutuet alia decem.*
3 *Usura non est quando creditor aliquid sibi gratis oblatum accipit à debitore.*
4 *Quo iure prohibitæ sint usuræ.*
5 *Usurarum exercitium an possit concedi à statuto & consuetudine.*
6 *Si debitor ultra sortem aliquid promisit cum iuramento an saltem uirtute iuramenti obligetur.*
7 *Quomodò probetur aliquem esse usurarium.*
8 *Contractus si re uera est usurarius, & tamen communiter licitus existimatur, ex hoc quis non dicatur usurarius.*
9 *Consuetudo mala excusat à pœna temporali.*
10 *Usura est quicquid accipitur manente sorte.*
11 *Cambia an sint licita.*
12 *Pecuniæ dotales quæ solent dari à mulieribus ut ex eis perciperent certum lucrum, absque periculo earum, dari iure non possunt; quia hoc usurariam prauitatem sapit.*

Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. rogasti. §. si tibi, tradit, si tibi mutuaui † centum pacto appositio ut uadas pro me Romam, uel scribas mihi librum, ad tale pactum agi non posse; quia quicquid accedit sorti est usura. Pro declaratione huius quæst. vide Alex. in consi. 203. Viso processu, col. fin. *in libro* primi & secundi vol. & in consi. 265. Quoniam in quæstione, eod. lib. Et ad id *quod ait Barto.* usuram esse quicquid accedit sorti, vide Feli. in c. ad nostram, in fi. de probat. *vbi ait, usuram cõ*
2 mitti si mutuo † alicui decem cum pacto, ut quando opus erit, ipse quoque *mihi mutuet alia* decem. uide Soci. in consi. 80. in 3. volu. immo nec munuscula ex pacto recipiuntur, *secundum* Abb. in consi. 34. in 1. vol. & ad rem propositam vide Alex. in consi. 215. in libro prim*i* & secũ di vol. & Soc. in consi. 88. in 4. volu. quomodò autem hoc intelligatur, quòd quicquid accedit sorti, est usura, declara ut per Alex. in consi. 150. in 7. vol. non enim semper uerum est, quicquid accedit sorti, usuram esse, quia multi sunt casus, in quibus licet aliquid ultra sortem accipere, quos memorat glo. in uoce, de feudo, in c. conquestus. & ibi Abb. de usur. & Io. Fab. in rubrica
3 de usur. Feli. in c. cùm uenerabilis, col. 3. & 4. de except. Item usura † non est, quando creditor aliquid sibi gratis oblatum accipit à debitore, qui non uult esse immemor accepti beneficij quod tamen intellige post acceptum beneficium, & postquam cessat anxietas quærendi pecuniam: immo tunc ualet conuentio de aliqua re accipienda. hæc Abb. in consi. 64. colu. 4
4 1. vol. Quæro † quo iure prohibitæ sint usuræ. vide Abb. in c. cùm sit generale, de for. compet. & Bart. in l. si non sortem. ff. de condit. indeb. Et dic eas fuisse prohibitas de iure diuino, & ecclesiastico, ut docuit Ant. de Patro in consi. 45. inter consilia Alex. in 4. vol. tex. est & ibi Abb. in c. quia in omnibus, & in c. super eo, de usur. & tradit Iaf. in l. j. nu. 50. C. de summ. Trinit. ubi ait, usuras omni iure prohibitas esse. easque in Concilio Nicæno prohibitas, & interdictas fuisse traditum est in c. quoniam. 47. dist. in. & in c. quoniam multi. 14. q. 4. & tradit Ang. in consi. 90. & in
5 consi. 91. vbi agit. An usurarum † exercitium concedi possit à statuto, & consuetudine. An autem usuræ Iudæis à summo Pontifice permitti possint? vide Alex. in consi. 143. & seq. & in cõsi. 249. in libro primi & secundi volu. & omninò Antonium de Prato in præfato consilio, vbi in

3. col.

3.col.refert,ſe audiuiſſe B.Bernardinum Senis prædicantem tempore, quo ipſe ibi publicè legebat,redarguentemque conceſsionem quandam Iudæis factam,ut fœnerari poſſent. nam ita prohibitum eſt Iudæis fœnerari,ſicut & Chriſtianis.c.poſt miſerabilem.& c. quantò, de uſur. & tradit Alexan.in conſi.80.in 3.vol.& in hac re uide omninò Feli. in c.quia de Iudæ. Quid ſi
6 debitor † ultra ſortem aliquid promiſit cum iuramento,an ſaltem uirtute iurisiurandi obligetur? & eum teneri ſenſit Alex.in conſi.301.in libro primi & ſecundi vol.Sed quomodò & qui bus remedijs debitori ſuccurratur,ne huiuſmodi ſoluat uſuras,uel ſolutas repetat,aperit Felin.
7 in c.1.nu.6.cum ſeq.de iureiur.Quomodò autem probetur aliquis † uſurarius,vide Bar.in l.ij. ff.de furt.cum ibi plenè ad eum additis,& Alex.in conſi.54.in 6.volu.ubi ait, ad probandum contractum uſurarium ſufficere probationes,quæ alioqui non ſufficerent. Immo in foro poli uſura in dubio eſt præſumenda,quia ubi agitur de periculo animæ tutior uia eſt eligenda.Crauet.in conſi.48.Vtrum uſuras exercens tanquam nudus miniſter alterius ad reſtitutionem teneatur; Abb.in conſi.16.col.2.in 1.vol.ait, eum non teneri. Deinde in hac materia uſurarum
8 attende unum ſcitu digniſsimum,ſi contractus † re uera eſt uſurarius,& tamen communiter licitus exiſtimatur, ex hoc quis non dicitur uſurarius: ita not.& ſing.ait Bart.per illum text.in l. quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædilit.edict.quod dictum eſt maximum, ſi innititur ueritati: quoniam hoc pacto multi contractus illiciti propter frequentiam & conſuetudinem excuſarentur. Sed ego multùm dubito,nam illud Bar.documentum dupliciter poteſt intelligi, quò ad forum fori,& quo ad forum poli.primo caſu poſſet fortè ſuſtineri; ſecundo non: quia
9 conſuetudo † mala excuſat à pœna tẽporali,non autem à gehennali. Anch.in conſi.283.Rom. in ſing.19.Alex.in conſi.8.& in conſi.233.col.pe.in 6.vol.Soc.in conſi.209.in 1.volu.Iaſ.in l. ait prætor.§.iurari.ff.de iureiur.& in l.de quibus.ff.de legi.& Dec.in conſ.9. Prætereà (ut prædixi) vbi agitur de periculo animæ tutior uia eſt eligenda. Quinimmo dicendum uidetur,hoc Bartoli documentum etiam in foro fori ſuſtineri non poſſe: quia huiuſmodi conſuetudo non opitulatur niſi in ijs, quæ iure poſitiuo prohibita ſunt, alioqui uerò ſi etiam prohibitio diuini iuris concurreret: ut not.docuit Feli.in c.ea quæ,de ſimon.ſed uſuram utroque iure prohibitam fuiſſe in præcedentibus fuit oſtenſum,igitur opinio Bartoli corruit. contra quam uidetur etiam urgere deciſio Bal. per tex. quem dicit eſſe ſing. in l. item quia, aliàs eſt.l.ex facto.ff. de
10 pact.vbi habetur,uſuram † eſſe quicquid accipitur manente ſorte.etiam ſi ſors peti non poſsit, quamdiu uſura perſoluitur. Et ideò inquit Bal.quicquid annuatim accipitur Venetijs, & Genuæ u[illegible]m eſſe. & tamen iſti cõtractus quotidie fiunt,& liciti exiſtimantur. & ſic contra Bar. tamẽ cogita,quia magna eſt authoritas Bar.An autem uſura ſit illud,quod annuatim Venetijs & Genuæ accipitur,ut ait Bal.uide Innoc.& Io.de Ana.& Abb.in c.in ciuitate,de uſur.Paul.de Caſt.in conſi.19.incip.Præſens dubium uidetur determinari. & de hac re præcisè vide omninò ſolennem diſputationem Petri de Anch. incip. in antiquis & modernis temporibus. & Iaſ.
* in l.j.nu.40.C.de ſumm.Trin.ubi teſtatur * comm.eſſe ſententiam,ut huiuſmodi contractus li-
11 citi ſint. Hoc in loco opportunè ſuboritur quæſtio,utrum cambia, quæ in dies fiunt à mercatoribus & campſoribus licita ſint,an non? Alex.in conſi.203.Viſo proceſſu, col.fi.in libro primi & ſecundi vol.ait licita eſſe,dummodò non excedant generalem conſuetudinem mercato-
* rum. & in hanc opinionem * communiter itum eſſe teſtatur Iaſ. in d.l.j.num.39.C. de ſumm. Trin.Et de hac re vide Flor.in rub.ff.de uſur.& Io.de Ana.in c.fi.de uſur.col.33.verſi.15.inueſtigare reſtat de cambijs. Tamen quia dubito cambia hodie non fieri ut doct. præſupponunt, qui tolerant aliquod lucrum ratione dubij, & expenſarum; iccircò vide omninò B. Bernardinum in ſuo tract.de tractatibus & uſuris in ſermone 309.facto ſuper illud Io.11.cap.iam fœtet quatriduanus eſt.artic.3.& c.1.& ſeq.ubi aperit,qũo inuẽta ſint cambia qũo ſint neceſſaria,& qũo licita ſint.Et de iſtis cambijs editi ſunt nonnulli tract.qui uideri poterunt. Vidi etiam mul-
12 toties pecunias dotales † à mulieribus dari mercatoribus, ut ex eis perciperent certum lucrũ abſque periculo damni, & aliqui putabant hoc ratione dotis tolerari poſſe, ſed decipiuntur:
* quia ſecundum magis * comm.ſententiam uſura eſt. Soc.in conſi.111.col.fi.in 3.lib.ubi ait ſe

pro

pro hac parte consuluisse Florentiæ, & multos sapientes uiros se illi consilio subscripsisse. Sic etiam si uidua non habens unde se alat, paciscitur cum hæredibus maritꝰ vt ei certum quid detur quolibet anno, donec ei soluatur dos, malè agit, & huiusmodi lucrum prohibetur, secũdum ueriorem sententiam, ut uidere est apud Abb. in consi. 39. col. fi. in 2. volum. vbi refert Cyn in l. unic. §. exactio. C. de rei uxor. actio. vide etiam Cravet. in consi. 89. num. 3. & generaliter de materia usurarum vide Rom. in consi. 143. & in consi. 238. Barbat. in consi. 15. colum. 6. in 1. vol. & in consi. 10. col. 17. in 2. vol. Alber. in suo Dictionario, in hac uoce, Vsura. Laurentium de Rodulphis in tract. de usuris, & multos alios tractatus editos, de usuris. & omninò recurre semper ad B. Thom. in 2. secundæ quæst. 78.

Summarium in l. nam & si fur. ff. si cert. pet.

1 *Si ego qui mutuaui pecuniam alienam fui stipulatus, & ago ex stipulatione, & dominus uendicat illam pecuniam antequam sit consumpta, an ille cui mutuaui teneatur mihi restituere.*

2 *Ille qui mutuauit pecuniam alienam & debitor non uult eam consumere, quomodo is conueniri debeat à mutuante.*

Bar. in l. nam & si fur. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. nam & si fur, quærit, si ego qui numeraui † pecuniam alienam, fui stipulatus & ago ex stipulatione, & dominus uendicat illam pecuniam antequã sit consumpta, an ille, cui mutuaui teneatur mihi restituere? & decidit, eum non teneri: quia facto creditoris perit illa cuius solutione debitor liberaretur. Attende hanc Bartoli decisionem, ex qua colligi potest limitatio ad l. incendium, C. eod. titu. ut non procedat, quotiescunque facto aut culpa creditoris pecunia deperiret: quoniam eo casu debitor ad eius restitutionem non teneretur. & ita intelligendus est Bar. hic. Nec obstat reprehensio modernorum dicentium textum in l. si opera, hic allatum per Bart. ad rem non facere: quia ibi pecunia destinata fuerat solutioni. Respondeo enim illam. l. habere locum, ubi pecunia non esset destinata solutioni, dummodò culpa aut facto creditoris pereat. tex. est not. in l. siue hæreditaria, quem ad hoc ibi affert Bald. in 2. not. ff. de negoc. gest. atque ita & glo. & Bart. (ut mea fert opinio) bene senserunt. pro quo quidem documento ego adduco quod in simili casu affirmant Doct. dicentes, etiam si casus fortuitus non liberet debitorem generis. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solut. tamen hoc limitari ut non habeat locum, quando casus fortuitus culpa uel facto ipsius creditoris contingeret. Raph. Cu-
2 man. in consi. 185. col. 2. Et dum Bar. in hac. l. subiungit quæstionem de eo, qui mutuauit pecuniam alienam, & debitor non uult eam consumere, quomodò is conueniri debeat à mutuante. vide Iaſ. latius tractantem hunc articulum in §. sequens, col. 5. inst. de action. & dum agit, an exceptio dominij possit ei opponi, an non: vide Alex. in l. si ab hostibus. §. si alienam. col. 3. ucr. item in quantum Bar. ff. sol. matrim. circa illud autem, quod paulò post ibi Bart. docuit dicens, debitorem quando bona fide pecuniam non consumpsit, conueniri non posse, nisi sibi caueretur de illum defendendo contra denunciantem. Aduerte quoniam. l. is à quo, quam ibi cit. Bar. non multùm uidetur facere ad rem: quia lata fuerat sententia. & vide Feli. in c. cũ M. Ferrarien. col. 17. de cõst. & Alex. in l. hæredes. ff. ad Trebel. & aliquid per Bal. in cõs. 380. in 5. lib.

Summarium in l. singularia. ff. si cert. pet.

1 *Causa coniungendarum actionum unum actum occultari.*

2 *Pecunia & alia res sola præsentia uerè traditur.*

3 *Dictio quodammodò, fictionem inducit.*

4 *Appellatione pecuniæ ueniunt omnes res mutuabiles.*

5 *Speciale est in mutuo ut tutor &) quilibet administrator ex sola scriptura ex hac causa fiat debitor.*

6 *Quando contractus præcedit, & sequitur stipulatio, si quidem stipulatio sequitur ex interuallo, non præsumebatur nouatio.*

7 *Si præcedit stipulatio & sequitur pactum uel contractus, & tunc si stipulatio continet obligationem de contrahendo non autem ipsum contractum, per secundum iure cuiusdam solutionis tolli primum contractum.*

8 *Pactum de emendo & uendendo, non est contractus emptionis.*

9 *Pactum de emendo & uendendo soluto pretio dominium transfert.*

10 *Per sequentem contractum promissio extinguitur.*

11 *Rei suæ nulla est emptio.*

12 *Quando aliquis habet duo instrumenta diuersis temporibus celebrata de eadem re, dici potest vigore utriusque ipsa res possideri.*

13 *Si ego dicam campsori ut tibi pro me soluat quod tibi debeo, an propterea ego sim liberatus.*

14 *Fictio non potest porrigi ad impossibile.*

15 *Debitum ex una causa in aliam nudo pacto conuerti non potest.*

16 *Fictio inter absentes locum habere non potest.*

17 *Verba epistolarum non inducunt obligationem, sed probationem tantum.*

18 *Dictio conuenit, nullum pactum significat.*

19 *Quomodo debitum ex uno contractu possit conuerti in debitum ex alio.*

20 *Si notarius instrumentum mutui celebrauit, in quo dixit, Titium dedisse & mutuasse centum Sempronio; debitor autem uolens reprobare instrumentum, adduxit testes, qui probant tempore contractus nullam pecuniam interuenisse, an ex hoc instrumentum reddatur falsum.*

21 *Verbum mutuare appositum in instrumento potest verificari in mutuo uero & naturali, & in mutuo ciuili.*

22 *Quotiescunque à notario uerbum profertur, quod duobus modis potest intelligi, & uno modo notarius in falsitatis crimen incideret, & alio excusaretur, semper illud verbum est accipiendum eo casu, quo falsitas euitetur.*

23 *Semper sumenda est coniectura, qua delictum euitatur.*

24 *Si notarius in instrumento dicit, Titium confessum fuisse se habuisse centum, quæ habuit in præsentia ipsius notarij, debitor autem ad reprobandum instrumentum producit testes, qui aiunt pecuniam ibi fuisse, sed non uidisse eam à debitore fuisse receptam: ex hoc instrumentum de falso redargui non potest.*

25 *Notarius quando de numeratione testatur, an aliquid obijci possit.*

Bar.in l.singu'aria.ff.si cert.pet.

1 Bart. in d.l.singularia, in 2.notabili colligit illud, quod dici solet, causa † coniungendarum actionum unum actum occultari, ut ibi per eum. Tu expone coniungendarum actionum, idest, actuum, non autem de actionibus propriè, & ita exponit glo.in l.iij.in fi.ff.de donat.int. uir.& uxor.facit glo.in uoce, actio, instit.de action.in principio & expone uerbum, occultatur, hoc est, occultè fit per fictionem.

2 Bar.in ead.l.col.1.versiculo secundò in hoc nulla esset specialitas, inquit, pecuniam † & aliã rem sola præsentia uerè tradi, & eius possessionem uerè acquiri. attende, quia Barto. hoc in loco, si rectè percipio, uult data præsentia rei, dari etiam ueram traditionem, & eius possessionem uerè acquiri. & hoc idem uoluit, infrà col.antepen.uersi. opp.& uidetur quòd requiritur præsentia, & col.pen.in 2.quæst.Sed Aret.in l.j.§.si iusserim.ff.de acquir.possess.putat hoc non uerè, sed per fictionem fieri, per tex.ibi. qui utitur uerbo, videtur, quod fictionem indicat, l.ossa, in fi.suprà tit. 2.cuius opinio, quamuis quò ad hoc posset respui, & responderi ad illum tex. quia non semper uerbum, videtur, fictionem significat.l.seruum filio.§.1.& ibi trad.gl. & doct. maximè moder.ff.de leg.1.& in l.sciendum, vbi Aret.in 2.not.ff.de uerbo.obligat.& quod locum habet in rebus, quæ propter magnitudinem ponderis moueri nõ possunt, ut dicit ibi tex. tamen ad eius opinionem accedendum esse puto tanquam ueriorem: quia text. cui innititur Bar.infrà in d.versi.oppo.& uidetur. scilicèt in l.pecuniam.ff.de solu.utitur uoce, quodammo-
3 dò, † quæ fictionem indicat, ut est tex.in l.si me in uacuam.ff.de acquir. poss. & in l.iiij.§.Cato,

vbi

ubi Aret.in 4.not.ff.de uerbor.obligat.& est tex.in l.j.ff.rer.amot.uide text.in c.1.de donat.&
in c.fi.12.quæst.1. Et non eundo per deuia, de hac re,hoc est à præsentia non causari uera
sed impropriam traditionem,videtur esse tex.ad literam in l.quod statuliber,uersi.fin.ff.de lib
nat.cau.mor.Adde etiam quòd uerbum.dedit & tradidit, appositum in instrumento,traditio
nem non importat,nisi quando in conspectu ipsarum rerum factum fuisset instrumẽtum. Ale
in consil.97.in 7.volum.Et dum Barto.prosequitur hanc inuestigationem, & ibi in ead. l. fe
uersic. mihi non placet. ait ut ibi per eum, vide Ias. in l.j. §. si iusserim, in tertio notabili
de acquiren. possess.

Bart.in ead.l.col.2.in fin.versi.Quartò est speciale in l. certi condictio.§.si nummos, ait, Ad
uerte,quia tex.in §.si nummos,non loquitur nisi de nummis,& pecunia. & glo.1.hic dum ad
gnat illum casum pro speciali,non declarat utrum intelligi debeat de pecunia tantùm stric
an uerò largè de qualibet re mutuabili. hæc Bar. Attende,quia ex istis verbis Bart.colligit
4 non solùm appellatione † pecuniæ uenire omnes res mutuabiles,sed etiam appellatione nu
morum. id quod à nemine consideratum inuenies. immo hic Rom. & Salic.contrarium se
tiunt,nullam penitus de hoc sensu Bar.mentionem facientes.pro quorum opinione est tex.e
pressus in l.litigatores.§.quod ait prætor.ff.de arbitr.ad probandum appellatione pecuniæ
nire omnes res commutabiles. Bartolus videtur idem dicere quod hic.in l.nummis. in prin
pio versi.opp.ff.de in litem iuran.cogita tamen quia ibi obscurè loquitur. Et pro Sal.& Ro
uidetur tex.in l. cùm hi.§. si cui non nummus. ff.de transact. Ad hæc uide Curt.in l.j.C.de p
hib.seq.in primo notabili.

5 Bar.ibidem ait speciale esse in mutuo, † ut tutor & quolibet administrator ex sola scripe
ex hac causa fiat debitor,& ex hac causa possit sibi soluere. Adde hoc idem dicere glo.in Lo
licet.ff.de contrahen.empt.postea subiungit Bar.Cyn.dixisse fortè hoc idem esse in alijs con
tractibus si fierent palàm,& bona fide. ideo quærendum est,quomodo contractus dicatur fie
ri palàm & bona fide à tutore cum pupillo. vide Bar.in l.frater à fratre,col.pe.versi.tertio que
ro.ff.de condit.indeb.cuius meminit Imol.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.col.3.& Alex.in
l.transactione.in fi.C.de transact.est tamen casus in quo tutor contrahere potest *cum pupillo*
etiam non palàm,in l.tutor rerum,ubi Bar.eum celebrat.ff. de administr.tut.& *hunc text. ling.*
esse inquit Rom.in hac.l.col.7.& quando aliquid dicatur fieri palàm,& bona *fide*,vide,quæ po
sui ad Bar.in l.frater à fratre.ff.de condict.indeb.nu.2.

6 Bar.in ead.l.col.3.versi.Assumamus primò,inquit,quando contractus † præcedit.& sequitur
stipulatio,si quidem stipulatio sequitur ex interuallo,olim præsumebatur nouatio.hæc Barto.
sed ista videtur falsa opinio; quia de iure antiquo non fiebat nouatio persona non mutata, nisi
secunda stipulatio contineret plusquam prior contractus,ut per Ias.in l.certi conditio.§.si nu
mos,col.6.versi.in ea supra eod.titu.Subiungit posteà Bar.quandoque aliquid præcedit,quod
esse potest contractus per se,& non esse secundum intentionem agentis, ut numeratio, & tunc
si statim stipulatio sequitur,censetur numeratio siue traditio facta causa implendæ stipulatio
nis, non autem causa celebrandi nouum contractum. sed hoc ait non esse speciale in mutuo
quia idem est in dote. hæc ibi. Ad quæ uideas Alex.in consi.4.col.3.& seq.in 1.vol. Prosequ
tur deinde Bar.dicens,se idem putare etiam in omnibus contractibus, qui re contrahuntur.
enim deponerem apud te rem,uel eam commodarem,& quàm primum stipulatione interue
niente promitteres eam reddere ex causa depositi uel commodati, tunc oriretur actio ex stip
pulatione; & præcedens traditio facta uideretur causa implendæ stipulationis. sed aduert
quia hoc intelligendum est,quando præcessit simpliciter numeratio uel traditio:nam tunc
tur tãtum actio ex stipulatione. sed si intelligeres uere commodatum uel depositum præces
se,tunc ex illo contractu (cùm sit certus)actio oriretur.

7 Bar.in ead.l.col.4.ver.quandoque præcedit stipulatio,tradit,si præcedit stipulatio,† sequ
tur pactum, uel contractus, & tunc si stipulatio continet obligationem de contrahendo, tu
autem ipsum contractum,inquit Bar.per secundum contractum iure cuiusdam solutionis tol

primum

primum contractum.l.in numerationibus.ff.de solut.Sed tu istam.l.in numerationibus, intelli-
ge secundum Bar.in l. si fideiussor.§.meminisse, in fi.ff.delega.1. & de hoc Bartoli documento
vide Aret.in cons.6.colu.2.vbi pulchrè hæc uerba considerat,& in cons.28.col.1. Ex ijs infer-
8 tur,pactum † de emendo & uendendo,non esse contractum emptionis: quoniam aliud est uen
dere,& aliud promittere de uendendo. Alex.in consi.215.in lib.primi & secundi uol.& in cõs.
119.col.2.in 4.vol.nam tunc secuto ipso contractu uenditionis, primus contractus resolutur.
Alex.in consi.117.cum duobus seq.in d.4.vol.& in d.consi.215. Rapha. Cuma. in consi.184.
Et ex hoc magni sequuntur effectus,ut uidere est in locis præmemoratis. & maximè quòd pe
riculum interim contingens pertinet ad uenditorem,non autem ad emptorem. sed circa hoc
9 attende quoniam Soci.in l.si ante nuptias.ff.sol.matr.affirmat,pactum † de emendo & uenden
do, soluto pretio dominium transferre. & ideò periculum esse emptoris: quia res domino
perire solet.l.quæ fortuitis. & l.pignus,ubi Bal. C.de peric. & commod. rei uend. Ego autem
hanc.Soc.opinionem puto ueritate carere: nam, aut uolumus ideò dominium transferri, quia
in huiusmodi pacto non solùm obligatio ad contrahendum,verum etiam ipse contractus con-
tineatur, & hoc est falsum: quia repugnaret naturæ ipsius facti, cuius uerba, cùm futuri tem-
poris sint,effectum suum uno & eodem tempore operari non possunt. immo ex sententia Bar.
10 hoc in loco,per sequentem contractum † hæc promissio extinguitur. & ita in termnis conclu
dit Aret.in d.consi.28.& alij quorum suprà mentionem fecimus. Tum sic, si obligatio, quæ
oritur ab hoc pacto de emendo & uendendo, ab ipso actu uenditionis extinguitur, igitur im-
possibile est ab eodem pacto obligationem oriri pariter & extingui: quia illud idem non po-
test esse causa generationis & corruptionis,secundum Philos. Aut uolumus dicere,dominium
transferri ex nunc, quamuis ex nunc non sit celebratus contractus emptionis & uenditionis,
& hoc pariter subsistere non potest: quia si res ex nunc efficitur emptoris, impossibile est ut
11 postea emptio subsequatur, cùm rei suæ † nulla sit emptio.l.rei suæ.ff.de contr.empt. & l.cùm
res.C.eod. tit. & ita præcisè in terminis decidit Raph.Cuma.in d.consi.184. & Alex.in d.con
silio 215.in lib.primi & secundi vol.& in consi.117.cum duobus seq.in 4.vol.& Iason.in d.l.si nu
* ptias. vbi respondet rationibus Soci. Et ex ijs constat * cõmunem opinionem esse contra Soc.
& ideò reijcitur etiam illa ratio Soc.scilicèt,traditionem rei sub spe futuræ causæ transferre do
minium. Respondeo enim,estò quòd ista ratio esset uera in se,eam tamen proposito casui ap-
plicari non posse: quoniam causa emptionis futuræ est incompatibilis cum hac dominij trans-
latione,cùm impossibile sit amplius rem suam emere, vt prædixi. Sed tunc demum posset illa
ratio esse uera, quando causa futura compatibilis esset cum translatione dominij, vt est quan-
do res traderetur sub spe futuri matrimonij: nam quòd dominium transferatur, & postea ma-
trimonium subsequatur,non est inconueniens. Sed in casu nostro minimè, propter incompati
bilitatem. & hæc sufficiunt pro nunc in proposita re.

12 Barto. postea in hac.l.singularia, & in eodem loco subiungit, quando aliquis † habet duo
instrumenta diuersis temporibus celebrata de eadem re, dici posse uigore utriusque ipsam
rem possideri. Vide Alexand.in consil.27. Attentis narratis, colu.fin.in tertio volu.vbi citat
hoc Bar.documentum.

13 Bar.in ead.l. vers. & ex hoc apparet intellectus eorum, quærit, si ego dico † campsori ut tibi
pro me soluat, quod tibi debeo,sim ne propterea ego liberatus an non? Vide omninò Alex.in
cons.252.Visis dispositionibus,in lib.primi & secundi vol.& in consi.173.in 7.vol.& Socin. in
cons.37.in 4.vol.vbi habetur,an & quando debitor, qui creditori suo cesit nomen debitoris,
dicatur liberatus,ita ut periculum in eum transferatur. Et in re proposita scias creditori impu
tandum esse,si debitor,qui non erat soluendo, fuit contentus: quia debuit eius conditionem
diligentius perscrutari. Dec.in l.qui cum alio contrahit.ff.de reg.iur. citat Paul. de Castr.post
Ang.in l.j.ff.si quis in ius uoc.non ier.

14 Bar.ibi paulòpost ait, fictionem † non posse porrigi ad impossibile. & ideò si pecunia non
extaret,fingi non posse pecuniam mihi datam,& ad te profectam. Vide Aret.in cõsi.41.col.fi.

& Alex.in consi. 33.col.1.in 3.vol.Et dum Bar.opponit, quòd etiam si pecunia non esset solutioni parata, contrahitur mutuum. & soluit hoc esse uerum in mutuo ciuili,sed in mutuo nau-
* rali pecunia exigitur. Ista Bartoli solutio quamuis * communiter teneatur à modernis, tamen mihi non placet; quoniam in l.qui negocia.ff.mand.quam affert Bar.dicens ibi pecuniam non extare,uidetur falsa,ut colligitur ex illo tex. ibi, quamuis nummi periculo eius fuerint. ex quibus uerbis constat, pecuniam extitisse. Nec obst.solutio Alex.dicentis pecuniam ibi extitisse, sed apud alium: quoniam hoc est geminare diuinationem ad illum text. item quia tex.ille
15 non facit,extaret ne pecunia,an non,neque apud quem reperiretur:sed quia debitum † ex una causa in aliam nudo pacto conuerti non potest: & quia id, quod locum habet in duabus personis,in una tantum militare non potest. atq; ita hæc solutio Bart.non est bona, cui in multis ille tex. reluctatur. Pariter etiam reijcitur solutio Iac.de Beluis. in d.l. qui negocia, qui dixit, idèo ibi obligationem conuerti non potuisse: quia illi erant absentes: quapropter fictio breuis manus,quæ hic exigitur,locum habere non potest.quia primò respondeo, vt prædictum est, pro-
16 tereà etiam,quia licèt fictio † inter absentes locum habere non posit.l. qui dotem.§. idem responsum.ff.de solut.poterit tamen habere locum ex interuallo. Minus urget solutio Fulg.scilicèt,aliud hic,aliud ibi sancitum fuisse. quoniam hoc est uelle dicere, hanc l.ab illa fuisse correctam. id quod ab ipsis legibus abhorrere solet. Non etiam bona solutio est, dicere ideo ibi non conuerti in causam mutui,quia ex eo stricti iuris actio competeret,& ex primo bonefidei actio competebat,id quod domino præiudicium attulisset: quia hoc est contra tex.in l.certi condictio.§.fi.supra eod.tit.Similiter etiam non refragatur illa solutio,scilicèt in d.l.qui negocia,dominum non consensisse: quia immo de ipsius consensu satis dicitur apparere,cùm ibi de pacto fiat mentio,quod est duorum uel plurium in unum conuentio. l.j.ff. pact. & quoniam nisi consensisset, indubitabilis illa quæstio redderetur, cum dubitare non liceat, mutuum nisi eo consentiente locum habere non potuisse. Proinde hanc dubitationem aliter soluendam esse arbitror,scilicèt, ideò ibi mutuum non fuisse contractum, quoniam de debito ex sola confessione agebatur, patet ibi, epistolam ad eum emisit. quod quidem debitum ideò in causam mutui
17 conuerti non potest; quia uerba epistolarum † non inducunt obligationem,sed probationem tantum,vt est glo.in l.si ex pretio.C.eod.tit. Si cert.pet. & ideò si uelles dicere conuersionem hanc sola confessione fieri posse, fateri oporteret,ex verbis epistolarum obligationem oriri,atque ita ad mille fictiones deuenire. Vel dicas ideò ibi debitum in causam mutui conuerti non potuisse: quia ibi erat pactum nudum, & huic rationi tex. innititur: hic autem erat stipulatio. neque refragatur,si fortè diceretur hic quoque de nuda pactione actum fuisse,cùm tex. vtatur
18 hac uoce,conuenit, † quod nudum pactum significat: quia immo stipulationem indicat.l.seruus ea lege.ff.de seru.export.& habetur in l.pacta nouissima.C.de pact.& pro ista solutione bene facit.d.l.si ex pretio. quæ ita in proposito casu distinguit.

19 Bar.in d.l.col.pen. agit quomodò debitum † ex uno contractu possit conuerti in debitum ex alio. dicitque, si contractus est specialis, eum in aliud conuerti non posse,nisi primum tollatur. Limitat tamen hoc non habere locum si stipulatio interponeretur animo non nouandi. Adtu nouationem hanc hodie non præsumi, nisi agatur,vt fiat.l.fi.C.de nouat.atque ita crederet hodie nouationem non fieri in casu huius.l.nec etiam delegatio dici potest: quia illa fieri non potest nisi tertia persona mediante,quæ hic non interuenit.

20 Bar.in ead.l.& col. versic.& primò est uidendum, ait, si notarius † instrumentum mutui celebrauit,in quo dixit, Titium dedisse & mutuasse centum Sempronio. Debitor autem uolens reprobare instrumentum,adduxit testes, qui probant tempore contractus nullam pecuniam interuenisse:quæritur ex hoc reddatur ne instrumentum falsum an non? decidítque illud propterea non reprobari: quia hæc uerba,dedit & mutuauit, verificari possunt non solùm in numeratione,sed etiam in delegatione debitorum, vel in conuersione vnius debiti in causam mutui.hæc Bar.Circa istam quæst. Bar.adde similem dñam inter uerbum mutuauit, & numerauit, quam posuit idem Bar.in l.certi condictio.§.si nummos,supra eodem titu.& pro ista decisione

uide

uide quid in fortioribus terminis uoluit Bal.in rubr.C.de fide inſtrum.dicens,etiam ſi pecunia ibi extaret in burſa, & tamen numeratio non interuenerit, & notarius dixerit,mutuauit & numerauit,non excuſabitur. Ex hoc autem Bartoli documento collige in primis,uerbum, mutua
21 re,† appoſitum in inſtrumẽto,uerificari poſſe in mutuo uero & naturali,& in mutuo ciuili mediante aliquo actu ex his,ex quibus mutuum contrahi poteſt: vt putà debitorum delegatione. Quando autem adiectum eſt uerbum numerauit, tunc uerificari non poteſt niſi in mutuo merè naturali. Circa primam concluſionem, cum qua tranſit Paul. de Caſtr. & Alex.licèt contrarium tenuerit Bal.in l.ſi ex pretio.C.eod.tit.& malè,conueniens cũ Bar. in d.rubr.de fide inſtr.
22 adde benefacere regulam,qua cauetur,quotieſcunq; à notario† uerbum profertur,quod duobus modis poteſt intelligi, & uno modo notarius in falſitatis crimen incideret, & alio excuſaretur, ſemper illud uerbum eo ſenſu eſt accipiendum, quo falſitas euitatur: ita Bal.in l.j.C.de ſacroſ.eccl.in dubio enim magis error quam dolus in notario eſt præſumendus. Bar.in l.quoties,in tertio notab.ff.de hæred.inſt. Alex.in conſ.169. & in conſ.247. in lib.primi & ſecundi uolu.Dec.in conſ.175.Feli.in c.ex literis,de fide inſtru.& in c.ad audientiam,nu.9.de præſcri. Ad hæc accedant ea,quæ habentur in l.meritò.ff.pro ſoc.vbi traditum eſt,eam ſemper ſumen-
23 dam † eſſe coniecturam,qua delictum euitatur. Præterea pro hac deciſione Bartoli facit, quoniam probatio falſitatis ſecundum ueriorem ſententiam debet neceſſariò concludere, & in ea liquidiſsimæ probationes exiguntur ſecundum Fulg.in conſ.174.& eſt glo. in l.iuriſgentium. §.quod ferè,in verbo,approbetur.ff.de pact.& ibi Bal.Ang. & moder. Bal.in l.Imperator.ff.de ſtat.hom.& Salic.in l.de tutela.C.de in integr.reſtit.minor. Dec.in conſi.602. nu.7.& in conſi. 615. Idem ait in conſi.175.vbi remouet obiecta.& Iaſ.in l.j.ff.ſi quis iud. non obtemp. Attende tamen quia contrarium eius,quod hoc in loco dixit Barto.tenet idem Bar. in l.prædia.ff. de
* acqu.poſſ.ſed hoc Bar.documentum* uotis frequentioribus confirmatur hic,& in d.l.prædia.
24 Et dum Bar.ſubiungit, ſi notarius † in inſtrumento dicit, Titium confeſſum fuiſſe, ſe habuiſſe centum,quæ habuit in præſentia ipſius notarij. debitor autem ad reprobandum inſtrumentũ producit teſtes,qui aiunt pecuniam ibi fuiſſe, ſed non uidiſſe eam à debitore fuiſſe receptam. ex hoc inſtrumentum de falſo redargui non poſſe: quia ſi pecunia ibi aderat,dici poteſt habita & recepta,non tamen numerata. Vide Feli.in c.ſi cautio,col.14.verſ.ſimiliter, de fide inſtr.& Alex.in conſ.35.in 1.volu. Et quid ipſa præſentia operetur, vide plenè apud Iaſ.in l.j.§.ſi iuſſe-
25 rim.ff.de acquir.poſſ. Sed quando notarius † de numeratione teſtatur, nunquid aliquid obijci poſsit? Dic ſi partes poſteà ex eadem cauſa minorem ſummam promitterent,hoc opponi poſſe,vt ſubtiliter tradit Curt.in conſi.55. Quid ſi creditor probat ſe pecuniam mutuaſſe, ſed certam quantitatem probare non poteſt? Dicas eum petere poſſe,vt ſibi iuramentum deferatur, maximè ſi adſunt aliæ coniecturæ pro eo facientes. Cæpol.in caut.210.

Summarium in l. ſi ego.ff. ſi cert.pet.

1 *Error cauſæ non impedit tanslationem dominij.*

Bar.in l. ſi ego.ff.ſi cert. pet.

1 BART. in d.l.ſi ego.oppo.dicens, errorem cauſæ non impedire translationem dominij.l. cùm in corpus.ff.de acqu.rer.dom. glo. ſoluit, ſed Bar. reprobat ſolutionem glo. tanquam diuinatiuam. Attende tamen,quia Bar. hanc ſolutionem,quam hic reſpuit, ſequitur in l.j. colu.1. verſi.obſt.ad hanc ſolutionem.ff.de off.procur.Cæſar.

Summarium in l.non omnis.ff.ſi cert.pet.

1 *Actum numerationis non operatur ultra intentionem agentis.*
2 *Ad perficiendum actum tria requiruntur,potentia,uoluntas & modus.*
3 *Si infra ſtatutum tempus incipit eſſe clarum,te facere non poſſe id, quod faciendum eſt,nunquid ego ante tempus non expectato fine termini agere poſſim.*
4 *Vbi alia ratio aſſignari non poteſt, meritò pro expreſſa habenda eſt.*
5 *Lex nunquam ita eſt interpretanda ut poſſit à ſapiente reprehendi.*

Si certum petatur.

6 *Lex non uerbis, sed rei solet imponi.*
7 *Transactio super alimentis non accedente prætoris decreto facta, non ualet.*
8 *Si aliquis sub pœna hominem in iudicio sistere promiserit, qui interim promissoris dolo moriatur, nihilominus nisi elapsa dilatione pœnam exigi non posse, cautum est.*
9 *Cessante ratione, cessat etiam dispositio.*
10 *Tempus à lege statutum de forma substantiali esse dicitur.*
11 *Forma rei essentiam præbet.*
12 *Dolus nemini debet prodesse.*
13 *Ex iuribus dissimilem rationem habentibus non rectè inferri.*
14 *Legem in substantia rationis consistere.*
15 *Lex generaliter loquens, etiamsi dura sit, generaliter est intelligenda.*
16 *Cardinales absentes ob lapsum decem dierum à iure suffragiorum non simpliciter excludi.*
17 *Dictio tunc, quid significet.*
18 *Casus omissus à lege habetur pro omisso.*
19 *Vbi maius periculum ingeritur, ibi cautius est agendum.*

Bar.in l.non omnis.ff.si cert.pet.

1 BART. in d.l.non omnis, colligit ex isto tex.actum numerationis† non operari ultra intentionem agentis. Ad hoc facit.l.obligationem substantia.ff. de uerb.obliga. & l. qui in sua.ff. de furt. & ad istam regulam uide Bal.in l. si absentis.C.eod.tit.& in l.si procurator, in fi.de cond. indeb. Actus enim hominum distinguuntur & æstimantur secundum fines intentos.l.verùm qui iniuriæ,& l.qui ea mente, vbi Bar.& alij.ff.de furt.c.1.15.q.6.c.quicquid.13.q.5.c.cùm iuuentate,de sent.excom. Hinc ait Philos. in 4.Ethic. Qui fornicatur cum muliere, vt inde pecuniam habeat,non mœchus,sed auarus est. Vide Io.de Lignano in tract. de duello. c.5. ad perfi-
2 ciendum† autem actum tria requiruntur. Potentia,uoluntas, & modus. nam sine potentia nihil ad actum deducitur, sine uoluntate nihil consensu perficitur, & sine modo nihil ad suum finem dirigitur. hæc Bal.in consi.236.Rex Romanorum,in 1.volu. Et dum Bar.ibi in secundo notab.id,quod datum est causa donationis causa mortis reuocari posse. vide Angel. & Alex. in l.ij.col.4.ff. de leg.1.

3 Bar. ibi subiungit quæstionem, si infra statutum† tempus incipit esse clarum te facere non posse id,quod faciendum est,nunquid ego ante tempus, atque ita non expectato fine termini agere possim? De hac quæst.vide glo.not.in c.vbi periculum, in uoce.x.diebus. de elect.in 6. vbi agitur,vtrum Cardinales absentes, quibus in electione summi Pont. præfixum est tempus x.dierum, sint expectandi etiã si aduentus eorum nulla sit spes,an uerò ante memoratum tempus electio Papæ fieri possit? Et quia hæc res mihi non mediocrem affert dubitationem,iccirco in ea discutienda paululum immorari constitui.Et primò pro parte negatiua dico,absentes fruſtrà expectandos non esse: quia dilatio hæc x.dierum absque dubio ob id à lege fuit insti-
4 ta,vt absentes aduenire possint: ita expresse sentit tex.in d.c.vbi periculum,nec alia ratio† ibi
* gnari potest,meritò pro expressa habenda est, secundum glo. * cõmuniter approb.in l.quamuis.C.de fideicom.ideò cessante ratione concludendum uidetur,constitutionem illam nisi assum,in quo aliqua aduentus absentium adsit spes,nõ complecti.l.adigere.§.quamuis.ff. de iud. patro.glo.in l.sed cum exceptione.§.post annum.ff.quod metus cau.c.cùm cessante, de appell. & maximè in hac materia,dilationis ratione non subsistente,dilationem quoque cessare traditum est in l.à filia.§.alumno.ff.ad trebell. accedit.l.Titia.§. usuras.ff. de lega.2. Secundò arguitur, nam si decretalis illa etiam casum hunc comprehenderet, in quo expectatio redderetur inanis, consequenter quoq; summi Pastoris electio fruſtrà in longum protraheret,cuius celeritate ob uniuersale bonum exactissimè fuit prouisum, vt hĩ.in d.c.vbi periculum. & hoc modo lex de uana immo damnosa sanctione reprehẽdi mereretur,quod potissimùm in re tam ardua,
5 concedendum non est.c.commissa,de elec.in 6.cautum enim est,legem† nunquã ita interpretandam

tandam esse,vt posit à sapiente reprehendi.arg.tex.not. quem ad hoc sæpe citat Bal. & Soc.in l.Saluius Aristo.ff.de leg. præst. Tertio hæc opinio alia quoq; ratione suadetur: nam si ab illius decretalis conditoribus quæsitum fuisset,quid iuris eueniente casu, in quo absentes uenire nõ
6 posse exploratum sit? Respondissent utiq; eos frustra expectandos non esse: quia lex †non uer bis,sed rei,effectuiq; solet imponi.l.ij.C.comm.deleg.& fideicom.nunquam enim lex in uanũ, aut inaniter operat.l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt leg.nom.caue.si igitur illius decretalis conditores casum hunc complecti noluisse uerisimile est,ideò pro omisso habendus est, secundũ gl.
* cõm.approb.in l.tale pactum.ff.de pact.Ias.latè in l.Barbarius.ff.de off. Præt.facit notabile responsum Dec.in cons.64.Corroboratur insuper ista conclusio per tex.in arg.in l.cùm hi.§.eam
7 transactionem.ff.de transac.quo absolutè cauetur,transactionem† super alimẽtis non acceden te prætoris decreto factam non ualere,tñ etiam sine decreto trãsactio in casu,quo utile sit transigi,valida est:vt ibi.& ratio est,quia conijcitur,legislatoris uoluntas ea fuisse, ne alimentarius damnum pateretur: qua ratione cessante ẽt dispositio corruit. ad idem est tex. consimilis in l. ij.§.diuus.ff.de carbo.edict.ibi enim statutum est,si qõ status pupillo moueatur, eam usque ad tempus pubertatis differendam esse. ibi tamen subiungitur,si pupillo expedit,vt causa quamprimùm decidatur,quippe ꝙ optimi defensores non desint,illam absq; mora terminandã esse. & ratio est,quia dilationis causa non subest,ergo & c.ita igitur & hic, antelata dilationis ratione non subsistente,inanis expectatio fugiẽda est,vt quamprimùm ad uniuersalem fidelium utilitatem de summo Pastore prouideatur. ¶ Contrariã sententiam approbauit gl.in d.c.vbi periculum,dum citat.c.cõmissa eo.tit.quam glo.secutus est Bal.in c.licèt,de elect. qui pro ea tex.
8 adducit.in l. si eum.§.homo sisti.ff.siquis caut. vbi si aliquis sub pœna † hominẽ in iudicio sistere promiserit,qui interim promissoris dolo moriatur, nihilominus nisi elapsa dilatione pœnam exigi non posse cautum est, etiam si certo certius sit defunctum hominem amplius in iudicio sisti non posse. ad idem est text.in l.in illa, vbi latè doctores tradunt, & in l.insulam intra bien-
9 nium.ff.de uerb.oblig.& ad rationem illam, scilicèt,cessante † ratione & c.quæ contra hoc fuit allata, Bal.respondit,id verum esse,quando generaliter ratio non subesset,alioqui nõ,per l.pro spexit.ff.qui & à quib.Propterea dilationis finem à lege absque aliquo iudicis ministerio præfixæ semper expectandum esse ait. idem uoluit Ias.in hac.l.non omnis, & pro hoc uidetur casus in c.licèt canon,iuncto.c.commissa,de elect.in 6.nam d.c.licèt canon, ecclesiæ rectorem intra annum præcipit ordinari,& in c.commissa,traditur,licèt tãtum temporis spacium præterierit, vt intra annum amplius nequeat ordinari,tamen extremum anni tempus expectandũ esse, antequam ille rector ecclesia sua expolietur. quæ quidem opinio corroborari posset, propterea
10 ꝙ tempus † à lege statutum de forma substantiali esse dicitur,per trad.per eundem Bal.& alios in auth.quæ supplicatio.C.de precib.imper.offer.vbi aiunt, & maximè Ias. hoc esse notandum pro dilationibus,quæ à constitutionibus ecclesiasticis imponuntur, vt est casus hic,& latè per Feli. in c.cùm dilecta.nu.33.de rescri.cùm igitur tempus sit de forma substantiali, igitur absen
11 tes omninò sunt expectandi: quia formam † rei essentiam præbere satis cõpertum est.l.siquis quadraginta.§.quadam.ff.ad leg.Falc.facit.l.non dubium.C.de leg.Replicando tñ contra prædicta,dico contraria facillimè dissolui posse. Et primò ad d.§.homo sisti,cum alijs quæ adducebantur,responderem,ibi idcircò finem anni expectandum esse,licèt etiam ante aduentum diei mortuum hominem sisti non posse, luce clarius sit; quia ibi de auferenda pœna promissori agebatur,& sic dispositio pœnalis erat, vt clarè etiam per Ias. traditur in hac.l.non omnis. quare cùm lex illa odiosa & astringenda sit, consequens est, ut quantum fieri potest, ad illius fauorem, à quo pœna exigi debet, intelligatur.l. cùm quidam.ff. de liber. & posthum.capitulo odia,de regul.iur. in sexto. Posset etiam dici ideò ibi finem termini inaniter expectandum esse
12 in odium ipsius promissoris, cuius dolo ille homo perierat: nam dolus † nemini debet prodesse.l. nec ex dolo.ff. de dol. Sic etiam remouetur obiectum dicti cap. commissa. pariter enim ibi de priuando eo ecclesia sua agebatur, qui ordines à canone requisitos non assumpserat; & sic quia dispositio pœnalis erat, meritò finem anni expectandum esse, optimo iure sancitum.

citum est. & rationem hanc sentit ibi glo.in uoce,elapsis.Sed in proposito casu non solùm esse
non subesse, sed etiam contrariam uidemus urgere, cùm hic de damno cuiquã inferendo non
pertractetur,cum absentes intra statutum tempus uenire nõ posse pro certo habeatur, uenire
agimus ut absque alicuius iniuria,præiudiciove quamprimum de uniuersi gregis pastore pro-
uideatur,cuius electionis celeritatem perquam utilem,ac necessariam esse nouimus,in d.c.vbi
periculum . ita dispositio hæc,quæ fauorabilis est,iurium pœnalium exemplo minimè coarcta-
da est,immo ad fauorem celeris electionis dilatari debet.d.l.cùm quidam.& d.c.odia.secundo
ad d.§.homo sisti, posset aliter quoque responderi,& dici,ibi terminum commodioris solutio-
nis gratia appositum fuisse. vnde malè agere,qui ante tempus agit,non incogniti iuris est.l.ul-
dere diem.ff.de uerb.signific.quæ quidem omnia cùm hic locum non habeant, ad decisionem
13 hanc adducenda non sunt : quia ex iuribus † dissimilem rationem habentibus non rectè indu-
docuit tex.in l.Papinianus exuli.ff. de minor. cum concor. Non obstat tempus esse de forma
quam omninò seruandam esse iura unanimiter tradiderunt : quia respondeo, eã in casibus ta-
tùm,in quibus disponit lex,esse seruandam, sed non ad plus se extendit lex , quàm ipsa ratio le-
14 gis porrigatur,teste Bal.in c. 1. de const.ubi ait legem † in substantia rationis consistere . & al-
bi rationem legis animam esse perhibet.in l.si quis seruo.C.de fur.accedit Dom.in d.c.vbi pe-
riculum,inquiens rõnem potius q̃ legem ipsam attendendã esse . cùm igitur in proposito cau-
rõnem illius constitutionis non subesse docuerimus,pariter quoque constitutionem ipsam,
per consequens formam in ea traditam cessare concedendum est : quia non debet forma legis
ad casum illum extendi,ad quem lex ipsa dilatari non potest,ut ex prædictis comprobatum est
ad quod adducendus est tex.in d.l.cùm hi.§.eam transactionem,ubi illa in transactione alio-
torũ requisiti decreti solennitas,de essentia est,& tñ ad casum,in quo ratio legis cessat,nõ por-
rigitur.Non obstat.l.prospexit,quia rñdeo eam à sapientibus intelligi ne procedat, nisi vbi de
15 lucro acquirendo ageretur : tunc etenim legem generaliter † loquentem,etiam si dura sit, ge-
neraliter tñ intelligendã esse aiunt,secus autem ubi de damno euitanda pertractaretur.ita Bar.
& Bal.in l.non dubium.C.de leg.& Dec.in cons. 64. Verùm nos agimus ut retardandæ electio-
nis Summi Pont.damnum & periculum euitetur,quod ecclesia ob inanem absentium Cardina
lium expectationem subiret,ergo &c.ex his absentes frustra expectari non debere iudicetur.
Veruntamen quicquid sit,si casus hic eueniret,qui iudicio meo uel ratiõ, vel nunquam euenire
posset,(nam & si absentes de morte, seu mala Pont. valetudine admoniti uenire non uellent,
possent tamen alia de causa ad electionis locũ accedere ; quia possibilitas amplissima res est.)
sed eueniente casu,vt diximus,ab opinione glo.& Bal.non esse recedendum existimarem. quã
sequitur Phil.Franc.in d.c.vbi periculũ,& Ias.in l.cùm stipulatus sim.ff. de uerb.obli. & Rosel.
in Monarchia in tract.de forma eligendi Pont.col.4.vbi rationem quãdam adducit,quam ego
16 priusquam Rosell. vidissem,animaduerti : Cardinales † absentes.s. ob lapsum.x.dierum à iure
suffragiorum non simpliciter excludi,immo quandocunque ante perfectam electionem acce-
derent,admitterentur.d.c.vbi periculum.§.sanè.quare omninò sunt expectandi:quia facillimè
contingere posset(sicut & quandoque contigisse nouimus) Cardinales præsentes in eligendo
Pont.adeò inter se dissentientes esse,vt electione in longum tẽpus dilata, absentes & uenirent
& à dicenda in Pont.electione sententia non prohiberentur. adducit.d.c.commissa, iuncta
Kalendis.ff.de uerb.obliga.similem rationem sensit glo. in d.c.commissa, dum ibi extremum
anni tempus ideò expectandum esse perhibet: quia etiam si communiter ille rector ampliùs
ordinari nequeat,nouissima tamen die eum ad ordinem illum à superiore admitti posse opera-
tur,quamobrem ubicunq; possibile est,dilationem à lege traditam quoquo modo aliquid ope-
rari posse,eam semper expectandam esse memorati authores arbitrantur. & hmõi est casus no-
ster,vt diximus. quę quidem conclusio non ineleganter confirmat̃,considerãdo tex.in d.c.vbi
periculum,dum elapsis decem diebus,ex tunc ad electionem procedẽdum esse perhibet. Vnde
17 enim illa,tunc,† post certam determinatamq; dilationẽ prolata, vt hic, operat̃,vt extremũ tps
expectetur omninò, ẽt si conditionem amplius impleri non posse apertissimè constaret : quia

ſui natura extremitatem temporis importat, caſus eſt not. vbi Bar. in l. vxori uſufructum villæ, ibi elapſo quinquennio. ff. de uſufr. leg. idem aiunt Soc. & alij per illum tex. in l. iiij. §. fi. ff. de cõdi. & demonſtr. & glo. in uoce, ex tunc, in clem. j. de iure patr. & in c. quàm ſit, de elect. Ange. l. j. C. de codi. Bar. in l. poſt dotem. ff. ſolu. matr. Abb. in c. paſtoralis, de excep. & in c. perſonas, & in c. ſuper eo. 2. de appell. tex. in fortioribus terminis in l. hæres. §. ij. ff. de ſtatuli. vbi libertate ſeruo legata poſteaquam Titio per annum ſeruierit, etiam ſi Titius intra annum moriatur, tamen ob id ſeruum libertatem conſequi non poſſe ſancitum eſt. ecce ibi ſtatutæ dilationis ratio ceſſabat, & ille caſus, in quo de libertate agebatur, admodum fauorabilis erat, & tamen dilationis finem expectari debere præcipit Iuriſconſultus, inquiens, ob determinatam temporis adiectionem ex die libertatem datam uideri. igitur id & fortius in caſu noſtro admittendum eſt, in quo non modò certum tempus appoſitum eſt, ſed etiam uox illa, tunc, fuit adiecta, quæ (vt dixi) multùm operatur. quod maximè uerum eſt, cùm in eo de præiudicio tertij uitando peragatur, ne abſentes quos uenire poſſe arbitramur, à ſuffragijs ſuis prohibeantur. Ad prædictorum confirmationem uidendus eſt Iaſ. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, col. 8. ff. de libe. & poſthu. Et ex his concluſio hæc redditur indubitabilis ferè. Nec adducta ſuperius aduerſantur, ad quæ ſigillatim reſpondendo dicimus, non obſtare, quod hic ratio dilationis non ſubſit, & abſentes fruſtrà non debeant expectari: quia eos inaniter non expectari poſsibile eſt, vt ſuperius fuit oſtenſum. Præterea, eſtò etiam quòd incaſſum expectarentur, tamẽ uox, tunc, & certitudo temporis adiecta, eos omninò præcipit expectari. Non obſtat deinde, legislatores ſi interrogati fuiſſent de tali caſu, alio modo eſſe ueriſimiliter reſponſuros: quare id pro expreſſo habendum eſſe. quia hoc concederetur, vbi in lege daretur aliquid expreſsè cautum reperiri, à quo legislatoris uoluntas ea fuiſſe conijci poſſet: ſecus
18 autem ubi caſus† de quo agitur, omninò fuit omiſſus: quia & pro omiſſo habendus eſt, vt egregiè declarauit Bal. in l. j. in fi. C. de his qui ante aper. tabul. ad quæ accedit Dec. in conſi. 89. col. 4. ſed eiuſmodi eſt caſus, de quo loquimur, vt uerba canonis apertiſsimè indicant, ibi, tunc, & ut in præcedentibus latè fuit enucleatum, quibus adiunxiſſe uolumus, quòd & ſi quandoque reperiatur ad alios caſus ex cauſa extenſionem non prohiberi, vt in c. dilecta. §. nos igitur, & ibi Abb. de confir. vtil. vel inutil. idque aiunt Alex. & Iaſ. in l. ij. ff. de re iudi. attamen ubicunq; uox, tunc, appoſita eſt, ibi ſemper extenſionem ceſſare traditum eſt, etiam ſi alioqui in ea diſpoſitione ampliatio concederetur: ita Rom. in conſ. 131. & in conſi. 138. Dec. in conſi. 89. colu. 4. & in conſi. 314. nu. 4. necnon & in quamplurimis alijs locis hæc eadem documenta tradita ſunt, quæ breuitatis gratia relinquuntur. ſed non prætermitto Bar. in l. lecta, col. 2. verſi. 2. opp. infrà eod. tit. vbi agit de ui huius uocis, tunc, & Mari. Soci. iuni. in conſi. 106. nu. 6. 29. & 30. Concludendo igitur (ſalua ſaniori ſententia) arbitramur, Cardinales abſentes omninò expectandos eſſe, tum ex ſuperius adductis, tum etiam ut in re tanti ponderis oriendæ quæſtionis occaſio
19 amputetur. Vbi enim periculum † maius ingeritur, ibi cautius negociandum eſt. d. c. vbi periculum. pro cuius concluſionis robore non omitto notabile conſ. Henderici de Alano, quod inter conſilia Fulg. poſitum eſt, nu. 210. vbi pendente dilatione à lege impoſita, nihil penitus innouari poſſe ait, etiam ſi id de quo agitur, interim expediri non poſſe certo certius ſit.

Summarium in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.

1 *Creditor an & quando particularem ſolutionem recipere teneatur.*
2 *Creditor an noctis tempore ſolutionem recipere teneatur.*

Bar. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.

1 BART. in d. l. quidam æſtimauerunt, agit an & quando creditor † particularem ſolutionem recipere teneatur. vide ad hoc Alex. in l. ſi mihi & tibi. ff. de lega. 1. & Cyn. Alber. & Salic. in l. j. de ſolut. vbi ea ratione quòd creditor particularem ſolutionem recipere nõ tenetur, quæ multa affert incommoda, decidunt pulchram quæſtionem, vt dixi in lucubra. in Bar. in l. ſi poſt

2 moram.ff.de eo quod cert.loc. An autẽ creditor † noctis tempore ſolutionem recipere tenea-
tur an non? eſt gl.quæ dicit quòd non,in l.moræ.ff.de feri.Declara tamen ut per Feli.in c.con-
ſuluit,de offic.deleg.id quod eſt adnotandum pro debitore,qui erat in ultimo die termini co-
ſtitutus,& hoc modo moram uitare poſſe opinabatur.pro quo uideas Feli.in c.ego.N.de iur-
iur.vbi ait;debitorem,qui iurauit ſoluere debitum certo die, non incidere in periurium quam-
uis ſoluat media nocte ſequenti. De materia uerò huius.l.uide regulam cum 12.fallent. apud
Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothec.in 3.membro. quintæ par.nume.12.
cum ſequen.

Summarium in l.uinum.ff.ſi cert. pet.

1 *Quando non reperitur uinum eiuſdem bonitatis, tunc ſuccedit æſtimatio.*
2 *Debitor quando eſt in mora, fit æſtimatio quanti plurimi.*
3 *Judex proferre debet ſententiam conformem petitioni.*
4 *Judex condemnare non poteſt niſi in id, quod petitum eſt.*
5 *Neceſſitas operatur ut id ualeat & teneat, quod alioqui tenere non poteſt.*

Bar.in l. vinum.ff.ſi cert. pet.

CIRCA iſtam.l.attende,quoniam Bar.in l.ij.§.1.col.2.verſic. quæro quid econtrà, & col.
1 fi.ſupra eod.tit.ait, quòd in hac l.non reperiebatur † vinum eiuſdem bonitatis, cuius erat mu-
tuatum,ideò nimirum ſi ſuccedit æſtimatio. & dum in ſecunda oppoſ.inquit Bar.per iudicem
peti, intellige hoc eſſe uerum quò ad intereſſe,quod iudicis officio peti debet. Et dum Bar.
ſecunda col.verſi.qualiter ergo ſoluemus, ait, in contractu emptionis & uenditionis uendi-
rem accepto pretio re ipſa in mora conſtitui. vide Alex.in l.de diuiſione, col.3.ff.ſol.matr.qua-
2 tenus autem Bar.in pen.col.tradit, quando debitor † eſt in mora,quòd fit æſtimatio quanti plu-
rimi fuit. Quid ſi creditor eſt in mora? dicas æſtimationem fieri, quanti minimi fuit.Francis.
Cremen.in ſingul.94.incip.Vidiſti in l.vinum,cum ibi additis. Et dum Bar.ſubiungit, quando
mora non præceſsit, inſpiciendum eſſe tempus litis conteſtationis. Supple ut per *Bart.in l.ij.*
§.in hac.ff.commod.col.5.Et quia pergit Bar.dicens,quando petitur officio iudicis, *si res pe-*
rijt ante ſententiam,& tunc inſpicitur quanti plurimi fuit. Sed quid ſi mutuauit *frumentum* ali-
cui,& ſtetit per xx.annos,an habeatur cõſideratio totius temporis,an uerò *ſolus triennij*, cùm
amplius frumentum durare non poſsit? vide hic per Curt. fol.44.verſ.ſecundò principaliter.
3 Bar.in eadem.l.& colu. inquit iudicem † communiter proferre debere ſententiam confor-
mem petitioni: & non debere in alio condemnare, quàm petitum eſt. ſed hoc limitatur non
habere locum tempore neceſsitatis. hanc eandem limitationem poſuit Barto.in l.ſi ſeruum.§.
fi.ff.de uerbor.obligat.pro qua facit quod idem Bar.uoluit in l.ſi quod ex Pamphila,in ultimo
not. per illum tex.ff.de legat.ſecundo. & ad rem faciunt trad. per eundem Bar. in l.fideicom-
4 miſſa.§.ſi ſeruo, in fin.ff. de lega. tertio. vbi ait, iudicem † condemnare non poſſe, niſi in id
quod petitum eſt, quando id poteſt præſtare iure uel conſuetudine permittente. Et in re pro-
poſita ſe ſe offert illud, quod in iudicio diuiſorio traditum eſt, in quo licèt diuiſio bonorum
petatur, tamen iudex poterit uni rem adiudicare, tanquam eam,quæ non recipit commodam
diuiſionem, & alteri æſtimationem adiudicare. §.penul.inſtit. de off.iudic. & uni uſufructum,
alij uerò proprietatem.l.v.& ibi not. Flori. pro limitatione huius regulæ. ff. de uſufruct. & id
5 rem propoſitam faciunt multa, quæ adducit Felin. ad probandum † neceſsitatem operari, ut
id ualeat, & teneat, quod alioqui tenere non poſſet, in c.cùm acceſsiſſent. nume.31. cum ſeq.
de conſtitu.& in cap.querelam.nu.10. de iureiuran. vbi multa ſcitu digna exempla cum ulteri-
& in c.2.col.2.de ſponſ. & Io.Firmanum ſiue Bertachinum in tract. de gabellis in ſecundo mẽ-
bro 8. par.princip.nu.2. Ad prædictum autem documentum Bar. ſcilicèt, æſtimationem peti
non poſſe ſed rem, quamuis non extet vide Alex.in conſi.72.Viſo proceſſu,col.3.in 5.vol.ubi
citat Bart. hic.

Summa-

Summarium in l. Ciuitas. ff. si cert. pet.

1 *Ex mutuo facto administratori uniuersitatis, conuenitur ciuitas.*
2 *Ad esse ciuitatis quæ requirantur.*
3 *Bonus princeps maiora & meliora dat subditis.*
4 *Ciuitas obligatur quemadmodum obligatur delinquendo.*
5 *Ciuitas non dicitur delinquere.*
6 *Quod meo nomine gestum non est, à me ratum haberi non potest.*
7 *Contractus facti ab eo, qui habet autoritatem legis condendæ habent uim legis.*
8 *Ex contractu principis dominium transfertur traditione.*
9 *Si administrator uel Syndicus Ciuitatis habet speciale mandatum ad accipiendam pecuniam mutuo, tunc ciuitas obligatur.*
10 *Syndicus siue administrator Ciuitatis qui non habet speciale mandatum ad duo tenetur.*
11 *Minor est magis priuilegiatus quàm Ciuitas.*
12 *Dictio pecunia, largè accipitur pro omnibus rebus mutuabilibus.*
13 *Quis teneatur probare pecuniam fuisse uersam in utilitatem Ciuitatis uel collegij.*
14 *Ciuitas utitur iure personæ particularis.*

Bar. in l. ciuitas. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. ciuitas, sic ait in summa. Ex mutuo † facto administratori uniuersitatis conuenitur ciuitas, si fuit uersum in eius utilitatem, alioqui administrator conuenitur. Vide ad hoc quando Syndicus possit obligare uniuersitatem. Alex. in consi. 44. in 1. volu. Et quòd ciuitas non obligetur ex mutuo, nisi probetur pecuniam fuisse uersam in eius utilitatem, tradit Abb. in consi. 7. in 2. vol. & infrà loco dicetur opportuniore. Quoniam autem hic fit mentio de ciuita-
2 te, ideo quæro, an ad esse ciuitatis † requiratur, ut episcopatum habeat, an non? & dicas id non exigi, ut colligitur ex c. 1. de priuileg. immo in primitiua ecclesia episcopi non habebantur, nisi in magnis ciuitatibus. c. Episcopi. 90. dist. & d. c. 1. Abb. in c. 1. de offic. ordin. Quæro quid sit ciuitas? Respondeo ciuitatem secũdum Isidorum lib. 15. Etymologiarum, & secundum Azo. in principio summæ pandectarum, esse hominum multitudinem societatis uinculo unitam ad iure uiuendum. Et ciuitas non saxa, sed habitatores uocantur. hæc Isid. Et ad hoc, ut ciuitas stabilis sit, necesse est, eam iustum principium habuisse, & amorem inter incolas conseruari, alioqui stare non potest. Et ideo ad eam tuendam in primis opus est hæreses penitus extirpare: quia nulla alia pestis est efficacior ad nocendum, & ad diuidendum patrem à filio, vxorem à marito, filium à patre quàm hæc uirulẽtissima labes, quæ ossibus ipsis & medullis usque adeò hæret, ut hinc & odia, & intestina bella exoriantur, & ciuitates subuertantur, & denique præcipites ruant; ut quotidie in multis Christianæ reipub. partibus non sine gemitu bonorum omnium experimur. Quare ad huiuscemodi labem è ciuitatibus eijciendam, & ad amorem & concordiam inter incolas cõseruandam multùm interest à bono principe gubernari ac regi. Fulg. in consi. 147. col. 7. inter consilia Imol. ubi multa scitu digna ad rem facientia inueniuntur. Bo-
3 nus enim princeps † maiora & meliora dat subditis, quàm subditi suo principi, etiam si ei ipsum imperium tradidissent, ut declarat Io. de Ligna. in tract. de amicitia, in §. de amicitia magnatum ad subditos. Et de ijs hactenus. An autem Ciuitatis appellatione ueniant comitatenses, & cõtra? vide Abb. in c. Rodulphus, de rescript.

4 Bar. in ead. l. in 1. oppos. ait dicendum uideri, ciuitatem † obligari quemadmodum obligatur delinquendo. Tu uerò istud Bartoli argumentum compleas hoc modo. à delicto ad contractus rectè colligitur argumentum, & contrà. l. omnem, cum glo. ff. de iudic. l. metum. §. animad uertendum. ff. quod met. cau. igitur obligari debet etiam contrahendo. Et circa ultimam Bar. responsionem ad hoc fundamentum, quæ ea denique est, ut contrarium procedat quando ciuitas ipsa delinqueret: & hoc idem esset etiam quando in l. nostra mutuum ab ipsa ciuitate acciperetur, non autem ab administratore. Dicas tu primum. l. istam procedere specialiter in

contractu

contractu mutui. item hoc argumentum de delicto ad contractum, habere locum in personis priuatis, alioqui uerò in priuilegiatis, ut est ciuitas in casu huius. l. Præterea negatur maior, quia non sit simpliciter uerum, ciuitatem ex delicto obligari. hoc enim intelligendum est secundum
5 declarationem Bar. in l. aut facta. col. fi. ff. de pœn. ciuitas † enim non dicitur delinquere, neque fauorem & auxilium præstare delicto, nisi quando communicato consilio, & deliberatione precedente id agit. Aret. in consi. 155. siue 165. Et ad hæc vide semper consilium Hieronymi de Tortis positum post consilia Ant. de Butr. ubi plenè. Et Dec. in cõsi. 667. & Feli. in c. cùm omnes, de constit. & omninò Albert. Brun. in consi. 28. Et an & quando ciuitas dicatur delinquere, ita ut condemnari possit, vide Felin. in c. dilectus. 2. de simon. & Curt. in consi. 20. nu. 47. & in consi. 21. nu. 6. posset etiam ciuitas ratum habere delictum perpetratum nomine suo, & non aliter. propterea dicebat in cathedra Curtius iunior, se in facti contingentia obtinuisse contra quosdam duces militum, qui spoliati fuerant à nonnullis Papiensibus in ciuitate Papiæ, & petebant ea ratione ciuitatem condemnari, quòd ex quo maleficium illud non uindicauerunt, dicebatur ratum habuisse delictum. ipse verò contra eos afferebat documentum Bart. in l. j. C.
6 Qui admit. & in l. j. §. sed & si. ff. de ui & ui arm. scilicèt, quod meo nomine † gestum nõ est, non ratum haberi non posse. Quinimmo uniuersitatem, cùm non habeat animam, excommunicari non posse, neque puniri posse, quoniam hoc modo multi pueri & mulieres punirentur, & aliæ personæ quæ non deliquerunt, à multis magni nominis authoribus est acceptum, licèt contrarium * communiter teneatur, ut per Oldr. in cons. 65. vide Rom. in cons. 400.

7 Bar. ibi paulò post, ait contractus † factos ab eo, qui habet authoritatem legis condendæ, habere uim legis, & ideò allegari posse in iudicio. Hanc eandem decisionem posuit idem Bar. l. Cæsar. ff. de public. & in l. si unus. §. pactus ne peteret, col. fi. ff. de pact. Bal. & Pau. de Cast. in j. in princ. ff. de constit. princip. & in l. j. C. de hæredit. uel acti. uend. Item adde huic regulæ tra. per Abb. in consi. 131. incip. Illud de iure quæritur. Et ex hoc colligi potest ratio, quare ex con-
8 tractu † principis dominium transferatur sine traditione, ut uoluit Bal. in prælud. feud. col. pe. & in c. ad audientiam, de præscript. & in c. 1. quid sit inuest. Ang. in l. officium, in fi. ff. de rei uendic. Ratio enim est, quia huiusmodi contractus habent uim legis, & per legem *transfertur dominium* sine traditione. Bal. in l. j. in princ. C. commun. de lega. & in l. fi. C. de sacrosanct. eccles. colu. 4. & in c. 3. col. fi. de nou. form. fidelit. & canon. in c. cùm dilectus, de consuetud. *licèt Bald. post* And. de Isern. in c. 2. de nou. form. fidel. col. fi. videatur sibi ipsi contrarius.

9 Bar. in ead. l. versi. quandoque, inquit, si administrator † vel syndicus ciuitatis habet speciale mandatum ad accipiendam pecuniam mutuo, tunc ciuitas obligatur, quamuis probatum non fuerit, pecuniam esse uersam in eius utilitatem. pro isto Bartoli documento benefaciunt trad. per Bar. in l. doli mali, col. 2. versi. & per hoc induco. ff. de nouat. & in auth. hoc ius porrectum,
* col. 2. in fi. versi. Vos debitis scire. C. de sacrosanct. eccles. Et cum Bar. transeunt * communiter alij, licèt Fulg. & Rom. eum redarguant, & Soc. in cons. 28. col. 3. in 1. vol. Et ad prædictam conclusionem Bar. adde Dec. in consi. 330. Et dum Bart. in col. seq. progreditur concludendo, syndi-
10 cum † siue administratorem ciuitatis, qui non habet speciale mandatum, ad duo teneri, scilicet ad probandum se esse administratorem ciuitatis, item se ad utilitatem ciuitatis id fecisse. Ad de hoc idem priuilegium, ut necessariò probanda sit uersio in utilitatem, etiam ad minorem pertinere. l. j. C. si aduers. credit. idque habetur in d. auth. hoc ius porrectum. & est tex. in cap. quod quibusdam, de fideiuss. & not. in c. 1. de depos. alijs autem priuatis personis nõ datur. Intellige tamen hoc priuilegium dari ciuitati in contractu mutui passiuè, non autem actiuè, hoc est, si ciuitas mutuo accipit, non si dat. tex. est in l. nihil. ff. ad munic. Et in hoc est magis privilegiatus † minor, cum etiam actiuè hoc priuilegio perfruatur. l. verùm. §. fi. ff. de minor. & tradit glo. in d. l. nihil. & uide Abb. in consi. 7. in primo dub. in 2. vol. Et circa prædicta uide omninò Soc. in consi. 15. col. 6. & seq. in 1. vol. Subiungit posteà Bar. in ead. col. versi. Si uerò neutrum, si administrator neutrum probaret, scilicèt nec se esse administratorem, neque uersam esse pecuniam in utilitatem ciuitatis, tunc cessare actionem doli, & habere locum conditionẽ ob causam

ſam. ſed quærendum eſt, utrum iſta.l. procedat ſolùm in pecunia numerata, an verò etiam in alijs rebus mutuabilibus? & ſolùm in mutuo, an uerò etiam in alijs contractibus? Circa primũ, Bal.in l.ſingularia,in 13.ſpeciali,ſuprà eod.tenet hoc tãtum in pecunia numerata poſſe locum habere,& non in alijs rebus,quæ mutuo dari poſſunt. ſed eum non bene ſentire abitror: quia in tex.noſtro dicitur,mutui datione obligari poſſe,non aſtringẽdo ſe ad pecuniam numeratã, ſed in l.ij.§.mutui datio,ſuprà eod.traditum eſt,mutuum etiam in alijs rebus conſiſtere, igitur
12 &c.nec obſt.illa uerba,pecuniæ uerſæ ſint: quia in odioſis,vox, pecunia, † largè accipitur pro omnibus rebus mutuabilibus: ita Bat.in d.l.ſingularia,col.3.verſic. & aduerte. & in l.tale ſcriptum,& ibi doct.ff.de leg.1.Circa ſecundum uerò,ſcilicèt an procedat etiam in alijs contractibus,quàm in mutuo.gl.in l.j.C.de uend.reb.ciuit.lib.11.tenet affirmatiuam partem. ſed ibi reprobatur per Bar.& doct.& Innoc.& alios in c.1.de depoſ.& per Bal.in d. auth. hoc ius porrectum.& per Paul.de Caſtr.& Rom.hic. & iſta opinio concludenti ratione comprobatur; nam ciuitas & minor æquiparantur.l.reſpublica.& ibi glo.& Bart. C.ex quib.cauſ.maior.ſed minor non habet huiuſmodi priuilegium niſi in contractu mutui.l.j.C.ſi aduerſ.credit. igitur idem & in ciuitate eſt concludendum.

13 Bar.in ead.l.in fi.quærit,quis teneatur † probare pecuniam fuiſſe uerſam in utilitatem ciuitatis,uel collegij? & ex mente glo.ait,creditorem teneri. Contrarium tenet Abb.in c. quod qui buſdam,col.j.verſi.ſed quia,de fideiuſſ.Subiungit poſteà Bar.quomodò pobetur pecuniã fuiſſe uerſam in utilitatem ciuitatis. concludíque non ſufficere in perſonis priuilegiatis probare
* eas egere pecunia, niſi uerè probetur uerſio. Iſta eſt * comm. opinio Doct.pro qua conſuluit Ang.in conſ.255.incip.Qm̃ omne,col.3.Hanc tñ comm.opin.limita ut non procedat,quotieſcunq; probaretur ciuitatem eguiſſe pecunia in aliqua cã,& pecunia habita cauſam illam fuiſſe, ſecutam,& adimpletam: nam his duobus concurrentibus probatur pecuniam fuiſſe uerſam in utilitatem ipſius ciuitatis: ita Cyn.in d.auth.hoc ius porrectum,& Ange.in l.ſi prædium. C. de prędi.minor.Canon.in c.1.de depoſ.Pau.de Caſt.& moder.hic. Quod ex eo confimari poteſt, qđ uolunt Bar.& Bal.in l.fi.ff.de ali.pupil.præſtan.& Bar.in l.cum ſeruus.ff. de uerb.oblig.dum loquitur de pictura,quæ reperitur perfecta. ad idem faciunt trad.per Bar.in l.fi.§.præfatam,in fi.C.de iure delib. dum agit quando creditori ſatisfactum eſſe reperitur. Poſſet etiam adduci Bar.in l.ſi uentre.§.1.ff.de priuileg.credit. Sed ad hæc fortè reſponderi poſſet, ea loqui in perſonis non priuilegiatis, ſed in exercẽtibus artem quæſtuariam,quo caſu nõ eſt neceſſe probare pecuniam uerſam fuiſſe in earum utilitatẽ: ita Bald. in rubr.C. de exercit. Attende etiam quia Bar.& doct.hic uidentur ſibi ipſis contrarium ſentire: aiunt enim.l. fi.ff. de exercit. non habere locum in ciuitate. & ſupra in l.j.§.non autem,verſi.ſed ſi in pretijs, eod.tit.aiunt eam habere locum in ciuitate. niſi fortè reſpondeamus,eos in d.l.j.id ſenſiſſe,quando adminiſtrator ſpeciale
14 mandatum habet à ciuitate,nam hoc eo caſu non eſt mirum; quia ciuitas † utitur iure perſonæ particularis,ut hic per Bar.ver.ſed ſi erat conceſſum.ſed hic dum citant.l.fi.loquuntur quando adminiſtrator nullum habebat mandatum,ideò ciuitati præiudicare non potuit. & ad præfata vide Anch.in conſ.vltimo & aliquid per Barba.in conſ.2.col.4.in 3.vol.

Summarium in l.qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.

1 *In contractu nominato locus eſt pœnitentiæ ſaltem in effectu.*

Bar.in l.qui pecuniam.ff.ſi cert.pet.

1 NOTA exiſto tex.in d.l.qui pecuniam,in contractu† nominato locum eſſe pœnitentiæ ſaltem in effectu,ſed contra hoc facit.l.ſicut.C.de action.& obligat.& l.in commodato.§.ſicut.ff. commod.Reſponde ſecundum Bal.in contractu mutui celebrato non eſſe locum pœnitentiæ, alioqui autẽ in celebrando. & de hoc ſentit iſte tex.& uidetur uelle eum, qui promiſit factum, ad quod quidem præſtandum nemo cogitur.l.ſtipulationes non diuiduntur, verſiculo Celſus. ff.de verbo.obligat.ſed præſtando intereſſe liberatur.l.ſi quis ab alia.§.fin. ff.de re iud.ideo hic poſſe pœnitere,quia nullum eſt intereſſe.

Summa-

Si certum petatur.

Summarium in l.cum fundus.ff.si cer.pet.

1 *In actionibus stricti iuris ueniunt fructus & accessiones tempore litis contestatæ.*
2 *Contractus celebrati cum principe habent uim bonæfidei.*

Bar.in l.cùm fundus.ff.si cert.pet.

1 BART. in d.l.cùm fundus,sic ait in summa. In actionibus † stricti iuris ueniunt fructus & accessiones tempore litis contestatæ. Hanc materiam intellige ut per Bar.& alios in l. si filius. §.1.ff.de uerb.oblig.Limita tamen quatuor modis,ut in illis:& in contractibus stricti iuris ueniant fructus à tempore moræ absque eo quod expectetur tempus litis contestatæ. quorum primus est,quando agerem ad rem meam.l.Iulianus.§.fructus.ff.de rei uendic.vel ad rem quæ aliquando mea fuisset.l.videamus.§.si actionem.ff.de usur.Et ratio est, quia utroque casu agitur ad restituendum; & uerbum,restituere,plenam significationem indicat,ut hic per Paul.de Cast.& in d.l.uideamus.§.in fauiana.licèt aliam rationem assignet Salic.in l.vinum.in 2.oppos. supra eod.tit.Secundus casus est in l.si filius.§.fi.ff.de collat.dot.& ibi Bar.trad. & istum casum dicit esse mirabilem Bal.in l.si soror.C.de collat.Tertius casus est in contractibus cum princi-
2 pe celebratis, quia ipse semper tenetur à tempore moræ: quia contractus † ab eo celebratis habent uim bonæfidei. ita inquit Bal.in §.si qua uerò, in titulo de pace Constan. Quartus est de æquitate canonica,quæ omnes contractus putat esse bonæfidei: ita Bal.in c.1.in fi.de plus petit.asserens se nullius tex.canonici meminisse,qui utatur hac differentia inter contractus bonæ fidei,& stricti iuris. quod tamen puto esse falsum; quia tex.est hanc differentiam faciens in cùm uenerabilis,de except. Prætereà quotiescunque aliquid à iure communi est constitutum neque contrarium de iure canonico reperitur esse sancitum, & non sumus in materia pecuniæ,semper standum est iuri ciuili,ut per Bar.in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccles.

Summarium in d.l.cum fundus.§.seruum tuum.ff.si cert.pet.

1 *Eror in qualitate personæ impedit translationem dominij.*
2 *Vbi res restituitur ab eo, qui in ea fecerat melioramenta, & usus non est retentione, potest agere condictione indebiti.*
3 *Compensatio an & quando fieri possit.*
4 *Compensatio liquidi ad non liquidum an & quando fieri possit.*
5 *Statutum licèt disponat,quòd nulla possit opponi exceptio nisi solutionis,tamen quòd opponi poterit compensatio.*
6 *Testator an habeat animum compensandi quando legauit hoc pacto ut legatarius nihil aliud petere possit.*
7 *Compensatio indirecta an & quando admittatur.*
8 *Compensatio iniuriæ ad iniuriam an & quando admittatur.*
9 *Prouocatus ad iram non dicitur delictum incipere, sed prouocans.*
10 *Venditor qui non tradit emptori,sed tradit alteri,cui iustè potest credere se posse tradere, liberatur, & non tenetur.*

Bar.in d.l.cùm fundus.§.seruum tuum.ff.si cert.pet.

1 BART. in ead.l.§.seruum tuum,ver.contra hoc,opponit dicens,errorem † in qualitate personæ debere translationem dominij impedire.l.falsus.ff. de furt. & soluit ibi recipientē esse in dolo,& mala fide:hic uerò esse bonæfidei possessorem.hæc Bar. Tu autem ad cognoscendum, quis sit error qualitatis aut substantiæ,& quæ sit differentia,uide Ant.de Butr.in consi.64.Multa sunt dubia. & de ista errorum materia vide 24.q.2.per totum & ibi glo.summæ, & Archi. Quò autem ad solutionem quam affert Barto.scilicèt,in d.l.falsus,ibi ideò dominij translationem impediri, quia recipiens erat in mala fide, dicendum uidetur, hoc non debere consi-
rari: quoniam quærimus,an errans dominium transferat,id quod à sola ipsius uoluntate pendet; & ideò mala fides alterius nihil debet operari.

Bar.

2 Bar.in eod.§.col.3.verſi.Huius timore,ait,ubi res reſtituitur † ab eo,qui in ea fecerat melioramenta, & uſus non eſt retentione, poſſe agere condictione indebiti, non autem actione negociorũ geſtorum. Sed contra: nam ego reſtituendo poſſeſsionem rei alienæ, quam reſtituere non tenebar, niſi ſolutis melioramentis, gero negocium cum eo, igitur ratione poſſeſsionis debet mihi competere condictio.l.indebiti.§.ſed & ſi nummi.ff.de condi. indeb. ſcilicèt ut poſſeſsio reddatur.

3 Bar.in eod.§.col.4.verſi.Tene ergo menti tu iuuenis, agit an & quando † compenſatio fieri poſsit. Et in eo, quod ait,compenſationem liquidi ad non liquidum fieri non poſſe; atque debitum ex una cauſa non compenſari cum eo,quod debetur actione de peculio: quia eſt incertum & non liquidum. ad hoc uide text. & quæ ibi poſui ad Bart.in l.ſi cum filio.ff.depoſ. Illud autem,quod de debito liquido ad non liquidum prædiximus,Limita ut non procedat quando debitum fuiſſet liquidum ex confeſsione debitoris facta in iudicio: quia tunc fieri poſſet compenſatio,etiam cum debito non liquido,ut eſt gl.ſing.in l.ſi.C.de compenſ.& ibi Cyn.& Bal.& Abb.in c.ſi.col.pen.de depoſ.& eſt gl.ſimilis in l.nemo ex his.ff.de regul.iur. Et ideò tradit cautelam Cæpol.in caut.83.ut quis debitum confiteatur,quia tunc fiet compenſatio. Limita etiã prædictam concluſionem,ſcilicèt compenſationem liquidi ad non liquidum fieri non debere, ut non habeat locum quando liquidatio fieri poſſet infra modicum tempus, & abſque altiori indagine: id quod reſidet in arbitrio iudicantis. Soc.in cõſ.65.in 4.vol. & omnino vide Alex.

4 in conſi.61.in 3.volu. Et an & quando † compenſatio liquidi ad non liquidum fieri poſsit, vide Feli. in c. cùm Ioannes, de fid.inſtr. Hoc in loco opportunè ſe ſe offert illa quæſtio, utrum cum debito,cui adiectum eſt iuſiurandum,compenſatio fieri poſsit? Bar.in l.amplius non peti. ff.rem rat.hab. decidit eam fieri poſſe. quem ibi ſequitur Ang.& Rapha. Cuma. & Io. Fab.in §.in bonæfidei,inſtit.de action.& multi alij,quos ibi memorat Iaſ.in d.§.nu.85.& in l.eum qui. §.ſi iurauero. ff. de iureiur. Multi verò contrarium tradiderunt, quos refert idem Iaſ. in d.§.in

✱ bonçfidei,aitque in d.§.ſi iurauero,opinionem hanc * uotis eſſe frequentioribus approbatam, ad quam uidetur etiam accedere Ruin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff. de liber. & poſth.col. 36.& Claud.de Seyſello in l.ſtipulationes non diuiduntur.nu.33.ff.de verbor.obligat. Tamen opinionem Bar.egregiè defendit Soc.in l.Iulianus.ff.de condit.& demonſtr.& Feli.in c.ad noſtram,de iureiur.inquit utranque opinionem ſuſtineri poſſe,licèt ipſe contra Bar.ſentiat.idem ſenſit Marc.Ant.Bauerius in tract.de virtute iuramenti.nu.49.vbi ait,compenſationem eſſe ſo

5 lutionem; & ideò ſi ſtatuto cautum eſt, nullam exceptionem † opponi poſſe niſi ſolutionis,tamen opponi poterit compenſatio, niſi debito ſit iuramentum connexum. Scias etiam in hac materia compẽſationis unum memoratu dignum,ſcilicèt compenſationem fieri ipſo iure, etiã ſi ab homine non opponatur,quando agitur de liberatione pignoris uel hypothecę.gl.eſt ſing.

✱ in l.ſi conſtat,in voce,uel pignus liberandum.C.de compenſ.& hanc eſſe * communẽ doct.ſententiam teſtatur Mari.Soc.iuni.in conſi.147.nu.7.Item compenſatio fit ipſo iure, quò ad im-

✱ pediendum curſum uſurarum. glo.eſt * comm.approb.in d.l.ſi conſtat.tradit Soc.in conſ.99. col.2.in 1.vol. communiter autem compenſatio non fit ipſo iure, ſed facto hominis, ut docuit

6 Soc.in conſi.17.in 3. vol. An autem teſtator † habeat animum compenſandi, quando legauit hoc pacto,ut legatarius nihil aliud petere poſsit; vide Ang.in conſi.181. Et an & quando cõpenſationis exceptio poſt ſententiam opponi poſsit,vide Feli in c.ſuborta.2.de re iud. Et compenſationem nõ admitti cum depoſito.docuit Abb.in c.ſignificaſti,de elect.& in c.bonafides, de depoſ.& hoc priuilegium ideò fuit inuentum,ne in fraudem compenſatio adduceretur cauſa differendi reſtitutionem depoſiti,cui potiſsimum bona fides innititur: ita inquit idem Abb.

7 in c.quemadmodum,de iureiur. Et an & quando † compenſatio indirecta admittatur,ſcilicèt, ſi res tua ad me peruenit,utrum poſsim uti retentione pro eo,quod mihi debes donec ſatisfeceris? vide plenè Cyn.in l.prætextu.C.commod.& Abb.in d.c.bonafides. ubi tradit etiam an & quando compenſatio admittatur, & quod tempus ad liquidandum debitum exigatur, & quando compenſatio fiat ipſo iure. & plenè de hac re,an & quando, & quomodò compenſa-

tio

tio admittatur, vide Mari. Soc. iuni. in consi. 60. & in d. consi. 147. & omninò Tyndarum in suo
8 tract. de compensationibus. An autem compensatio † iniuriæ ad iniuriam admittatur, si unus
alterum prouocauit, vide Abb. in c. olim, de rescript. & in c. dilecti, de except. & in c. intelle-
mus, de adulter. in c. 1. de iniur. & in c. cùm te, uersi. sed pone quòd uocaui te latronem, de re-
dic. vbi tenet compensationem non admitti, ut in totum uitetur pœna. Tamen in contrarium
✱ est * communis doct. sententia, ut per Ang. de Aret. in tract. maleficiorum, in uoce, Verba in-
riosa & contumeliosa, versi. Quid plura? vbi refert Specul. in tit. de accusat. in §. 1. versi. Quid
vocaui te. vide Flori. in l. j. §. cùm arietes. ff. si quadrup. pauper. fecis. dic. & Io. de Anan. in con-
14. Alex. in l. 3. ff. de lib. & posth. & plenè Rom. & alios in l. cum mulier. ff. solut. matrim. Et
ista comm. opin. ut fiat compensatio ad uitandam pœnam, facit tex. not. in l. qui cùm maior. §.
libertus, ibi, ignoscendum est ei, qui prouocatus ulcisci uoluit. ff. de bon. lib. nam prouocans
9 † ad iram non dicitur delictum incipere, sed prouocans, secundum Arist. quē refert Bal. in cons.
143. Super quæstione, in 2. vol. & Crauet. in consi. 2. num. 12. & in consi. 119. Et de hac re vide
Dec. in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. & Feli. in c. sicut ex literis, de rescrip. & in c. dilecti fi.
col. pen. de except. Et an & quando paria delicta mutua compensatione tollantur, vide Abb.
in c. sicut & infrà. de iureiur.

10 Bar. in eod. §. & ead. col. versi. Tene ergo menti, inquit, uenditorem, † qui non tradit emptori,
sed tradit alteri, cui iustè potest credere se posse tradere, liberari, & non teneri, nisi ad cedendo
illam actionem. Limita hoc tantum procedere, quando uendita esset spes, ut sentit iste text. &
qui uerò si aliquid in genere uenderetur, ut putà 10. corbes frumenti: quia tunc quamuis non
traderet alteri, tamen cedendo actionem non liberaretur: vt est glo. singul. in l. si quis uxori
apud Labeonem, in uoce actionum. ff. de furt. & trad. Bar. in l. falsus, col. fi. C. de furt. & Paul.
Castr. & moder. hic omnes.

Summarium in l. si me & Titium. ff. si cert. pet.

1 *Quomodo consequi possum rem meam quæ ad te peruenit sine iusta causa.*

Bar. in l. si me & Titium. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. si me & Titium, tradit quomodò consequi † possum rem meam, *quæ ad te*
peruenit sine iustâ causa. vide Alex. in cõs. 92. col. 3. in 1. vol. & in cons. 275. *Venio ad primum*,
in libro primi & secundi vol. & Barb. in cons. 24. in 4. vol.

Summarium in l. principalibus. ff. si cert. pet.

1 *Officiales non possunt contrahere cum subditis, nisi sint perpetui.*

Bar. in l. principalibus. ff. si cet. pet.

1 BART. in d. l. principalibus, tradit, officiales † non posse contrahere cum subditis nisi sint
perpetui. vide Bal. in cons. 333. in 3. vol. Et dum subiungit Bar. an huiusmodi officiales possint
accipere pecuniam mutuo pro ciuitate, vide Alex. in l. rescriptum. §. fi. ff. de pact.

Summarium in l. periculum. ff. si cert. pet.

1 *Si nomina debitorum efficiantur deteriora, periculum pertinet ad administratorem culpabiliter differentem exigere.*

Bar. in l. periculum. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. periculum, sic ait in summa: Si nomina † debitorum efficiantur deteriora, pe-
riculum pertinet ad administratorem culpabiliter differentem exigere. Vide Soci. in cons.
273. col. antepen. in 1. volu.

Summarium in l. pecuniam. ff. si cert. pet.

1 *Stipulatio conditionalis suspendit obligationem præcedentem puram.*

Bar. in l. pecuniam. ff. si cert. pet.

1 BART. in d. l. pecuniam, colligit ex isto text. stipulationem † conditionalē suspendere obliga-

obligationem præcedentem puram,& eam nouare conditionis euentum. vide ad hanc.l.Alex. in l.non hoc,col.2.C.und.legi.Et dum ibi paulò poſt quærit Bar.quæ ſit pœna eius,qui petit ante tempus:vide Bal.qui ponit pulchrum caſum in conſi.50.in 1.vol.ſecundum impreſsionem Mediolan.ſubiungit poſteà Bar.ibi in fi.hodie nouationem non fieri niſi expreſsè agatur. Tu verò dicas hodie ope exceptionis nouationem ſaltem præſumi, etiam ſi non exprimatur, ſecundũ Barb.in conſ.19.& Rom.in conſ.121.& Alex.in l.ſi ſe nõ obtulit.§.ſi ex cõuentione,col.2.ff.de re iud.& omninò Soc.in cõſ.21.in 1.vol.& Alex.in cõſ.155.in lib.primi & ſecũdi vol.

Summarium in l.cum ad præſens.ff.ſi cert.pet.

1 *Conditio propriè illa eſt, quæ ſe habet ad eſſe & non eſſe.*
2 *Conditio tanta non facit actum conditionalem.*
3 *Omnis conditio quæ eſt contra ſubſtantiam actus uitiat actum.*

Bar.in l.cùm ad præſens.ff.ſi cert.pet.

BART. in d.l.cùm ad præſens, dicit ſe de materia conditionis, de qua hic agitur, plenè tradidiſſe in l.j.ff.de condit.& demonſtr.vide Aret.in conſi.82.colu.pen.& Alex.in conſi.97.
1 col.pen.in 3.vol.vbi ait,conditionem † propriè illam eſſe, quæ ſe habet ad eſſe & non eſſe. Et dum ait Bart.ſtipulationem conditionalem non exigere cauſam, ſed ipſam conditionem eſſe eius cauſam; vide Alex.in conſi.40.col.3.in 4.vol.& in l.à Titio.ff.de verb.oblig. Attende unũ in hac materia conditionis,ſcilicèt,conditionem,quæ in contractu apponitur,non ſemper facere conditionalem eſſe contractum: quia ſi huiuſmodi conditio quò ad reſolutionem obligationis apponitur,obligatio eſt pura,ſed reſoluenda per conditionis euentum. ſi uerò apponitur obligationi,& tunc obligatio eſt conditionalis. tex.eſt,& ibi gl.in l.ij.de in diem adiecti. tradit Bar.in l.j.col.4.ff.de cond.& demonſtr.& clarius Alex.in conſ.90.col.3.in 4.vol.Item, licèt cõ
2 ditio † tacita non faciat actum conditionalem.l.quæ extrinſecus.ff.de uerb. oblig. tamen ſi exprimitur,illum conditionalem facit.l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet.ff.de leg.1.vide ad hoc bonam gl.in c.vno,de ſponſal.in 6.& Abb.in c.significaſti,de elect.& in c.2.in primo notabili de ſponſal.Et ut ſcias quid ſit conditio, dicas, conditionem eſſe adiectionem quãdam poſitam,uel ſub intellectam in diſpoſitione,quæ ſuſpendit uel reſoluit ipſam diſpoſitionem. & differt à modo, quia modus non ſuſpendit,ſed eſt quædam modificatio diſpoſitionis. Abb.in rubrica de con-
3 dit.appoſ.& melius in c.verùm, eod.tit.Et omnis conditio, † quæ ſit contra ſubſtantiam actus, uitiat actum. Abb.in c.fi.eod.tit. Attende etiam quòd ubi uerba poſſunt importare modum
* & conditionem, denotant potius modum. Bar.in l.cùm mota.C.de tranſact. & ita * communiter aiunt doct.ut per Alex.in conſi.102.in 1.vol.

Summarium in l.lecta.ff.ſi cert.pet.

1 *Pacta incontinenti appoſita uidentur ineſſe ſtipulationi.*
2 *Probatio quando dicatur fieri incontinenti.*
3 *Promiſſio facta de nummis, ſemper eſt intelligenda de probis.*
4 *Stipulatio non ueſtit pactum nudum.*
5 *Verbum conuenit, eſt generaliſſimum.*
6 *Verbum promittit, quid ſignificet.*
7 *Rectè dari exponitur, id eſt, congruo loco & tempore.*
8 *Pacta ineſſe obligationi.*

Bar.in l.lecta.ff.ſi cert.pet.

1 BART. in d.l.lecta,in primo notabili ait,pacta † incontinenti appoſita uideri ineſſe ſtipulationi. Limita hoc procedere tantùm contra ipſos contrahentes,non autem contra tertiam perſonam,ut putà fideiuſſorem: ita ex mente Bartoli inquit Franciſcus Cremen. in ſing.108. Factus eſt contractus. Et quando aliquid dicatur eſſe factum incontinenti, & quot modis hæc vox accipiatur,vide Feli.in c.præterea,de teſti.cogen.& Bald.in l.iij.§.igitur. ff.de ui & ui arm.

& glo.

& glo.& Bar.in l.item ſi ita legatum.ff.ad leg.Falc.Scias etiam illud fieri incontinenti, quod ſe quamdiu contractus pœnitentia reuocari poteſt. tex.eſt ſingu.in l.quoties.ff.ſol.matr. ad rem facit tex.in l.contractus.C.de fid.inſt. & in re propoſita vide Bal.in l.qui per ſalutem.ff.de iure

2 iuran. Et quando probatio † dicatur fieri incontinenti, vide Feli.in c.exceptionem. col.1. ut except. Et generaliter quãdo aliquid fieri dicatur incõtinenti vide Iaſ.in l.ij.C.de iur.emphy. in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud.& in l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.Chryſogonus.ff.de verb.obligat.& in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquiren.hæredit.& Socin.in conſi.65. colum.2. 1.volu. Et ad materiam huius. l. ea ſcilicèt, quæ incontinenti fiunt, uideri ineſſe, vide Iaſ. l.edita.C.de eden.

3 Bar.in ead.l. col.2. verſic. verius tamen, ait, promiſsionem † factam de nummis eſſe ſemper intelligendam de probis: quia reproborum ſolutio non admittitur.l.eleganter.§.qui reprobos ff.de pignor.act.per quem tex.inquit Alex.in conſi.104.in 1.vol.monetam reprobam appellatione monetæ non contineri. & ideò ſtatutum pœnam imponens falſificanti monetam, non habere locum in eo,qui monetam reprobam falſificauit. & reprobam ait eſſe illam, quæ in eo ſtatuti expendi non poteſt.hæc Alex.vide in re propoſita Ang.de Aret.in §.præterea,col.2. inſt.quib.mod.tolli,oblig.& Abb.in conſ.24.in 2.vol.& plenè Franc.Curt.in tract.monetar. & plenius Alber.Brun.ſimiliter in ſuo tract.monetarũ. Et dum Bar.ibi in 3.col.verſi.ſed contra

4 hoc opp.ſic ait,ſtipulatio†nõ ueſtit pactũ nudũ.de hoc eſt tex.in l.ſi pacto quo,ubi Iaſ.in 1.col. verſ.in primis.C.de pact.Et dum ibi ſubiungit, an ſtipulatio appoſita ſuper cõtractu impedit actionem oriri ex contractu,de hoc vide latius in l.ita ſtipulatus.ff.de uerb.oblig.

5 Bar.in ead.col.3.verſi.illa ergo uerba,inquit,uerbum† conuenit,eſſe generaliſsimum,non uerbum promiſit,nt ibi per eum. Tu de hoc uerbo,conuenit, vide Alex. in conſi.155. Viſis

* conſideratis,col.3.in libro primi & ſecundi vol.Et quamuis hoc uerbum,conuenit,ſecundum communem opin.hic non ſignificet ſtipulationem,ſed pactum nudum; tamen ſi huiuſmodi uerbum apud acta iudicij reperitur, tunc calore iudicij ſtipulationem indicat. hoc fuit ſingulare dictum Bal.in l.ſciendum,in 2.lectu.ff.de uerb.oblig.quod multùm extollit Franc.Cremen.in ſuo ſing. 139.Quanquam uerbum. vbi dicit hoc alibi non inueniri. vide etiam ibi addit.ubi remiſsiuè traditur regula cum fallent.circa hoc uerbum,conuenit. De uerbo *autem promitto*,

6 † vide Alex.in d.conſi.155.col.3.Adde tamen quod ſi huic verbo,promittit,*adijcitur per pactum*,intelligitur pacto nudo facta promiſsio,non autem ſtipulatione.l.ſi *pacto quo pœnam*,& ibi animaduertit Dec.C.de pact.& Barb.in conſi.37.col.3.in 1.vol.Ancha.in conſi.331.Aret. in conſi.113.vide ad rem hanc Alex.in conſi.152.in libro primi & ſecũdi vol.& in conſi.158. Viſo dicto themate.eod.vol.& Dec.in cõſ.107.vbi ait,hoc uerbum,promitto,etiam in ſcriptura priuata ſtipulationem indicare. Idem ait Imol.in conſi.102.dicens hoc uerbum,promitto, in ſcriptura prolatum indicare ſtipulationem,alioqui verò ſi fuit prolatum à teſte: quia pactũ nudum ſignificat: ut not.in l.j.C.de uſur.& tunc non producit actionem.l.iurisgentium.§. ſed cum nulla.ff.de pact.Soci.autem in conſi.267.in princip.in 1.vol.ait hoc uerbum,promitto,ſi ue ſit appoſitum in ſcriptura publica,ſiue priuata, ſtipulationem ſignificare, quãdo appoſitum fuit à iuris perito,non autem ab idiota. ſed iſta eſt magna reſtrictio ad prædicta, ideo cogvide doct.in d.l.ſciendum.ff.de verb.oblig.

7 Bar.in ead.l.col.4.verſi.ſed quæro,quid ſi rectè † dari, exponit, rectè, ideſt, congruo loco & tempore. De hoc vide Alex.in l.iuſtè poſsidet.ff.de acquir.poſſ.col.2.& in l.iij.in gl.in voce rectè.ff.de liber.& poſth.& omninò vide gl.in l.ij.ff.de inoff.teſta.& Abb.in c.1.§.vna. de fem. Trinit.in c.quoniam contrà,de proba.& in c.1.col.6.de re iud.& vide tex.& glo.in l.non poſſunt.§. non quæuis. ff.de contrat.

8 Bar.in ead.l.col.5.agit,quid ſignificet hoc,quod in hac.l.dicitur,ſcilicèt † pacta ineſſe obligationi. concluditque quamuis pactum hoc producat exceptionem,tamen nõ oportere,ut reus eam proponat. & dat exemplum in pacto afferente dilationem.ut ibi per eũ. Circa hoc,quod pars opponere non teneatur exceptionem,quæ naſcitur cum ipſa obligatione,& ita ineſſe obligationi

gationi,sed iudex debet supplere,vide Ias.in §.actionum,col. 24.versi.aduertendum est,inst.de actio. Et q̃ ad supplendũ iudex ex officio suo teneat̃,docuit Aret.in l.necessarijs,col. 5.ver.præterea.ff.de acq.hæred.ubi limitat hoc procedere qñ oritur ex eadẽ dispositione,alioqui verò si ex diuersa,licèt à princ.vt ibi per eũ.ponitur exemplũ in suo,qui efficitur hæres necessarius,& obligatur de iure ciuili,& sic à principio nascitur ista exceptio; tamen quia non oritur ex eadẽ dispositione,qm̃ obligatio introducta est de iure ciuili,& abstensio de iure p̃torio; ideò iudex supplere nõ dẽt.& dũ Bar.exponit inesse,hoc est,intus esse in obligatione. De hac re vide Feli. in rubrica. de excep.col. 2.ver.Dicas tamen.& omninò Dec.in l.in eo quod plus.ff.de reg.iur.

Summarium in l.eius qui.ff. si cert.pet.

1 *Defunctus nihil habet.*

2 *Quando non potest aliquid induci secundum veritatem propter defectum scientiæ ex parte agentis, tũc induci potest secundum fictionem.*

3 *Possum ego ratam habere executionem debiti in subsidium sicut rei uenditionem, licèt non sit gestum nomine meo.*

4 *Ea quæ fiunt ex necessitate ueniunt in iudicio familiæ erciscundæ,ea uerò quæ sponte fiunt,ueniunt actione negociorum gestorum.*

5 *Plures socij unius negociationis in diuersis locis existentes, sibi inuicem seruire uidentur.*

Bart.in l.eius qui.ff.si cert.pet.

Bar. in d.l.eius qui,oppo.contra tex.dicens,malè dici,pecuniam defuncti: quia defunctus
1 † nihil habet.soluit subintelligendo quondam. Ad hoc uide aliquid per Alex.in l.viro, in glo.in uoce,viro.ff.sol.matr.Feli.in c.cùm venerabilis,de testi.cogen.& Cæpol.in cons. 17.colu. 4.Et de hac uoce,quondam,vide aliquid per Imol.in cons. 100.in fi.& Barb.in c.cùm super, col. 1. de leg.Et de hoc,scilicèt,instrumentum non uitiari,in quo dicitur,talis filius Titij,licèt sit mortuus,vide Alex.in cons. 162.Viso processu,in lib.primi & secundi uol.& in l.quoties, col.4.ff. de hæred.instit.& Abb.in c.quoniam contrà, de probat.

2 Bar.in ead.l.col. 2.tradit,quando aliquid non potest induci† secundum ueritatem propter defectum scientiæ ex parte agentis, tunc induci posse secundum fictionem. & dat exemplum in suo,vt uidere est ibi apud eum. Attende hæc uerba Bart. ex quibus colligitur ratio ad tex.in §. sui autem,inst.de hæredit.quæ ab intest.defer.cum suis concord.

Bar.in ead.l.col. 3.vers.Ad quartum oppo. cum seq.concludit, menti esse tenendum, me ita
3 posse ratam habere executionem † debiti in subsidium,sicut rei uenditionẽ, licèt non sit gestũ nomine meo.Sed aduerte tu,quia obst.quòd ista exactio fit in re mihi debita,non mea,secundũ gl.hic,in uoce,defuncti,& ibi Bar.igitur non possum ratum habere; quia dicta regula non procedit in re mihi debita.l.venditor ex hæreditate,vbi Bar.ff.de hæred.vel actio.uend.

4 Bar.in ead.col.vers.quærit glo.sentit,ea, quæ fiunt ex necessitate † uenire in iudicio familiæ erciscundæ,ea uerò quæ spontè fiunt,uenire actione negociorum gestorum. De hac re tradit Bar.in l.ij.§.ex his.ff.de uerb. oblig.vbi Ias.

Bar.in ead.l.col.antepe.ver.vltimò nota,inquit,plures uideri sibi inuicem seruire,id quod in-
5 ducit ad plures socios † unius negociationis in diuersis locis existentes, vt sibi inuicem seruire uideantur.Adde tu,quòd immo aliquis quandoq; consequitur per socium, quod per se ipsum consequi non posset: vt per Ias.in cons. 112.in 4.vol.Et an & quando socius ex facto consocij teneatur,vide apud Fulg.in cons. 209.& Raph.Cu.in cons. 8.

Summarium in l. si ego.ff. si cert.pet.

1 *Executio fieri potest contra fideiussorem, quando constat principalem conueniri non posse.*

2 *Executio aliqua non requiritur si agitur contra tertium possessorem.*

3 *Exceptio excussionis est dilatoria.*

4 *Creditori agenti cõtra tertium possessorẽ cui opponitur excussionis exceptio, an aliquod remedium cõpetat.*

5 *Excussio non est facienda de bonis existentibus extra territorium iudicis, coram quo causa agitur.*

6 *Hæreditas iacens non habetur pro absente, sed præsente.*

7 *In excussione facienda prius constare debet de credito creditoris.*
8 *Si exceptio excussionis opponitur in iudicio, an suspendat instantiam causæ.*
9 *Excussionis exceptio contra nummularium & campsorem & mercatorem, locum non habet propter publicam utilitatem.*
10 *Quomodò excussio fieri debeat.*

Bar.in l. si ego.ff. si cert.pet.

BART. in d.l.si ego, propè fi.agit de materia excusionis, dicens, & ideò dicebam semel Marchia, & reliqua ut ibi per eum. Vide quid ex hoc inferatur apud Ias.in §.item si quis in fra dem, col. 17. vers.& per hanc limit. inst. de action. vbi adducit in contrarium quæst. Bar.in l. de
1 cem, col. 1. ff. de uerb. oblig. & dum ibi Bar. in fi. huius. l. ait executionem † fieri posse contra deiussorem, quando constat principalem facilè conueniri non posse. & demum concludit per agi posse contra eum ante factam excusionem, si nō opponitur exceptio. Attende, qm solutio Bar. vt agi possit parte non opponente, præsupponit natam esse actionem, & obligationem, id quod vī esse contra tex. in d.l. decem. ff. de verb. obli. vbi in plurib. locis sentit promissionem, de qua in tex. nostro esse conditionalem, & propterea non esse ortam obligationem & actionem: & ita in terminis tenet Alex. in cons. 31. In causa executionis petitæ, col. 3. in 4. vol. & ita uidetur sentire Ias. hic in 1. col. in 2. limit. dum fundat se super eo, quòd est conditionalis & si ista opinio Bar. esset ueritate subnixa, fundamentum Ias. corrueret. & ad prædicta uide Alex. in cons. 33. eod. 4. vol. & in simili in consi. 63. col. penul. & in consi. 96. eod. lib. & Abb. cons. 29. col. 2. in 2. vol. & Barba. in consi. 43. col. 10. in 2. vol. Postquam hic agitur de materia
2 excusionis, decreui quædam scitu digna silentio non præterire. Et primò, excusio † actoris non requiritur, si agitur contra tertium possessorem, quando in instrumento adest clausula constituti, uel precarij, si bona illa tempore obligationis possidebantur. Aret. in consi. 126. Alex. consi. 83. & in consi. 85. & in consi. 185. in 6. vol. & in consi. 70. in 5. vol. col. fi. Cæpol. in cautela 31. Ias. in d. §. item si quis. nu. 77. de actio. & omninò Ant. de Fan. in trac. de pignorib. & hypothecis, fol. 52. n. 51. vbi sing. limitat hoc non habere locum, quando mortuus esset ille, qui se cō
3 stituit noīe alterius possidere. Prætereà scias in re proposita, excusionis † exceptionem esse dilatoriam, & ideò opponendam esse ante litem contestatam, alioqui opponi non potest. & similiter opponenda est in prima instantia, alioqui in causa appellationis opponi nō poterunt. probat Ant. de Fano in d. trac. in 1. par. octauæ. nu. 43. Si verò excusio fieret contra principalē debitorem, qui repertus sit non soluendo, & creditor agere incipiat contra tertium possessorem scđm auth. hoc si debitor. C. de pignor. & posteà superueniant aliqua bona huic principali debitori, poterit iste tertius possessor ét post litem contestatā obijcere excusionem fieri debere
4 super bonis prædictis. Alex. in consi. 100. in 5. volu. Sed utrum creditori † agenti contra tertium possessorem, cui opponitur excusionis exceptio, aliquod remedium competat, quo mediante cœptum iudicium sustineatur? & dicas ei competere, vt per Anto. de Fano in d. tract. in 1. par. octauæ par. princi. nu. 46. Quid si fiat excusio à creditore contra principalem debitorem, qui non est soluendo, vtrum quando vult petere declarari excusionem legitimè factam, citari debeant omnes bonorum possessores, de quorum præiudicio agitur, alioqui actus non intelligitur legitimè factus? Alex. in consi. 106. col. fi. in 5. vol. eos esse citandos affirmauit. Tamen in contrariam sententiam * communiter itum esse testatur Anto. de Fano in d. tracta. in 1. par. octauæ
1 Bar. in ead.l.§.si quis indebitam,colligit ex isto tex.exceptionem † ei obstare,qui petit id, quod restituturus est.Limita hoc non habere locum,vbi subest causa suadens exceptionem denegari,& non suadens denegari restitutionem. Item non habere locum, vbi aliquis petit ex obligatione alteri quæsita,alioqui uerò,si ei quæsita esset,vt declarat Felin.in c.debitores, nu.5. de iureiur.vbi etiam alijs modis regulam hanc limitat,vt ibi uidere est.

Summarium in l. si procuratori.ff.de cond. cau.dat.

1 *Ille est ¬verus procurator ad recipiendum indebitum, qui habet ad hoc ſpeciale mandatum.*
2 *Solutum falso procuratori in rem suam quando debitum erat huiusmodi ut repeti non posset, deuolui ad dominum.*
3 *Si falso procuratori pecuniam dedi tanquam nuncio, ¬vt eam portaret ad creditorem, quid iuris sit.*

Bar.in l.si procuratori.ff.de cond.cau.dat.

Bar. in d.l.si procuratori,col.4.vers.est autem uerus procurator,ait,illum esse uerum pro-
1 curatorem † ad recipiendum indebitum, qui habet ad hoc speciale mandatum. Ex istis uerbis Bar.colligitur si procurator generaliter constitutus interueniret in casibus, in quibus speciale mandatum exigebatur,quorum multi enarrantur in c.qui ad agendum,de procur.in 6.diceretur falsus procurator. id quod clarè aperuit Bal.in c.nonnulli.& in c.ex parte decani, col.fin.de rescrip. & multos alios casus,in quibus aliquis dicitur falsus procurator, vide apud glo.in d.c. ex parte,& in l.licèt,vbi moder.C.de procur.& ad prædicta vide Feli.in c.sunt & alij.nu.32.de rescrip.& in d.c.ex parte, nu.7. vbi rémisiuè tradit multos casus, in quibus procurator generalis dicitur esse falsus procurator.Quid si falsus procurator sententiam obtinuit,nunquid eam

dominus poſsit ratam habere? hac in re magna eſt inter iuris interpretes controuerſia, vide Feli.in c.cauſam,nu. 11.vſque in fi.de iudic.vbi tandem ipſe concludit,eam poſſe ratam habere * & in hanc ſententiam * communiter itum eſſe. quod tamen limitat multipliciter ut ibi per eū.

2 Bar.in ead.l.col. 5.in princ.ait ſolutum falſo procuratori † in rem ſuam,quando debitum erat eiuſmodi ut repeti non poſſet,deuolui ad dominum, qui poterit ratum habere, ſi ſolutum ſit contemplatione actionis directæ,quæ erat apud dominum. hæc Bar. Ex hoc Bartoli documento collige,ſolutum falſo procuratori in rem ſuam poſſe ratum haberi à domino, ſi ſolutū eſt tuitu directarum actionum,quæ ſunt apud dominum.& hoc modo defendi poteſt glo.1.quam Bar.ſupra in 1.col.redarguit,alioqui uerò ſi ſoluitur cōtemplatione utilium,quæ ſunt apud procuratorem, & ultra dicta per Alexan. hic circa iſtam quæſt.adde Bal.tenentem cum Bar.hic in 1.col. & dicentem non eſſe diſtinguendum: quia in aliquo iſtorū caſuum nihil mutari poteſt ratihabitio,vt hic per eum.& idem Rom.hic,& quòd inter iſtos caſus nullum videtur eſſe diſcrimen,ſic probari poſſet. Non eſt dubium,quin harum actionum utilitas remaneat apud procuratorem hunc.l.j.C.de action.& oblig. atque ita nudum nomen duntaxàt eſt apud dominum ſine ulla prorſus utilitate. ſed tunc ſeſe offert illud. quòd qui habet nudum nomen tantùm, non poteſt ratum habere in præiudicium habentis vtilitatem, vt ea ad ſe deuoluatur tex.eſt,& ibi Bald.in l.fi.C.de iur.dot. nihil enim prodeſt nudum nomen ſi alteri utilitas quæritur.l.mulieri.ff.de dona.int.uir.& uxor.& hī.in l.legato.§.ſi teſtator.ff.de leg.2. vide & cogi.

3 Bar.in ead.l.& col.verſ.tertiò principaliter,quærit, ſi falſo † procuratori pecuniam dedi quam nuncio, vt eam portaret ad creditorem, quid iuris ſit? aitque ſi ei dedi tanquam nummeo,non transfero dominium in eum,& reliqua ut ibi per eum. Aduerte quia contrarium videtur tenere idem Bar.in l.eius qui,col.4.verſ.ad ſecūdum opp.ff.ſi cert.pet.& ibi Iaſ.in 3.col. ſoluit iſtam contrarietatem,licèt Curtius eam oppugnet. & facit tex.in l.in naue Saupheli.ff.de ca.& cond.& dum Bar.ſubiungit, ſi illa res perderetur, ex tali amiſsione debitorem liberari, ſi erat debitor ſpeciei.l.qui argentum.ff.commod.Limita.d.l.qui argētum,habere locum ſolummodò in debitore ſpeciei, alioqui uerò ſi eſſet debitor generis, aut quantitatis. hanc eandem limitationem tradit Angel.in l.ſi finita.§.ſi iam ruerint.ff.de damn.infect.& Paul.de Caſt.in d.l. qui argentum. & hoc rationi conſentaneum eſt: nam ſi eſſet debitor generis, non liberaretur, cùm genus perire non poſsit.l.incendium.ff.ſi cert.pet.

Summarium in l. dedi.ff.de cond.cau.dat.

1 *Contractus nominatos, qui re contrahuntur, ſolo conſenſu non celebri.*

Bar.in l.dedi.ff.de cond. cau.dat.

1 BAR. in d.l.dedi,col.2.in princip.ait,contractus† nominatos,qui re contrahuntur,ſolo cōſenſu non celebrari. vide Paul.de Caſt.in conſi.106. col.2.

Summarium in l.j.ff. de cond.ob tur. cau.

1 *Quomodo puniatur ille, qui iudici dedit pecuniam, vt pro eo iniuſtam ſententiam daret.*

Bar.in l.j.ff.de cond.ob turp.cau.

1 BART. in d.l.j.tradit quomodò puniatur † ille, qui iudici dedit pecuniam, vt pro eo iniuſtam ſentētiam daret. Quid autem ſi iudex, qui accipit pecuniam pro cauſa turpi pœniteat re integra,vtrum propterea pœnam euitabit an non? Bal.in l.& generaliter.§.1.ff.de calumn.dicit quæſtionem hanc Florentiæ in facti contingentia euenisse,& terminatum fuiſſe,illum pœnam euitare non poſſe,per tex.illum, quem Rom.ad hoc ait eſſe ſingularem in ſuo ſingul.328.incip.Iudex capiens pecuniam.& dum ibi Bar.ſubiungit, ſi data ſunt pignora ex cauſa turpi, ea repeti poſſe actione pignoratitia & hypothecaria. vide Iaſ.infrà in l.iij.§. ſed quod meretrici, cuius dicta uidentur obſtare huic Bartoli documento.

Summa

Summarium in l.ubi.ff.de cond.ob tur.cau.

1 *Si res indiuidua datur pro parte ob turpem causam, & pro alia ob honestam, an totum repeti possit.*

Bar.in l.vbi.ff.de condit.ob turp.cau.

1 BART. in d.l.vbi quærit si res indiuidua, † ut est equus, datur pro parte ob turpem causam, & pro alia ob honestam, an totum repeti possit? & refert quosdam tenuisse totum repeti, alios uerò partem æstimationis tantum. Tu pro ista secunda opinione uide multa apud Aret. & Alex.in l.si ex plagis.ff.de uerbo.obliga.

Bar.in l.idem si.ff.de condi.ob tur.cau.

BART. in hac.l.in principio, opp. de l.nec timorem.ff. quod met.caus. & remittit se ad solutionem gl.hic & ibi. vide tu ad hoc aliqua apud Præpos.in c.venatoribus.86.dist.

Summarium in l.idem si. §. sed quod meretrici.ff.de cond.ob tur.cau.

1 *Meretrix turpiter facit, sed non turpiter accipit. & nu.3.*
2 *Miles concubinæ donare non potest.*
4 *Furore amoris nihil est uehementius.*
5 *Lucrum meretricis an licitum sit.*
6 *Meretrix [illegible] potest ad soluendam gabellam pro eius lucro.*
7 *Meretrix cogi potest ad deferendum certum habitum.*
8 *Continentia est species martyrij.*
9 *Minus peccatum est cum pulchra coire, quàm cum deformi.*

Lucubra.ad l.idem si.§.sed quod meretrici.ff.de cond. ob.turp.cau.

1 EX isto.§.sed quod meretrici, habetur, meretricem † turpiter facere, sed non turpiter accipere: necnon meretricem posse petere, quod ei promissum est. & reliqua ut hic per Bart. Ad quæ videas eundem Bar. in l.affectionis.ff.de donat. An meretrici donari uel legari possit? distingue; Aut est concubina, quia uterque solutus est. & eo casu propter affectionem huiusmodi liberalitas ualida est.d.l.affectionis, & ibi Barto. & l.miles ita.§.mulier.ff.de milit.testa. tradit Angel.in consi.171. Si uerò non sit concubina, sed aut ipsa sit nupta, uel uir ei donans siue legans sit uxoratus, & tunc liberalitas hæc subsistere non potest: quia ista non est affectio, sed defectio, ut uerbis utar Bal.in cons.267.in 1.vol. & ad istam conclusionem accedit Ias.in cons.17.
2 in 3.vol. prædicta tamen conclusio de concubina, limitatur non habere locum in milite † seculi, qui concubinæ donare non potest.l.ij.cum ibi trad.C.de donat.inter uir.& uxor. idem est in milite cœlesti hoc est in clerico, qui est honorabilior milite seculari: ita concludit Abb. in c.1. de cleric.ægrot.& Anch.in cõsi.248. Dubium facit. Quid si statutum uigeret in ciuitate prohibens maritum habentem filium, uel filiam aliquid relinquere vxori, an eo casu relinqui poterit concubinæ? videretur dicendum quòd non, ne melioris conditionis sit quàm legitima uxor, ut sentit Alex.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell. tamen cogita. Attende quia prædictum est, meretricem † turpiter non accipere, & ideò de his bonis potest disponere pro libito
3 suæ uoluntatis. Tamen Ias.hic & Thomas Ferratius in sua cautel.6. tradunt cautelam, qua mediante meretrici prohiberi poterit, ne de bonis suis disponat, & consequenter ad succedentes ab intestato deueniant. quæ secundum eum illa est, ut huic meretrici bonis interdicatur, per tex.in l.& mulieri.ff.de cura.furi.& hoc modo locus erit successioni ab intestato. sed ego credo textum in d.l.& mulieri, intelligendum esse de muliere, quę habet bona, & posteà incipit uiuere luxuriosè; nam ideo potest ei bonis interdici, ne capta turpi amore alicuius bona sua dila-
4 pidet. Si quidem furore amoris † nihil est uehemẽtius.§.illud quoque, in auth.quib. mod. natur.effic.legit.faciunt trad.per Oldr.in consi.210. Regularis habet traditio. Alioqui uerò si de bonis ex arte meretricia lege permittente acquisitis ageretur, ne ex eodem fonte, & iusta bonorum acquisitio, & impedimentũ ne de dictis bonis disponere queat, exoriantur. hoc enim modo lex

do lex eſſet impoſita ſine effectu, contra iura uulg. Ad præcedentia uerò, ſcilicèt nunquid me-
5 retricis † lucrum licitum ſit, & de eo poſsit eleemoſynam elargiri: vide Ioan. Bertachinum Fir-
manum in tract. de gabellis, in quinto membro octauæ part. princ. nu. 16. Et quamuis de male
quæſitis non ſint faciendæ eleemoſynæ, tamen de huiuſmodi lucro poteſt meretrix eccleſiam
erigere, eiq́ue dotem conſtituere, ſecundum gl. & Archid. in c. non eſt putanda. 1. q. 1. tradit
tè Rochus de Curte in tract. de iure patronatus, in uoce, competens. nu. 3. vtrum autem mere-
6 trix † cogi poſsit ad ſoluendam gabellam pro eius lucro: vide Firmanum in d. tract. de gabel.
in ſecundo membro octauæ part. princ. nu. 25. Quæro quæ nam dicatur eſſe meretrix. Socin.
conſi. 54. in 3. vol. ait, eam eſſe meretricem, quæ multos admittit, atque ita ſaltem tres. vide
in c. inter opera, de ſponſal. ibi etiam Soc. docuit utrum ad probandam eam eſſe meretri-
admittuntur teſtes illi, qui affirmant, ſe cũ ea concubuiſſe: ad qđ uide Alex. in conſi. 157.
7 vol. Et meretrices † cogi poſſe ad deferendum certum habitum, ut ab alijs diſcernantur no-
ne honeſtatis, docuit Dec. in l. ſemper in cõtractib. ff. de reg. iur. illud etiam ſcias matrem me-
tricem exhæredare non poſſe filiam meretricem. l. arenam. C. de inoff. teſta. Et meretricem
ſe de lucro meretricio teſtari, & diſponere, ut uult, tradit Cyn. in l. cùm te. C. de cond. ob tur-
cau. Bal. in l. j. cod. tit. & de hac re vide plenè Abb. in c. quia plerique. de immunit. eccleſ.
hoc quòd meretrices eſſe, & ad meretrices accedere, Dominus prohibet in Deut. cap. 23.
Exod. 20. & habetur in c. meretrices. 22. q. 4. & tamen tolerantur. Et an uſus earum ſit
an non traditum eſt in 2. ſecundæ quæſt. 154. §. ad ſecundum. & iccircò uſus earum per-
tur: quia furore amoris, ut prædictum eſt, nihil eſt uehementius. idq́ue probatur in l. una.
8 gl. & Alber. C. de ſenatusconſ. Claudi. toll. & teſte B. Bonauentura continentia † eſt ſpecies
tyrij. ideoq́ue B. Gregorius inquit paucos reperiri, qui ſint ab iſta labe immunes, ut habe-
in c. quia ſanctitas. 50. diſt. & continentia carnis ſola eſt quæ ſuaderi poteſt, ſed imperantium
poteſt. c. integritas. 32. q. 1. propterea non eſt mirum ſi à legibus tolerantur meretrices, ut ma-
iora ſcandala euitentur, ob nimiam hominum fragilitatem. quemadmodum uidemus etiam le-
ges ipſas in criminibus puniendis indulgere aliquid huic potentiæ amoris, ut egregiè docuit
Oldr. in conſi. 210. Regularis habet traditio, & habetur. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, de iudi.
De qua re multa uide apud Feli. in c. cùm dilectus, num. 6. cum ſeq. de accuſat. Et complura ad
rem facientia uideri poſſunt apud Io. Monac. in tract. de bigamia, in 1. quæſt. nu. 9. ad illum re
reijcio, & ſufficit locum demonſtraſſe, ne eadem repetamus. Et in re propoſita non eſt prætere-
9 undum propter maiorem impetum amoris, & prouocationem potentiorem minus † pecca-
ri cum pulchra quàm cum deformi, ſecundum gl. in c. furtum. 14. q. 6. eumq́ue minus peccare,
qui mulierem ad ſe uenientem cognouit, quàm ſi ipſe ad eam accederet, ſecundum lal. in addit.
ad Chriſtoph. Porciũ, in §. pauonũ. inſt. de rer. diuiſ. vbi retulit Cyn. in propoſita re pulchra ver-
ba dicentem. Meretrices quoque de lupanari extrahere, & uxores ducere inter opera charita-
tis annumeratur, & multùm prodeſt ad remiſsionem peccatorum. c. inter opera, de ſponſal. at
autem meretrici credẽdum ſit, quæ aſſerit ſe eſſe grauidam ex aliquo, reſponde, ei minimè eſſe
credendum, niſi ſit concubina in domo retenta: ut concludit Alex. in d. conſi. 157. in 5. vol.

Summarium in d. l. idem ſi. §. ſi tibi. ff. de cond. ob tur. cau.

1 *Nemo tenetur malefactorem indicare parti.*
2 *Si factum eſt bannimentum, eum qui occiſores Titij indicabit habere debere certã pecuniæ quantitatem,*
hoc non eſſe intelligendum de ſocijs criminis, ſed de alijs illud indicantibus.

Bar. in d. l. idem ſi. §. ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cau.

1 BART. in ead. l. §. ſi tibi, ait neminem † teneri malefactorem indicare parti. vide Bald. in
conſi. 382. col. antepen. in 5. par. Dicas tamen in crimine læſæ maieſtatis, eum, qui ſcit, tene-
ri detegere quando id probare poſſet, ſecundum Dec. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. vbi tradit
etiam an ille dicatur delinquere, qui delicto potuit obuiare, & non fecit. Et an & quando ali-
quis

quis ſciens delictum eſſe committendum teneatur illud parti reuelare,vide Abb.in c.1.de reſt. ſpoliat.ubi tradit quid de iure ciuili,& canonico,& in foro conſcientiæ. & Felin. in c. quantę, de ſent.excommunic.

2 Bar.in d.§.ſi tibi,in fine, ait ſi factum eſt bannimentum, † eum qui occiſores Titij indicabit, habere debere certam pecuniæ quantitatem, hoc nō eſſe intelligendum de ſocijs criminis,ſed de alijs illud indicantibus:quoniam ipſi turpiter acciperent.vide Alex.in l.rogaſti.in princ. ff.ſi cert.pet.Feli.in c.dilecti filij,col.3.uerſi.ad ſecundum de excep.& in c.1.col.3.de off.deleg.

Summarium in l.ſi ob turpem.ff.de cond.ob tur.cau.

1 *Si aliquis promiſit aliquid metu alicuius tyranni, & ſoluit hoc debitum durante eodem metu tempore ſolutionis,huiuſmodi cauſa ſolutum repeti poteſt.*
2 *Metus perditionis omnium bonorum,& metus mortis æquiparantur.*
3 *Pro tutela bonorum ſicut perſonæ licita eſt occiſio.*

Bar.in l.ſi ob turpem.ff.de cond.ob turp.cau.

1 BART. in d.l.ſi ob turpem,col.2.verſi.Et per hoc dico, inquit,ſi aliquis † promiſit aliquid metu alicuius tyranni, & ſoluit hoc debitum durante eodem metu tempore ſolutionis, huiuſmodi cauſa ſolutum repeti poſſe. Hoc idem uoluit Alex.in l.pacta nouiſsima,col.fi. C.de pact. & in l.qui in aliena.§.Cælſus.ff.de acquir.poſſ.in lectura,& in apoſtil.& in conſi.1.col.3. num. 16.in 3.vol.& in conſi.99.In caſu prædicto,eod.vol.Et ad rem faciunt trad.per eundem Alex. in conſi.16.col.pen.eod.3.vol.& in conſi.5.in princ.in 1.uol.Feli.in c.cùm.M.Ferrarien.colu. 23.de conſtitu. in cap.1. & in cap.gratum, de offi. delega. & in c.cùm ex officij,de præſcript. Barb.in cōſi.60.col.56.in 1.vol.& in conſ.71.col.13.in 2.vol.& in conſ.pe.& ſeq.eod.vol.Cępoll.in conſ.57.col.antep.& ſeq.Aret.in conſ.14.colu.10.Et quando aliquis promiſit metu & iurauit,poſteà ceſſante metu illud tradidit,utrum ceſſet actio quod metus cauſa,vide Abb.in c. ad audientiam,quod ui metusve cau.

2 Bar.in ead.l.& ead.col.ait,metum perditionis † omnium bonorum, & metum mortis æquiparari. Ad hoc benefacit gl.in l.ſi aduocatis,in voce,uitam. C.de aduoc. diuerſ. iudic. ubi uult uitam hominis eſſe pecuniam.& d.gl.ad hoc adducit Bal.in l.Thais.C.de oper.liber.& Abb.in c.cùm oporteat,de accuſ.nam ſine pecunia impoſsibile eſt uiuere.l.ſi chorus.ff.de leg.3.quem tex.ad hoc attulit Bal.in conſi.449.Ius naturale,col.2.in 3.vol.& Crauet.in conſi.8.nu.3. vide Abb.in c.abbas, de his quæ ui met.ue cau.& Mari.Soc.iuni.in conſi.77.nu.34. Et ideò ita pro
3 tutela † bonorum ſicut perſonæ licita eſt occiſio,ut videre eſt apud doct. in l. vt uim. ff.de iuſt. & iur. & ibi poſui ad Bart. Et quantum æſtimandæ ſint diuitiæ & facultates, & quæ ſint earum priuilegia, vide Cæpoll. in tracta. de imperatore militum deligendo.§.diuitijs & facultatibus. Vide quæ in contrariū attulit Iaſ.in §.tranſigere,col.2.ver.5.præmitte.C.de tranſact. idē tamē quod Bar.hic,voluit Bal.in l.interpoſitis.C.de tranſact.& ibi in l.fi.C.de reuoc.donat.

Summarium in l.finali.ff.de cond.ob turp.cau.

1 *Qui recipit pecuniam ut faciat quod gratis facere tenetur,turpiter accipit.*

Bar.in l.fi.ff.de cond.ob turp.cauſ.

1 BART. in d.l.fi.ait,eum,qui recipit pecuniam, † ut faciat quod gratis facere tenetur,turpiter accipere.quæro eo caſu cui ſit reſtituendum an illi,qui eam dedit, an verò pauperibus? vide Anch.in conſ.175.vbi ponit pulchrū caſum,& exemplū vide apud Signo.in cōſ.217.col.2.

Summarium in l.j.ff.de cond.indeb.

1 *Soluens indebitum ignoranter,repetere poteſt.*
2 *Relictum ex teſtamento non ſolenni utrum naturaliter debeatur.*

3 Inte-

De condictione indebiti.

3 *In testamento quandam esse formam substantialem, ut uoluntas, & aliam esse formam probationis, ut quod ibi septem sint testes.*

4 *In reuocatione testamenti eadem solennitates requiruntur, quæ in confectione.*

5 *Si testamentum apud Turcas conficeretur, illud coram duobus testibus ualidum est.*

6 *Ille qui tutus est aliqua exceptione inducta ad rigorem iuris conseruandum, repetere non potest solutum indebitè.*

Bar. in l.j.ff.de cond.indeb.

1 BART. in d.l.j.sic ait in summa. Soluens indebitum † ignoranter, repetit; scienter autem non. vide Alex.in consi.80.in fi.in 3.vol.& Soc.in consi.40.colu.3.in 1.vol.vbi subiungit etiam, quid si dictum fuit in instrumento, solutionem ex certa scientia factam fuisse. & Corne.in consi.15.col.8.in 1.vol.vbi extendit hanc.l.ad promittentem.& ibi paulò post ait Bar.id quod detrahitur per legem falcidiam, deberi naturaliter. De hac re vide Alex.in l.j.in fi.ff.ad leg.falcid.

2 Bar.in ead.l.j.versi.sumus expediti, quærit utrum relictum † ex testamento non solenniter debeatur? De hac re,& an is, cui debetur ex tali testamento, sit tutus in foro conscientiæ, vide Feli.in c.1.col.2.de const.Bal.in c.ad audientiam, col.2. de rescrip. & omninò Alex. consi.22.Viso consilio, col.pen.in libro primi & secundi vol.Attende in hac materia si testoris uoluntas perfecta est ratione uoluntatis, licèt non sit perfecta ratione solennitatis, tamen let quò ad pias causas,& inter liberos. Anch.in c.1.de testa.ubi etiam alij doct.tradunt,& habetur in l.si is qui.ff.de testam.Bal.in l.fi.C.famil.erciscun.& Io. de Anan. in consi.57.Sed si testamentum nullo modo fuit publicatum, non ualet etiam quò ad pias causas, quamuis scriptum sit de voluntate testatoris. Alex.in cons.105.in 7.vol.& Oldr.in cons.119.De qua re vide omninò Dec.eleg.in consi.488.

3 Bar.in ead.l.j.col.4.ait in testamento † quandam esse formam substantialem, ut uoluntas, & aliam esse formam probationis: ut quòd ibi sint 7.testes. Ex hoc Bartoli documento colligitur, numerum 7. testium non esse de forma substantiali ipsius testamenti. sed *contrarium apte* idem sensit in l.nemo potest.ff.de lega.1.& ibi Aret.col.3.& 7.& in l.hæredes *palàm.ff.de* testa.in princ.& Ias.in d.l.nemo, ubi pro opinione Barto. adducit tex.in l.si unus.C.de testa.ut ibi per eum. vide Alex.& alios hic,& Bar.in l.vniuersa.C.de precib.imper.offer.& Io.Annibalem in repet. d.l.nemo potest. Attende in re proposita unum singulare, quia etiam si testamentum nisi 7.testibus probari non possit, tamen duo tantum sufficiunt, quando compromissum est factum in arbitratorem, qui possit procedere iuris ordine non seruato: ita Gemin. in summa, 2.q.4.& uide trad.in c.1.de pact.Item aduerte, quia & si in reuocatione † testamenti eadé, quæ & in eius confectione solennitas exigatur. d.l.hæredes palàm, tamen hoc limitatur non habere locum, qñ testator coram duobus testibus & notario diceret, cancella illud testamentum quia eo modo absque noua solennitate reuocatum esse censetur. Imol.in l.proximè. colu.2.ff. de his quæ in testa.delen.Prætereà non est hoc in loco prætermittendum, testamentum inuentione esse de iure gentium, non autem de iure ciuili, ut disputat & concludit Mart. Laudens. in tract.de primogenitura, secutus Bar.in l.interdum, infrà eod.tit.Et propterea inferri potest secundum eum si testamentum † apud Turcas conficeretur, illud coram duobus testibus ualidum esse. de quo dic ut ibi per eum. Attende etiam si in testamento 7.testes interfuissent, & duo ex his negant se interfuisse, utrum huiusmodi testamentum sustineatur in uim codicillorum, quando opposita fuit in eo clausula codicillaris, an non? Dicas illud non sustineri: quia ex quo duo ex testibus necessariis contradicunt, fidē non facit de cōtentis in eo, alioqui uerò si à principio quinque tantum interfuissent. Soc.eleg.in cons.28.in 3.vol.

6 Bar.in d.l.j.in fi.tradit, eum, qui tutus † est aliqua exceptione inducta ad rigorem iuris conseruandum, repetere non posse solutum indebitè. ponit exemplum in eo, qui tutus est excep-

tione

ptione fori vide Aret.in consi.33.col.1.& in c.dilecti,col.2.de iudic.Et dum Barto. subiungit aliud exemplum in exceptione,quam habent fideiussores, ut prius conueniatur debitor principalis. Dic ad hoc communiter adduci gl.in l.si mancipium.§.1.C.de euict.

Bar.in l.ij.§.si quid.ff.de condi.ind.

LIMITA istum tex.ut procedat quando aliquis soluisset nomine hæredis, alioqui uerò si nomine proprio. Dec. in consi.348.vbi etiam tradit, quid in dubio sit iudicandum, quando non apparet an proprio nomine,uel hæredis sit facta solutio.

Summarium in l.si procurator.ff.de cond.indeb.

1 *In generali mandato non continentur illicita.& nu.2.*
3 *Procurator sine speciali mandato impetrare non potest capturam alicuius uel relaxationem.*
4 *In generali mandato non comprehendi ut procurator possit appellare ab executione, etiam si in mandato contineretur eum appellare posse à quacunque sententia diffinitiua & interlocutoria.*

Bar.in l.si procurator.ff.de cond.indeb.

1 BAR. in d.l.si procurator,col.2.ait,in generali † mandato non contineri aliquid illicitum, neque ut procurator posit quicquam facere,propter quod dominus posit in pœnam incidere. Aduerte quamuis Bar.hoc sumat ex isto tex. tamen in eo de pœna nulla fit mentio. tamen fortè Bar.id,quod accidit frequentius,considerauit,& licèt illicitum posit esse sine pœna, tamen quia illicitum plerunqne aliqua pœna coercetur.l.testamento.§.fi.ff.de man.testa.ideò ad hoc respexit Bar. secundum.l. nam ad ea.ff.de legi. Et ista regula procedit etiam si procurator
2 † generale mandatum haberet cum libera.ff.de his quæ in frau.cred.Quinimmo hoc locum habet etiam si dominus iurasset de non contraueniendo ijs, quæ à suo procuratore gesta essent: ita egregiè docuit Bal.in c.1.col.8.ut lit.non contest.per glo.in l.non uidetur.§. qui iussu.ff.de reg.iur. Et ad hoc Bar.documentum uide Feli.in c.nouit,nu.28.cum seq.de iudic.Soc.in consi.
3 120.col.3.in 1.vol.& in consi.131.col.3.eod.vol.Hinc dici solet,procuratorem † sine speciali mandato impetrare non posse capturam alicuius, uel relaxationem capti. Feli. in c.1.num.21. cum seq.de iudic.citat Bar. in consi.83. In causa Statij. & egregiè Soci. in d.consi.131. Adde quòd si procurator liberam habens administrationem soluit indebitum, non transfert dominium tex.est not.in l.si is cui.§.Flauius.ff.de solut.tradit Fulg.in consi.190.col.2. propè fi. Accedit ad præfata quod ait Bal.in c.nonnulli,in fi.de rescrip.scilicèt in generali mandato non cõtineri, ut procurator posit cõpromittere: quia compromissum periculosa res est.l.diem proferre.§.stari.ff.de arbitr.& hoc est ex mente Bar.in prima illatione, quamuis in specie hoc non dicat. Prætereà non ab re puto esse memorabile illud Angeli documentum in l.ab executore, col.4.& in l.si expressim,col.27.C.de appella.quo traditum est,in generali mandato non com-
4 prehendi, ut procurator † posit appellare ab executione, etiam si in mandato contineretur, eum appellare posse à quacunque sententia diffinitiua, & interlocutoria: sed ad hoc speciale mandatum exigitur,propter tex.in l.ab executore.C.quor.appell.non recip.aitque se hoc in facti contingentia obtinuisse. Et hoc confirmat Feli.in c. quod ad consultationem.nu.32. de re iudic.Adde ad prædicta quod cõsuluit Rom.in consi.241.col.fi.& in cõsi.60.& Pet.de Anch. in consi.367.In quæsito superius facto. Et uide Gemin.in c.pen.propè fin.de electi.in 6.& in c.eum qui.de præben.in 6.& omninò Alex. in consi.226.incipien. Pulchrè respondit, cũ seq. in 4.vol.& in consi.22.in 1.vol.& in consi.174. in libro primi & secundi vol. Vide etiam Feli. in c.causam quæ de iudic.& in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de constit.col.2.& col.23.versi,ex quibus.& Cæpol.in consi.15.& 16.Barb.in consi.7.in 1.vol.& in consi.47.colu.9.eodem volu.& Antonium de Prato in consi.16.inter consilia Barb.in 1.vol.in fi.& Bar.in l.j.§.fi. ff.quand.appel.sit Ant.de Butr.in consi.66.& in consi.74.rursus Rom.in consi.34. & in consi.226. col.3. & in consi.241.colu.3.Imol.in consi.76.& in consi.84. in fi.& in consi.146.col.4.Et uide bonam gl.in c.dilecto,in voce generalis,de præben.Ana.in consi.12. col.2. & in consi.25. col.2.

Oldr.

Oldr.in consi. 66.Aret.in cons. 143.& pulchrè Soc.in d.cons. 231.col. 3.in 1. vol.Pau.de Cast. in consi. 262.& Dec.in cons. 125.in fi.& plenè Feli.in c.1.col. 6.cum seq.ut lit.non contest.

Summarium in l.quod nomine.ff.de cond.indeb.

1 *Maritus qui est tutus exceptione ne exigatur, nisi inquantum facere potest, solutum per errorem repetere non potest.*

Bar.in l.quod nomine.ff.de cond.ind.

1 BART. in d.l.quod nomine, colligit ex isto tex.maritum † qui est tutus exceptione, ne exigatur nisi inquantum facere potest, solutum per errorem repetere non posse. Hoc idem affirmat Ias.in l.fuit quæsitum, in ultimo notabili.ff.de acquir. hæred. Attende in hac materia, quia licèt maritus hoc priuilegio perfruatur, ut conueniri non possit nisi inquantum facere potest, tamen ista regula patitur.20.limitationes, ut tradidit Io.Campegius in tractatu de dote, quæst. 238.tertiæ par. vbi etiam docuit in quæst.seq. quomodò intelligatur hoc, in quantum facere potest, an scilicèt salua dignitate mariti, vel quomodò.

Summarium in l.sed & si me putem.ff.de cond.indeb.

1 *Quando aliquis tractat de damno euitando, error in facto proprio toleratur.*

Bar.in l.sed & si me putem.ff.de cond.indeb.

1 BART. in d.l.sed & si me putem, sic ait in summa. Quando aliquis† tractat de damno uitãdo, error in facto proprio toleratur. vide Alex.in l.si diuortio. ff.de uerb. oblig. Et an & quando error in facto proprio sit tolerabilis, vide Bar.in l.j.C.de confes.& in l.Celsus.ff. de usuca. & an error iuris in damnis uitandis prosit cuicunque uide Ias. in l.iuris.c. qui admit. Et ad prædicta adde, quòd quemadmodum errans si soluit indebitum, repetere potest, ita ille, qui suspicatur.Ias.in l.eleganter, infrà eod titu. Item scias indebitum solutũ per errorem pro dote mulieris nuptæ repeti non posse. Bal.nouel.in tract.de dote, in priuilegio.44.

Summarium in l.eleganter.ff.de cond.indeb.

1 *Compromissum est quædam transactio.*
2 *Statuto præcipiente compromissum inter coniunctos fieri debere, opponi potest rem esse in iudicio decisam.*
3 *Res non dicitur iudicata donec appellari potest.*
4 *Compromissum factum de re iudicata & clara, nullius est roboris.*
5 *Præscriptionis exceptio an litis ingressum impediat.*

Bar.in l.eleganter.ff.de cond.indeb.

CIRCA hanc.l.& eius materiam uide Decium in consi.351.

1 Bar.in d.l.eleganter, ait, compromissum † esse quandam transactionem. & ideò sicut de re liquida transigi non potest, ita neque compromitti. Circa hoc primum dictum Bar. scilicèt com-
* promissum esse transactionem, quamuis Doct.* communi consensu hoc affirmare uideantur, contrarium tamen intrepidè tenuit Io. Baptista Caccialupus in tract. de transactionibus, in 3. quæst. dicens impropriè & largè transactionem appellari. Circa illud autem, quod compromissum, & transactio de re liquida, & iudicata fieri non potest, vide Bal.& Alex.in l.j.ff.de transac.
2 & Alex.in l.fratris, in fi.C.de transact. in quibus locis traditum est, statuto præcipiente † compromissum inter coniunctos fieri debere, opponi posse rem esse iudicio decisam. & Alex.in l. causas.C.eod.tit.vbi hoc idem confirmat. & ideò ait renunciandum esse rei iudicatæ, ut compromissum ualeat. & in consi.82.in 1.vol.Abb.in c.1.cum ibi addit.de rescript. & in consi.85. col.2.in 2.vol.& in consi.97.eod.vol.& in c.exposita, col.pen.de arbitr.Bal.in c.pastoralis, col. 1.de rescrip.Aret.in consi. 228.Ang.in consi.219.& Caccialup.in d.tract.in 9.quæst.& omnino uide Alex.in consi.135.in 6.vol.vbi ait, compromissum nunquàm intelligi esse factum, ne-
3 que fieri posse de re liquida, & clara. Et quia Bart. subiungit rem non dici iudicatam † donec appellari potest. Quæro si à sententia extitit appellatum, & postquam supersunt duo dies tantum ad prosequendam appellationẽ, factum est compromissum in absentem, qui trãsactis octo diebus

diebus compromiſsi onus ſuſcepit: An ex hoc ſententia in rem iudicatam tranſijſſe cenſeatur, ita ut compromiſſum inane reddatur, an uerò ſententia compromiſſo intelligatur eſſe ſuſpenſa? Raph.Fulgo. in conſi.168.ait eam in rem iudicatam tranſijſſe. Et ad prædicta uide Soci.in conſi.4.in conſi.38.& in conſi.51.in 1.vol.plenè Barb.in conſi.85.in 3.volu. & Anch.eruditè in conſi.184.Ang.in conſi.198.& in conſi.248.Bal.in conſi.349.in fi.in 3.vol. Corn.in conſi. 65.in 4.vol.Abb.in d.cap.expoſita,col.2.de arbitr.& omninò Dec.in conſi.39. ubi concludit, 4 compromiſſum † factum de re iudicata & clara nullius eſſe roboris & momenti, niſi ei fuerit renunciatum. & renunciationem huiuſmodi fieri debere in ſpecie,& dici non obſtante tali ſententia. neque ſufficit iſto caſu illa clauſula, quòd intelligatur uerti lis & quæſtio ſuper omni & eo toto,ſuper quo fuerit renunciatum. An autem & quando exceptio rei iudicatæ obſtet agenti ſuper eo,quod deductum erat in alio iudicio per uiam exceptionis, vide Soc. in conſi.246. col.pen.in 1.vol.& in conſi.94.in 3.vol.& Dec.in conſi.96.& in conſi.343. ubi ait tria requiri ad hoc,ut huiuſmodi obſtet exceptio. Primò ut idem petatur. ſecundò ut eadem ſit conditio perſonarum. tertiò ut eadem ſit cauſa. & in dubio pronunciandũ eſſe ait,huiuſmodi exceptionem non obſtare. ad hoc uide etiam Abb.in cõſi.50.in 1.vol.& Feli.in c.aduerſario,de excep. 5 An autem etiam præſcriptionis † exceptio litis ingreſſum impediat? vide Soc.in conſi.38. col. 3.& in conſi.203.in 1.vol. Et diſtingue, aut probari poteſt incontinenti, & tunc impedit litis ingreſſum,& conſequenter compromiſſum. Aut requirit altiorem indaginem, & tunc ſecus; ut docuit Bar.in l.fi.ff.pro ſuo. quem declarat Aret.in conſi.98. Et breuiter quæ nam ſint exceptiones,quæ impediunt litis ingreſſum, uide apud Martinum de Fano in tract. de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum.

Summarium in d.l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de cond.indeb.

1 *Exceptio quando opponi debeat.*

2 *Exceptio loci non tuti opponi poteſt,etiam poſt litem conteſtatam.*

Bar.in d.l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de cond.ind.

1 Bart. in ead.l.§.ſi quis poſt,tractat, quando exceptio † opponi debeat. aitque in primis opponendam eſſe exceptionem fori in principio,priuſquam aliquis actus fiat,per quem in iudicem conſentiri uideatur. Aduerte tamen,quia eam opponi poſſe etiam poſt litem conteſtatam uidetur probari in l.nulli,& ibi Alberi.C.de iudic.de qua re uide plenè Feli.in c.paſtoralis, de except.Subiungit poſtea Bar.exceptionem excommunicationis etiam poſt litem conteſtatam obijci poſſe: quia ſicut excommunicatus erat ab initio,ita etiam poſt.vide Feli. in c. exceptionem,col.6.verſi.fallit tertiò.& col.12.verſi. item iſta exeptio, de exception.& Alex.in l.j. §.ſublata.ff.ad Trebell.& in l.j.§.1.ff.de feri.& trad.in c.fi.eod.tit.de fer. Adde ſimiliter oppo- 2 ni poſſe exceptionem † loci non tuti, etiam poſt litem conteſtatam: quia quotidie grauat. & idem eſſe dicendum in quacũque alia exceptione,quæ quotidie grauat, aperit Feli.in c.Accedens.2.col.pen.& fi.ut lit.non cont. Et dum Bar.proſequitur,quando opponi debeat exceptio dilatoria,uel peremptoria,quærendum eſt, an ſi exceptio dilatoria fuit omiſſa in cauſa principali,poſsit poſteà obijci in cauſa appellationis? vide Feli.in c.ad audientiam. 2.nu.26.de reſcri. ubi ſubſequenter tradit,quid quando huiuſmodi exceptio negligentia,uel dolo fuit omiſſa.quę autem dilationes ſint dilatoriæ,& quæ peremptorię, & infrà quod tempus opponi debeant, & non,vide Feli.in c.paſtoralis,de except.& plenè in c.ad audientiam,eod.tit.

Summarium in d.l.eleganter.§.ſi qua lex.ff.de cond.ind.

1 *Ille tenetur ſaltem ciuiliter contra quem eſt lata ſententia,licet id non debeatur.*

Bar.in d.l.eleganter.§.ſi qua lex.ff.de cond.inde.

1 Bart. in ead.l.§.ſi qua lex,in fin.ait,eum † teneri ſaltem ciuiliter, contra quem eſt lata ſententia,licèt id nõ debeatur.ſed an hoc idẽ locũ habeat ẽt in laudo uide Paul.de Caſt. in cõſ.70.

Summarium in l.ſi non ſortem.ff.de cond.indeb.

1 *Lex quando reſiſtit contractui,ex eo neque obligatio ciuilis neque naturalis oritur.*

Bar.

De condictione indebiti.

Bar.in l.ſi non ſortem.ff.de cond.indeb.

1 BART. in d.l.ſi non ſortem,inquit,quando lex † reſiſtit contractui, ex eo obligationem ne que ciuilem neque naturalem oriri. Amplia hoc habere locum etiam in prohibitione iudicis, ut eſt tex.not.in l.is cui bonis.ff.de uerb.oblig.ubi ſi prodigo interdicitur adminiſtratio bonorum,non poteſt poſteà ciuiliter aut naturaliter obligari, licèt ante interdictionem obligari po
* tuiſſet,ſecundum * comm.opin.doct.Et vide Rom.in conſi.437.in primo dubio.colu.1. Adde tantam eſſe huius reſiſtentiæ uim & potentiam,hoc eſt,quando contractui lex reſiſtit, ut iuſiurandum accedens nullius ſit roboris & momenti, quando lex ſuam prohibitionem dirigit in perſonas contrahentium.Barb.in conſ.66.inter cõſilia Curtij.& Alex.in cõſ.81.nu.2.in 3.vol.

Summarium in d.l.ſi non ſortem.§.ſi quis falſo.ff.de cond.indeb.

1 *Quamuis ego ſciam me non teneri ad uſuras, ſi promitto uel ſoluo tibi uſuras ne uexer ſuper debito principali,non poteſt dici me ſcientem indebitum ſoluere uoluiſſe.*

Bar.in d.l.ſi non ſortem.§.ſi quis falſo.ff.de cond.inde.

1 BART. in ead.l.§.ſi quis falſo,ait, quamuis ego ſciam † me non teneri ad uſuras,ſi promitto uel ſoluo tibi uſuras,ne uexer ſuper debito principali,dici nõ poſſe me ſcientem indebitum ſoluere uoluiſſe. hoc idem tradit Alex.in conſ.80.col.2.in 3.vol.

Summarium in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.indeb.

1 *Nemo cogendus eſt ſtare in communione.*
2 *Datio inſolutum quæ fit plus debito in totum uitiari.*
3 *Si datio inſolutum ſit per uiam contractus,an teneat.*
4 *Dationem inſolutum debitorem uſque adeò à debito liberare, ut tollatur hypotecaria quæ erat in bonis, & etiam fideiuſſio debitoris.*
5 *Datio inſolutum an contineatur in ſtatuto diſponente de alienatione.*
6 *An & quando res poſſit pro eo quod non eſt debitum retineri ratione eius,quod uerè debitum eſt.*

Bar.in d.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.ind.

1 BART. in ead.l.§.ſi centum,inquit,neminem † eſſe cogendum ſtare in communione. Adde rationem eſſe,quia communio parit diſcordias. vide doct.maximè Iaſ.in l.qui Romæ.§. co hæredes.ff.de uerb.oblig.& in l.non amplius.§.cùm bonorum.ff.de lega.1.Et an & quando pactum perpetuæ communionis ualeat,vide Dec.in conſi.265.& Feli.in c.ſi diligenti. nu.28. de for.comp.Et an & quando pactum de non diuidendo aliquas res ualeat,vide Soc.in conſ.278. col.pen.& fi.in 1.vol.

2 Bar.in d.§.ſi centum.verſic.Tene etiam menti,inquit,dationem † in ſolutum, quæ fit plus debito,in totum uitiari. idem uoluit Bal.in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet. Ad rem facit.l.cùm amplius.ff.de regul.iur.Contrarium tamen uidetur ſenſiſſe idem Bar.in l.poſt contractum.ff.de donat.propè fi.vbi ait,eam uitiari ſolum pro ea parte,quæ uerum debitum excedit. vide Alex.in l.iuſtè poſsidet,colu.5.ff.de acquir.poſſ.& Bald.in l.fi.ff.quod met.cau.& in l.ſunt & alij.ff.de public.Abb.in conſi.43.in 2.vol.Barb.in c.ſuper eo,col.7.de off.deleg.& ibi Felin. col.12.Alex.in conſi.227.Viſo themate,col.1.in libro primi & ſecundi vol.vbi apertiſsimè tenet,dationem in ſolutum factam pro debito non uerò nullius eſſe roboris & momẽti.& Rom.
3 in conſi.450.ubi etiam tradit,quid ſi datio † in ſolutum fieret per uiam contractus. & in conſ. 454.vbi loquitur quando debitum erat pro parte uerum,& pro parte falſum,an ſuſtineatur in ea parte,in qua eſt uerum. & ibi loquitur etiam de immiſsione ex primo decreto. vide etiam omninò Bal.in c.quoniam frequenter.§.ſin autem,ut lit.non conteſt.colu.2.& in conſi.122.in 3.par.& in conſi.75.in 1.par.ex cuius dictis colligi poteſt declaratio. & in conſi.496.eod.vol. ubi ponit pulchrum caſum. vide etiam Fulgo.in conſi.187.& in conſi.172.& in conſi.190.& omninò Dec.in conſi.403.col.5.ubi ſequitur Bar.hic. & idem concludit in d.l.cùm amplius ſolutum.ff.de reg.iur.Poſtquam hic agimus de datione in ſolutum,nolo ſilentio præterire unum

ſcitu

4 ſcitu dignum,ſcilicèt, dationem † in ſolutum debitorem uſque adeò à debito liberare,vt tollatur hypothecaria,quæ erat in bonis,atque etiam fideiuſsio debitoris. & ideò quamuis res data inſolutum poſteà euincatur,non poteſt creditor habere regreſſum amplius contra bona,neque contra fideiuſſorem: quare oportet creditorem eſſe cautum, vt cùm accipit dationem in ſolutum,proteſtetur ſe uelle reſeruare ſibi ius contra hypothecam,& contra fideiuſſores. Cæpol.in caut.123.Et qua cautela ſibi prouidere debeat ſi res euinceretur, docuit idem Cępol.in
5 caut,147. Quæro etiam utrum datio † inſolutum in ſtatuto diſponente de alienatione cõtinea tur? Dec.in conſ.586.nu.9. ait eam contineri & comprehendi. idem uoluit Io.Bertachinus in tract.de gabellis,in 3.membro octauæ par.princip.nu.9. Hoc idem apertè uoluit idem Dec.in conſ.60.vbi ait,proximiorem,qui uigore ſtatuti ad recuperanda bona alienata admittitur,pari ratione poſſe bona data in ſolutum redimere.vide ad hoc Alber.in 2.par.ſtatu.q.2.& in 1.par. q.110.aliàs 88.& Barb.in rubr.de reb.eccl.alie.uel non.in vlti.fol.& Rom.in conſi.107. & ad rem facit quod dixit in conſi.219.in 2.col.ſi uerò ſtatutum de uenditione diſponeret, tunc datio in ſolutum neque permutatio contineretur.Aret.in conſi.124.

6 Bar.in eod.§.ſubiungit,an & quando res poſsit † pro eo, quod non eſt debitum, retineri ratione eius,quod uerè debitum eſt. vide Imol.in conſi.112.col.antepe.& ſeq. Capram in conſ. 55.col.pen.Bal.in conſi.376.in 1.uol.Paul.in conſi.168.in nouis,& in conſi.316. & Abb.in c. 1.col.2.de reſti.in integr.Et dum Bar.agit de expenſis factis propter utilitatem ipſius rei, vide omninò quæ poſui ad Bar.in l.in fundo.ff.de rei uend. ubi multa ſcitu digna in hac materia expenſarum poſita ſunt.

Summarium in d.l. ſi non ſortem. §. qui filio.ff.de cond.indeb.

1 *Qui ignorans mandatum reuocatum ſoluit, liberatur.*

Bar.in d.l.ſi non ſortem.§.qui filio.ff.de cond.indeb.

1 Bar. in ead.l.§ qui filio,ſic ait in ſumma: qui ignorans † mandatum reuocatum ſoluit,libe ratur. vide Alex.qui hoc documentum refert & ſequitur in conſ.162.in 5.vol.& an & quando reuocatio procuratoris notificari debeat,vide Alex.in conſi.83.in 7.vol.& Raph.Cum.in cõſ. 148.& Abb.& alios in c.mandato, de procur.

Summarium in d.l. ſi non ſortem. §. libertus.ff.de cond.indeb.

1 *Verba ſemper ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonæ ad quam diriguntur.*

2 *Famulus qui tibi promiſit ſeruire utrum is poſſit alium in locum ſuum delegare.*

1 Bart. in ead.l.§.libertus,col.6.verſ.& prædicta faciunt, ait uerba † ſemper eſſe intelligenda ſecundum qualitatem perſonæ ad quam diriguntur.De hac re uide plenè quæ poſui ad Bar. in l.plenum.§.equitij.ff.de uſu & habit.& Fulg.in conſi.27.

2 Bar.in eod.§.& col.in fi.dum loquitur de famulo,qui tibi promiſit † ſeruire, vtrũ is poſsit alij concedi,uel delegari; vtitur promiſcuè hoc verbo,concedere & delegare,cũ tamen differant. l.j.& ibi glo.C.de nouat.tradit Alex.in l.ij.in princ.col.pen.ff.ſol.matr.

Bar.in eod.§.libertus,col.pe.verſ.tertiò dicunt,tractat, cuius expenſis operæ ſint præſtandæ. vide Felin.in c.1.col.4.de libel.oblat.

Lucubrat.in l.iudex.ff.de cond.indeb.

1 Limita iſtam.l.iudex.vt nõ habeat locum † in ſententia lata inter uirum & uxorem, vt per Rom.in ſingul.308.Tu ſcis quòd donatio. quem refert & ſequitur Iaſ.hic.

Summarium in l.interdum.ff. de cond.indeb.

1 *Pecunia eſt de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

2 *Teſtamentum fuit inuentum de iure ciuili.*

Bar.in l.interdum.ff.de condi.indeb.

1 Bart. in d.l.interdum,col.1.verſic.Nota iſtam glo.ait,pecuniam † eſſe de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Dicas in hac re uarias eſſe Docto. ſententias, vt uidere eſt apud

glo.& doct.in l.j.§.quæsitum.ff.ad trebell.in l.agitur.ff.de iur.delibe. & in l.Iulianus.ff.de peti. hæred.Abb.in c.nonnulli,in uersi.de pecunia etiam,de reb.eccl.non alien.& Io.de Ana.in c.licèt Hely.col.3.de simon.Pecunia enim ordinatur ad aliud,sicut ad finem,ut ait B. Thom.in 2. secundæ de auaritia. c.ad septimum. Et pecunia, teste Cicerone in secundo Rhetoricorum, est aliquid non propter suam uim & naturam, sed propter fructum & utilitatem ex ea prouenientem. Ad pecuniæ autem usum tria requiruntur secundum Aegidium in libro de regimine principum.c.17.Primò ut eam non acquirat unde non debet.secundò ut accipiat unde debet. tertiò ut expendat eam prout debet.

2 Bar.in ead.l.col.3. in principio ait, testamentum † fuisse inuentum de iure ciuili. De hac re uide omninò Alex.in consi.2.col.pen.in 1.vol.& in cons.229. Visis codicillis,col.3.in libro primi & secundi vol.& Curt.in consi.65.Fulg.in cons.61.col.pe.& plenè Martinum Laudensem in tract.de primogenitura, ubi latè disputat hunc articulum,& demum accedit ad hoc Bartoli documentum. Et ex hoc infert ad quæst.utrum testamentum apud Turcas coram duobus testibus confectum ualeat, an non? & conclude vt ibi per eum. Adde testamenta apud Romanos in acie hoc modo fieri consueuisse: milites enim antequam arma induerẽt,tribus aut quatuor audientibus dicebant: Talem hæredem instituo.Plutarchus in uita Coriolani.

Summarium in l.qui inuicem.ff.de cond.indeb.

1 *Quando duo sunt ad inuicem debitores in quantitate, ita ut compensatio opponi possit, & unus soluit alteri, utrum prohibeatur petere quod sibi debetur.*

Bar.in l.qui inuicem.ff.de cond.indeb.

1 Bart. in d.l.qui inuicem,tractat, quando duo † sunt adinuicem debitores in quantitate, ita ut compensatio opponi possit,& unus soluit alteri, absque eo quòd opposuerit compensationem,utrum propterea prohibeatur petere quod sibi debetur? & eum non prohiberi tradidit idem Bar.& Ias.in l.siquidem.C.de trãsact.Bar.in l.si cùm dos,in princ.ff.rer.amot. & Alex. in consi.164.Viso themate.col.pen.in lib.primi & secundi uol.

Summarium in l.cum is.§.fideiussor.ff.de cond.indeb.

1 *Eadem solutio parere non potest liberationem & repetitionem.*

Bar.in l.cùm is.§.fideiussor.ff.de cond.indeb.

1 Bart. in d.l.§.fideiussor,colligit ex isto tex. eandem solutionem † parere non posse liberationem,& repetitionem. vide exemplum apud Alex.in consi.69.in fi.in 3.uol.

Summarium in d.l.cum is.§.si mulier.ff.de cond.indeb.

1 *Error quando à pietate causatur, cessat repetitio indebiti.*

2 *Indebitum solutum per errorem pro dote mulieris nuptæ repeti non potest.*

Bar.in d.l.cùm is.§.si mulier.ff.de cond.indeb.

1 Bart. in ead.l.§.si mulier, sic ait in summa. Quando à pietate † causatur error,cessat repetitio indebiti. Vide Roma. in consi.42. vbi loquitur in soluente legata ad pias causas ex testamento,ex quo nullus adiuit. Et dum Bart. agit de solutione facta dotis causa, vt repeti non possit, nisi quando causa pietatis induxit aliquem ad credendum se esse obligatum, non quòd ipsa dos sit pietas, colligitur ex dictis Bartoli causam dotis non debere inter causas pias annumerari. vide Alex.in l.si constante.col.13.ff.solu.matrim.vbi idem tenet,& Abb.in consi.106. in 1.vol.Barba.in consi.87.in 4.vol.Dec.in consi.72.& in consi.348. vbi sequitur Bar.hic de-

2 clarando etiam quando solutum ex causa dotis repeti non potest. Et quòd indebitum † solutum per errorem pro dote mulieris nuptæ repeti non possit, tradit Bal.nouell.in tract.de dote, in 44.priuilegio. Et dotis causam propriè dici non posse causam piam, nisi quando datur pro paupere,vel pro ea,quæ quamuis non sit pauper, tamen inspecta eius dignitate & conditione nõ potest nubere pari: egregiè docuit idem Bal.nouel.in d.tract.in 5.par.& Io.Campegius in suo tracta.de dote in 9.q.primæ par.Tamen eam esse causam piam tenuit Socin.in consi.291. col.6.

col.6.in 1.vol.& dotem.propriè esse causam piam tenet Baptista à sancto Blasio in tract. de priuileg.dotalibus.in 206.priuilegio, vbi ex hoc infert,de legato dotis tanquam de legato ad piã causam non detrahi Falcidiam,per auth.similiter.C.ad leg.Falcid.

Summarium in d.l.cùm is.§.qui hominem.ff.de cond.indeb.

1 *Obligationem in genere consistentem,& obligationem alternatiuam æquiparari quò ad soluendum.*

2 *Testator mandauit quædam esse ad pias causas eroganda prout uidebitur executoribus testamenti, ipsi executores negocium priuilegiatum elegerunt, vt putà fabricam ecclesiæ, & episcopus loci quartam petebat, an ista quarta debeatur.*

Bar.in d.l.cùm is.§.qui hominem.ff.de cond.indeb.

1 BART. in ead.l.§.qui hominem,ait obligationem † in genere consistentem, & obligationem alternatiuam æquiparari quò ad soluendum: quoniam quilibet soluere potest quod vult, alioqui uerò quò ad repetendum: quia soluens in alternatiua obligatione non repetit, sed in obligatione generis datur repetitio. & ratio est secundum Bar. quia in obligatione generis nihil est in obligatione,secus in alternatiua. Attende hanc rationem Bartoli quæ nõ uidetur posse subsistere: quia id,quod ab obligato in genere solutum est, fingitur à principio fuisse in obligatione.l.cùm incertus.ff.de leg.1.Et pro ista opinione adduco not. tex. in l.vnum ex familia. §.1.ff.de leg.2.vbi ille, qui potest ex permissione testatoris eligere unum de certo genere, vt putà ex familia testatoris,cum primùm unum elegit, ille in specie censetur usque à principio electus à testatore. & per istum tex.egregiè decidit pulchrum casum Abb.in c.in causis. col.3.

2 de elect.qui ei in facti contingentia euenit. Quidam testator † mandauit quædam esse ad pias causas eroganda, prout videbitur executoribus testamenti. isti executores negocium priuilegiatum elegerunt,vt putà fabricam ecclesiæ: Episcopus loci quartam petebat: fuit ei responsum,de legato facto pro fabrica quartam non deberi.c.fi.de testam. Replicatum fuit,fabricam non à testatore sed ab ipsis executoribus electam fuisse: decidítque Abb.per text.in d.l.unum ex familia, quartam non deberi: quoniam illud,quod factum fuit ab executoribus, usq; à principio ab ipso testatore factum existimatur. & pulchras decisiones ad rem hanc facientes, uide apud Feli.in c.cùm.R.canonicus,de offic.deleg.& de illo tex.in d.l.vnum ex familia, bene loquitur Soci.in consi.94.in 1.vol. Ad idem est glo.not.in l.apertissimi, in fi.C.de iudi.quæ ait, si do electionem alicui,electionem ab eo factam,à me factam esse censeri. Ex quibus infertur, pari ratione in re proposita concedendum esse,illud,quod solutum est ab eo,qui erat in genere obligatus, usque ab initio in obligatione fuisse censeri. propterea fortè melior & noua ratio differentiæ inter casus prædictos afferri posset,& dici,in obligatione alternatiua, quæ inter parum dissimilia communiter fieri solet, parum præiudicium esse posse, an magis in una re quàm in alia fiat solutio,vt habetur in l.j.ff.de reb.dub.& ideò attento hoc modico præiudicio mirum non est,si non datur repetitio. id quod alioqui est in obligatione generis: nam inter artifices longa est differentia.l.inter artifices.ff.de solu.& hoc patet ad sensum, igitur facilius repetitio est concedenda ratione illius maioris præiudicij, quod euenire posset.

Summarium in l.seruus.ff.de cond.indeb.

1 *Pecunia recepta ut reddatur res,in qua aliquis recipiendo pignori furtum commisit, repetitur.*

Bar.in l.seruus.ff.de cond.indeb.

1 BAR. in d.l.seruus,sic ait in summa. Pecunia † recepta ut reddatur res, in qua aliquis recipiendo pignori furtum commisit,repetitur. Vide de hac re Io.de Anan.in consi.70.& Bald.in consi.131.in 3.par.vbi loquitur in monacho.

Summarium in l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.

1 *Inter patrem & filium existentem in potestate non oritur obligatio ciuilis, sed tantùm naturalis.*

2 *Pater an filijs obligetur ad reddendam rationem administrationis bonorum maternorum.*

3 *Quare inter duos filios ciuilis obligatio non contrahatur.*

4 *Qui aliquid facere non potest, alteri hoc idem facienti consentire non potest.*
5 *Papa sibi successorem eligere non potest.*
6 *Papa uiuens potest consentire Cardinalibus, vt eius eligant successorem.*
7 *Inter patrem & filium in aduentitijs an oriatur ciuilis obligatio.*
8 *Actio de peculio an sit in rem, vel in personam.*
9 *Hæreditas iacens dari potest.*
10 *Hæreditas paterna continuatur in filio immediatè mortuo patre.*
11 *Filius qui recepit pecuniam debitam patri, censetur eius hæreditatem adire.*
12 *Filius quando debitum patris, vel hæres debitum testatoris soluit, censetur hæreditatem adire.*
13 *Ille qui soluit in dubio, magis proprio quàm alieno nomine actum gerere existimatur.*
14 *Quando peruentione peculij extinguitur obligatio naturalis, utrum extinguatur respectu quotæ, an uerò quantitatis.*
15 *Si frater soluit alijs creditoribus ex necessitate, potest repetere iudicio familiæ erciscundæ: si verò ex uoluntate, tunc agendum est actione negociorum gestorum.*
16 *Dominus an possit seruo naturaliter obligari.*
17 *Quando debitum naturale est simplex absque peculio tunc nec ab ipso filio deducitur, nec ipse à cohærede.*
18 *An & quando pater possit contrahere cum filio.*
19 *Quando dicatur fieri palàm.*
20 *An inter patrem & filium donatio fieri possit.*
21 *Donatio inter patrem & filium morte patris confirmatur.*
22 *An & quando pater possit esse autor in donatione, quæ sibi fiat à filio.*

Bar.in l. frater à fratre.ff.de cond.indeb.

BART. in d.l.frater à fratre,col.4 versi.Et primò circa primam partem, quærit quæ sit ra-
1 tio quòd inter patrem † & filium existentem in potestate non oritur obligatio ciuilis, sed tantũ naturalis: atque ita sentit expressè inter patrem & filium non oriri obligationem naturali excepta. Hoc idem sequitur Alex.in consi.150.in lib.primi & secundi uol.& in consi.20.in 3.volu. & Soci.in consi.4 in 1.vol.vbi tenet, diuisionem bonorum factam inter patrem & filium nul-
2 lius esse roboris & momenti. Sed an pater † filijs obligetur ad reddendam rationem administrationis bonorum maternorum? & dicas eum non teneri, pro bonis uerò aduentitijs filiorũ quid fieri debeat, vide omninò Soci.in consi.34.col.pen.in 1.vol.vbi multùm extollit opinionem Salic. vt ibi per eum. & dum Bar.in ead.col.in fi.tradit regulam, quòd ex qua causa recipiendo ab alio, tu acquiris mihi,ex eadem stipulando tibi non obligor. Limita istam regulam ut per Bar.infrà in 6.col.versic.venio. & ubi cessat hæc regula, pater filio obligatur, vt ibidem per Bar.in uers.pro cuius.
3 Bar.in ead.l.col.5. in princip. tradit rationem, quare inter duos † filios ciuilis obligatio non contrahatur, vt ibi in versic. Responde ex prædictis. Tu ex hoc Bartoli documento potes inferre, quemadmodum inter patrem & filium donatio non consistit, ita nec inter fratres positos in patria potestate posse consistere: quia non possent donare nisi patris bona. & hoc procedit etiam si eis bonorum administratio concederetur: nam concessa bonorum administratione non uenit donatio.l.filiusfamiliàs.ff. de donat. Hoc tamen limita secundum Io.Andr.in addit.ad Specul. in tit. de instrum.edit.§.porrò quid si filiusfamiliàs,colu.2.nisi frater donaret fratri ipso patre consentiente: quoniam tunc donatio ualida esset. Sed cogita, quoniam huic limitationi & conclusioni uidetur regula refragari, quæ traditur per gl.in l.fi.in uerbo accommodare.C.de pact. & per Barto. & Bald.in l.ij.C.si aduers.donat. & per Bar.in l.si fundus.ff.de
4 pignor.scilicèt, eum, qui aliquid facere † non potest, alteri hoc idem facienti consentire non posse. Sed sic est, quòd pater filio in eius potestate existenti donare non potest.l. donationes quas parentes. C. de donatio.inter uirum & uxorem, igitur neque filio donanti fratri suo

poterit

poterit consentire. Prætereà hoc modò fieret fraus legi de persona ad personam, contra.l. non dubium.C.de legi.Et ideò uera non uidetur esse illa opinio,de qua agit Ias.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap. scilicèt eo casu patrem censeri emancipare filium quò ad illum actum: quia hoc esset uiam fraudibus aperire. De hac re uide Oldra.in consi.26.incip. Pater consensit filio.Aret. in l.placet.ff.de acquir.hæred. & Alex.in consi.20.col.2. in 3.vol. Aduerte quoniam contra id,quod de patre consentiente prædiximus, uidetur urgere: nam Papa secũdum
* opinionem * uotis crebrioribus approbatam † sibi successorem eligere non potest, secundum
5 glo.& Archid.in c.si transitus.79.dist.idq; docuit gl.summæ 8.quęst.1.& Philip.de Perus.in c. vbi periculum,de elect.in 6.Abb.& alij.in c.licèt.de elect.Abb.in c.accepimus, de pact.& in c. significasti,col.pen.de elect.Firma.in tract.de Episcopo, in 40.quæst.3.par.primi libri. ubi superaddidit,hoc,etiam si Cardinales id statuant, Pontifici non licere. Idem uoluit Marti.Laud. in secundo tract.de Cardinalibus,quæst.39.Lud. Bologninus in suo commento priuilegij Bononiensis gymnasij.Feli.in c.1.in 7.fallen.de const.& Ias.in rubr.C.qui testa.face.poss.& tamẽ
6 potest Papa† uiuens consentire Cardinalibus,vt eius eligant successorem,per c.si transitus.79. dist.qui alioqui sine ipsius consensu eligentes criminis læsæ maiestatis rei efficerentur, secundum Bald.in l.quoniam liberi. C.de testam. & citat ad hoc Innoc. atque ita est dare casum, in quo ille qui non potest facere, poterit alteri idem agenti consentire, contra prædicta. Cogita solutionem.

7 Bar. in eadem l.col.6.in princip.versic.Pro cuius declaratione, tradit an inter † patrem & filium in aduentitijs oriatur ciuilis obligatio. & concludit, eam oriri non posse in ijs, in quibus
* pater habet usufructum. Sed ista opinio Bartoli * communiter reprobatur secundum Socin. in consi.162.col.5.in 1.vol.vide Signorol.in consi.162.vbi tradit etiam quid iuris sit, si post obligationem emancipatio superuenisset.

8 Bar.in eadem l.col.8. versic. veniamus ad tertiam, quærit an actio † de peculio sit in rem uel in personam? vide eundem Bart.in l.j.colu.4.ff.de pecul. & Ias. in §.actiones, colu.6.institut. de action. Et dum Bart. in ead.col.in fi. ait ciuilem, vel naturalem solam non sufficere ad producendam actionem,limita hoc nisi ex æquitate iurisgentium,qua maioribus parere debemus: quia illo respectu inest obligatio naturalis. Bar.infrà in hac ead.l.colu.14. vbi etiam alio modo limitat: nam propter creditores peculiares pater ex contractu mutui ipsi filio naturaliter obligatur,quò ad hoc ut in peculio computetur,& creditoribus satisfiat.

Bar.in d.l.col.10.versic.sumus expediti, uenit ad expositionem secundæ glo.vt ibi per eum. Tu verò circa istam glo. diligenter aduerte: quia dum glo.citat. l. omnis, uidetur intelligere,
9 hic dari posse iacentem † hæreditatem, sed adita hæreditate, fingi hæreditatem usque à principio aditam fuisse. Sed attende alibi glo. esse singularem in l.cùm hæreditas. C. depos.quæ vult, in suis dari non posse iacentem hæreditatem. sed statim & sine temporis interuallo esse apud hæredem: & eam ibi sequitur Bald. dicens processum agitatum contra hæreditatem iacentem in suo non ualere, & tradit Aret.in consi.26.Factum super quo,in 3.col. de qua re agit idem Aret.in rubrica.ff.de acquiren.hæredit. Hic autem præsupponitur filios esse in potestate patris, & consequenter suos, igitur contra glo. hanc. & doct.rectè colligitur. nisi fortè uelis respondere, contra glo.in dicta l. cùm hæreditas, ibi tenuisse Paul.de Castro, & Salic. qui ualidæ rationi uidentur inniti, scilicèt propter beneficium abstinendi suum esse redactum ad instar emancipati, neque à creditoribus conueniri posse, nisi probetur se immiscuisse. ad quos uidetur accedere Dec. in consil.344. Applaudent rationes, in princip. Sed ijs non obstantibus uerior uidetur esse decisio glo. in dicta l.cùm hæreditas, per ea, quæ egregiè attulit Dec. in consilio 331. Pro resolutione. vbi multis rationibus & authoritatibus concludit, suum
10 † continuare in hæreditate paterna immediatè mortuo patre, & beneficium abstinendi operari solùm quò ad resolutionem huius continuationis. aitque respondendo rationi prædictæ, quæ est ut suus propter beneficium abstinendi æquiparetur extraneo, hoc esse uerum postquàm usus est abstensione, alioqui uerò antèà, vt ibi eruditè, & clarissimè aperuit, decidque

ditque pulchrum casum, vt ibi per eum, quem uideas omninò, & nunquam obliuiscaris. & pro confirmatione huius conclusionis adduco Barto. & alios in l. si infanti. C. de iur. deliberan. & Mari. Socin. iuni. (vt multos alios prætermittam) in consi. 119. nu. 23. vbi aiunt, hæreditatem suo deferri iure continuationis, non autem iure deuolutionis. Atque ita ex ijs contra istam gl. hic & doct. valdissimè infertur, & hoc diligenter attendas.

11 Bar. in d. l. col. 11. in princip. ait, filium, † qui recipit pecuniam debitam patri, censeri eius hæreditatem adire: quia hoc citra ius & nomen hæredis fieri non potest. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredita. Ex hoc Bartoli documento colligitur, filium, qui exigit debitum patris etiam naturale, effici eius hæredem, id quod est adnotandum: quia inter coniecturas, quas docuit Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. ex quibus conijcitur aliquem adiuisse hæreditatem, hæc non reperitur. & quamuis Bar. pro fundamento huius decisionis afferat text. in d. §. Papinianus. qui parum facit ad rem, cùm ibi longè diuersa ratio à casu proposito militet, vt perspici uel facilè potest: tamen arbitror aliud argumentum magno esse huic sententiæ ad-

12 iumento. proinde ita ego colligo, quando uel filius † debitum patris, vel hæres soluit debitum testatoris, censetur hæreditatem adire, l. ij. & ibi Bart. ff. de iur. delibe. Tum sic arguendo à fortiori & omittendo illud, quod sumitur à correlatiuis, de quorum ui agit Soci. in consi. 75. in 3. volu. & amplissimè Baptista à sancto Blasio in tract. de correlatiuis. Si hæreditatis aditio inducitur, quando aliquis debitum soluit defuncti, & tamen quilibet pro debitore potest soluere, eumque etiam nolentem liberare. l. soluendo. ff. de negoc. gest. Rursus dico amplius, si ille, qui

13 soluit, † in dubio magis proprio quam alieno nomine actum gerere existimatur. l. magis. ff. de solut. & tamen censetur hæreditatem adire, igitur multò magis concedendum est, eum, qui exigit debitum defuncti, ex hoc censeri pariter hæreditatem agnouisse, maximè, cùm nemo sine speciali mandato possit alteri debitum recipere. l. vero procuratori, & l. hoc iure. ff. de solut. alioqui enim ex hoc delicti coniectura sumeretur. Limita tamen omnia prædicta non habere locum in muliere, quæ non potest adire sine consensu consanguineorum: nam etiam si debita solue ret vel exigeret, vel quod longè amplius est, etiam si contractus uti hæres faceret cum interuentu consanguineorum, propterea tamen adire non existimatur: quia requiritur solennis aditio. Soc. nor. in consi. 92. col. 10. in 3. vol.

Bar. in eadem l. & col. uers. venio ad glo. super uerbo, non minus, quærit quando peruentio-

14 ne † peculij extinguitur ista obligatio naturalis, utrum extinguatur respectu quotæ an respectu quantitatis? concluditque respectu quantitatis. igitur à contrario si essent uiginti in peculio, & frater esset creditor de quinque, & quinque de peculio accepisset, obligatio extingueretur: & ita probat ille tex. ibi, si non minus. Quid autem de reliquo peculio fieri debeat, an totum ad debitorem pertineat, & soluto debito sit æqualiter diuidendum? Et isto casu opinor esse diuidendum, ac si patri soluisset, quo casu totum posteà æqualiter diuideretur. & dum Bart. ibi paulò post in ead. col. inquit, si quis uellet agere condictione indebiti, quia dando peculiũ: putat sibi prælegatum, & non facta deductione eius, quod sibi debetur, eum agere posse: vide Ias. in §. actiones autem, col. 6. inst. de action.

15 Bar. in eadem l. colu. 13. versic. Sumus expediti, tradit, si frater † soluit alijs creditoribus ex necessitate, posse repetere iudicio familiæ erciscundæ: si uerò ex uoluntate tunc agendum est negociorum gestorum actione. De hac re uide Doct. in l. ij. §. ex ijs. ff. de uerb. obliga. vbi præcipuè Ias. in 4. col.

16 Bar. in ead. l. colu. 14. in princip. tradit nunquid possit dominus † seruo naturaliter obligari? aitque eum seruo non obligari: sed respectu creditoris peculij dicitur obligari. Et quia Bar. dubitat hoc posse reluctari ijs, quæ prædixerat: sentiens in actione de peculio non esse obligationem naturalem, soluit ut ibi per eum. Adde etiam illud procedere quando pater non contraxit, ut hic fecit. sed an ex facto serui obligetur dominus? respondeas licet eum ideo non obligari, quia nihil gesserit, hic uerò ipsemet pater contraxit cum filio; atque ità factum suum interuenit: & ideò iure merito naturaliter obligatur.

Bar.

17 Bar.in ead.l.& col.ait, quando debitum † naturale est simplex absque peculio, tunc nec ab ipso filio deducitur,nec ipse à cohærede. Attende illud quod hic dicit Ang. scilicèt, etiam si obligatio naturalis non sit potens ad agendum.l.iuregentium.§. sed cum nulla.ff.de pact. tamen in diuisione, quæ fit inter fratres de hæreditate deducitur id, quod naturaliter debitum est,habere locum quando huiusmodi naturalis obligatio peculio est annexa, vt hoc in loco ait Bar.id quod est adnotandum.Et dum Bar.ibidem subiungit,dubitari posse, an respectu filij consistat contractus,& obligatio contrahatur: ego credo in hoc dubio distingui posse: aut huiusmodi res immediatè à patre procedit,& tunc non contrahitur naturalis. aut mediatè,& tunc oritur, prout Bar.distinguit suprà in 1.quæst.

18 Bar.in eadem l.col.antepen. tractat an & quando pater † possit contrahere cum filio. Vide Alexand.in consi.20.col.2.in 3.vol. & Imol.in l.j.§. quæsitum.ff.ad Trebell. & dum subiungit Bar. contractum fieri palàm & bona fide quando fit præsentibus consanguineis: Adde hoc idem esse quando fit in præsentia iudicis. Imol.in d.§. quæsitum, colu.3.& Alexan.in l.transactionem,in fi.C.de transact.not.in l.pacta nouissima.C.de pact.vbi habetur, dolum cessare iu-

19 dicis præsentia. Et quando dicatur † fieri palàm, vide tex.& ibi doct.in l.palàm.ff.de rit.nupt. & Salic.in l. ea quidem,in 6.quæst C.de accusat. Doc.in l.palàm.ff. de uerb.significa. Et dum Bar.loquitur de contractu celebrato cum interuentu amicorum uel consanguineorum, ut in eo cesset sinistra suspicio, vide Curtium in consi.43. post numerum 13.& Socin. in consi.163. colu.5.in 1.volu.vbi ait, quòd ad probandum uel metum uel dolum in huiusmodi contractu, probationes ualidiores exigerentur. Et de ijs, quæ fiunt palàm agit Alexand.in consi.31. in fi. in 7.vol.& omninò uide quæ posui ad Bar.in l.singularia,nu.4.ff.si cert.pet.

20 Bar.in eadem l.col.penult.versic.sextò quæro, tractat an inter † patrem & filium donatio fieri possit. De hac re uide Alexand.in consi.20.col.1.in 3.volu.& in l.antepen.C. qui admit.& aliqua per Abb.in consi.66.in 2.volu. Areti.in consi.2.in consi.17. & in consi.77.Et an huiusmodi donatio firmetur iuramento, vide Soci.in consi.91.in 1.uol.Corn.in consi.238.in 1.volu. & Bald.in l.fi.C.de usuca.pro dona. & Barba.in consi.80.colu.3.vbi tradit, quid si fieret donatio filio pro eius legitima, vel pro alimentis, vel pro dote vxoris. & Dec. in consi.86.col.5. in secundo dubio. & colu.pen. Et aduerte in re proposita, quia huiusmodi contractus dona-

21 tionis † inter patrem & filium morte patris confirmatur. Ias.in authen.vnde si parens,C.de inoffic.testamen.sufficitque etiam ficta traditio per clausulam constituti. Crauet.in consi.19. & Ias.in l.j.§. si uir.ff.de acquir.possess.& an & quando valeat donatio inter patrem & filium, uide glo.in l.ij.C.de inoff.donat.& Bar.Alex.& Ias.in l. si donatione. C.de collat.Abb.in c.fin.de donat. Mari.Socin. iuni.in consi. 44. vbi loquitur in donatione prædij facta filiæ ex causa dotis. Vtrum autem donatio librorum facta filio dicatur simplex, vel ob causam,& an ualeat? vide Ias.in auth.ex testamento. C. de collat. & an donatio facta filio ex causa studij ita ualeat sicut ex causa dotis? Ias.in l.j.ff.solu.matrim.donatio uerò facta filio propter benemerita, valida est: quia ei fit non ut filio, sed ut extraneo, quando merita sunt paria rei donatæ: vide Ias.in d. l.si donatione.C.de collat.

22 Bar.in ead.l.in fi.tradit an & quando † pater possit esse author in donatione, quæ sibi fiat à filio. vide Soci. in consi.112.col.2.& seq. in 2.dubio.in 1.vol.Alex.in l.j.§.fuit quæsitum,colu. 3.ff. ad trebell.& ibi Soci.

Summarium in l. qui exceptionem.ff.de cond.indeb.

1 *Tutus exceptione perpetua & fauorabilis soluens quocunque errore repetit.*
2 *Quomodo cognoscatur constitutio quæ ab uno capite odium continet & ab alio fauorem, intelligatur esse odiosa uel fauorabilis.*
3 *Statutum in dubio magis interpretandum est ut sit fauorabile, quàm odiosum.*
4 *Una & eadem constitutio non debet diuerso iure censeri.*
5 *Contractus minoris uel mulieris sine decreto, non ualent, licèt contineant etiam fauorem publicum.*

De condictione indebiti.

Bar. in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.

1 BART. in d.l.qui exceptionem, sic colligit in summa: Tutus † exceptione perpetua & fauorabili soluens quocunque errore repetit, alioqui uerò si exceptio sit odiosa. Pro limitatione huius tex. vide Alexand. in l. siquis cùm aliter, colu. 2. & sequ. ff. de uerb. obliga. & quomodò cognoscatur sit ne exceptio fauorabilis an non, vide aliquid apud Alexand. in l.ij. in fi. C. de in ius vocan. & ibi glo. & docto. & Roma. in consi. 4. colu. 2. in consi. 32. colu. 2. in consi. 39. in primo dubio. & in consi. 328. colu. 2. & Anchar. in c. canonum statuta, colu. 94. de constitu. & glo. in c. sciant cuncti, in uoce, alios, de elect. in sexto. & ibi doct. & dum Bart. in hac l. tradit
2 regulam ad cognoscendum an constitutio † quæ ab uno capite odium continet, & ab alio fauorem, intelligatur esse odiosa, vel fauorabilis; vt inspici debeat quænam fuerit principalis intentio constituentis, & ab ea tota constitutio regatur, & moderetur. id quod pro statutorum intellectu ait esse menti tenendum. Adde quòd ita in statuto arguit Alex. in consi. 197. in 7. volu. ex hoc inferri potest ad statutum excludens fœminas fauore masculorum, dici ne debeat fauorabile an non. in quo uariæ & contrariæ fuerunt doctorum sententiæ. Nam attento hoc Bartoli documento debet proculdubio fauorabile iudicari: quia principalis fuit intentio statuentium fauere masculis, ut agnatio seruetur, non autem nocere fœminis. & hanc partem tenuit Ang. Aret. per illum tex. in §. cæterum. institu. de legit. agnat. succeff. Curt. in consil. 80. Alex. in consi. 144. in 6. volu. vbi loquitur in successione fratris. & pro hoc facit quia huiusmodi statutum est conforme legi xij. tabularum & iuri prætorio, & multa alia de intellectu huius
3 statuti affert Angel. in consi. 389. Et statutum † in dubio magis interpretandum est, vt sit fauorabile, quàm odiosum. Bald. in l. fi. ff. de ijs qui ad liber. peruen. non poss. quem sequitur Alexand. in consi. 197. in 7. vol. multique præterea alij hanc partem constantissimè tenuerunt, quos longum esset recensere. eamque esse uotis frequentioribus approbatam testatur Ioan. Campegius in suo tracta. de dote, quæst. 49. in 5. par. & Laurus de Palatijs in tracta. de succeff. mascul. exclusis fœminis. Contrariam autem opinionem, scilicèt statutum hoc esse odiosum,
* tenuit Alexand. in consi. 16. & in consi. 128. in 1. uol. & breuiter hanc opinionem * magis communem esse testatur Mari. Soci. iuni. in consi. 1. nu. 46. vbi relatis quatuor diuersis scriptorum sententijs, tandem in hanc magis communiter itum esse affirmat. Bald. verò singulariter uoluit, statutum hoc in capite inclusiuo masculorum esse fauorabile: & ideò appellatione filiorum etiam nepotes contineri. in capite uerò exclusiuo fœminarum esse odiosum: & ideò appellatione filiarum neptes non excludi. Hæc Bald. in l. venia. ff. de in ius uoc. ad quem accessit Soci. in consi. 122. in 3. vol. & Alexand. in l. sed si hac. §. fi. ff. de in ius uocan. Et quamuis ista o-
4 pinio satis æqua, & colorata uideatur, tamen quia una & eadem constitutio † non debet diuerso iure censeri, argumento l. eum qui ædes. ff. de usucap. cum simil. ideò tota uel fauorabilis uel odiosa debet iudicari. & hoc sentit Bar. hic. propterea mihi magis placet ut statutum hoc fauorabile censeatur, attento hoc Bartoli documento: quia nemini dubium esse potest, quin statutum principaliter uoluerit fauere masculis, non autem nocere fœminis, ideo hoc nocumentum fœminarum quod uenit in consequentiam, attendi non debet, sicut in simili casu tra-
5 ditum est, statuta ad remouendas fraudes promulgata, vt puta, quòd contractus † minoris uel mulieris sine decreto non ualeant, licèt contineant etiam fauorem publicum: tamen quia principaliter concernunt fauorem priuatum, ideò eis renunciari posse. id quod fieri non posset, si fauor publicus, qui uenit in consequentiam, attenderetur, ita not. inquit Areti. in consi. 2. colu. penult. Similiter etiam statutum disponens mulieres contrahere non posse sine consensu duorum consanguineorum: quia totum fauorabile iudicatur, licèt in consequentiam contineat odium eorum, qui contrahunt cum muliere. & obligat eam ad seruandam hanc solennitatem etiam extra territorium, secundum Areti. in consi. 54. id quod alioqui esset, si odiosum iudicaretur, vt not. docuit idem Areti. in cons. 91. dicens, statuta odiosa extra territorium non dilatari. Quare ex prædictis & multis alijs, quæ adduci possent, mihi magis placet statuta hmõi in totum fauorabilia esse censeri, attento maximè hoc Bar. documento, quod ad multas quoq;

alias

alias decisiones adduci poterit. Item quia statutum in dubio intelligendum est, ut fauorabile sit, quemadmodum in præcedentibus fuit iure conclusum. Circa prædicta quæritur, quod si aliqua dispositio duos fauores continet, scilicèt publicum & priuatum: & dubitatur quem eorum principaliter contineat, quid dicendum? Resp. si concernit commodum pecuniarium priuatæ personæ eam præsumi fauorem priuatum principaliter continere. l.ij. in fi. & ibi Bar. ff. ad municip. Aret. in consi. 2. col. pen.

Summarium in d.l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de cond. indeb.

1 *An res condici possit, vt retineatur.*

Bar. in d.l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de cond. indeb.

1 BART. in ead. l. §. si pars, tradit, an res condici † possit, ut retineatur. De hac re vide Bar. in l. cùm fundus. §. seruum tuum. ff. si cert. pet. col. 2. vei si. opp. quòd ille qui.

Summarium in l. repetitio. ff. de cond. indeb.

1 *An aliquid sit debitum, inspiciendum est ex persona eius, cui soluitur.*

Bar. in l. repetitio. ff. de cond. indeb.

1 BART. in d.l. repetitio, ait, an aliquid sit debitum, † hoc esse inspiciendum ex persona eius, cui soluitur. Limita istam. l. ut per eum in consi. 428. in ultimo dubio.

Summarium in l. indebitam. ff. de cond. indeb.

1 *Fideiussor uidetur habere mandatum de soluendo.*

2 *Quando aliquid requirit speciale mandatum, illud venit in necessariam consequentiam eius, quod principaliter mandatum est.*

Bar. in l. indebitam. ff. de cond. indeb.

1 BART. in d.l. indebitam, ait, fideiussorem † uideri mandatum habere de soluendo. Pro extensione huius. l. & l. Papinianus. ff. mãd. uide Pau. de Cast. in l qui se debere, circa fi. supra tit. 2.

2 Bar. in ead. l. ait, quando aliquid requirit † speciale mandatum, illud uenire in necessariam cõsequentiam eius, quod principaliter mandatum est, quando id natura rei expostulat. Istam regulam sequitur Ias. in l. quoties, colu. fin. in 4. not. C. de iudic. & benefacit regula ibi tradita per eum, scilicèt, multa in consequeutiam tolerari, quæ principaliter non permitterentur. sed obit. trad. per eundem Ias. in l. fi. col. 3. versi. aliter. C. de hæred. inst. vide Dec. in c. præterea, colu. 5. versi. nonò, de offic. deleg.

Summarium in l. damus. ff. de cond. inde.

1 *Quæ sit differentia inter causam, & rem.*

Bar. in l. damus. ff. de cond. indeb.

1 BART. in d.l. damus, ponit differentiam, † quæ est inter causam & rem. Vide diffinitionẽ causæ per glo. in rubrica. ff. de cond. & demonstrat. quam ibi reprobat Bar. dicens, causam esse quid præteritum, uel instans, quo quis ad aliquid disponendum impellitur. Quæ sit causa finalis, tradit Barb. in cons. 52. col. 30. & quæ sit differentia inter causam, & occasionem, tradit idẽ Barb. in sua Ioannina, col. 188. & Feli. in c. solitæ, de maior. & obed. ubi tradit ẽt de causa mediata & immediata. Et quot modis causa sumitur, docuit Bar. in l. ij. §. fi. ff. de donat.

Summarium in l. dominus. ff. de cond. indeb.

1 *Circuitus sunt euitandi.*

Bar. in l. dominus. ff. de cond. indeb.

1 BART. in d.l. dominus, colligit ex isto tex. circuitum † esse uitandum propter æquitatem. vide Alex. in cons. 219. in fi. in libro primi & secundi vol. ubi ponit exemplum. & Ias. in l. si quis mihi. ff. de acquir. hæred.

Summarium in l. si urbana. ff. de cond. inde.

1 *Si prædia rustica locantur à prædone, an efficiantur possessoris.*

De condictione indebiti.

2 *Si Abbas non iuste electus ingressus est monasterium, & fructus colligit, utrum pensionarij soluendo ei liberentur.*

Bar.in l.si urbana.ff.de cond.indeb.

1 BART. in d.l.si urbana,quærit,si prædia † rustica locantur à prædone, fructus ne efficiantur possessoris an non? Et dicendum uideretur eos suos effici,cùm sit possessor bonæfidei.sed in contrarium est ueritas, quoniam attenditur possessio ciuilis, quæ est apud locatorem, non apud partiarium: atque ita considerato locatore,qui est malæfidei possessor,non potest facere fructus suos. Et dum ibi Bar.subiungit,domino dari actionem contra prædonem, uel ad pensiones,quas ipse dominus percipere potuisset, si possedisset,uel ad pensiones, quas ipse prædo percepit,vide Bal.in consi.176.col.2.in 1,par.

Et pro intellectu tex.in d.l.in fi,ibi,quod ergo dici solet,uide Dec.in consi.407. Et dum Bar.
2 in fi.huius,l. quærit, si abbas † non iustè electus ingressus est monasterium & fructus collegit, utrum pensionarij soluendo ei liberentur? vide Alex.in consi.245.Visis scriptis, col.5.in libro primi & secundi vol.Feli.in c.de quarta,col.7.de præscri.& in c.venerabili, de off.deleg. Aret. in cons.35.& in cõs.64.col.4.Dominos de Rota in tit.de præb.in 4.decis.in antiquis. latè Soc. in cons.32.col.fi.in 1.vol.Bal.in c.ego Episcopus,de iureiur.& in l.emptorem.C.loca.

Bar.in l.sufficit.ff.de cond.indeb.

1 BART. in d.l.sufficit,colligit ex glo.quatuor proportionabilia, † duo,& duo. vide Alex.in l.principalibus,in fi.ff.si cert.pet.& Soc.in cons.38.col.4.in 1.vol.

Summarium in l.Iulianus.ff.de cond.indeb.

1 *Sententia non tollit naturalem obligationem.*

2 *Sententia in dubio lata uidetur, quia non est probatum.*

3 *Etiam si in compromisso ponatur clausula in qua promittitur sub certa pœna de non petendo reductionem ad arbitrium boni uiri, tamen subintelligendum est si æquè fuerit arbitratum.*

4 *Quando à sententia arbitratoria fit reductio, tunc onus probandi spectat ad ipsum reducentem.*

5 *Stante statuto prohibente contra instrumentum opponi posse aliquam exceptionem præterquàm solutionis, quæ per aliud instrumentum probetur, si ego primò solui, & quia non potui probare solutionem per instrumentum fui coactus iterum soluere, an possim repetere per condictionem sine causa, quod primo loco persolueram.*

6 *Si facta est reformatio quòd omnes repræsaliæ reuideantur per duos bonos uiros, & quæ fuerint approbatæ ualeant, reliquæ verò non; utrum hoc medio tempore antequam reuideantur possit fieri executio repræsaliarum,*

Bar.in l.Iulianus.ff.de cond.indeb.

BART. in d.l.Iulianus,in 1.col.in fi.exponit secundam lecturam glo.dicens,hic debere intelligi,quòd reus confitebatur debitum præcessisse,sed allegabat se absolutum esse per senten
1 tiam,& ad hoc respondet iurisconsultus,sententiam † non tollere naturalem obligationem.Tu attende quia hoc modo uidetur necessarium fateri,sententiam esse iniquam & iniustam, quo casu putarem neque ciuilem actionem esse sublatam,per trad.per Iaſ.in repet.l.admonẽdi, col. 20.uersi.Ego,de iureiur.cuius contrarium præsupponit iste text.itaque ista lectura est falsa. itẽ dum dicit,si negaret,non posse probari contrarium: hæc sententia est contra ea, quæ ibi communiter tradita sunt. ideò hæc lectura in omnibus est falsa,quamuis Bart.eam in se ueram esse confiteatur. Et dum Barto.ibi in 2.col.in principio, ait,uerum esse illud,quod non probaui in uno iudicio,me non posse iterum probare in eadem instantia,vide Rom.in consi.223.

2 Bar.in ead.l,col.2.versic.ista opinio, inquit, sententiam † in dubio latam uideri quia non est probatum. vide Rom.in consi.45.Aret.in consi.138.& Soc.in consi.255.in 1.vol.& in consi. 264.col.pen.eod.vol.& ideò ait,eam non parere exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, in quo aliquis uellet probare. vide Soci.latè in consi.94.in 3.vol.& Felin.in c.examinata. nu.12. cum seq. de iudic. Dicas etiam sententiam in dubio latam esse censeri ob causam, quæ minus nocet.

nocet. & ideò si electus cassatur, id præsumitur magis factum fuisse ob uitium electionis, quàm electi. Feli. in c. aduersario. nu. 6. cum seq. de except.

3 Bar. in ead. l. col. 3. versi. & prædicta, inquit, etiam si in compromisso† ponatur clausula, in qua promittitur sub certa pœna de non petendo reductionem ad arbitrium boni uiri, tamen subintelligendum esse, si æquè fuerit arbitratum. Amplia hoc verum esse, etiam si iuramentum interceſsisset: nam eo non obstante si laudum excedit arbitrium boni uiri, reductio peti potest absque periurio. Abb. latè in consi. 77. col. pen. in 2. vol. & plenè in c. quintauallis. de iureiur. omninò Ang. in consi. 172. & in consi. 253. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. Ad rem facit, quia uirtute pacti dolo futuro renunciari non potest. Feli. in c. si diligenti. nu. 39. de for. compet. Item ubi standum est simplici uerbo uel conscientiæ alicuius, ille tenetur iurare uerum esse id, quod declarat, alioqui eius dicto standum non est, secũdum Ang. Paul. de Cast. & Ias. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. nou. nunc. & Marcum Antonium Bauerium in tractatu de uirtute iuramenti. nu. 88. Quomodò autem fieri possit ne reductio peti possit vide Cæ
4 pol. in cautel. 199. & Thomam Ferratium in caut. 8. Et in re proposita scias, quando † à sententia arbitratoris fit reductio, tunc onus probandi spectare ad ipsum reducentem, quamuis nihil pro iustificatione arbitrij in medium afferatur. Salic. in l. si societatem. §. arbitrorum, in 16. q. ff. pro soc. Alex. in d. §. duo fratres, col. 7. nu. 12. Abb. in d. c. quintauallis. num. 34. cum seq. & in consi. 64. in 1. vol. Corn. omninò in cons. 221. in 2. vol. & Bal. in consi. 67. in 3. vol.

5 Bar. in ead. l. col. 5. versi. & per hoc dico, quærit, stante † statuto prohibente contra instrumentum opponi posse aliquam exceptionem, præterquam exceptionem solutionis, quæ per aliud instrumentum probetur: Si ego primò solui. & quia non potui probare solutionem per instrumentum, fui coactus iterum soluere, possim ne repetere per condictionem sine causa quod primo loco persolueram, an non? vide ad hoc Feli. in c. suborta, col. 7. de re iudic. Alex. in cons. 69. col. pe. in 3. vol. & Paul. de Cast. in cons. 325. col. pen.

6 Bar. in ead. l. in fi. quærit, si facta est reformatio quod omnes repræsaliæ† reuideãtur per duos bonos uiros, & quæ fuerint approbatæ ualeant, reliquæ uero non. vtrum hoc medio tempore antequam reuideantur, possit fieri executio repræsaliarum? vide Feli. in c. fi. col. 1. vers. Amplia tertiò, de const. ad rem faciunt trad. per Abb. in c. susceitata, in fi. de restit. in integr. Bal. in c. cùm olim, de dol. & contu. & Ang. in consi. 203.

Summarium in l. si id quod. ff. de cond. indeb.

1 *Seruus non potest habere dominium alicuius rei.*

Bar. in l. si id quod. ff. de cond. indeb.

1 Bart. in d. l. si id quod, ait, seruum † habere non posse dominium alicuius rei licèt sit de iure gentium, nec possessionem. Ex his uerbis Bar toli colligitur, possessionem esse de iure gentiũ, de qua re magnã uim facit Ias. hic, & Ripa in l. j. nu. 45. ff. de acq. poss. ubi & cæteri iuniores.

Summarium in l. in summa. ff. de cond. indeb.

1 *Qui calumniosè litigat cum debuisset gratis à lite recedere, si ob istam causam aliquid accipit, turpiter accipit.*

Bar. in l. in summa. ff. de cond. indeb.

1 Bart. in d. l. in summa, inquit, eum, qui calumniosè † litigabat, cùm debuisset gratis à lite recedere, si ob istam causam aliquid accipit, turpiter accipere. & ideò illud posse repeti non tolùm condictione indebiti, sed etiam ob turpem causam. Ad hoc vide Abb. in consi. 12. col. fi. in consi. 15. & in cons. 123. in secundo dubio. in 2. vol. & dum Bar. ibi paulò post subiungit, trã factionem, quæ dolo interposita fuit super actione bonæfidei, nullius esse roboris & momenti. vide Alex. in l. si quis cum aliter, in princ. ff. de verb. oblig.

Summarium in d. l. in summa. §. & sic. ff. de cond. indeb.

1 *Quomodo conueniatur ille qui domum alienam habitauit, uel indebitè habuit à domino locationem.*

Bar.

De condictione indebiti.

Bar.in d.l.in ſumma.§.& ſic.ff.de cond.indeb.

1 BART. in ead.l.§.& ſic,tradit quomodò conueniatur † ille,qui domum alienam habitauit, uel indebitè habuit à domino locationem. & dicit eũ teneri quanti conducturus fuiſſet. Vide Alex.in conſ.118.col.pe.in 1.vol.in conſ.44.in fi.in 3.vol.& in conſ.31.col.fi.in 5.vol. Rom. in conſ.168.& in conſ.423.col.1.Dec.in conſ.62.col.3.& Soc.in conſi.196.

Summarium in l.ſi.§.idem quæſiuit.ff.de cond.indeb.

1 *Per renunciationem non tollitur condictio indebiti.*

2 *Clauſula ex certa ſcientia,nihil operatur in his,quæ apparent incognita.*

3 *Verba quæ apponuntur in contractibus ſunt intelligenda,ut repugnantiam non contineant.*

Bar.in l.Stichus quæ eſt.l.fi.§.idem quæſiuit de cond.indeb.

1 BART. in d.l.fi.§.idem quæſiuit,inquit,per renunciationem † non tolli condictionem indebiti: quia eodem errore,quo promittit indebitum,eodem apponit clauſulam renunciationis. De hoc articulo uide aliquid apud Alber.poſt Iac.Butr.& Guil.in l.j.ſuprà eod.tit.& Ang. hic,& Paul.de Caſt.in conſ.131.incip. Licèt iſta domina,col.fi.qui omnes ad hanc opinionem Bartoli acceſſerunt. & ab ea durum eſſet recedere,ut ait Iaſ.in d.l.j.vbi examinat hunc articulum. Et pro iſta opinione facit quod tenet Bar.in l.ſi ex cautione,col.2.C.de non num. pecun. quem ſequitur Imol.in c.ſi cautio,de fid.inſtr.& ad rem faciunt trad.per Spec.in tit. de except. §.2.verſi.cæterùm. Contrarium tamen uoluit Fulg.hic,& Imol.in c.cùm contingat, colu.124. de iureiur.cuius meminit Alex.hic & Imol.idem tenet in c.pen.col.15.de empt. & uend. Aret. in l.ſi quis cum aliter,col.fi.ff.de uerb.oblig. Et de hoc articulo omiſsis multis uide Iaſ.in d.l.j. in principio.& in l.cum quis.C.de iur.& fac.ignor.Alex.in conſi.42.col.2.in 1.vol.& in conſi. 231.Viſo puncto,col.pen.in libro primi & ſecundi vol.ubi ſequitur Barto. vide etiam Barb. in conſi.6.col.8.in 2.vol.Pau.de Caſt.in conſi.140.in primo dubio,& in conſi.159.col.3. vbi ſe-
2 quendo Bar.hic,dicit,clauſulam † ex certa ſcientia nihil operari in ijs,quæ apparent incognita. & Soc.in conſi.40.col.pen.in 1.vol.vbi declarat. Ang.in conſi.94.col.2.vbi ait, quòd etiam ſi per clauſulam ex certa ſcientia poſita in inſtrumento,in dubio ſcientia præſumatur, tamen hoc non operatur,vbi ex aliquibus contrarium apparet. Et Socin.in conſi.159.colu.6.& ſeq.& in conſi.263.col.5.in 1.vol.& in conſi.100.col.fi.in 3.volu.Et renunciationem nunquam præiudicare illi,qui eſt deceptus ab aduerſario,docuit glo.quæ eſt ſing.ſecundum Bal.in l. paciſci. ff. de pact.Et dum Bar.agit de illis uerbis,quæ à notarijs apponuntur in princ. inſtrumenti. ſcilicèt,Titius ſciens &c.vide Alex.in conſ.112.in 4.volu. in d.conſ.42. in 1.uol. & in conſ.4. eod. vol.& in conſ.153.col.2.& ſeq.in libro primi & ſecundi vol.

3 Bar.in eod.§.ſubiungit,uerba,quæ apponuntur † in contractibus, eſſe intelligenda, ut repugnantiam non contineant. vide Alex.in conſi.169.In cauſa & lite,col.fi.in libro primi & ſecũdi uol.Aret.in conſi.7.Raph.Cuma.in conſi.7,col.7.in ſecundo dubio. Rom. in conſi.56. col. 2.Feli.in c.cũ tu,col.2.verſi.nihilominus,de teſti.& col.3.verſi.& procedit. Soc.in conſi.300. colu.1. Dec. in conſi.118.col.fin.

Summarium in d.l.fi.§.Lucius Titius.ff.de cond.ind.

1 *Reſtitutio conceſſa ſuper principali,non porrigitur ad acceſſorium.*

Bar.in d.l.fi.§.Lucius Titius.ff.de cond.indeb.

1 BART. in ead.l.§.Lucius Titius,ait,reſtitutionem † conceſſam ſuper principali non porrigi ad acceſſorium. vide hunc tex.alleg.per Abb.in conſi.35.in 2.vol.& Aret.in l. ſi filius familiàs qui patri,col.4.ff.de uulg.& pupil.& Soc.in conſ.14.col.7.& ſeq.in 1.vol.Et dum Bar. ibidem opp.de l.iiij.C.depoſ.vide Alex.in l.j.col.2.C.de iud.

Summarium in l.qui ſine.ff.de cond.ſine cau.

1 *Qui ſine cauſa in totum uel in partem obligatur,liberationem condicit.*

Bar.

Bar.in l.qui ſine.ff.de cond.ſine cau.

1 BART. in d.l.qui ſine,ſic ait in ſumma qui ſine cauſa † in totum uel in partem obligatur,liberatione condicit.vide Alex.in conſi.102.col.5.in 1.vol.

Summarium in l.auunculo.ff.de cond.ſine cau.

1 *An & quando quæ datur intuitu matrimonij illiciti repeti poſſit.*

Bar.in l.auunculo.ff.de cond.ſin.cau.

1 BART. in d.l.auunculo,tradit an & quando dos,† quæ datur intuitu matrimonij illiciti repeti poſsit. Tu dicas maritum putatiuum lucrari dotem uigore ſtatuti,quando dolus interuenit ex parte dantis: idque fit per exceptionem doli,aliter non.Io.Campegius,in tract.de dote, 8.q.5.part.Et ad ea quæ tradit Bar.hic vide.l.pen.cum glo.in §.fi.ff.quod falſ.tut.aut.Et utrum dos putatiua habeat eadem priuilegia,quæ habet uera dos: uide Ant.de Fan.in tract.de pignoribus & hypothec.in quarto membro ſecundæ par.nu.117.Et dum Bar.ibi etiam tradit,ſponſalia ita eſſe nullius ualoris, ſicut & matrimonium: vide glo.in clem.1.in uerbo, contrahere, de conſang.& affin.

Summarium in l.ſi condicatur.ff.de cond.furt.

1 *Si monachus decedit ante aditam hæreditatem,eam non tranſmittit ad monaſterium.*

Bar.in l.ſi condicatur.ff.de cond.fur.

1 BART. in d.l.ſi condicatur,ait,ſi monachus † decedit ante aditam hæreditatem, eam non tranſmitti ad abbatem, neque ad monaſterium. ſed quæro nunquid monaſterium poſsit adire hæreditatem delatam monacho,ipſo abſente uel inuito?vide Ang. in conſi.91.quid ſi monachus non uult adire hæreditatem,in qua fuerat inſtitutus,& ei uulgariter facta fuit ſubſtitutio,an eo caſu monaſterium poſsit excludere ſubſtitutum uulgariter? vide Feli.in c.in præſentia.nu.103.de probat. vbi concludit id fieri poſſe. Et ad prædicta uide Soc.in conſi.52.col.fi.in 4.vol.ubi tradit,an monachus acquirat monaſterio hæreditatem ſibi delatam mediante aditione ſua, an uerò abſque eius aditione ſtatim hæreditas monaſterio acquiratur. Vtrum autem monaſterium,quando efficitur hæres alicuius teneatur ultra uires hæreditarias,vide Abb.in conſi.54.in 1.vol.

Summarium in l.ſiue manifeſtus.ff.de cond.furt.

1 *Condictio iſta competit contra furem ſiue manifeſtum ſiue non.*

Bar.in l.ſiue manifeſtus.ff.de cond.furt.

1 BART. in d.l.ſiue manifeſtus,ait,condictionem † hanc competere contra furem ſiue manifeſtum ſiue non manifeſtum. in hac materia ſcias hodie non eſſe in uſu niſi in ciuitate Romana,ut fur manifeſtus in quadruplum,& non manifeſtus in duplum condemnetur: ita Petrus à Blaſio in tract.de actione & eius natura,in 45,actione.in fi.Et dum Bart. ex mente glo. quærit, nunquid contra furem manifeſtum poſsit dari hæc condictio in alijs caſibus quàm hic poſitis: vide Bal.in conſi.203.in 1.vol.

Summarium in l.ſed nec legatarius.ff.de cond.furt.

1 *Ille qui equum ſurripuit in uno territorio an poſſit in alio condemnari.*
2 *Fur non ſemper dicitur ille,qui ſubtrahit res aliquas.*
3 *Emens rem furtiuam an teneatur eam abſque aliqua pretij ſolutione reſtituere domino.*
4 *Fur an poſſit pœnitere & rem reſtituere,ut furti pœnam euitet.*
5 *Furtum faciens ob neceſſitatem excuſatur.*
6 *Neceſſitas an & quando in delictis excuſet.*

Bar.in l.ſed nec legatarius.ff.de cond.furt.

1 BART. in d.l.ſed nec legatarius,quærit, utrum ille, qui equum † ſurripuit in uno territorio,

rio,posit in alio condemnari propter assiduam contractationem? & decidit posse.idem tenuit in l.si dominium.ff.de furt.Multi contrarium tenuerunt,ut uidere est in addit.ad Barto.in d.l.si dominium. quibus adijcias Bal.in cons.461.in 3.vol.ubi ait, opinionem Bar.de iure ueram esse,sed de facto non seruari. Fulg.uerò in consi.149.dicit contra Bart. consuluisse Io. de Lignano,& in eo sex uel septem doctores Bononienses consensisse. Et Feli.in c.1.colu. pen. de præsumpt.dicit ista dicta Bar.esse crudelia. Attende insuper in re proposita, quia non semper fur
2 † dicitur ille,qui subtrahit res aliquas. Et quæ requirantur ad hoc ut furtum dicatur aliquis comisisse,uide apud Alex.in consi.125.126.& 127.in 4.vol.An autem fur excusetur à pœna furti si dominus rei dicat id se inuito factum non fuisse. Bar.in l.inter omnes.§. rectè.ff. de fur.decidit quòd non,nisi ille esset amicus suus uel consanguineus. Hoc idem voluit Abb.in c.dudũ, de elect.dicens eum non excusari,nisi alia indicia concurrant,ex quibus conijci posit,dominũ consensisse. & in consi.107.in 1.vol.idem tradidit Feli.in d.c.1.in fi.de præsump.non ab re hoc
3 in loco,in quo agitur de re furtiua,est intelligere,quòd & si emens † rem furtiuam,aut ui raptã teneatur eam absque aliqua solutione pretij domino restituere, tamen cautelam optimam tradi ad pretium recuperandum, ut emens in instrumento emptionis protestetur se emere nomine illius, qui est dominus rei, & se paratum esse ei rem restituere soluto sibi pretio: ita inquit Cæpol.in caut.10.id quod est adnotandum,quando aliquis dubitat rem esse furto subtractam.
4 An autem ipse fur † posit pœnitere, & rem restituere, ut furti pœnam euitet? idque fieri non posse docuit Bar.in l.sed si unus.§.si ea.ff.de iniur.& in l.qui ea mente.ff. de furt. ubi tractat an & quando in delictis locus sit pœnitentiæ. De hac re vide Io.Bertachinum in tract.de gabellis, in 4.par.nu.13. Et furtum præsumitur commisisse is,apud quem res furtiua reperitur,nisi ipse doceat à quo eam habuerit,quò ad hoc ut contra eum procedi non posit. Barto.in l.fin.ff.de quæstion.& Alex.in consi.205.in 6.vol. sed hoc non habet locum, quando ille apud quem res furtiua reperitur,bonæ conditionis esset & famæ. Dec.in l.qui accusare.num.7.C.de eden.
5 tat Sali.in l.ij.col.pen.C.de quæsti.Scias tamen in hac materia furti, eum,qui furtum † fecit necessitatem, excusari: quia tempore necessitatis omnia sunt communia. Dec. in consi.6 Et necessitatis tẽpore omnia esse cõia traditum est in l.ij.ver.eò magis.ff.ad leg.Rhod.de & in c.discipulos,de consecrat.dist.5.vide Bal.& alios in l.j.C.de episcop.aud.& omninò Ambrosium de Vignate in tract.de usur. nu.155. & licere furari propter necessitatem, habetur in c.si quis propter necessitatem, de fur.& tradit Dec.in l.j.nu.80.ff.de off.eius.Et an & quando
6 necessitas † in delictis excuset? vide Dec. in l. quæ propter necessitatem. ff. de reg. iur. Et ad prædicta uide quæ posui ad Bar.in l.j.§.cura carnis.ff.de off.præfec. urb. in 5.annot. Licet etiã furto subtrahere æquiualens eius, quod mihi iniustè fuit ablatũ, dummodò inde nõ sit aliquod scandalum secuturum,ut declarat Inno.in c.olim.1.de rest.spoli.& Feli.in c.1.nu.26. cum seq. de iudic.uide omninò Alexan.in consi.125.col.2.in 4. vol.dum citat Innoc.in c.qui plerique. de immuni.eccl.ad quem accesit Bal.in l.j.de testi. ad rem facit gl. in c. dominus noster.23.q. 2.& trad.per Abb.in c.1.de iur.cal.& in c.1.nu.10.de dol.& cont.Et dum Bar. in hac.l. prosequitur an & quomodò competat legatario actio furti ex assidua contractatione,ibi,in vers. Tu verò clarius,vide Bal.in consi.238.in 2.par.

Summarium in l.& ideo.ff.de cond.furt.

2 *In quibus casibus dominium sine traditione possit transferi.*

Bar.in l.& ideò.ff.de cond.furt.

1 BART. in d.l.& ideò,tradit,in quibus casibus dominium † sine traditione posit transferri. & ad ea quæ dicit in ver.quid ergo,adde gl.& quæ ibi scripsi.in l.j.in fi.C.de inoff.donat.

Summarium in l.si seruus.ff.de cond.furt.

1 *Res tantum æstimari debet quantum uendi potest.*
2 *Res est æstimanda inspectis qualitatibus eius & iudicium peritorum.*
3 *Qui uendit rẽ & promisit pro dato & facto proprio tantum,teneri ẽt ex persona eius cuius est hæres.*

Bar.

Bar.in l.si seruus.ff.de cond.furt.

1 BART. in d.l.si seruus,colligit ex isto tex.rem tanti † æstimari debere,quanti uendi potest. subintellige tu,hoc est quanti communiter uendi posset, ut habetur in l.pretia rerum.ff.ad leg. falc.& in c.cùm causam,de testi.Et res uendi debet quanti in foro publico uenderetur, & non alibi,ut est bonus tex.& ibi Bar.in c.1.de empt.& uendit.& de hoc est text. memoratu dignus secundum lecturam ad quam Bar.accessit in l.septem.C.de erogat.milit.ann.lib.12.ubi probatur ualorem rerum inspici non debere, nisi pro ut in foro publico uendi potuisset. Hoc idem tradit Ant.Corset.in suis singularibus, in uoce, Venditio. ubi ait Bartolum non fuisse bonum Canonistam,& propterea ignorasse tex.in d.c.1.de empt.& uend.& Ias.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb.oblig. De hac re vide Feli.in c.cùm Ioannes.nu.5. de fid.instru.& Ias.in l.& si
2 æquo.ff.de leg.1.& in l.j.§.si hæres percepto,ad Trebell.ubi ait rem † esse æstimandam inspectis qualitatibus eius ad iudicium peritorum.& in d.l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de uerb. obli. ubi tradit,an ille,qui tenetur rem uendere alicui,debeat illlam uendere iusto pretio, an uerò attendi debeat pretium,quod ab alio reperitur. Item scias rem æstimari debere secundum quantitatem reddituum,qui ex ea percipiuntur,ut est tex.cum gl.in l.si fundus.ff.de reb.eor.qui sub tutel.de qua re uide Matthæum de Afflictis in tract.de iure protomiseos.§.4.nu.27. Alber.de Ros.in 1.par.stat.quæst.102.Ias.in l.si constante.nu.150.ff.sol.matr. & omninò in l. si fundum per fideicommissum.ff.de lega.1.

3 Bar.in ead.l.inquit,eum,qui uendidit rem, & promisit pro dato & facto proprio tantum,teneri etiam ex persona eius,cuius est hæres. Hoc Bartoli documentum tanquam singulare extollit Franc.Cremen.in singul.31.incip.Sæpe. Limita tamen, ut non procedat nisi in authore uniuersali,alioqui verò si esset author particularis: quoniam si aliquis mihi rem uẽdidisset,ego promittendo pro facto meo tantum,non tenebor ex facto ipsius: ita inquit idem Cremen. in singul.157.incip.Vnus socius. Alex.verò in consi.18.col.pen.in 5.uolu.ampliat hanc Bartoli decisionem,ut locum habeat etiam ut aliquis teneatur pro hærede suo. & in l.stipulatio ista habere licere,in 1.col.in 2.notabili.ff.de uerb.oblig.& vide Aret.in cons.105.

Summarium in l.j.ff.de cond.ex leg.

1 *Facultates quæ sunt facti,non præscribuntur.*
2 *An præscribi possit ius illud redimendi,quod habet uenditor ex pacto, ut quotiescunque uoluerit possit redimere rem alienatam.*
3 *Præscriptio triginta annorum currit contra ius, quod alicui competit uigore statuti ad recuperandam rem alienatam,etiam si ille ignorasset alienationem.*
4 *Quando competit ius agendi ex lege utrum sit actio uel officium iudicis.*
5 *Dictio actio,propriè non conuenit actioni criminali,quæ propriè accusatio nuncupatur.*
6 *In quibus casibus accusatores se inscribere, & ad pœnam talionis obligare teneantur.*

Bar.in l.j.ff.de cond.ex leg.

1 BART. in d.l.j.col.3.ait,facultates, † quæ sunt facti,ut putà ususfructus, qui est facultas quædam percipiendi fructus, non præscribi. sed præscriptionem procedere solùm contra ea,quæ in iure consistunt,ut ibi per eum. ista est * comm.opinio doct.ut
* per Alex.& Aret.in l.iij.ff.de acquir.hęred.Et de hac re vide Feli.in c.cùm accessissent,col.12. de const.Barb.in cons.51.col.2.in 1.vol.& Alex.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de damn.infec.Adde præscriptionem ex non usu nunquam currere in ijs,quæ in alicuius mera uoluntate consistunt. glo.est not.in c.ut priuilegium,in gl.penul.de priuileg. cum alijs ad idem adductis per Albert.
2 Brun.in consi.35.& in consi.36.An autem præscribi † possit ius illud redimendi, quod habet uenditor ex pacto,ut quotiescunque uoluerit, possit redimere rem alienatam? multi tenuerunt quòd non. Contrarium quòd immo præscribatur spatio 30. annorum, tradit Ias. in l. Petens.

* tens.nu.10.C.de pact.& in hãc ſententiam * communiter itum eſſe teſtatur Mari. Soci. iuni.in conſ.145.Et eodem ſpatio præſcribi ius adeundi,uel immiſcendi ſe hæreditati,docuit Soci. in conſi.43.in 3.vol.Feli.in c.quarta,de præſcript.& Mari.Soc.iuni.in d.conſ.145.Dico amplius
3 præſcriptionem † 30.annorum currere contra ius, quod alicui competit uigore ſtatuti ad recuperandam rem alienatam, etiam ſi ille ignoraſſet alienationem. Mari. Socin.iuni. in conſi. 22.Et de ijs hactenus, Sic etiam legatum factum pauperibus etiam in certis præſcribitur ſpatio 30.annorum,contra Antonium de Butr. ita Abb.in conſi.14.in 2.volu. ubi ait idem eſſe in quocunque legato ad cauſas pias.

4 Bar.in d.l.j.col.verſi.ſecundò principaliter,tradit quando competit† ius agendi ex lege, utrũ ſit actio,uel officium iudicis? dicitque, ſi uerba legis referuntur ad iudicem affirmando, ſemper competere officium iudicis. Vide Feli.in c.exceptionem,col.3.verſi.Demum ſcias de except.& in c.2.in fi.poſt. Abb.ibi de off.iud.Cæpol.in conſi.12.in fi.Barb.in conſi.51.col.26. in 1.vol.laſ.in l.ea demum,colu.2. C.de collat. & Alex.in conſi.192.Viſis actis.colu.3.in libro primi & ſecundi vol.

5 Bar.in ead.l.col.fi. verſi. prædicta uera, inquit, hanc uocem † actio, propriè non conuenire actioni criminali,quæ propriè accuſatio nuncupatur.vide glo.in l.fi.in verbo,recipitur,in fi.C. de litigi.& declarat Ang.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omni.iudic.& tenet Alexan.in l.vtro,in princ.ff.ſolut.matri.Adde accuſationem eſſe genus illaudabilis intentionis.c.ſi quis epiſcopus. 2.q.7.Et ideò ait Specul.in tit.de præparatorijs iudiciorum,iudicem debere diligenter examinare uitam & mores accuſatoris: nam accuſator cenſetur motus inuidia ſecundum gl.in c.de
6 creto,in uoce,æmulorum.2.q.6.Et in quibus caſibus accuſatores † ſe inſcribere, & ad pœnam talionis obligare teneantur,uide Feli.in c.ſuper his.nu.9.de accuſat. Attẽde etiam ſi accuſator, & accuſatus ſimul conuerſantur,& deinde abſolutio ſubſequatur,eam cenſeri factã eſſe per colluſionem: & ideo non obſtante huiuſmodi abſolutione poterit iudex inquirere, ut habetur in ſpeculo aduocatorum in 6.par.principali nu.45.Et ad rem faciunt trad.per Inno.in c. dudum, de elect.ubi ait non debere fieri benignam interpretationẽ circa probationes accuſatoris: qm̃ ſi non ſuſtinet querelã,tenetur,quod dictũ uidetur mirabile:ſed illud reprobat ibi Abb.col.pe.

Summarium in l.j.ff.de eo.quod cer.loco.

1 *An debitor,qui in uno loco contraxit uel promiſit,poſſit ubique conueniri.*
2 *Promittens ſoluere in pluribus locis in ſpecie nominatis & copulatiue coniunctis, diuiditur obligatio, & in quolibet locorum tenetur partem ſoluere.*
3 *Quando aliquis ita ſe obligauit ut ubique conueniri poſſit,utrum in loco non tuto poſſit conueniri.*

Bar.in l.j.ff.de eo quod cert.loc.

1 BART. in d.l.j.tradit,an debitor,† qui in uno loco contraxit,uel promiſit,poſſit ubique conueniri. vide Aret.in conſi.95.col.1.& in conſ.106.col.5.inſuper ſcias,eum, qui promiſit ſoluere in certo loco expreſſo, uideri ibi contraxiſſe, & pœnitentiæ locum non eſſe.l.contraxiſſe.ff.de actio.& oblig.& c.dilecti,de iudic. & ibi conuenitur. id quod uerum eſt duobus concurrentibus,unum ſcilicèt,ſi ibi inuenitur, ut in c. Romana.§. cõtrahentes,de foro comp.alterum eſt quando promiſit ibi ſoluere: alioqui verò ſi promiſſor foro ſuo uniuerſaliter renunciauit: quia tunc etiam ſi ibi non inueniatur, habet locum remiſsio ad locum ubi deſtinauit ſolutionem,ut tradit Abb.in c.1.col.fi.de iudic.per glo. quæ dicitur ſingul.
2 in l.j.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.Adde, quòd promittens † ſoluere in pluribus locis in ſpecie nominatis,& copulatiuè coniunctis,diuiditur obligatio,& in quolibet illorum locorum tenetur partem ſoluere, Bart.in l.iij.infrà eod.& Abb.in d.c.1.de iudic.Item promittens ſoluere in certo loco,cum clauſula generali,ut poſsit ubicunque conueniri,ubique exigi poterit. Abb. in d.c.1.Et idem ſi promiſit ſoluere ubicunque uoluerit creditor. Abb.& Feli.in c.1.de iudic. &

Bar.

Bar.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omn.iudic.& in l.si quis ad declinandam.C.de episc. & cleri. Et quibus uerbis fieri debeat promissio,vt ubique debitor cõueniatur,docuit Cæpoll.in caut. 3 70. Sed hic pulchra suboritur difficultas,quando aliquis ita se obligauit,† vt ubique conueniri possit,vtrum in loco non tuto conueniri poterit? Ang.& Alex.in l.cùm res.ff.de lega.1.id fieri non posse responderunt. Imol. verò in contrariam sententiam fuit adductus. sed ad opinionẽ Alex.accessit Feli.in c.accedens,2.nu.76.vt lit. non contest. idq; ea potissimùm ratione: quia ille hoc in specie non fuisset facturus. & ideò illa uox, vbique, quamuis sit uniuersalis, rationem hanc excludere non potest. & circa prædicta uide latissimè Ias.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.omni.iudic.

Summarium in l.y.§.si quis Ephesi.ff.de eo quod cert.loc.

1 Accusator an possit cogi ponere in accusatione diem commissi criminis.

Bar.in l.ij.§.siquis Ephesi.ff.de eo,quod cer.loc.

1 Bar. in d.§.si quis Ephesi,quærit,utrum accusator† cogi possit ponere in accusatione diẽ commissi criminis? & decidit,eum cogi posse: ut ibi per eum. vide eundem Barto. in l.is qui reus,col.6.vers.sed quæro.ff.de publ.iudic.& ibi Imol.& Bar.in l.libellorum.ff.de accus.& in l. Pantonius.ff.de acquir.hæred.Salic.in l.pen.C.de accusat.ubi dat bonam cautelam. Angel.de Aret.in trac.maleficiorum in uer.quòd in anno.& Io.de Ana.in c.qualiter & quando,2.in §.debet,de accusat.idem dicas etiam de loco loci,ut sit exprimendus,quando ab eo elici potest defensio rei,ut ait Bar.in d.l.libellorum,col.2.vers.quæro extra gl.quem sequitur Ias.in §.ex maleficijs.col.14.inst.de action.Alioqui verò ubi ab hoc non pendet defensio rei: nam tunc neque locum,neque tempus cogitur accusator exprimere,si tamen expresit tempus uel locum, tunc tenetur etiam probare,licèt alioqui probare non teneretur,ut habetur per Bar. & omnes in l.Diuus.ff.de re iudic.ubi distinguitur,ut ibi per eos. sed quæro utrum in causa ciuili pars ad instantiam aduersarij diem exprimere teneatur? vide Alex.in l.j.in princ.col.6.ff.de eden.& in materia delicti in qua ciuiliter agitur, uide omninò Rom. in consi.191. ubi etiam tradit quid quando proceditur sola facti ueritate inspecta.sic etiam ad finem adducendi præscriptionẽ debet exprimi tempus.Bal.in l.edita,col.2.vers.quæro igitur.C.de eden.& omninò Salic. in d.l. pen.C.de accus.vbi limit.

Summarium in l.non utique.ff.de eo quod cer.lo.

1 In alternatiuis est in potestate rei, quid debeat, vel non debeat.

2 An & quando alternatiuè obligatus liberetur alterum præstando.

Bar.in l.non utique.ff.de eo quod cert.lo.

1 Bart. in d.l.non utique,sic ait in summa.In alternatiuis† est in potestate rei quid debeat, non an debeat.Tu declara not.hoc Bartoli documentum, vt procedat solùm quando utrunq; est in obligatione & solutione,alioqui verò quando unum est in obligatione & solutione,aliud verò pro cautela dictæ obligationis: vt putà aliquis promisit uel soluere x. vel dare pignus: quia tunc electio est creditoris,& sic ipsius actoris,non rei: ita sing.decidit Bar.in l.quamuis,in princip.ff.de pignor.actio.& tradit Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis, in primo membro quintæ par.nu.7.cum seq.Ias.in l.j.ff.ne quis eum qui in ius uoc. & Feli.in c.inter cæteras,vers.secundò fallit,de rescrip.Item si debitor promittit soluere infra certum tẽpus,uel promittit pœnam,ut putà ex nunc transacto illo tempore facit datum alicuius fundi: ista datio transacto tempore fieri non poterit,nisi accedente uoluntate creditoris. Dec.in cons.12,& ui-
2 de de hac re quæ plenius posui ad Bar.in d.l.quamuis.Et an & quãdo alternatiuè† obligatus liberetur alterum præstando,vide Damasum in tract.de brocardis,in 1.membro,nu.6.cuius aũt sit electio in pœnis alternatiuis,docuit Feli.& Dec.in d.c.inter cæteras, de rescri. & de alternatiuo libello,de alternatiua snĩa,& de alternatiua appellatione,an & qũ teneant, & de multiplici actu alternatiuo,vide Felin.in c.2.de appell. Quid si alternatiua potest in uno tm casu operari, vtrum ualeat tanquam pro illo casu tantùm expressa? vide Raph.Cuma.in consi.63.Item alternatiua parit obscuritatẽ,fallit tamen in multis casibus.Feli.in c.tertio loco,de probat.Ad præ-

dicta uerò ſcilicèt in alternatiuo debito electionem eſſe debitoris, vide Iaſ.in l.ſi ſic legatum.§. ſi quis ita.ff.de leg. 1.Quando autem alternatiua dicatur poſita fauore debitoris,tradit Iaſ.in l. miles.§. 1.ff.de re iud.& in l.ſi ſe non obtulit.§.ex conuentione.eod.tit.

Summarium in d.l.non utique. §. ſiquis ita.ff.de eo quod cer.lo.

1 *Ea quæ tacitè inſunt quandoque eſſe in poteſtate rei, quandoque actoris, & quandoque legis.*

Bar.in d.l.non vtique.§.ſiquis ita.ff.de eo quod cer.loco.

1 Bar. in d.l.non utique.§.ſi quis ita,verſi. vltimò quæro,inquit,ea,quæ tacitè† inſunt,quandoque eſſe in poteſtate rei,quandoq; actoris,& quandoq; legis.vide Abb.in c.1.col.9.de iudi.

Bar.in l.quòd ſi Epheſi.ff.de eo quod cert.loco.

Bart. in ead.l.quòd ſi Epheſi,in fi.ait,non uideri eſſe tacitè actum, vt ſolutio fiat in loco promiſsionis,ſed in loco ubi petitur. vide Aret.in conſi.9.in fi.& Mari.Soc.in c.dilecti filij,col. 5.verſ.quæro igitur primò,de for.comp.

Summarium in l.quod ſi Epheſi. §. interdum.ff.de eo quod cer.loc.

1 *Arbitrator an poſſit in totum abſoluere.*

Bar.in d.l.quod ſi Epheſi.§.interdum.ff.de eo quod cer.loc.

1 Bar. in ead.l.§.interdum,quærit,utrum arbitrator † poſsit in totum abſoluere.De hac re uide,quæ (Deo dante) ponam ad Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum,col. 2.ff.pro ſoc. Et dum ibi ſubiungit Bar.quòd licèt hæc actio ſit arbitraria,poteſt tamen iudex non ſolùm augere uel minuere,ſed etiam in totum abſoluere.vide Bal.in l.ſub prætextu.j.C.de tranſact.Alex.in conſ. 211.Quæritur an.d.arbiter.in lib.primi & ſecundi volu.& Lanfranc. de Oria.in tract. de arbitris.fol.1.col.2.

Bar.in l.in bonæfidei.ff.de eo quod cer.loc.

Bar. in d.l.in bonæfidei,dum citat.l.nemo poteſt.ff. de leg. 1.dicens ſic eam debere intelligi,vt ibi per eum.adde Alex.in d.l.nemo poteſt,col.pe.in fi.& moder.in ultima col.

Summarium in l.centum Capuæ.ff.de eo quod cer.loc.

1 *Fideiuſſor an teneatur ex mora principalis, qua augetur obligatio.*

Bar.in l.centum Capuæ.ff. de eo quod cer.loc.

1 Bart. in d.l.centum Capuæ,col.2.tradit an fideiuſſor † teneatur ex mora principalis,qua augetur obligatio? Dicas in re propoſita fideiuſſorem non teneri ad pœnam,quæ augetur debitore non ſoluente debito tempore; quia illud non eſt debitum obligationis principalis pro qua intercedit,ſed eſt debitum contumaciæ. Cæpol.in cautel. 126.Iaſ.in l.mora rei.ff.de uerb. oblig.& breuiter quæ ad moram pertinent,vide apud Salic.in tract.de mora.&latiſsimè apud Marcum Anto.Bauerium ſimiliter in tract.de mora.

Summarium in l. ſi poſt moram.ff.de eo quod cer.loc.

1 *An & quando ex mora augeatur obligatio fideiuſſoris.*
2 *Simplex ſolutio intelligitur eſſe facta pro uſuris, non autem pro ſorte.*
3 *Actus non debet operari ultra intentionem agentium.*
4 *Creditor de iure communi ſolutionem particularem recipere non tenetur, quæ multa habet incommoda.*
5 *Per receptionem ſortis uidetur remiſſa petitio uſurarum.*
6 *Pœna an & quando cenſeatur eſſe remiſſa per receptionem ſortis.*
7 *Creditor qui recipiendo ſortem proteſtatus eſt ſaluum ſibi eſſe ius ſuũ ſuper intereſſe, an ſibi propter hanc proteſtationem ius ſuum ſeruauerit, an non.*

Bar.in l.ſi poſt moram.ff.de eo quod cer.loc.

1 Bart. in d.l.ſi poſt moram,tradit an & quando ex mora †augeatur obligatio fideiuſſoris. vide quæ poſui ſuprà in præcedenti lucubratione, quoniam iſta.l.eſt facta ad declarationem illius.l.centum Capuæ,vt ait Barto.infrà in 4.colu.Et uide Iaſ.in d.l.mora rei,& in l.decem.ff.de uerbor.oblig.

Bar.in

2 Bar.in ead.l.colu.4.versi. venio ad ultimam partem,ait, simplicem † solutionem intelligi essè factam pro usuris,non autem pro sorte. & limitat ut ibi per eum. Attende ut clarius hæc simplicis solutionis materia intelligatur,sciendum esse,debitorem ex pluribus causis,si aliquid soluit, neque apparet in quam causam soluere uoluerit, in dubio censeri soluisse in causam duriorem, deinde in antiquiorem: vt latè habetur apud Bar.in l.cùm ex pluribus.ff. de solut. & Imol.in l. j.eod.tit.& Alberi.ibi,& Fulgos.in consi.7.tamen aduertendum est,hoc solùm procedere in solutione simplici,in qua dubium est ex qua causa fiat,sed si creditor (vt communiter fieri solet) in suo libro faceret debitorem creditorem pro ea summa, tunc quia hic non agitur de simplici solutione, sed de compensatione, posset debitor ponere, ad quam causam ei magis placebit: ita Imol.in d.l.j.& Alex.in consi.85.in 3.vol. Mihi tamen uidetur istas esse subtilitates satis fragiles,cùm notum sit,hoc à creditoribus in libris suis fieri consueuisse,non quod debitores efficiantur creditores,sed vt libri fiant clariores: ideò in hoc uim aliquam non esse faciendam exi
3 stimarem,ne actus† ultra intentionem agentium operentur.l.non omnis.ff.si cert.peta. nihilominus durum esset recedere à sententia tantorum patrum. Verùm tamen est,vt ait Bar.hic,simplicem solutionem intelligi magis factam esse causa usurarum quam sortis,quamuis sors sit durior causa,per tex.in d.l.j.C.de solut.& ratio est secundum Cyn.Alberi.& Salic.ibi, quia sors &
4 usuræ censentur esse unum & idem debitum. creditor † autem de iure communi solutionem particularem recipere non tenetur, quæ multa habet incommoda,ideò cùm in hoc pergrauetur particularem solutionem recipiendo,congruum est,secundum eos,illum in alio releuari,vt usuræ magis censeantur solutæ quàm sors. Ista ratio redarguitur ab Imol.in d.l.j.ff. de solut.& doct.ibi uidentur magis inniti alijs rationibus quàm huic. Tamen esto quòd ista ratio uera sit, cogitabam ubicunque uigeret statutum prout est in ciuitate Bergomi,quo cauetur, creditorē ad recipiendam solutionem particularem teneri, tunc uerum non esse, solutionem simplicem uideri factam in causam usurarum: quoniam eo casu cessaret illa ratio iuris communis,quę pro fundamento huius conclusionis à prædictis patribus afferebatur: quoniam creditor recipiendo particularem solutionē non grauaret. ex quo lex hoc præcipit.& pro hac opinione facit de cisio Alberi.in d.l.j.qui dixit:si debeo decem cum usuris,& alia decem sine usuris, in dubio solutionem censeri factam de x. sine usuris: quia eo inuito soluere poteram.

Bar.in ead.l.& ead.col.4.uersi.ultimò,ponit distinctionem in eo,quod ibi quæritur, an fortè soluta remaneat petitio pœnæ. Ex qua distinctione colligitur limitatio ad regulam huius tex.
5 quæ uult per receptionem † sortis uidere remissam petitionem usurarum, vt procedat quando accessoriè ueniunt, & sic per officium iudicis, alioqui uerò si uenirent iure actionis; vtputà si promissæ essent per stipulationem: quoniam isto casu non censetur facta remissio,neque censetur debitor liberatus à præstatione usurarum. Adde ad hoc benefacere quia petens in iudicio sortem & partem usurarum,quæ debentur officio iudicis, sibi præiudicat in reliquo, alioqui uerò si iure actionis deberentur; vt ait Bar.infrà in hac eadem.l.hæc habentur per Iaſ.in l.j. col.1.C.de iudic.& ibi limitat,quando ad alia accessoria peti posset restitutio in integrum, &
6 sic officio iudicis nobili,quod succedit loco actionis, vt ibi. & an & quando pœna † censeatur esse remissa per receptionem sortis, vide Alex.in consi.206.in 7.vol.Soci.in consi.18.in 1.vol. & omninò Dec.in cons.452.nu.21.idem dicas in usuris,quia usuræ & pœna æquiparātur.Soc. in consi.74.in 1.vol.Quid autem si fideiussor promisit interesse cum principalis esset in mora, & à principali creditor recipit sortem,an fideiussor liberetur? tradit Iaſ.hic in 6.col.

7 Bar.in ead.l.& col.vers.vltimò quæro,tractat,nūquid creditor,† qui recipiendo sortem protestatus est,saluum sibi esse ius suum super interesse, sibi propter hanc protestationem ius suū seruauerit an non? & dic ut ibi per eum. Adde Specul.in tit.de arbitris.§.sequitur. versi.sed pone. Et de hac re uide Alex.in l.ij.in princip.ff.si quis cauti. Areti.in consi.9.in secundo dub. & Soci.in consi.18.col.2.in 1.vol.Ad rem propositam facit,quia quando aliquis aliquid petit, & dubitat incidere in pœnam id petendo, aiunt doct.eum protestari debere, se hoc petere quatenus ei de iure licet, & non aliter,nec alio modo: quia tutus erit à pœna.Bal.in c.1.§.fi.col.fi.

De constituta pecunia.

Quæ fu.prima cau.benefic.amit.& Alex.in consi.111.in fi.in 6.vol. & de quolibet genere protestationis,vide Feli.in c.cùm.M.de consti.nu.60.cum seq. & docto.in l.non solùm.§.morte.ff. de oper.nou.nunc.

Summarium in l.j.ff.de const. pecu.

1 *Masculinum concipit fœmininum.*
2 *Masculinum an concipiat fœmininum in priuilegijs.*
3 *Masculinum nunquam concipit fœmininum quando de fœminis facta fuit expressa et specialis prouisio.*
4 *Masculinum an & quomodo concipiat fœmininum.*
5 *Masculinum non concipit fœmininum quando aliquis arripit emphyteosim pro se & filijs, nisi aliter se habeat loci consuetudo.*
6 *Masculinum an concipiat fœmininum in statutis.*

Bar.in l.j.ff.de const. pecu.

1 BART. in d.l.j.§.ait prætor,sic ait in summa. Masculinum † cõcipit fœmininum. Adde hoc non ex propria significatione sed per extensionem fieri, secundum Alex. in cons.61.in 1.vol.& in consi.136.eod.vol.& in consi.65.in 6.volu.vbi ex hoc infert, id in statutis locum habere non posse. vide etiam Soci.in consi.51.colu.3.in 4.volu.& Dec.in consi.339.Contrarium uerò ait Fulg.in consi.203.vide in re proposita plenissimè Curtium in consi.9.Alex.in consi.48.col.2.in 4.vol.& in consi.49. Dec.in consi.570.vbi ait hoc uenire ex propria significatione. vide eundem Dec.omninò.in l.fœminæ.ff.de regul.iur. & Maria. Soci.
2 iuni.in consi.3. & in consi.114.nu.17. An autem masculinum † concipiat fœmininum in priuilegijs,vtputà in potestate legitimandi alicui concessa: vide Dec. eleg.in consi.453. & in d.l. fœminæ.Quid in contractibus? Soc.in consi.42.in fi.in 4.uol. & Dec.in d.l.fœminæ,vbi etiam tradit,quid in materia correctoria. de qua re uide latè & remissiuè Bologninum in addit. suis ad tracta. Matthæs.de successionibus ab intestato.nu.20.cum seq.& unum attende quod nun-
3 quam fallit,quia masculinum † nunquam concipit fœmininum, quando de fœminis facta fuit expressa & specialis prouisio.Bal.in l.in multis,in fi.ff.de stat.homi.& Mari.Soci.iuni.in d.cons. 3.& in d.consi.114.nu.19. Rursus masculinum nunquam concipit fœmininum,quando sumus in materia differenti,& una & eadem ratio non uiget in utroque casu, vtputa, statuto cautum est,si quis rapuerit uirginem,eum esse tali pœna puniendum:non enim fœmina cõtinetur, quæ uirginem uiolare non potest. Bar.in l.j.ff.de pecul.& Mari.Soc.iuni.in cons.1.nu.88. adde eun
4 dem in cons.23.& in re proposita, quando scilicèt masculinum † concipiat fœmininum,& quo modò,vide Bar.in l.j.ff.de uerb.signif.vbi distinguit,& in l.si ita stipulatus.ff.de leg.2.& in multis alijs locis,& Feli.in c.licèt uniuersis,in princip.de testi. & in cap. de monialibus,versi.sed an masculinum,de senten.excommu.Doct.in l.j.ff.de pact.Card.in clem.j.col.2.de elect. & in clemen.j.de consang.& affin.in 5.oppos. & Archid.in c.siquis suadente, 16.quæst.4. & dicas ma-
5 sculinum † non concipere fœmininum quando aliquis accipit emphyteosim pro se & filijs,nisi aliter se habeat loci consuetudo.Feli.in d.c.cùm.M.Ferrarien.uers.Hinc est etiam.& ratio quare in contractibus masculinum non concipit fœmininum, est, quia in potestate pacisentium est intentionem eorum clarius aperire.l.veteribus.ff.de pact. ita inquit Anto. de Butr.in c.quibusdam,de pact.Ancha.in clem.j.de bapt. Bal.in l.Gallus.ff. de liber.& posthu.Roma.in cons.
6 35.Visa facti serie. & Alex in consi.125.Attentis uerbis.in 5.uol. Et quid sit † in statutis, vide quæ posui in lucubratio.in Bar.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur. & demum in hac materia vide Ias.in l.si quis id quod.ff.de iurisd.omn.iudic.in l.pactum inter hæredem,vt in d.l.veteribus. ff.de pact.& in l.quæ de legato.ff.de leg.1. & in multis alijs locis.

Bar.in d.§.ait prætor, inquit, hoc edictum utile fuisse: quia ex eo oritur actio. Rationem uerò quare in casu isto prætor uoluerit ex tali constituto actionem oriri,tradit Ias.in §.in personã, col.j.

col.1.ver.huius specialitatis,inst.de action.vbi ponit vnum dictum mirabile,quod si uerum est, confundit omnia dicta vt ibi per eum; qui in col.1.in princ. huius edicti intētionem explicat.

Summarium in l.quod si maritus.§.si quis autem.ff.de const.pecu.

1 *Id non debetur,quod perpetua exceptione defendi potest.*

Bar.in l.quod si maritus.§.siquis autem.ff. de const.pecu.

1 BAR. in d.§.si quis autē,colligit ex isto tex.id non deberi † quod perpetua exceptione defendi potest. Ad rem faciunt trad.per Dec.in l.non uidetur cœpisse.ff.de reg.iur.

Summarium in l.eum qui.§.Iulianus.ff.de const.pecu.

1 *Si iudex aliquem condemnauit ad dandum unum par caponum in anno secundum quod eius antecessores facere consueuerunt: ista uerba non faciunt conuentionem, sed stant causatiuè.*

Bar.in l.eum qui.§.Iulianus.ff.de const. pecu.

1 BART. in d.§.Iulianus,colligit ex isto tex.decisionem quæst.si iudex † aliquem condemnauit ad dandum unum par caponum in anno secundum quòd eius antecessores facere consueuerunt,ista uerba non facere conditionem,sed stare causatiuè, hoc est, quia sic fecerunt. vide de hac re quæ plenè posui ad Barto. in l.admonendi,in 2.lucubr.ff.de iureiur.Et vide ibi plenè Ias.in lectura.col.7.ver.tertiò uidendum.& in repe.col.12.ver.Quid autem in sententia. & hāc decisionem simpliciter sequitur idem Ias.in §.præiudicialis,in fi.inst.de action.uide eundem in auth.si quis in aliquo,col.fi.C.de eden.& latè in l.pen.C.de inst.& subst.sub.cond.fac. col.1.in secundo notabili. Et quid sit in uoce,prout, uide Ias.post Bart.in l.edita,col.penul. C.de eden. & quæ ibi pono ad Barto.& Pau.& Castr.in l.j.C.de episc.& cleric.& in consi.324. Felin.in c. 2.colu.5.& seq.de rescript. & Dec.in consi.63.colum.3. in secundo dubio. ubi citat hoc Bartoli documentum.

Summarium in l.hactenus.§.siquis centum.ff.de const.pecu.

1 *Siquis constituit se plus debito,nunquid censeatur donare.*

Bar.in l.hactenus.§.si quis centum.ff.de const. pecu.

1 BART. in d.§.si quis centum,quærit,si quis constituit † se plus debito, nunquid censeatur donare? vide Alex.in l.iurisgentium,col.2.ff.de pact.& dum Bart. soluendo quæstionem hanc subiungit,an iste esset tutus exceptione,an uerò nullo modo esset debitor? vide Ias.in §.in persona,col.2.item vult,instit.de action.& omninò Alex.in cons.157.in 6.vol. vbi ait promissionem factam à sciente se non teneri, ualere in uim donationis. & vide eundem Alex.in cons.18. colu.2.in 4.volu.vbi ait promissionem factam sine causa non tenere tanquam indiscretam, secundum glo.singul.in l.generalem,in uoce,causam.C.de non nume.pec. tamen ualere quando facta est à sciente se non teneri.

Summarium in l.qui autem.ff.de const.pecu.

1 *Quando aliquis promittit alium aliquid esse facturum intelligitur promittere se facturum et curaturū.*

Bar.in l.Qui autem.ff.de const.pecu.

BAR. in d.l.qui autem.§. siquis,in fi.ait,adnotandum esse ex isto tex. Quando aliquis pro-
1 mittit † alium aliquid esse facturum,intelligitur promittere se facturum & curaturum. De hoc Bartoli documento uide Ias.in §.in personam,col.6.vers.in glo.in uerbo,constituerit, instit.de action. Contrarium uidetur colligi ex l.eum qui Ephesi.§. sed siquis,suprà eod. & respondet ut per Imol.in l.inter stipulantem,in princip.ff.de uerb.oblig.Aret.in consi.28.col.2.& Ias.in d.§. in personam,colu.7.Et an & quando & quō & ad quid obligetur promittens factum alienum, vide plenè Feli.in c.ex rescripto.nu.14.de iureiur.vbi tradit ēt quid sit quādo iurm in huiusmodi promissione intercesisset.& dicas eum,qui factum alienū promittit,non obligari,nisi in specie promiserit se facturum & curaturum §.siquis,insti.de inuti.stipu.hoc aūt fallit, vbi iurm intercesit; quia etiam si simpliciter sit facta promissio, tamen obligat ad præstandam operam: ita Abb.& Feli.in d.c.ex rescripto.idem ait Bar.in l.siquis pro ea.ff.de fideiuss.& Ang. & Imol. in l.inter stipulantem.ff.de uerb.oblig.Et hoc de iure ciuili, sed de iure canonico obligat etiam

sine iuramento. Feli.in c.ex rescripto.Quid si aliquis promittit se curaturum cum effectu,vt Titius aliquid tale faciat,an liberetur,si fecit quicquid potuit, ut hic habetur? eumq; liberari docuit Dec.in consi.313. & ad prædicta uide omninò Dec. in l impossibilium.ff. de regul.iur.& Ias.in l.stipulatio ista habere licere,& in l.quoties.ff.de uerb.oblig.

Summarium in d.l.qui autem.§.constituere.ff.de const.pecu.

1 *Nuncius præstat nudum ministerium.*
2 *Quis dicatur nuncius.*
3 *Ille qui elegit non idoneum iudicem tenetur.*
4 *Nuncius missus ad exigendam pecuniam debitam certo loco & tempore an possit terminum prorogare.*

Bar.in d.l.qui autem.§.constituere.ff.de const.pecu.

BART. in d.l.qui autem.§.constituere,ait,ibi iurisconsultum exponere uerbum, constituere,positum in edicto,vide Alex.in l.quisquis.C.de procur.

1 Bar.in eod.§.constituere,ait, nuncium † præstare nudum ministerium; quia est quoddam organum,vt ibi per eum. Tu in re proposita scias sufficere,si iste nuncius habet ea, quæ sunt facti, quamuis quò ad ea,quæ iuris sunt,reperitur inhabilis,secundum Bar.in l.j.§. item acquirimus, in fi.ff.de acquir.poss.vbi Ias. col.pen. & fi.& dum Bar.subiungit de eo, qui aliquem constituit procuratorem,actorem,& nunciũ,& quid huiusmodi uerba significent, dicas in potestate esse illius,qui hoc modo est constitutus,eligere ex quo capite actum faciat,an tanquam nuncius,an tanquam procurator: vt ait Bar.in l.si Titio.j.ff de usufru.lega.& uide Bar.in l.multum.§.vero.
2 C.siquis alter.vel sibi.& quis dicatur nuncius,† & quomodò uerba proferre debeat, & an per ipsum actio domino acquiratur,& ad quid tenetur domino, & de differentia inter dominum, & nuncium & procuratorem: vide Specul.in 1.par.tituli de procura.§.3.vers.& nota.& versi. Sed opponitur.& Ias.in d.§.item acquirimus.& in l.qui Romæ.§.Calimachus. ff. de uerb.obli. Et in re proposita attende,quia si is qui tenetur aliquid facere per se,facit per nuncium, debet eligere idoneum,alioqui ipsi domino imputatur; vt habetur in l.ei qui, & in l.seq.ff.commod. glo.& Abb.in c.significante,de pignor.Abb.in c.dura,colu.1.de crim.fal.sic in simili casu dici-
3 tur eum,qui eligit non idoneum † iudicem teneri.Roma.in consi.138. ad quem multi accesserunt,vt ait Dec.in l.si quis in conscribendo.nu.17.C.de pact.& ibi declarat hoc non procedere,quando ille eligeretur,qui communiter idoneus existimatur. id quod etiam in casu proposito est uel facilè concedendum. & de materia nuncij vide Abb. & alios in c.ad audientiam, de præscript.& Io.And.in addit.ad Specul.in tit.de instru.edi.in §.Restat.vers.sed quid si unus. & nuncium esse tanquam organum iudicis,& nudum ministerium exhibere,vt hic ait Bar.& tra-
4 dit Ias.in l.quod iussit.ff.de re iudic.& in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.An nuncius † missus ad exigendam pecuniam debitam certo loco & tempore, possit terminum prorogare? Ias. in d.§.Calimachus.& nunquid nuncius domino mortuo possit alij dare & dominium transferre? vide Ias.in l.eius qui.§.quas uerò.ff.si cert.pet.Et dum Bar.prosequitur declarando in nuncio speciale mandatum exigi,vide Alex.in consi.90.col.2.in 4.volu. Et dum Bar. ibidem opp. de.l.si quis solutioni.ff.de usur.& de.l.iij.ff.quod ui aut clam. & de.l.quod meo. §. procurator. ff.de acquir.poss.& soluit vt ibi per eum. Responde tu & forte melius, rationem ibi esse in illis legibus,quia sumus in casu naturalis possessionis,a lioqui uerò si essemus in actibus ciuilibus, qui uires suscipiunt ex persona procuratoris,& per cessionem acquiritur domino, vt traditur. in l.j.C.per quas person.nob.acquir.& per Bar. in l.qui mihi donatum.in fin.ff.de donat.& Ias. in l.j.§.per procuratorem.ff.de acquir.poss.in 1.col.postea Bar. ibi in fi.quærit utrum requiratur,personam nuncij esse idoneam, vide quæ dixi in proximè præcedentibus. & Ias.in d.l.j.§. item acquirimus, de acquir.poss.

Summarium in l. si duo.§.hæc autem uerba.ff. de const.pecu.

1 *Si præcessit dispositio ex qua de aliquo dando uel faciendo oritur obligatio,tunc uerba si non dederit, uel non fecerit,exponenda sunt,ideſt, si fuerit debitor in mora dandi uel faciendi.*

Bar.

Bar.in l.si duo.§.hæc autem uerba.ff.de const.pecu.

1 BAR. in d.§.hæc uerba,inquit,si præcesit disposition, † ex qua de aliquo dando uel faciendo oritur obligatio,tunc uerba si non dederit, vel non fecerit,exponenda esse,ideſt,si fuerit debitor in mora dandi uel faciendi,sed si non præcesit disposition,tunc eam uerificari ex eo quod non est datum,vel factum. Quæro si præcesit disposition in persona unius,& conditio in persona alterius,quid fieri debeat?Respon.quò ad uiuit ille,in quo erat disposition, exponũtur uerba illa,si est in mora,post mortem uerò non.l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.vbi Paul.de Castr.

Summarium in l.item illa.ff.de const. pecu.

1 *Debitor an & quando possit soluere ante diem solutioni præfixum.*
2 *Terminus si datus est alicui ad producendum instrumenta, vel ad faciendum iurare testes non debet is facere requiri aduersarium ultima die termini.*
3 *Debitor an & quando teneatur ire ad domum creditoris pro solutione debiti facienda.*
4 *Si solutio fieri debet in ciuitate Florentiæ in die Paschatis, & neque creditor neque debitor probant se eo die ibi fuisse paratos, mora non est probata.*

Bar.in l.item illa.ff.de const.pecu.

1 BART. in d.l.item illa,in princip.agit an & quando debitor † possit soluere ante diem solutioni præfixum. De hac re uide Bar.in l.qui Romæ, in princip.ff.de uerb.oblig.& ibi Alex.& Ang.in l.Titius.ff.quæ res pign.oblig.poss.& Alex.in l.item quia.§.1.ff.de pact. & de hac re uide Ias.in l.stipulatio ista habere licere.§.incertam.ff.de verb.oblig.& an & quando debitor cogi possit soluere ante diem,vide Ias.in l.in diem.ff.de cõd. indeb. similiter hic opportunè quæri potest quando tempus est adiectum alicui dispositioni,vtrum id fieri possit ante tempus, vt putà,hæres rogatus restituere hæreditatem post mortẽ suam pauperibus, vtrum possit uiuens restituere in præiudicium pauperum,qui erunt post mortem. Dec.in l.cum tempus.ff.de reg. iur.& in hac re scias emphyteotam nõ posse soluere canonem pro pluribus annis futuris. Dec. in l.cùm tempus.ff.de reg.iur.

2 Bar.in ead.l.col.2.vers.& hoc est ualde utile,inquit,si datus† est terminus alicui ad producendum instrumenta,vel ad faciendum iurare testes,non debet is facere requiri aduersarium ultima die termini: quia ibi debet esse, & si non est ibi, est contumax. vide Felin.in c.2.colu.2.& seq.de testi.& sequitur Ias.in l.properandum,col.2.in 2.limit.C.de iudic. & quando partes statuerunt terminum iudici ad finiendam causam, iudicem posse absque ulla citatione ferre sententiam ultima die termini: vide latissimè apud Ias.in repet.l.admonendi,col.37.vers.secundò principaliter.ff.de iureiur.Adde in hac materia tempus legitimæ ætatis, aliquem in mora non constituere,& qñ aliquis promisisset,cum erit legitimæ ætatis.Soc.in cons.109.col.fi.in 1.vol.

3 Bar.in ead.l.& col.vers.oppo.ad tertium,tradit,an & quando debitor † teneatur ire ad domũ creditoris pro solutione debiti facienda. vide Abb.in c.significante, de pignor.Bal.in l.acceptam,col.12.C.de usur.& in l.suus quoque.ff.de hæred.instit. Ancha.in cons.82.Pro faciliori. & in cons.127.Visis. & Card.in cons.68.Casus talis est. Alexand.in l.cùm filiusfamiliàs.ff. de uerb.oblig.& Felin.in c.licèt, de simon. Et dum Bar.subiungit,si debitor & creditor non sunt eiusdem fori,sufficere,si debitor in domo sua protestetur se paratum esse soluere canonem emphyteoticum: quia creditor tenetur ire ad eum. vide Alex.qui idem ait in cons.120.Ponderatis,in fi.in 5.uolu.quamuis contrarium senserit Ana.in cons.5.Visa narratione. & in materia emphyteotica, an Bart.hic bene senserit, an non,vide Ias.in l.ij.quæst.37.C.de iure emphyt.& omninò in l.ad diem.ff.de uerb.obliga. & qua cautela possit uti emphyteota, vt moram purgare ualeat, vide Cæpoll.in cautel.135.& quia Bar. ibi in 3.col.progreditur discutiendo quid sit in alio debitore, quando sunt diuersi fori? aitque protestandum esse ut suprà dictum est. Quid si alio modo quam per protestationẽ debitor probare possit se paratum fuisse: & dicas hoc sufficere,vt per Aret.in cons.162.col.3.vide Alex.in l.non hoc, col.3.C.vnd.legit. & in d. cons.120.in 5.uol.& Ancha. in cons.86.

4 Bar.in ead.l.col.3.versi.quæro pone, ait si solutio † fieri debet in ciuitate Florentiæ in die Paschatis,& neque creditor neque debitor probant,se eo die ibi fuisse paratos, non esse probatã moram. vide Alex.in consi.41.col.2.nu.15.in 4.vol.Aret.in consi.163.Corn.in consi.70.in 2. vol.& Ias.in consi.109.col.pen.in 1.vol.& dum Bar.ibi in col.fi. vers. Quæro quia dictum est. ait uerba dicta in præcedentibus,scilicèt,quando creditor & debitor sunt eiusdem fori,esse intelligenda, si uterque habitat in eadem ciuitate. Ad huius dicti declarationem uide Alexand. in l. vinum.ff.si cert.peta.Ana.in consi.5.& Bar.cum ibi addit. in l.mediterraneæ. C. de anno. & trib.lib.10.

Summarium in d.l.item illa.§.vetus.ff.de const.pecu.

1 *An per constitutum prima tollatur actio, & fiat nouatio.*

Bar.in d.l.item illa.§.vetus.ff.de const.pecu.

1 Bart. in ead.l.§. vetus, tradit an per constitutum † prima tollatur actio, & fiat nouatio. Vide Alex.in consi.155.Visis & consideratis,in lib.primi & secundi vol.& in rubri.ff.de uerb. oblig.col.2.vbi Ias.in fi.& Alex.in l.si diuortio,col.2.vers.item.ff.eod.tit.de uerb.oblig. & in l. quòd ususfructus,col.1.in 3.notabili.& Soc.in cons.21.in 1.vol. Et an & quando nouatio facta esse intelligatur,& quomodò inducatur,& multa alia ad rem facientia,vide apud Alex.in cõsi. 173.in 7.vol.Aret.in consi.5.Soci.in consi.167.in 1.vol.& latè apud Albert.Brun.in tracta.de augumento,in tertia conclusione principali.nu.40.cum seq.

Summarium in l.promissor.§.si sine.ff.de const.pecu.

1 *Speciale est in constituta pecunia, vt ideo non teneatur nisi post decem dies, & non statim.*

Bar.in l.promissor.§.si sine.ff.de consti.pecu.

1 Bar. in d.§.si sine, tangit rationem illam,scilicèt,speciale esse in constituta † pecunia, vt ideò non teneatur nisi post x.dies, & non statim: quia ex nudo pacto oritur actio. vide an ista ratio sit uera,apud Ias.in §.in personam, inst.de action. Et dum Bar. subijcit ueriorem esse sententiam,si dicatur,hoc tempus x.dierum adiectum esse solutioni miserationis causa: vide Ias.in d.§.in personam,col.2.vers.circa secundum.

Summarium in l.Titius.ff.de const.pecu.

1 *An & quando per epistolam possit contrahi stipulatio.*

Bar.in l.Titius.ff.de const.pecu.

1 Bart. in d.l.Titius,tradit,an & quando per epistolam † possit contrahi stipulatio,& dicit non posse. Quid si inter præsentes præcedat interrogatio per epistolam,& responsio subsequatur,vtrum stipulatio contrahatur? vide Aret.in l.j.in princ.ff.de uerb.oblig.& ibi Ias.

Summarium in rubr.ff.commoda.

1 *Libellus quomodo sit concipiendus in actione commodati.*

Lucubrat.in rubr.ff.commodati.

1 QVOMODÒ sit concipiendus † libellus in actione commodati,latè docuit Ias.in §.sequens alia,col.4.vers. qualiter,instit.de action.ex quo cognoscitur materia commodati. Et an concurrant simul actio furti & actio commodati, tradit idem Ias.in l.si ex pecunia.C.de furt. Quæro quid sit commodatum. Resp.est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuito facta concessio.glo.in c.vno,de commod.& Io.And.ibi supplet,ad certum tempus tacitum uel expressum.tradit Bar.in l.in cõmodato.§.sicut,infrà eo.tit.sed ibi Abb.inquit, usum specialem semper hĩe onus annexum,& ideò ibi gl.noluisse mẽtionem tpis facere. Et cõmodati contractus quem obliget,qñ fit gratia recipientis,qñ dantis,& quando gratia utriusq;, tradit Abb.in d.c.vno.Item scias in cõmodato rationem haberi leuissimæ culpæ, alioqui uerò in precario. Et rationem diuersitatis tradidit Abb.in c.fi.de precar. Si commodatarius allegat se rem perdidisse,vel adducit casum fortuitum,nunquid probare teneat?& qũo probabit.Bar. in l.si quis ex argentarijs.§.nam &.ff.de eden.& plenè Abb.in c.bonafides,de depos.

Summa-

Summarium in l.j.ff.commod.

1 *Pupillus obligatur ex commodato.*

Bar.in l.j.ff.commod.

1 BART. in d.l.j.§.impuberes,ait,pupillum† obligari ex commodato,quatenus locupletior factus est. vide Abb.in c.vnico,de commod.

Summarium in d.l.j.§.si reddita.ff.commod.

1 *Qua actione agatur pro interesse deteriorationis.*

Bar.in d.l.j.§.si reddita.ff.commod.

1 BART. in ead.l.§.si reddita,quærit,qua actione agatur † pro interesse deteriorationis. vide Aret.in consi.82.

Summarium.in d.l.j.§.in hac actione.ff.commod.

1 *Si mora non præcesſit litis contestationem, tunc si mora committitur in ipsa litis contestatione quando non habet iustam causam litigandi,eo casu æstimatio incipit crescere à tempore litis contestatæ.*

2 *An & quando ex mora actoris decrescat æstimatio.*

Bar.in d.l.j.§.in hac actione.ff.commod.

Bar.in ead.l.§.in hac actione,col. 3.legit istum.§.octauo modo.vide eundem Bar.in l.uinum. ff.si cert.pet.ubi Ias.col.12.defendit Bar.& ultimo loco eum reprehendit. Et dum Bar.in eod.

1 §. colu.5. in princip.ait, si mora † non præcesſit litis contestationem, tunc si mora committitur in ipsa litis contestatione,id quod est regulariter,quando non habet iustam causam litigandi,& eo casu æstimatio incipit crescere à tempore litis contestatæ. Vide Ana.in consi.5. & ibi addita. Et quia Bar.ibi in col.seq.in princ.quærit quando petitur executio instrumenti continentis debitum frumenti,uini,uel olei,utrum ratio æstimationis habeatur à tempore moræ.vide ad declarationem huius rei Cor.in cons.140.col.13.in 3.vol.

2 Bar.in ead.l.col.6.versi.quæro uidi quòd mora rei,tractat an & quando † ex mora actoris decrescat æstimatio. vide de hac notabili quæst.Ias.in l.uinum.col.4.in 2.not.ff.si cert.pet.

Summarium in d.l.j.§.hæres.ff.commod.

1 *In obligatione rem restitui in contractibus bonæfidei,hæres tenetur ultra portionem hæreditariam.*

Bar.in d.l.j.§.hæres.ff.commoda.

1 BART. in ead.l.§.hæres,ait,in obligatione † rem restitui,in contractibus bonæ fidei hæredem teneri ultra portionem hæreditariam,quatenus habet facultatem rei restituendæ. & in fi. oppo.idem uideri etiam in actionibus stricti iuris, & soluit ut ibi per eum remittendo se ad.§. Cato?de uerb.oblig.ubi uideas Bar.in tribus primis oppositi.Et ex distinctione ibi posita amplia istum tex.ut procedat etiam in pluribus promissionibus sicut in pluribus hæredibus; licèt contrarium sentiat Bar.in l.si ut certo.§.si duobus uehiculum,col. 4.infrà eod.

Summarium in l.si ut certo.§.nunc uidend.ff.commod.

1 *Periculum rei æstimatæ an & quando transeat in accipientem.*

2 *Æstimatio rerum quæ sunt datæ in dotem,an & quando faciat emptionem.*

Bar.in l.si ut certo.§.nunc uidendum.ff.commod.

1 BART. in d.l.si ut certo.§.nunc uidendum,col.2.tradit an & quando periculum † rei æstimatæ transeat in accipientem. & dum loquitur de contractu, de cuius natura non est ut dominium transferatur,ut in commodato,locato,& depositi, distinguit, ut ibi per eum. tu vide Bal.in l.j.in 3.q.C.eod.tit.& plenè de ijs omnibus, quæ hic habentur per Bart. & quando æstimatio faciat emptionem uide Io.Andr.Abb.& Barb.in c.unico,de commod. Et an & quando æstimatio faciat emptionem,vide Soc.in consi.93.col.3.in 1.vol.Et regulam cum fallent.apud

2 Ias.in l.si ex conuentione.C.de pact.Et an & quando æstimatio † rerum,quæ datæ sunt in dotẽ, faciat emptionem,& quid sit restituendum soluto matrimonio, tradit Soc.in consi.56. uel 57. in 1.vol.& plenè Dec.in d.l.si ex conuentione.C.de pact.Iciasque dotalem fundum, qui æstimatus

matus non fuit tempore contracti matrimonij,quamuis posteà ęstimetur non desinere esse do talem . Mari.Soc.iuni.in consi. 141 .nu. 14.Et dum Bar.ibi in fin.d.§.ait, in omnibus casibus in quibus æstimatio facit emptionem,subintelligendum esse,hoc procedere solùm quando æstimatio est certa,alioqui uerò si dictum esset simpliciter,tibi reddam æstimationem.vide ad hoc pulchrè & plenè Rom.in consi.314.col.fi.Aret.in consi.84.colu.2.& seq. & Socin. in d.consi. 93. colum.3. in fin.

Summarium in d.l.si ut certo.§.quod uerò.ff.commod.

1 *Ille est in culpa,qui res suas saluas fecit,& commodatas amisit .*

Bar.in d.l.si ut certo.§.quod uero.ff.commod.

1 BART. in d.l.§.quod uerò,inquit,eum esse in culpa, † qui res suas saluas fecit,& commodatas amisit,subiungitque ibi in fi.ubi res erant æquales, uel si habebat res duorum , locum esse gratificationi . De hoc articulo quando locus sit gratificationi,vide glo. in l. ciues. C.de incol. lib. 10.& Bal.in l.per agrum.C.de seruit. & aqu. Et de hac re uide etiam aliquid per Bart. in l. admonendi,col.6.in princ.ff.de iureiur.& Alex.in l.si Titius,in fi.ff.de verb.oblig. cui adde dũ citat Bal.in l.quibus.C.de secund.nupt.contrarium tenuisse eũdem Bal.in auth. in testamento. C.de collat.Et quod nam documentũ sit uerius,vide apud Alex.in l. qui filiab.§.1.ff. de leg.1.

Summarium in d.l.si ut certo.§.usque adeò.ff.commod.

1 *An uendita equa,uideatur uenditus pullus .*

Bar.in d.l.si ut certo.§.usque adeò.ff.commod.

1 BART. in ead.l.§.usque adeò,format duas quæstiones.An uendita † equa uideatur uenditus pullus . & an uendito equo uideatur uendita sella . vide Bal.in c.translato, de const. quem simpliciter sequitur Ias.in l.si extraneus, in fi.ff.de cond. ob caus. & dicas equo uendito etiam sellam,& alia ornamenta comprehendi,nisi aliter ex qualitate pretij appareat , secundum Bar. in l.Aediles.2.ff.de ędilit.edict.uide Fabianum de Monte in tract.de emptione & uenditione, in 6.q.nu.32.Ad rem facit illa quæstio an uox uestium,cõprehendat gemmas & alias accesio nes ipsis uestibus annexas, quando sunt preciosiores ipsis uestibus.in qua dicendum uidetur, quòd non, per gl. in l.ij.ff.pecul. legat.tamen contrarium decidit Antonius Corset.in tract. de potest.regia,in 4.par.nu. 3.vbi adducit Rom.& alios contrarium tenentes.

Summarium in d.l.si ut certo.§.interdum.ff.commod.

1 *Si commodatum fiat gratia dantis ,commodatarius de solo dolo tenetur .*

Bar.in d.l.si ut certo.§.interdum. ff.commod.

1 BART. in ead.l.§.interdum,sic ait in summa.si commodatum † fiat gratia dantis, commodatarius de solo dolo tenetur.vide Feli.in c.super eo. 2.col.2.de testi.& Ang.in consi.339.

Summarium in d.l.si ut certo.§.si duobus.ff.commod.

1 *Quando plures sunt principaliter obligati,eos teneri solum pro parte,quamuis unus eorũ totũ possideat.*

Bar.in d.l.si ut certo.§.si duobus uehiculum.ff.commod.

BART. in ead.l.§.si duobus uehiculum,col.4.versi. Reassume ergo breuiter . ex eo,quod hic ait Bar.iunctis ijs,quæ in seq. membro tradit, colligitur Bartolum uoluisse , quando plures
1 † sunt principaliter obligati,eos teneri solùm pro parte , quamuis unus eorum totũ possideat. cuius cõtrarium tenet idem Bar.in l.iiij.§.Cato.ff.de uerb.obli.cũ quo alij simpliciter transeũt. Et dum subiungit Bar. quando ambo deliquerunt, quemlibet in solidum teneri, perinde ac si essent duo rei . Dicas tamen eos habere beneficium diuisionis,sicut tutores. Bar. in l.iij.§.1.in 2.q.ff.de duob.reis. item hoc procedit in cõtractu bonæ fidei,alioqui uerò in contractu stricti iuris : quia tunc cõmittitur pro parte.l.stipulationes non diuiduntur.§.Celsus.ff.de uerb.oblig. Et dum Bar. in eod.§.in col.seq.uersi.opp. præmissæ,ait, dicendum uideri , unius factum alteri commodatario non nocere . vide Ias.in d.§.Cato,col.10.versi.in sexta.

Summa-

Summarium in l.eum qui.§.sed si dum.ff.commod.

1 *Quando commodatarius excusetur, qui remisit rem commodatam per nuncium.*

Bar.in l.eum qui.§.sed si dum.ff.commod.

1 BART. in d.§.sed si dum,tradit,quando commodatarius † excusetur, qui remisit rem commodatam per nuncium. aitque si dominus consueuerat talem nuncium mittere,excusari. vide ad hoc Feli.in c.cùm in iure,col.pen.de offi.deleg.Ias.in l.j.ff.de eo per quem fact.erit.

Summarium in l.in commodato.§.sicut.ff.commod.

1 *Quæ sit differentia inter commodatum, & precarium.*

Bar.in l.in commodato.§.sicut.ff.commod.

1 BART. in d. l.in commodato.§. sicut, tradit differentiam, † quæ est inter commodatum & & precarium.de qua re uide Abb.& alios in c.unico,de commod.& Abb.in c.fi.col. 10. de precar.sed dum Bar.ait commodatum dari ad certum usum & tempus. Attende, quia contra hoc dictum uidetur esse text.in l.fin.ff.de præscript.uerb.ubi datur siue certo usu & tempore, & tamen dicitur commodatum.

Summarium in l.in commodato.§.duabus.ff.commod.

1 *Creditor qui debet habere centum, si tantùm uigintiquinque petit, an possit cogi à debitore ut totũ petat.*

Bar.in d.l.in commodato.§.duabus.ff.commod.

1 BART. in ead.l.§.duabus,ait creditorem † qui debet habere centũ, si tantum uigintiquin-
* que petit,cogi posse à debitore ut totum petat. sed contra Bar.est * communis doctorum sententia,ut per Alex.in l.ij.in fi.ff.de acquir.hæred.

Summarium in l.in rebus.§.item qui.ff.commoda.

1 *Commodantem rem uitiosam teneri, si id sciens fecit.*

Bar.in l.in rebus.§.item qui.ff.commod.

1 BART. in d.§.item qui,tradit,commodantem † rem uitiosam teneri,si id fecit sciens, alioqui uerò si ignorans: quia is non tenetur ad damnum reficiendum. Adde circa hoc in uenditione & locatione uasis uitiosi, etiam ignorantem teneri non solùm respectu pretij, sed etiam damni inde secuti, ut est tex.in l. tenetur.§. sed si uas.ff.de action.emp. quamuis in contrarium uideatur tex.in l.Iulianus,eod.tit.& Bar.in l.iubemus.ff.commod.ad rem faciunt plenè trad. in l.bene à Zenone.C.de quadrien.præscrip.& per Abb.in c.unico,versi.post usum,de commod.

Summarium in d.l.in rebus.§.item qui.ff.commoda.

1 *Si petis à me decem, & ego oppono compensationem de uiginti, quæ mihi debes, iudex absoluit me à decem petitis, sed non condemnabit te in alijs decem.*

Bar.in d.l.in rebus.§.quod autem.ff. commod.

1 BART. in ead.l.§.quod autem, ait,si petis † à me. 10. & ego oppono compensationem de uiginti,quæ mihi debes, iudex absoluit me à 10. petitis, sed non condemnabit te in alijs. 10.in eodem iudicio,nisi agatur per uiam reconuentionis. vide Feli.in c.cùm Ioannes,col. 1. versic. item de fid.instrum.

Summarium in rub.ff.de pigno.acti.

1 *Quæ ueniant in actione pignoratitia.*

2 *Libellus quomodò concipiatur in actione pignoratitia.*

Lucubrat.in rubricam.ff.de pignor.acti.

1 CIRCA hanc rubricam quæro in primis,quæ ueniant † in actione pignoratitia,& pro quibus competat. vide plenè omnia ad rem hanc pertinentia apud Antonium de Fano in suo erudito tract. de pignoribus & hypothecis, in tertio membro septimæ part.

part.ubi loquitur tam de directa quàm de contraria. Et quid ſit directa, & quid contraria, & quomodò differant,uide apud Iaſ.in l.ſi tibi. 10.§.de pignore. ff. de pact. quæro quando actio pignoratitia oriatur? Reſp.eam facta debiti ſolutione oriri: tunc enim debitori actio cõpetit ad redimendam rem pignoratam. Et in quibus caſibus oriatur,docuit Barto. in d.l.ſi tibi.x.§. de pignore.Et quomodò hoc procedat,& in facti contingentia fieri debeat,vide regulam cum multis ampliationibus & fallentijs apud Ant.de Fano in d.tract.in ſecundo membro. num. 16.

2 cum ſeq. Quæro quomodò in hac materia libellus † ſit concipiendus, vide Iaſ.in §. actionum, col. 33.inſt.de action. ubi tradit hoc remiſsiue. An autem agenti pignoratitia opponi poſsit dominij exceptio? vide Ant.de Fano in d.tract.in tertio membro ſeptimæ par.nu.13.Et quomodò pignoratitia differat ab hypothecaria tradit idem Antonius de Fano ibi in primo membro ſeptimæ part.& uide quæ poſui ſuprà ad Bar.in proœm.fforum in 20.lucubratione. Scias etiam pignoratitiam actionem non ſequi rem, neque ſingularem ſucceſſorem. & alia multa ſcitu digna in hac materia recto ordine poſuit Antonius de Fano in ſecundo membro ſeptimæ par.& in hac re illud potiſsimùm intelligas,ſi pignori dedi rem meam pro te, quæ diu obligata permanſit,poſſum agere,ut eam liberare cogaris. tex.eſt not.in l.Lucius.ff.mand.ubi Alex.ibi in apoſtill.ad Bart.ait,idem eſſe in fideiuſſore,ſi uult liberari.vide etiam eundem Antonium in quarto membro ſextæ par.nu.16.

Summarium in l.j.ff.de pigno.acti.

1 *Pignus nudo conſenſu contrahitur, etiam ſi alia res tradatur.*
2 *Prætorium pignus non ſufficit ut uerbo & ſolo iudicis iuſſu detur, niſi actualis miſsio fiat.*
3 *Dictio præter, ſtat incluſiuè.*
4 *Debitor an habeat pignoratitiam ſublato debito.*

Bar.in l.j.ff.de pignorat.acti.

1 Bart. in d.l.j.ſic ait in ſumma; Pignus † nudo conſenſu contrahitur, etiam ſi alia res tradatur,& deinde agit de pignore conuentionali,& prætorio. vide Abb.in c.cùm aliquibus, de re iudic.Et dicas in pignore conuentionali pignus propriè non conſtitui ſine traditione, neque poſſeſsionem transferri, ſed magis obligationem pignoris. Quantum uerò attinet ad pignoratitiam directam,illa contrahitur re. inſt.quib.mod.re contr.obligat.in fi.ideò niſi in creditorem poſſeſsio, ſeu detentio tranſeat, non haberet locum huiuſmodi pignoratitia. Abb. in

2 d.c.cùm aliquibus.Prætorium autem pignus † non ſufficit ut uerbo & ſolo iudicis iuſſu detur, niſi actualis miſsio fiat. tex.eſt in d.c.cùm aliquibus. Quomodò autem pignus conſtituatur in nominibus debitorum,uide glo.ſing.ſecundum Barto.in l.j.C.de pignor.action. Et attende in hac materia,quia pignus prætorium generaliter conſtitutum in bonis debitorum, ſe extendit ad bona poſteà quæſita per debitores ſecundum gl.in l.quamuis.ff.ex quib.cau.in poſſ.eat.ſicut & conuentionale.l.fi.C.quę res pign.oblig.poſſ.item utrunque poteſt ſimul concurrere in eadem re,& eidem.tex.eſt not.in l. fundus.ff.de ann. lega.in l.ſi cùm debitor. C.de iudic.& l.ſi proprietarius.ff.de damn.infec.per quas autem perſonas conſtitui poſsit pignus conuentionale, & quale mandatum exigatur, & alia ad rem facientia uide per Antonium de Fano in d. tract.in primo membro tertię par.nu.60.& quomodò differant pignus conuentionale,& prætorium,vide Abb.in d.c.cùm aliquibus.

3 Bar.in ead.l.tradit,uocem hanc,Præter,† ſtare incluſiuè. Tu uerò an, & quando ſtet incluſiuè uel excluſiuè, diſtingue ut per Abb.in c.dudum. poſt numerũ 16.de electio. Et de huius uocis ſignificatione,vide Feli.in c.literas,in fi.de præſump.& Mari.Soc.iuni.in cõſi.36. nu.12. Et dic uocem hanc,præter,& uocem contrà,æquiparari,quando aliquid datum eſſet pro forma. Feli.in c.cauſam quæ, de re iudic. et an & quando iſta uox,præter,includat uel excludat, vide Bar.in l.Seio.§.vxori.ff.de ann.leg.in l.actione.C.de tranſact.& in l.fundo.ff. de adim. leg. Et ad rem faciunt trad.per Feli.in c.literas,col.5.& ſeq.de præſumpt.

Bar.

4 Bar.in ead.l.quærit,an debitor † habeat pignoratitiam ſublato debito? vide Alex.in l. ſi finita.col. 32.& ſeq. uerſi. Adde.ff.de damn.infec.

Summarium in l.ſi conuenerit.ff.de pig.actio.

1 *Pignus uendi poteſt ſi eſt actum, uel nihil eſt dictum.*
2 *Utrum poſſint fieri iſtæ tres denunciationes, ſolue, ſolue, & iterum ſolue.*

Bar.in l.ſi conuenerit.ff.de pignor.actio.

1 BART. in d.l.ſi conuenerit, ſic ait in ſumma. Pignus † uendi poteſt, ſi eſt actum, uel nihil eſt dictum. vide ad hunc tex. Feli. in c. ex literis, col. 6. verſ. fallit ſextò de conſt.

2 Bar.in ead.l.quærit, utrum poſsint fieri iſtæ tres † denunciationes. ſolue, ſolue, & iterum ſolue. Et ex mente glo. ait non poſſe: quia hoc non eſt ſæpe denunciare, ſed ſæpe loqui. vide Fel. in c. ex literis, col. 6. verſi. fallit nonò, de conſt. Barb. in conſi. 1. colu. 43. in 1. vol. & in conſi. 18. col. 18. in 2. vol. & Rom. in conſi. 427.

Summarium in l.quamuis.ff.de pig.acti.

1 *Debitor qui alternatiuè eſt obligatus ad ſoluendum uel ad dandum pignus, non poteſt eligere, ſed electio ad creditorem ſpectat.*

Bar.in l.quāmuis.ff.de pign.actio.

1 BART. in d.l.quamuis, ſingulariter decidit, debitorem, † qui alternatiuè eſt obligatus ad ſoluendum uel ad dandum pignus, non poſſe eligere, ſed electionem ad creditorem ſpectare, cuius fauore hoc factum eſt. De hac re vide Iaſ. in l.j. col. 1. ver. ſecundò limita. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. iiij. §. ſi ex conuentione, poſt Alex. ibi & Paul. de Caſt. in tertio notabili. colu. 21. ff. de re iudic. & eundem Iaſ. in l. cùm proponas. C. de tranſact. & in §. Nunc autem qui loco, col. 2. verſ. unum tamen. inſt. de action. Feli. in c. inter cæteras. col. 1. in 2. fall. de reſcrip. ubi Dec. in fi. & in conſi. 12. ubi inducit ad ſimilem quæſtionem Barb. in conſi. 15. col. 2. & ſeq. in 2. vol. & Alex. in l. ſi ſe non obtulerit. §. ſi ex conuentione, col. 1. ff. de re iudic. & omninò Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in primo membro quintæ par. nu. 7. cum ſeq. & quæ poſui ſuprà ad Bar. in l. non utique. ff. de eo quod cert. loc. ubi de alternatiuis obligationibus egi.

Summarium in l.ſi neceſſarias. §. ſi annua.ff.de pig.actio.

1 *Dictiones quicunque, uel quodcunque, ſunt adeò uniuerſales, ut ea etiam includant, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet.*
2 *Oratio uniuerſalis ſi in uno eſt faſa, in totum redditur falſa.*

Bar.in l.neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pign. actio.

1 BART. in d.l.ſi neceſſarias. §. ſi annua, tradit de oratione uniuerſali. Aduerte tu, quòd uox quicunque, † uel quodcunque eſt adeò uniuerſalis, ut ea etiam includat, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet. Soc. in conſi. 3. col. fi. in 3. vol. & includit etiam caſus, qui ſub ſignificatione lata continetur. Soc. in conſi. 104. col. 1. eod. vol. ubi ait, hoc tamen non habere locum quādo cum hac uoce, adiuncta eſſet uox, alius, uel aliud. & de ui huius uocis, quæ eſt adeò uniuerſalis, vide Alex. in conſi. 35. in 6. vol. ubi ait, huiuſmodi uocem complecti omnem caſum etiam in ſtatuto, & non recipere reſtrictionem de habilitate. vide omninò Dec. in conſ. 599. & Pau. de Montepico in repet. l. Titia cùm teſtamento. §. Titia cùm nuberet. nu. 74. ff. de leg. 2.

2 Bar.in eod. §. ait, orationem † uniuerſalem ſi in uno eſt falſa, reddi falſam in totum. De hac re uide Iac. de Are. in tract. poſitionum. nu. 21.

Summarium in l.ſi rem alienam. §. propriè. ff. de pig. act.

1 *Statutum diſponens de pignore, locum non habet in hypotheca.*

Bar.in l.ſi rem alienam. §. propriè. ff. de pign. acti.

1 BART. in d.l.ſi rem alienam. §. propriè, inquit, licèt non affirmet, ſtatutum † diſponens de pignore,

pignore,locum non habere in hypotheca, vide Feli.in c.cùm aliquibus,colu.1.de re iud.Aret. in consi.30.col.4.& in consi.125.col.2.

Summarium in d.l.si rem.§.omnis.ff.de pig.act.

1 *Pignoratitia directa contrahitur quando est creditori soluta pecunia uel aliter satisfactum.*
2 *Quando nascatur actio pignoratitia.*

Bar.in d.l.si rem.§.omnis.ff.de pign.acti.

1 BART. in ead.l.§.omnis,colligit in summa,pignoratitiam † directam contrahi, cum est creditori soluta pecunia,uel aliter satisfactum. Ex quo conijcitur, etiam sine solutione debiti, satisfieri posse. pro cuius dicti limitatione uide Abb.in consi.24.in 2.vol.Et quid significet hoc uerbum,satisfacere,uide Feli.in c.ad nostram.nu.10.de iureiur.Et quamuis satisfacere non dicatur ille,qui dat fideiussores. Barto.in l.Paulo.ff.qui satisd.cog.per text. in auth.si quando. C. de const.pecun.& in l.si promissor Stichi.§.constitutio.ff.eod.tit. Tamen satisfactum esse intelligitur,quomodocunque uoluntati creditoris satisfiat. Abb.in c.inter alia,colu.3.de immunit. eccles.& in c.præterea,de usur.nam satisfacere est,sicut uoluerit creditor.Specul.in tit.de obli. & solut.§.secundo uersi.quid si lata.

2 Bar.in eod.§.quærit,quando nascatur † actio pignoratitia. De hac re vide quæ posui suprà in lucubrat.in rubricam.

Summarium in d.l.si rem.§.qui ante.ff.de pignor.act.

1 *Quando ius intentatum superuenit pendente iudicio ex causa de præterito potest sequi condemnatio.*

Bar.in d.l.si rem.§.qui ante.ff.de pign.acti.

1 BART. in ead.l.§.qui ante,sic ait in summa.Quando† ius intentatum superuenit pendente iudicio ex causa de præterito,potest sequi condemnatio. vide Matthæsyll.in sing.9.incip.Nota regulam Alex.in consi.150.col.penul.in 5.vol.ubi loquitur in causa matrimoniali. & Paul. de Castr.in cons.262.

Summarium in l.solutum.§.si in sortem.ff.de pign.actio.

1 *Pignus datum an possit retineri pro usuris quando pro eis non fuit obligatum.*

Bar.in l.solutum.§.si in sortem.ff.de pign.action.

1 BART. in ead.l.§.si in sortem, quærit, nunquid pignus † datum possit retineri pro usuris, quando pro eis non fuit obligatum. De hac re uide aliquid per Iaf.in §.item Seruiana, col.3. inst.de action.& quemadmodum pignus datum pro sorte,retineri non potest pro pœna,ut docuit Bal.per illum tex.in l.pignoribus.C.de usur.& Rom.in sing.107.incip. Tu habes.& hoc * communiter teneri ait Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ, colu.32.de const.& Lauren.de Rodulphis in tract.usurarum,qu.148. & Antonius de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in primo membro quintæ par.nu.51.ita & pro usuris illud retineri non posse concludendum videtur;quia usura & pœna æquiparantur;ut latè docuit Soc.in cons.174.in 1.vol.

Summarium in d.l.solutum.§.solutam.ff.de pig.act.

1 *An & quando debitor soluendo creditori creditoris liberetur.*
2 *Inuecta & illata pro alio debito utrum retineri possint.*

Bar.in d.l.solutum.§.solutam.ff.pign.actio.

1 BART. in d.l.§.solutam,col.1.tractat,an & quando debitor † soluendo creditori creditoris liberetur. vide Ang.in consi.70.

2 Bar.in ead.l.§.solutam, in fi.quærit, utrum inuecta † & illata pro alio debito retineri possint. vide latè Iaf.in §.item Seruiana,col.8.inst.de act.& eundē Bar.in l.si non inducta.C.in quib.cau. pign.uel hypoth.tac.cōtra. tamen secundū l.primā.C.Chirogr.pecu. hoc intelligendū est, qñ bona essent inducta,& sic possidentur,alioqui non per tex.in d.l.j.versi,at si,in possessione.

Summa-

Summarium in d.l solutum. §. sed & si procurator. ff. de pign. act.

2 *In mandato generali uenit id, quod consuetum est.*

Bar. in d.l. solutum. §. sed & si procurator. ff. de pign. acti.

1 BART. in d.l. solutum. §. sed & si procurator, in fi. ait, in mandato † generali uenire id, quod consuetum est. vide Ang. in l. si negocia. ff. de negoc. gest. Alex. in consi. 118. col. fin. in 5. volu. Rom. in simili casu in consi. 94. col. pen. & seq. Soc. in consi. 159. col. 2. & 4. & in consi. 162. col. 5. & in consi. 164. col. 3. in 1. vol. & Feli. in c. sedes, col. 3. de rescrip.

Summarium in l. cum uenderet. ff. de pig. acti.

1 *Ex pacto creditoris uendentis potest debitor agere ut sibi cedatur actio.*

Bar. in l. si cùm uenderet. ff. de pign. acti.

1 BART. in d.l. si cùm uenderet, sic ait in summa. Ex pacto creditoris † vendentis potest debitor agere, ut sibi cedatur actio. circa istam. l. vide Curt. in consi. 12.

Summarium in l. ea igitur. ff. de pig. act.

1 *Leuis culpa probatur quando aliquis omisit facere illud, quod diligens fecisset pater familias.*

2 *Culpa leuis quæ dicatur, & quæ leuissima.*

3 *An & quando culpa alij obijci ualeat.*

Bar. in l. ea igitur. ff. de pignor. acti.

1 BART. in d. l. ea igitur, ait, leuem † culpā probari, quando aliquis omisit facere illud, quod diligens fecisset pater familiàs; uel fecit illud, quod ipse non faceret. Huius documenti ratio est, quia culpa in genere est deuiatio ab eo, quod bonum est, & hoīum diligentia præuideri potest. culpa uerò leuis est deuiatio inconsiderata ab ea diligentia, quam habent homines diligentes. Hæc Abb. in c. unico, de commod. In dubio autem diligentia præsumitur, non negligē tia. Abb. in consi. 41. col. 3. in 1. vol. & Crauet. in consi. 77. nu. 11. De hac re vide Alex. in cons.

2 45. Habita, in 1. vol. Et quæ dicatur culpa † leuis, quæ leuissima, & quæ latissima, docuit Abb. in consi. 82. in 3. vol. & in d. c. unico, & Bar. latissimè in l. quod Nerua. ff. depos. Et attende, eum in culpa non esse, qui fecit id, quod fieri solet. tex. est sing. secundum Bal. in l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro soc. trad. Ias. in l. domus. ff. de leg. 1. Item culpa ei ascribi non potest, qui non fecit illud, quod dubium erat, an prodesset uel non. Bal. in consi. 145. Casus talis est, in quo dam instrumento. col. 4. in 3. vol. & Crauet. in cons. 83. nu. 5. & culpam alicui obijcere non possum, ex qua lucrū sentio. l. cùm in fundo. §. 1. ff. de iur. dot. Alber. in l. Stipulatio ista habere lice-

3 re, in 15. opp. ff. de uerb. oblig. Et an & quando † culpam alij obijcere ualeam, tradit Barto. in l. Vranius. ff. de fideiuss. Et culposo nō ascribuntur, quæ mediatè, sed quæ immediatè à culpa pro ueniunt. Feli. in c. cùm inter. col. 10. uers. nec obstat. d. regulæ, de except. Abb. in c. quia diuersitatem, de concess. præben. sed quæro, utrum ille, qui fuit in culpa de homicidio teneatur: vide Mari. Soc. iuni. in consi. 58. nu. 10. vbi loquitur in pulchro casu de uenatore, qui sclopetto (ut eius uerbis utar) hominem occidit, putans eum esse feram aliquam. Et illum excusandum esse à pœna homicidij docuit, tamen si esset in culpa puniri deberet pœna aliqua extraordinaria arbitrio iudicis. Ias. in l. in actionib. ff. de in lit. iur. Et in quibus contractibus, & quando leuis culpæ ratio habeatur, tradit Ias. in d.l. domus. ff. de leg. 1.

Summarium in l. si conuenerit. la. ij. ff. de pig. act.

1 *Nomen debitoris pignori dari non potest.*

Bar. in l. si conuenerit. 2. ff. de pig. acti.

1 BART. in d.l. si conuenerit. 2. in summa inquit, nomen † debitoris pignori dari posse. Limita hanc. l. ut per Alex. in l. deducta. §. nummis, colu. 1. & 2. ff. ad trebell. Et dum Bart. colligit ex isto tex. compensationem quantitatis ad quantitatem admitti, non autem speciei ad quantitatem. idem dicas de facto ad quantitatem, declarando ut per Paul. de Cast. in cons. 9. An autem admittatur

admittatur compensatio de quantitate ad fructus,uide Bar.& alios in l.diuortio.§.ob donationes.ff.sol.mat.Et in summa,quæ ad materiam compensationum attinent,vide plenissimè apud Tyndarum in tractat,de compensat.Et dum Bar.ibidem paulòpost quærit,utrum quando agitur contra debitorem debeat præcedere discussio; vide Aret.in consi.137.colu.fin.& Soci.in consi.158.col.antepen.in 1.vol.

Summarium in d.l.si conuenerit.la 2.§.si nuda.ff.de pig.acti.

1 *Quod accedit pignori,pignus est.*
2 *Augmentum omnibus priuilegijs perfrui,quæ ad principale pertinent.*
3 *Dotis usuræ,alimenta & aliæ accessiones utrum habeant eandem hypothecã,quã habet sors principalis.*
4 *Castrum exemptum à ciuitate,quando non fuit unitum alteri territorio,regi debere hisdem constitutionibus,quibus anteà regebatur.*

Bar.in d.l.si conuenerit.2.§.si nuda.ff.de pig.acti.

1 BART. in ead.l.§.si nuda,hoc dicit in summa.Quod accedit pignori,† pignus est.Ex hoc documento colligitur,augumentum sumere naturam eius,cui adijcitur.vide Rom.in consi.383.in fi.Soc.in consi.93.col.7.cum seq.in 1.vol.Alex.in cõsi.140.in secundo dubio in 5.vol. ubi declarat.Et augmentum adipisci eandem naturam,quam habet res,ad quam accedit,uide re est apud Curt.in consi.56.ubi multa adducit exempla.& plenissimè apud Albert.Brun.in tract.de augmento,in 5.conclusione principali.vbi hoc declarat & limitat.Et in d.tract.erudi tè & latè pertractatur materia cuiuscunque augmenti.Et ad hoc Bartoli documentum optimè
2 faciunt,quæ idem Albert.Brun.scribit in 9.conclusione principali,ubi ait,augmentum † omnibus priuilegijs perfrui,quæ ad principale pertinent.citat tex.not.in §.1.alias in §.aliud,in auth. de æqualit.dot.& ibi Angel.& immo non modo accessorium,sed etiam accessorium accessorij nancisci debere naturam sui principalis,traditum est in c.1.de consec.eccl.uel alt.in sexto & de hac re vide Mari.Soc.iuni.in consi.65.in consi.66.& in consi.145.nu.75.Et ex prædictis infer
3 ri solet ad quæstionem,utrum dotis † usuræ,alimenta,& aliæ accessiones habeant eandem hypothecam,quam habet sors principalis.De qua uide latè apud Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in quarto membro secundæ part.nu.47.cum seq.Et dum Bart.in d. §.si nuda,ex præcedentibus decidit quæstionem de regno aucto,& de prouincia aucta,ut regi debeant hisdem constitutionibus regni.Tu circa istam quæst.& omnes additiones hoc in loco ad Bartolum positas,vide Ias.penè eadem afferentem.in §.in personam,colu.2.& 3.inst.de action.Feli in c.translato,col.3.de constit.Alex.in l.si ex toto.ff.de leg.1.& ibi etiam Aret.in 1. col.Barb.in consi.4.col.7.in 1.vol.& in d.c.translato.Præpositin c.ius ciuile.dist.1.aliquid per Anch.in c.canonum statuta,col.51.& seq.de const.Card.in clem.statutum,col.2.in fi.de elect. Aret.in l.si pater.§.si filium.ff.de uulg.& pupil.& tex.in c.fi.§.1.& ibi Gemi.de concess.præb. in 6.& dum ibi in d.§.in fi.subiungit Bar.quando regnum committitur tantum regi,tunc illud regi debere secundum leges & consuetudines suas.vide Alex.in consi.194.col.2.in libro pri-
4 mi & secundi vol.vbi decidit,castrum† exemptum à ciuitate,quando non fuit unitum alteri territorio,regi debere hisdem constitutionibus,quibus antea regebatur.& dum in addit.ad Bar. quæ incipit,quod ipse est rex & comes,dicitur de statuto imponente pœnam mulieribus nubẽ
* tibus cum hæreditate extra iurisdictionem statuentium.Dicas * cõem Docto.esse sententiam, ut tale statutum non ualeat,secundum Curtium in consi.27.in 1.col.

Bar.in ead.l.§.si fundus,ait,rem transire cum sua causa.vide Rom.in consi.128.

Summarium in l.aliena res.§.si pluribus.ff.de pig.act.

1 *Pares in tempore,pares sunt in iure.*

Bar.in l.Aliena res.§.si pluribus.ff.de pign.act.

1 BART. in d.§.si pluribus,ait,pares † in tempore,esse pares in iure.& ideò rem posse pluribus obligari,non tamen posse esse plurium respectu dominij.Hunc tex.alleg.Bart.in l.iiij.in fi.princ.

fi.principij.ff.de re iudic.ad probandum,ſi aliquis fuit ſyndicus conſtitutus ab uniuerſitate habente authoritatem legis cõdendæ,eum,ſi habet mandatum, poſſe obligare ſingulas perſonas, & bona ſingularium perſonarum; & eo caſu cenſeri obligaſſe perſonas pro uirili, bona uerò in ſolidum. Sed ibi eum redarguunt Alex. & Iaſ.in 9.col.verſ.circa tertiam concluſionem, ubi uentilant iſtum tex.vt ſciatur,probet ne intentionem Bar.an non.

Summarium in l.ſi pignore.ff.de pig.act.

1 *Si fui tibi condemnatus in expenſis in aliqua ſententia interlocutoria propter contumaciam, quamuis poſteà obtineam in ſententia diffinitiua, tamen te non teneri ad reſtitutionem expenſarum.*

Bar.in l.ſi pignore.ff.de pign.acti.

BART. in d.l.ſi pignore,in princ.verſi.& hoc facit ad quæſtionem, ait: ſi fui tibi condem-
1 natus † in expenſis in aliqua ſententia interlocutoria propter contumaciã,quamuis poſteà obtineam in ſententia diffinitiua, tamen te non teneri ad reſtitutionem illarum expenſarum.vide Alex.in l.ſi patroni.§. qui fideicommiſſum,col.3.ff.ad trebell.

Summarium in d.l.ſi pignore.§.ſi prædo.ff.de pign.act.

1 *Agenti pignoratitia obijci non poteſt quæſtio dominij.*

Bar.in d.l.ſi pignore.§.ſi prædo.ff.de pign.act.

1 BART. in ead.l.§.ſi prędo,ait, agenti pignoratitia † obijci non poſſe quæſtionem dominij. Hoc idem probat Antonius de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 3.membro ſeptimæ par.nu.13.

Lucubrat.in l.nec enim.ff.de pign.acti.

BAR. in d.l.nec enim,nihil dicit. Vide tu pro intellectu huius tex.& eius materiæ Antoniũ de Fano in d.tract.in primo membro ſextæ par.nu.64.

Summarium in l.eleganter.ff.de pign.acti.

1 *Re euicta non agi prima actione.*

2 *Creditor uſque adeò tenetur pro deterioratione rei pignoratæ facta culpa ſua, vt etiam ſi rem illam ita ſimpliciter accipiat inſolutum, tamen adhuc pro illa deterioratione tenetur.*

Bar.in l.eleganter.ff.de pignor.acti.

1 BAR. in d.l.eleganter,in princi.colligit ex iſto tex.in ſecundo notabili,re euicta † non agi prima actione. vide Aret.in conſi.160.col.7.& Imol.in conſi.12.Et dum Bart.paulò poſt ſubiungit,dationem in ſolutum eſſe ſimilem emptioni.vide an in ſtatutis appellatione uenditionis ueniat datio in ſolutum. Dec.in conſ.18.& dic eam contineri. Dec.in conſil.586.nu.9. & Io. Bertachinus in tract.de gabellis, in 3.membro.octauæ par.principa.nu.9.Et quia datio inſolutum eſt ſimilis uenditioni, propterea ſicut proximior bona uendita poſſet redimere, ita & data in ſolutum.Dec.in conſi.60.& dum Bar.poſteà progreditur dicens ex mente gl.pro ſolutione.l.ſi quis aliam.ff.de ſolut.ibi actum fuiſſe,vt non recederetur à prima. vide Alex.in conſ.79. col.5.verſ.conſulo,in 1.vol.vbi citat hanc glo.& eam commendat.

2 Circa iſtam.l.& gl.in uoce,ſi fortè,ſcias iſtam glo.dici eſſe ſingul.in hoc quia creditor † uſque adeò tenetur pro deterioratione rei pignoratæ facta culpa ſua, vt etiam ſi rem illam ita ſimpliciter accipiat in ſolutum,tamen adhuc pro illa deterioratione teneatur; ita Antonius de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 3.membro ſeptimæ par.nu.8.

Summarium in d.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.acti.

1 *Solutio monetæ reprobæ non liberat ſoluentem.*

Bar.in d.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.acti.

1 BAR. in ead.l.§.qui reprobos,ait,ſolutionem † monetæ reprobæ ſoluentem non liberare. Ex hoc infert Alex.in conſi.104.in 1.vol.ſtatutum quod imponit pœnam falſificanti monetã, non continere illum,qui monetã reprobam falſificauit: quoniam illa dici moneta non poteſt, vt multis exemplis hoc probat Alex.ſubiungens illam eſſe monetam reprobam,quę in loco ſtatuti expendi non poteſt. Attende tamen,quia ſi certum genus pecuniæ deberetur,quod ante

moram reprobatum esset,soluẽdo materiam quamuis reprobam debitor liberatur. Alex.post alios in l.quod te,col.2.& seq.ff.si cert.pet.vbi Ias.col.7. Et dum Bar. tradit dicendum uideri, monetam illam reprobam,quæ soluta fuit,repeti non posse; & soluit dicens hic apparere,eum non habuisse animum donandi,sed fraudandi: vide Alex.in consi.18.col.fi.in 3.volu. vbi citat hoc documentum.& in consi.164.in fi.in 5.vol.

Summarium in d.l.eleganter.§.si uendiderit.ff.de pign.acti.

1 *Ad id,quod plus debito pignus est uenditum, potest agere debitor ut sibi soluatur.*

Bar.in d.l.eleganter.§.si uendiderit.ff.de pign.acti.

1 BAR. in ead.l.§.si uendiderit,sic ait in summa. Ad id,quod plus debito † pignus est uenditum,potest agere debitor,vt sibi soluatur. & reliqua. De hac re uide omninò Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in primo membro sextæ par.princip.nu.52.

Summarium in l.si seruos.ff.de pign.actio.

1 *Expensæ necessariæ & utiles debent restitui.*

Bar.in l.si seruos.ff.de pign.acti.

1 BAR. in d.l. si seruos,ait, expensas † necessarias & utiles debere restitui, si modò debitori non sunt onerosæ, sed quid si res pignorata indiget aliqua expensa necessaria, vtrum creditor illam facere teneatur? alioqui si res pereat,vel deterior efficiatur,dicatur esse in culpa? Respõ. eum teneri eas facere, dummodò fieri possint sine magno sui & rerum suarum incommodo. Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 3.membro septimæ par.nu.4.

Summarium in l.non est mirum.ff.de pig.act.

1 *Pignus prætorium non constituitur nisi aliquis in possessionem mittatur. & nu.3.*
2 *Iussum iudicis & testatoris æquiparari.*

Bar.in l.non est mirum.ff.de pign.acti.

1 BAR. in d.l.non est mirum, sic ait in summa. Pignus † prætorium non constituitur, nisi aliquis in possessionem mittatur. vide Imol. & Abb.in c.cùm aliquibus, de re iudic.& dixi suprà in lucubr.in rubricam huius tituli.

2 Bar.in eadem l.ait,iussum † iudicis,& testatoris æquiparari. Attende,quoniam & si iudicium & ultimæ uoluntates æquiparantur,& de uno ad aliud colligi soleat argumentum, tamen iudicia magis æquiparantur contractui, quàm ultimæ uoluntati.l.iij.§.idem scribit.ff.de pecul. vbi Bar.& ibi pono. Sed contra hoc Bartoli documentum facit,quia obligatus aliquid facere iussu testatoris,tenetur præcisè ad factum,& obligatio non succedit ad interesse. Bar.in l.stipulationes non diuiduntur, col.18.vers.Quid ergo dicemus.ff.de uerb.oblig.& tamen obligatus facere propter sententiam iudicis, potest soluere interesse,vt ibi per Bar.colu.2.uers.sed iuxta. De hac re uide Bar.in l.centesimis.§.fi.col.pen.vers.vltimò.ff. de uerb.obliga. & latissimè Ias.in l.si is qui pro emptore,col.78.vers.Quid in sententia.ff.de usucap.

3 Bar.in ead.l.in fi.ait,quamuis pignus † prætorium non constituatur nisi quis in possessionem mittatur,tamen hoc non habere locum in casu.l.cùm unus.§.fin. cum l.sequ.ff. de bon.aut.iud. possid. vide quæ ibi pono ad Bart. Et dicas etiam hoc non habere locum in alio casu, scilicèt, quando potentia uel dolo aduersæ partis in possessionem is mitti non posset: quia pro possidente haberetur.c.contingit,de dol.& contu.Alex.in l.si finita.§.Iulianus,colu.32.versic.Adde quòd.ff.de damn.infec. & pro hac decisione faciunt trad. per Raph. Cuma. in consi.185.col.2.vbi ait, quamuis regula iuris sit, debitorem generis propter casus fortuitos non liberari.l. qui hominem.§.si nullo.ff.de solut. Hoc tamen non procedere, quãdo illi casus propter ipsum creditorem contingerent.

Summa-

Summarium in l.Caius.ff.de pign.actio.

1 *Qui se testamento subscribit vt testis, non uidetur approbare ea, quæ in testamento apponuntur.*
2 *Subscriptio non præiudicat subscribenti quando ipse non legit ea, quæ in scriptura continebantur.*
3 *Illi qui se subscribunt in pagina alba, non obligantur.*
4 *Si aliquis scripsit cedulam manu propria, sed eam non subscripsit, vtrum fidem faciat contra eum.*
5 *Ille qui est præsens actui quem prohibere posset contradicendo, tenetur, & eo casu patientia habetur pro consensu.*
6 *Vnusquisque de uniuersitate tacere non potest absque præiudicio & peccato in ijs, quæ ad honorem & utilitatem uniuersitatis attinent, etiam si contradicendo prohibere non posset.*
7 *Prælatos regis testantes se fuisse præsentes donationi, quam fecit rex de aliquibus oppidis regni, non propterea huic donationi uideri consensisse.*
8 *Vbicunque consensus pro forma exigitur siue ad perfectionem actus, hoc de expresso consensu, non autem tacito esse intelligendum.*

Bar.in l.Caius.ff.de pignor.actio.

1 BART. in d.l.Caius, sic ait in summa. Qui se testamento subscribit vt testis, nõ uidetur approbare ea, quæ in testamento apponuntur. Vide Corn. in consi. 208.col.2.versic.nec obst. 3. in 4.volu.vbi idem dicit in notario, qui inter alios confecit instrumentum de re, in qua ius habere opinabatur. An autem subscriptio facta in aliqua scriptura obliget subscribentem: Socin. in consi.68.in 4.vol.ait, subscriptionem operari perinde ac si ille, qui subscribit, totam scripturam manu propria confecisset. vide Bar.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. & Dec.in auth.si quis in aliquo.nu.16.C.de eden. Hoc tamen fallit in multis casibus, vt per Feli.in c.quoniam cõtrà.
2 nu.75.cum seq.de probat.& inter cætera subscriptio † non præiudicat subscribenti, quando ipse non legit ea, quæ in scriptura continebantur. Innoc.in c.2.de fide instru. Feli.in c.cùm uenerabilis, de excep.& in d.c.quoniam.nu.78.sed ipsi incumbit probatio, qui nõ audiuerit, vt ibidem per Feli. Hoc idem voluit Bald.in l.fi.C.plus uale.quod agi. & trad. Firmanus in tracta.de Episcopo, in prima par.in 3.lib. quæst.16. vbi latè hanc materiam subscriptionis, & sigilli tra-
3 ctauit. & ibi etiam subiunxit, eos, qui se subscribunt † in pagina alba, vt multoties fieri contingit, non obligari: dicens se pluries de hac re interrogatum ita respondisse, & consuluisse. Addit etiam, subscriptionem factam ab aliquo, mandante eo, qui scribere nesciebat, obligare mandantem. & de hac materia subscriptionis uide omninò Ioan. Baptistam Caccialupum in tracta tu de transactionibus, in 12.quæst.nu.14.& 15.& Crauet. in consi.73.nu.39. & quæ posui in l.quæ dotis.ff.solu.matrimo. Et quia ex prædictis colligitur subscriptionem communiter præiudicare subscribenti, de qua re agit etiam Bald.in authen. contra qui propriam.C.de non numera.pecun. Angel.in l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.ff.de uerb.oblig. & Alexan. in l.cùm antiquitas.C.de testa. Intellige conclusionem hanc procedere in eo, qui se illi actui subscripsit, qui eo volente fieri poterat, alioqui uerò si eo prohibente expediri potuisset: quia subscribẽs sibi non præiudicat, vt per Bar.in hac.l.Caius. & idem est etiam, quando is contradicere potuisset, sed non sine uerecundia & rubore. Bar.in l.quæ dotis.ff.solu.matrim. Abb. post Ant. de Butr.& Imol.in c.ex literis, de transact. Felin.in d.c.quoniam contrà.nume.44.versicu. Limita
4 primò. & multas alias limitationes uide ibidem per Felin. Quid si aliquis scripsit † cedulam manu propria, sed eam non subscripsit, vtrum fidem faciat contra eum? vide Bar.in l.cùm tabernam.§.fidem.ff.de pignor.& ibi Angel.& Anto.de Butr.in cap.2.de fide instrumen.& Bal. in proœm.fforũ.col.fi. An autem sigillum appositũ in aliqua scriptura obliget sigillantem. vide plenè apud Firmanum in dicto tract.de Episcopo, in prima par.in 3.lib. quæst.17.& Feli.in c. tertio loco, de probat.

5 Bar.in d.l.Caius, inhærendo glo.ait, eum, qui est præsens † actui, quem prohibere posset contradicendo, teneri: & eo casu patientiam haberi pro consensu, alioqui uerò si prohibere non posset. Contra hoc uidetur tex.not.in l.ij. ff.ad municip.& Aret.in consi.91.in fi. ibi enim tex.

decidit patrem,qui consensit filio,cum eligeretur decurio, teneri pro eo,ac si fideiussisset. posteà subiungit tex.indistinctè eum censeri consensisse,quando fuit præsens electioni, & tacuit. Ecce ibi non constabat, patrem contradicendo potuisse prohibere electionem filij, & tamen absque ulla distinctione sibi præiudicat,& censetur consensisse: igitur contra gio.& Barto.hic.

* Rursus huic conclusioni Bar.reluctatur * communis illa doctorum sententia, quæ uult, unum-
6 quemque de uniuersitate † tacere non posse absque præiudicio,& peccato in ijs,quæ ad honorem,& utilitatem uniuersitatis attinent,etiam si contradicendo prohibere non possent.Innoc. & Abb.in c. 1.de his quæ fi.à maio.par.cap. Abb.in c.continebatur,eod.titu. in c.dilectus.2.de simon.in c.vestra,de loca.& in c.in causis,de elect.& Ias.in l.quæ dotis.nu.84.ff.solu.matrimo. Pro hoc autem Bar.documento faciunt trad.per Alex.in consi. 1.colu.3.nu.12. in 3.volu.& in consi.20.col.pen.nu.21.eod.uol.& in consi.vltimo.col.antepen.nu.19.in 4.volu.& in consi.8. col.1.& seq. in 5.volu.Feli.in c.quoniam contra,colu.24.& seq.de probat.& in c.cùm Bertoldus,col.4.de re iudi.& aliquid in c.fraternitatis,col.3.versi.secundò inquantum,de testi. Barb. in consi.6.col.6.& seq.in 1.uol.& in consi.31.col.3.eod.vol.& in multis alijs consilijs,quæ uelle recensere laboriosum esset.Rom.in consi.87.Paul.de Castr.in consi.74.col.3.vbi inquit,prę-
7 latos † regis testantes se fuisse præsentes donationi,quam fecit Rex de aliquibus oppidis regni, non propterea huic donationi uideri consensisse,& uide nonnulla scitu digna ad utranque partem per Barb.in c.super eo,de off.deleg.col.5.& per Alex.in consi.118. col.3.in 5.uol. vbi loquitur de sciente & patiente,an & quomodò sibi præiudicare cēseatur. Et uide eundem Alex. in l.sæpe.ff.de re iudi.& Feli.in c.1.de maio.& obed.vbi tradit, an uocatus ad aliquem actum explicandum & sibi præiudicialem, tacendo sibi præiudicet. vbi circa hoc declarat mentem
8 Innoc.ibi. Scias etiam ubicunque consensus † pro forma exigitur, siue ad perfectionem actus, hoc de expresso consensu, non autem tacito esse intelligendum. Io.Campegius in tract. de dote,q.81.in 5.par.Et an & quando taciturnitas pro consensu habeatur,quando agitur de præiudicio tacentis,vide Soc.in cōs.21.in 1.vol.Et quid si tacetur coram persona,cui debetur reuerentia; vide Feli.in c.causam matrimonij,de off.deleg.& ad prædicta uide gl.in l.in adopt.ff.de adopt.& omninò Feli.in c.non ne,de præsumpt.gl.& doct.in l.filiusfam.§.inuitum.ff.de procura.& quæ ibi posui.& Bar.& Ias.plenè in d.l.quæ dotis.ff.sol.mat.Feli.in c.cùm omnes. nu.6.de const.Lanfrancum de Oriano in tract.de arbitris.nu.42.in 1.par.& nu.13.in 5.part.Abb.in c. non iniustè,de procur.& Damasum in tract.de brocardis,in 1.membro. nu.48. Et quando taciturnitas mandato æquiparetur, docuit Alex.in consi.79.in 4.vol.Item tacens & non contradicens in re onerosa & graui,non censetur consentire.Abb.in d.c.in causis, de elect. vide omninò quæ posui ad Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.matr.

Summarium in l.rem alienam.ff.de pign.actio.

1 *Licèt res aliena pignori dari non possit,tñ si eius rei dñium superueniat debitori, obligationē confirmari.*

2 *Quid sit probandum ab eo,qui agit hypothecaria.*

3 *Quomodo probetur dominium, & an & quando ex sola possessione probata censeatur etiam probatum dominium præsumptiuè.*

4 *Qui sint modi probandi dominium.*

5 *Quomodo in hypothecaria libellus sit concipiendus.*

6 *Testator legauit filiæ mille dandos tempore nuptus pudore, hæres antequam filia nubat,decessit duobus relictis filijs hæredibus, quorum alter erat clericus,deinde filia nupta agit hypothecaria insolidum contra eum ex his duobus hæredibus qui laicus est, petendo totam dotem cum interusurijs ad rationē sex pro centenario secundum formam statutorum: quæritur utrum ista actio rectè sit intentata.*

7 *Ea est hypothecariæ uis & potentia, vt quamuis à principio super parte bonorum possit imponi, tamen quando semel super aliquibus bonis fuit constituta, semper quælibet pars illius debiti habet obligata omnia illa bona donec totum debitum persoluatur.*

8 *Ex persona hæredum non mutatur qualitas obligationis.*

9 *Quando*

9 *Quando obligatio non fuit formata et perfecta in personam defuncti, sed in ipsis hæredibus originem habuit, quilibet pro sua tantum portione conueniri potest.*

10 *Clericus non subiacet statutis laicorum.*

11 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato utitur priuilegio suo pro tempore futuro.*

12 *Cui datur actio, multò magis datur exceptio.*

13 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

14 *Accessorium non potest stare sine suo principali.*

Bar. in l. rem alienam. ff. de pign. actio.

1 BART. in d.l.rem alienam, colligit ex isto tex. quamuis res aliena † pignori dari nõ possit, tamen si eius rei dominium superueniat debitori, obligationem confirmari; alioqui uerò si dominus succederet debitori. Limita istam.l. vt non habeat locum quando res aliena bona fide possidetur: quia pignori dari potest. Roma. in singul. 630. cum ibi addit. per Castill. & circa dicta per Bar. in hac.l. vide Ias. in §. item Seruiana, colu. 14. cum sequentibus institut. de action. vbi declarat penè omnia dicta Bart. hic, quæ ad hypothecariam pertinent. & ad rem hanc de iure superuenienti uide pulchrum casum apud Alexand. in consi. 1. colu. 10. in 5. vol. & declara & limita ut ibi per eum.

2 Bar. in ead.l. col. 2. vers. Quid dicemus, tradit quid sit probandum † ab eo, qui agit hypothecaria. vide Soci. in consi. 112. in 4. vol. Ias. in §. item Seruiana, colu. 14. cum seq. instit. de actio. vbi optimè rem istam aperuit. & Ant. de Fan. in tracta. de pignoribus & hypothecis, & quæ posui suprà ad Bar. in rubrica huius tituli. Et dum Bart. prosequendo istam materiam subiungit, quando agitur speciali hypotheca, non sufficere ad probationem directæ hypothecæ, si dicatur, rem posteà superuenisse in bonis debitoris; sed hoc sufficere ad utilem hypothecariam. vide consi. Ange. de Aret. in consi. 281. Lancelottus de Imola, inter consilia Alex. in lib. primi & secundi uol. Alexan. in consi. 240. viso & considerato, colu. 2. eod. lib. & in consi. 70. Videretur, in secundo dubio. in 5. vol. & ad rem hanc uide Philip. Francum in sua disputatione petitorij, quæ est in 1. vol. tractatuum impressorum.

3 Bar. in ead.l. col. 3. quærit, quomodò probetur † dominium, & an & quando sola possessione probata censeatur etiam probatum esse dominiũ præsumptiuè. vide Alex. in consi. 92. in prin. in 1. vol. & in consi. 281. in lib. primi & secundi uolu. & in consi. 69. col. 3. in 3. vol. vbi ait nunquam dominium ex sola possessione præsumi, nisi allegetur. citat Bar. hic. vide eũdem Alex. in l. non hoc. C. und. legit. Soc. in consi. 158. col. pen. in 1. vol. & Ias. in §. item Seruiana, col. 15. cũ sequentibus. inst. de action. Et dum ibi Bar. subiungit, quando agitur cõtra extraneum, si habet titulum lucratiuum, & idem in eo dicendum est, quod in debitore ipso prædictum est; alioqui uerò si habet titulum oneroſum, vt ibi per eum. Quomodò ista distinctio sit intelligẽda, docuit Ias. in d. §. item Seruiana. dicens hæc uerba Bar. à doctoribus non esse intellecta, & ipse ea declarat, vt uidere est per eum ibi in 16. col. cum seq. vide omninò Antonium de Fano in tracta.

4 de pignor. & hypothec. in 3. par. 8. par. nume. 88. Et circa modos † probandi dominium, vide Alex. in consi. 146. in lib. primi & secundi vol. & in consi. 69. in 5. vol. & in consi. 11. in 4. volu. & omninò Soci. in consi. 187. in 1. volu. Dec. in consi. 146. col. 6. & seq. & in consi. 310. & Paul. de Castr. in consi. 95. Et dum Bar. ibi paulò post ait, si tu ponis obligatum ius possessionis, ista tua possessio extinguitur statim, cum eam amittis, & alius possidens nõ dicitur habere possessionem tuam, sed est noua & diuersa possessio. Hoc idem sequitur Ias. in l. j. §. per procuratorem, col. fi. ff. de acquir. possess. & reprobat Alexan. qui in contrariam adductus fuit sententiam, vide Bar. in l. iij. §. vnde ui. ff. de ui & ui arm. & ad rem faciunt trad. per Aret. in consi. 32. columna secunda. Quatenus uerò Barto. citat. l. nomen. C. quæ res pign. oblig. poss. uide Alexand. in consi. 73. colum. fin. in 5. volu. Posteà Bar. in ead.l. col. fi. subiungit quomodò in hypothecaria

5 † libellus sit concipiendus, vide Alex. in consi. 118. in 5. vol. Ias. in §. item Seruiana, col. antepenult. Antonium de Fano in d. tract. in tertia par. 8. par. princip. nu. 104. Et ex quibus cognoscatur actionem hypothecariam esse intentatam, & quæ probari debeant; vide Soc. in consi. 112.

6 in 4.volu. Hinc ſumpta occaſione pulcher caſus eſt diſcutiendus: teſtator † legauit filiæ mille dandos tempore nuptus pro dote. hæres antequã filia nubat, deceſsit duobus filijs relictis hæredibus, quorum alter erat clericus: deinde filia nupta agit hypothecaria in ſolidum contra eũ ex his duobus hæredibus, qui laicus eſt, petendo totam dotem cum interuſurijs ad rationem ſex pro centenario ſecundum formam Statutorum. Quæritur utrum iſta actio rectè ſit intentata an non? prima fronte uidetur dicendum actionem iſtam iure ſubſiſtere, & libellum fuiſſe rectè conceptum cõtra iſtum fratrem laicum in ſolidum tam pro ſorte quàm pro interuſurijs: nam iſta hypothecaria uidetur originem traxiſſe à patre illorum hæredum; qui fuit hæres teſtatoris: & ideò iſte ſolus poteſt conueniri in ſolidum: quia ex quo iſti fratres ſucceſſerunt eorum patri, qui erat obligatus in totum, huiuſmodi obligatio ad hæredes cum ijſdem qualitatibus tranſmittitur. & ideò quilibet pro parte cohæredis conueniri poteſt, cùm ea ſit hypothe-
7 cariæ † uis & potentia, ut quamuis à principio ſuper parte bonorum poſsit imponi, ut dicit Bar. in l. ſi fundus, hoc eod. tit. tamen quando ſemel ſuper aliquibus bonis fuit conſtituta, ſemper quælibet pars illius debiti habet obligata omnia illa bona, donec totum debitum perſolua tur: quia huiuſmodi obligatio eſt indiuidua, ut eſt tex. in l. quãdiu, & ibi Iacob. Butrig. & Ang. C. de diſtr. pignor. & in l. j. ubi Bald. C. de hæred. actio. tradit Soc. in conſi. 135. in 1. volu. Cùm igitur in propoſito caſu præſupponatur obligationem hanc in perſona eorum patris originem
8 habuiſſe, res uidetur perſpicua: quia ex perſona † hæredum non mutatur qualitas obligationis. l. ij. §. ex his. ff. de uerb. obliga. & in terminis uidetur eſſe deciſio Paul. de Caſtr. in l. j. C. communi. de lega. veriorem tamen contrariam ſententiam eſſe arbitror. & omittendo ea, quæ dici poſſent de priuilegio clericorum, dico in primis attendendum eſſe, legatum dotis eſſe conditionale, & tempore nuptus deberi: ita decidit Bar. in l. Titio. c. §. Titio genero. ff. de cõd. & demonſtr. maximè quando extat ſtatutum, prout extabat, filiã extantibus maſculis excludi, vt per Paul. de Caſtr. in d. §. Titio genero, & in conſi. 322. in 1. par. & in conſi. 222. in 2. par. & in cõſ. 16. eod. vol. Cuma. in conſi. 46. & in conſi. 124. & in conſi. 188. Roma. in ſingu. 234. & in cõſ. 134. Soci. in conſi. 92. col. 7. & in conſi. 288. in 1. volu. & in conſi. 76. in 3. vol. colu. 3. & ſi. vbi citat Alex. & Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Idem ait Soci. qui uidetur omninò in conſi. 127. colu. 2. in 4. vol. Iaſ. in l. quoniam in prioribus, in 4. fallen. C. de inoff. teſtamen. Angel. in conſi. 392. cum ſequ. & in conſi. 349. & Bald. nouel. latè in tracta. de dote, in 17. priuilegio, & 76. & Crauet. in conſi. 101. Si igitur legatum hoc eſt conditionale, ſcilicèt, ſi nuptiæ ſequantur, conſequens eſt ut pendente conditione, orta non fuerit obligatio neque actio. l. cedere diem. ff. de uerb. ſignifica. ſed ſic eſt, quòd tempore purificatæ cõditionis quando filia nupſit, iam erat prædefunctus pater iſtorum cohæredum, & fratrum, ita ut obligatio dicatur in ipſis filijs, non autem in perſona patris originem habuiſſe, quo caſu uolunt doct. ſuprà in contrarium adducti, & præcipuè Paul. de Caſtr. in d. l. j. C. commun. de lega. & Bald. & Iaſ. in
9 authen. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccleſ. quando † obligatio non fuit formata, & perfecta in perſonam defuncti, ſed in ipſis hæredibus originem habuit, quemlibet pro ſua tantùm portione conueniri poſſe. Quare ex ijs clara redditur iſta concluſio, ſcilicèt clericum hæredem pro dimidia eſſe pro ſua portione coram ſuo iudice conueniendum, ſecundum glo. in c. clericum nullus, in uoce, ſecularem. 11. quæſt. 1. & glo. in c. ſiquis in ius, de regul. iur. in 6. tradunt Ant. de Butr. & alij in c. quia, de iudic. Bald. & Salic. in l. j. C. ſi pend. appell. mors int. & probatur in c. vnico, cum ibi trad. de iur. patro. & in dicta auth. quas actiones. Sed eſto etiam quòd in re propoſita obligatio in perſona patris prædefuncti originem habuiſſet, adhuc dicerem iſtum clericum ſaltem pro interuſurijs decurſis propter moram ipſius, conueniri non poſſe ui-
10 gore ſtatutorum: quia aduertendum eſt, clericum † uigore priuilegij clericalis laicorum ſtatutis non ſubiacere, vt hĩ in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccl. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & plenè in c. eccleſia S. Mariæ. de conſt. & hoc potiſsimũ procedit in ſtatuto ſuper exactione certarũ uſurarum diſponente, q̃ à iure canonico reprobanť, ut in cle. 1. de uſu. & in c. ſalubriter, eo. tit. cũ igiť ipſe uigore ſtatuti ad iſtarũ uſurarum ſolutionẽ conueniri non poſsit, dico eũ, quãuis

alteri

alteri non priuilegiato succesisset, ad usuras,quæ propter ipsius negligentiã & moram deberentur,eum iure cõpelli non posse, & uti posse priuilegio suo pro tpe futuro. de hoc est textineuitabilis in l.cùm quidam.§.si debitores.ff.de usur.ubi debitores,qui ex contractu usuras minores semisibus soluere tenebantur,si ad fiscum deueniunt,tenentur ei usuras semisses soluere,cùm hoc sit ipsius fisci priuilegium,ut usuras semisses exigere ualeat. Ecce ibi est casus ex-
11 pressus,in quo priuilegiatus † succedens non priuilegiato utitur priuilegio suo pro tempore futuro. Hoc idem sensit Bal.in d.l.in §.fiscus,ubi ait textum illum esse intelligendum, ut usuras pro tempore futuro non soluat,quamuis eius author ad id teneretur. Quare ita & in proposito casu est necessariò concedendum,scilicèt clericum tanquam priuilegiatum uti posse priuilegio suo pro tempore futuro,in quo eius mora & negligentia deberentur usuræ. Quinimmo, si in d.tex.priuilegiatus succedens non priuilegiato utitur priuilegio suo agendo,multò magis hic uti poterit excipiendo: quia iste clericus obijcit priuilegium actrici contra eum agenti:
12 nam cui datur † actio,multò magis datur exceptio.l.inuitis.§. cui damus.ff.de reg. iur. Est igitur ibi tex.manifestus, qui decidit hanc rem. & ita per illum tex. dixit Bal.in terminis in d. authen.quas actiones. Et ratio est in promptu, cùm enim ibi obligatio ob retardatam solutionẽ contrahatur in personis ipsorum hæredum,& non defuncti,& ab eis initium suscipiat,iure merito omnes proprijs priuilegijs perfruuntur,vt est text. & ibi Barto.in l.fiscus.ff.de iur.fisc.& in hanc adducuntur sententiam doct.omnes,quos suprà in contrarium attuli. dum enim aiunt, si obligatio est perfecta in defuncto,eo casu priuilegiatum uti proprio priuilegio non posse; præsupponunt rem aliter se habere, quando obligatio incipit in personis hæredum, vt hic. & hac ratione considerata tolluntur omnes exceptiones, quæ afferri possent: quia cum dicitur obligationem in hæredibus incepisse,omnia contraria confutantur. Neque obstat si diceretur ac-
13 cessorium † sequi debere naturam sui principalis, & ideò sicut actio hypothecaria est indiuidua quando in persona defuncti incœpit,ita & usuræ,cùm sint accessorie.c.accessorium, de regul.iur.in 6.quia respon.hoc nõ habere locum,quando militat diuersa ratio, vt habetur in l.iiij. §.Cato.ff.de uerbo.oblig.vbi omnes tradunt, etiam si plures hæredes in solidum ad aliquid faciendum sunt obstricti,& si non fiat, debetur pœna, tamen quò ad pœnam,quæ in quantitate consistit,quemlibet pro sua tantum portione conueniri posse, & non amplius, quamuis pœna accedat ad obligationem facti, in qua omnes insolidũ tenebantur: ita igitur & hic, esto quòd omnes quò ad hypothecam perfectam in persona defuncti patris tenerentur, tamen usurarum obligatio, quæ in ipsis hæredibus propter eorum moram initium sumit,aliud ex disparitate ra-
14 tionis est iudicandum. Tantò magis quia hoc accessorium † sine suo principali stare potest,& seiunctim considerari.l.intelligere, & ibi doct.C.de luit.pignor. tradit Anchar. in d.c.accessorium. Non etiam refragatur,si quis fortè diceret, obligationem hanc usque ab initio in defuncto patre fuisse contractam cum hac natura, vt sex pro centum ratione usurarum deberentur, quæ quidem obligatio cum hac annexa qualitate debet ad hæredes transmitti: quia respondeo hanc subtilitatem infringi per tex.in d.l.cùm quidam.§.si debitores, quem suprà enucleauimus. nam & ibi debitores erant obligati ex contractu,cuius ui ad usuras minores semisibus tenebantur,& tamen fiscus succedens utitur priuilegio suo,& exigit usuras semisses, & hoc ius non dicitur in hæredem translatum,sed adeptum à proprio priuilegio,vt latè declaraui in l.hęres absens.ff.de iudic.in lucubrationibus,quas omninò uideas. sed ista inuestigatio extra quæstionem est, si primæ nostræ conclusioni innitimur, quæ verisima est, scilicèt obligationem hanc in patre incipere non potuisse, cùm ipse ante nuptam filiam, & sic pendente conditione nuptiarum decesserit, quo casu obligatio non modò usurarum, sed etiam sortis in hæredibus incœpit. Nunc autem redeundo unde digressi sumus, dico Bartolum in loco prædicto subiungere, si dominus succedit debitori, pignus non confirmari, atque ita etiam pignus quò ad actionem non confirmari, sed quò ad exceptionem tantum: quia si ageret, exceptione repelleretur. De hac re uide Alexan.in l.si hæredis.ij.ff. de lega. 1.& in consilio 18. in secundo dubio.in 5.volu.

De exercitoria actione.

Summarium in l. fi. §. Titius. ff. de pig. actio.

1 *Officialis data mercede potest capere res personarum particularium propter publicam utilitatem.*

2 *Officialis an possit capere hominem, & eum cogere esse carnificem.*

Bar. in l. fi. §. Titius. ff. de pignor. actio.

1 BART. in d. §. Titius, ait, officialem † data mercede posse capere res personarum particularium propter publicam utilitatem. vide Feli. in c. quæ in ecclesiarum, col. 13. de const. Alex. in l. j. col. 19. ff. solu. matri. & in consi. 108. Visis his in 3. vol. Soc. in cons. 266. col. pen. in 1. uolu. & Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum.

2 Bar. in d. §. quærit, an officialis † capere posit hominem, & eum cogere esse carnificem? concluditq; hoc fieri posse propter publicam utilitatem, quando est uilis persona. Quæ autem dicatur uilis persona, tradit Bar. in l. tutor. §. tutores. ff. de suspec. tuto. dicens, vilem personam esse, quę caret dignitate. Attende, quia hoc mihi ualde impium uideretur, cogere hominem, qui est finis omnium productorum, l. in pecudū. ff. de usur. & habetur in l. ij. ff. de stat. hom. & qui multoties bonæ conditionis est & famæ, quamuis careat dignitate hoc tam uile & horrendum genus exercitij suscipere. & profectò nunquam crederem bonum iudicem tantę indignitatis esse authorem, quibus enim filiæ illius possent unquam nubere, qui ad talem ignominiam cogeret? quæ uellent eius filijs ēt honestis associari? absit hoc. Quomodò autem & quot modis sumatur utilitas publica, vide Bar. in l. j. ff. sol. matr. & Feli. in c. nonnulli, de rescrip.

Summarium in l. j. ff. de exerc. act.

1 *Ille qui patitur, uidetur illum præponere.*

Bar. in l. j. ff. de exercit. act.

1 BART. in d. l. j. §. magistrum, inquit, eum, qui patitur, † uideri illum præponere. vide Alex. in cons. 186. viso, & discusso, in lib. primi & secundi volu. in consi. 79. viso processu, in 4. vol. Anch. in cons. 63. in 4. dubio. & Paul. de Cast. in consi. 263.

Summarium in d. l. j. §. non autem. ff. de exerc. act.

1 *Quando dominus obligetur ex contracto ab eo, qui præpositus est.*

Bar. in d. l. j. §. non autem. ff. de exerc. act.

1 BAR. in ead. l. §. non autem, tradit, quando dominus † obligetur ex contracto ab eo, qui præpositus est, vide Alex. in cons. 186. viso & discusso, in lib. primi & secundi volu. & Anchar. in consilio 332.

Summarium in d. l. j. §. item. ff. de exer. act.

1 *Modus præponendi est diligenter inspiciendus.*

Bar. in d. l. j. §. igitur. ff. de exerc. acti.

1 BART. in ead. l. §. igitur præpositio, inquit, modum præponendi † esse diligenter inspiciendum: quia si exceditur, dominus non obligatur. istum tex. in vers. vel si ad locandum, citat Roma. in consi. 461. ad probandum, eum qui mandatum habet ad procurationem actus alicuius, non semper censeri habere mandatum ad ipsius actus explicationem, & mandatum ad antecedens non porrigi ad consequens, quando sine illo commodè potest expediri. & ad rem hanc facit. l. diligenter. ff. mand. & quæ ibi (Deo dante) ponam, ad Bar.

Summarium in d. l. j. §. si plures. ij. de exerc. act.

1 *Quando administratio pluribus concessa in solidum uideatur.*

2 *Si aliquis tenetur requirere consilium alicuius, utrum illud sequi etiam teneatur.*

3 *Intellectus l. Titium. ff. de cura. furi.*

4 *Si mandatur alicui ut aliquid faciat de consilio alterius, an uideatur ei adempta potestas delegandi.*

5 *Si ille cuius consilium debet requiri non dat consilium, vel quia non vult, uel non potest, quid iuris.*

6 *Ille qui tenetur sequi consilium, non tenetur quando ille malum præberet consilium.*

7 *Judex qui ex forma statuti tenetur ferre sententiam de consilio sapientis, si eam tulit sine eius consilio, an fecerit*

an fecerit sententiam ualidam, an non.

8 *Quando causa est commissa alicui consulenda, si ille consultor omittit dare consilium, an sit alteri commitenda, an uerò Iudex procedere debeat alterius consilio non requisito.*

Bar.in d.l.j.§.si plures.ij.ff.de exercit.acti.

1 BART. in ead.l.§.si plures.2.tradit, quando administratio † pluribus concessa in solidum uideatur. De hac materia uide Franc.Cremen.in sing.165.incip.Emi à pluribus.vbi quærit,si emo à pluribus mercatoribus simul centum boues,& eorum aliqui reperiuntur morbosi, utrũ absentibus multis ex dictis uenditoribus agere possim contra partem eorum in solidum?& declara ut ibi per eum.cum ibi addit.per Castill.Et dum Bar.ibi in 2.col.versi. vt igitur liqueat, distinguit docens,quando officium uel administratio uidetur concessa insolidum; vide Abb. & omnes in c.prudentiam,in princ.de offi.deleg.Et quia Bar.ibi in ver.tertio casu,tradit,ut ibi per eum. Tu ex eius dictis ibi iuncto principio distinctionis collige,officium procuratoris esse priuatum utilitate & authoritate. id quod sequitur Dec.in c.post cessionem,col.9. de probat. & ibi reprehendit Abb. contrarium affirmantem. Subiungit posteà ibidem Bar. de pluribus administratoribus, quando unus possit sine alio administrare. vide omninò Aret. in consi.66. col.2.Abb.in cons.57.col.3.in 1.vol. & in cons.77.in 3.dub.in 2.vol.

2 Bar.in eod.§.col.3.versi.expeditus,ait,si aliquis † tenetur requirere consilium alicuius, utrũ illud etiam sequi teneatur? vide Feli.in c.ex parte,de const. & in c.cum omnes,eod. tit. & in c. 3.de re iud.Dec.in c.3.col.4.versi.circa gl.de off.deleg.Barb.in consi.1.col.31.in 1.volu. & in consi.47.eod.lib.Abb.in c.cùm olim,de arbitr.& in c.cùm in ueteri,col.2.& seq.in quinto notabili de elect.Abb.in d.c.pe.& ibi Bar.& Feli.de constit.& Abb.& Feli.in c.3.de off.deleg. & Feli.in c.1.de sponsal.Ana.in consi.15.& in consi.62.col.2.& fi.Et dum Bar.in colu.4. agit de

3 intellectu † l.Titium,iuncta.l.consilio,in fi.ff.de curat.furi.dicas tu illum tex.uideri alium intellectum habere illustriorem,de quo tradit Soc.in consi.40.in 1.vol.ubi ponit aliqua, ex quibus colligitur,quando aliquis particeps officij censeatur. vide Abb.in d.c.pen.col.2.de const. Posteà infert Bar.quando testator facit aliquem sui testamenti executorem de consilio & consensu Guardiani fratrum Minorum, huiusmodi adiectionem nihil operari, ut ibi per eum. vide Alex.in consi.199.Perspectis testamento &c.col.3.in libro primi & secũdi vol.& Bar. in trac. minoritarum,lib.3.in 3.dist.cap.1.& Curt.in consi.68.col.fi.& Dec.in consi.494. Circa præ-

4 dicta. in quibus agitur de requirendo consilio alicuius. Quæro si mandatur † alicui,ut aliquid faciat de consilio alterius,an ei uideatur adempta potestas delegandi? Respondeo propterea non esse ademptam,sed commissarium siue delegatum obligari ad habendum illius consilium, sicut etiam primus tenebatur,ut probatur in d.c.cùm ueteri,de elect.ubi ita concludit Abb.& ex hoc infert ad statutum disponens, in proferenda sententia requirendum esse consilium sapientis,ut nihilominus causa delegari possit. Ad rem faciunt trad. per Bald. in l. puellam. C.si mancip.ita fuer.alie.ubi ait, si bona sunt iudicio testatoris inter pauperes distribuenda secundum consilium Guardiani sancti Francisci, & propter negligentiam executoris post annum potestas distribuendi ad Episcopum sit deuoluta,per l.nulli.C.de episc.& cleric.& c. nos quidem,de testa.cum ibi trad.Tamen Episcopus tenebitur pariter consilium Guardiani requirere; quia licèt recessum sit à persona executoris,non tamen recessum est à forma distribuendi, pro qua decisione facit tex.in c.dura,in uoce,iuxta præscriptam formam, de crimin.fal.& tex. in clem.una,de suppl.negl.prælat.& Io.And.& Abb.in c.publicato,de elect.

5 Bar.in eod.§.col.4.versi.quæro secundò,tractat,quid si ille,cuius consilium † debet requiri, non dat consilium,uel quia non uult,uel quia non potest. Et distinguit, ut ibi per eum. Circa istam distinctionem uide Bar.in l.si quis arbitratu,col.fi.ff.de uerb.oblig.vbi Ias.in fi.Et ad rem propositam uide Feli.in c.ex parte,de cõst. & ibi Barb.in 5.col.& Abb. qui aliter loquitur quã Feli.& Feli.in c.pe.col.2.de const.uide eundem Abb.in cons.63.col.7.in 3.dub.in 2.vol. & in c.cùm in ueteri,in 3.notabili de elect.& Aret.in consi.26.col.4.& seq.

6 Bar.in eod.§.col.5.vers. tertiò quæro, tradit,eum qui tenetur † sequi consilium, non teneri,

quando

quando ille malum præberet consilium. vide Dec.in c.3.col.6.versi.tertiò.de off. deleg.sed contrarium uidetur sentire ipse idem Bar.in l.si conuenerit,versi.extra gl.ff.de re iudic.ubi ait, iudicem,qui alterius consilium sequi tenebatur, excusari in syndicatu si ad malum eius consilium accesit,ut ibi per Alex.col.fi.ubi fœdere distinctionis conatur has dissentientes opiniones adducere ad concordiam. & in re proposita uide etiam trad.per Abb.in d.c.3.in fi.de off. deleg.Et dum Bar.ibi paulòpost ait,Aut est talis in quo posset procedi,si nullum consilium dedisset,& reliqua. vide ad hoc aliqua in simili per Feli.in c.ex literis,col.fi.de const. & in c. cùm uenerabilis,col.14.& seq.de except.Abb.in d.c.3.de offi.deleg.& aliquid per Ias.in l.admonẽdi,col.2.ff.de iureiur.

7 Bar.in d.§.col.6.versi.quartò quæro,discutit,utrum iudex, † qui ex forma statuti tenetur ferre sententiam de consilio sapientis,si eam tulit sine eius consilio,fecerit sententiam ualidam an non? ad hoc vide trad.per Alexan.in l.si quis mihi bona.§.si coram.ff.de acquir.hæred. & in l.j. col.2.ff.de liber.& posth.& in consi.58.in 4.uol.Raph.Cuma.in consi.55. & non nihil per Fel. in c.ecclesia sanctæ Mariæ,col.8.de const.& in c.pen.eo.tit.Fulg.in consi.140.Card.in clem.1. in 2.quæst.de offic.deleg.Abb.& alios in c.1.de offi.deleg.Hoc tamen limita ut per Aret.in d. §.si coram,col.pen.licèt ipse ibi eam sequi non uideatur. Et uide etiam extensionem, quam in hac re facit Alex.in consi.145.col.fi.in 5.vol.Et si alio statuto cautum esset, de nullitate sententiæ dici non posse, tamen hoc non obst.poterit dici nulla,ut per Bar.nam exceptio,quæ insurgit ab alia parte statuti,non censetur excluſa.Ias.in l.ait prætor.§. iurari.ff.de iureiur.Et ad præfata vide Felin.in c.ex tuæ,de simon.& in c.ex parte,de constit.Soc.in consi.95.col.5.in 1.vol. Dec.in d.c.3.versic.extra glo.de offic.deleg. Et contra Bart.tenet Host. in c. cùm ob, de arbi. quem alij ibi redarguunt. vide ẽt Feli.in c.cùm dilecti,col.7.uer.& ad cognoscendũ,de rescri.

8 Bar.in ead.col.versi.quintò quæro,tradit,quando causa † est commissa alicui consulenda, si ille consultor omittit dare consilium, an sit alteri committenda, an iudex procedere debeat alterius consilio non requisito? Hic opportunè quæri potest,quid iuris sit,quando aliquid est faciendum de licentia & permissione alterius,de qua re uide Barb.in consi.2.col.17.in 1.vol. Et dum Bar.ibi subiungit,utrum ualeat compromissum cum hoc,ut arbiter teneatur ferre sententiam secundum consilium sapientis. concluditque ut ibi per eum, ad quem * omnes in c.3. de off.deleg.accesserunt,except. Dec.qui contrarium sensit.De hac re uide in tract.de arbitr.fol. 14.in voce,Mult.& Raph.Cuma.in cons.55.& omninò uide in re proposita Ang.in cons.272.

Summarium in d.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exerci.act.

1 *Statuta propriè sunt intelligenda.*

Bar.in d.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exerci. actio.

Bart. in ead.l.§.si is qui nauem,continuat ad præcedentia ut ibi per eum.& quia iste tex.

1 adduci solet,ut statuta † propriè intelligantur. vide Ias.in l.non dubium,col.9.C.de legi. Adde id,quod per istum tex.deciditur apud Ias.in l.iij.col.1.& 2.ff.de acqui.poss.

Summarium in l.si tamen.ff.de exer.acti.

1 *Si plures simul gerunt eandem mercaturam, quilibet tenetur pro parte.*

Bar.in l.si tamen.ff.de exercit.actio.

1 Bart. in d.l.si tamen,ait,si plures simul gerunt eandem mercaturam, † quemlibet teneri pro parte. contrarium tenuit Raph.Cuma.in consi.8.

Summarium in l.Lucius.ff.de exer.actio.

1 *Mutuans magistro habet exercitoriam quatuor concurrentibus.*

Bar.in l.Lucius.ff.de exercit.

1 Bart. in d.l.Lucius,quæ est.l.fi.sic ait in summa. Mutuans † magistro habet exercitoriam quatuor concurrentibus. vide Alex.in cõs.186.in libro primi & secundi vol.& Bal.in cõs.332.

in ultimo

in ultimo dubio in 1.vol. Et attende quia mutuum factum pro expensis nauis multis priuilegijs est subnixũ, secundũ gl. & Bar. in l. interd. ff. qui poti. in pig. hab. & doct. n l. creditor. ff. si cer. pet.

Summarium in l.ij. ff. ad l. Rhod. de iac.

1 *Necessitatis tempore omnia esse communia.*
2 *Episcopus qui patitur pauperem fame perire, homicida est.*
3 *Necessitas operatur ut ea, quæ alioqui sine licentia uel decreto superioris fieri non possunt, ualida sint.*
4 *Necessitas an & quando delinquentem excuset.*
5 *Laicus in causa necessitatis potest baptizare, & sacramenta conferre.*
6 *Vbi aliquid propter necessitatem conceditur, durat huiusmodi concessio donec ipsa urget necessitas, & non plus.*

Bar. in l. si laborante, quæ est. l. ij. ff. ad leg. Rhod. de iact.

1 BART. in d.l.ij.§.cùm in eadem, colligit ex isto tex. tempore necessitatis † omnia esse communia. & ideò licitum esse esurienti auferre panem alteri in tempore necessitatis. De hac re uide tex. iuncta glo. in uoce, commune, in c. sicut hi. 47. dist. ubi habetur expresse. Hinc Episcopus, si facta esset denunciatio ecclesiæ, debet cogere diuitem ad exhibendam eleemosynam pauperi esurienti, secundum gl. in d.c. sicut hi, in uoce, esurientium, & in c. exigunt, 1.q. 7. & est glo. not. in c. dilectissimis. 12.q. 1. Spec. in tit. de instr. edit. §. nunc uerò aliqua, uersi. 68. Vide Firma. in tract. de Episcopo, in 4. par. quarti libri q. 2. ubi ait, Episcopũ,
2 † qui patitur pauperem fame perire, esse homicidam, non aliter ac si ei manibus proprijs mortem inferret. c. 1. cũ gl. 83. dist. & l. necare. vide Bart. ff. de liber. agnos. Et necessitatis tempore omnia esse communia, docuit tex. in c. discipulos, de consecr. dist. 5. Ad quod vide Bal. & alios in l.j. C. de episcop. audi. & Dec. in consi. 197. nu. 17. & Ambrosium de Vignate in tract. de usuris. nu. 155. & Io. Lup. in tract. de confœderatione Principum. §. ista quæstio, versi. & quia ut dixi. Et necessitatem †
3 operari, ut ea, quæ alioqui sine licentia uel decreto superioris fieri non possent, ualida sint, docuit Feli. in c. cùm accessissent. nu. 31. cum seq. de const. & in c. quærelam nu. 10. de iureiur. in quibus locis multa scitu digna afferuntur exempla, quæ huic conclusioni magno sunt adiumento. Et multa, quæ necessitas operatur, & ad rem faciunt, tradit Bertachinus in tract. de gabellis, in secundo membro octauæ par. nu. 2. Attende tamen, quia etiam si necessitatis tempore furari liceat. c. si quis propter necessitatem, de furt. tamẽ mulieri propter necessitatem adulterium non licèt committere; quia hoc modo immediatè non succurritur necessitati famis. & propterea inquit, etiam furem eadem ratione non excusari, si aliam rẽ, quam panem furto subtraheret. ex quo colligitur limitatio ad prædicta ut locum habeant solum in ijs, in quibus immediatè necessitati succurritur, alioqui uerò in alijs. vide etiam nonnulla ad
4 rem facientia per Alex. in d.l.j. An autem & quando necessitas † delinquentem excuset, vide Dec. in l. quæ propter necessitatem. ff. de reg. iur. Quid si urgeret necessitas causa vitandæ uerecundiæ & ruboris: vide Bar. in l. pecuniæ. ff. de alim. leg. Ex præcedentibus infertur, eos, qui à sede tantùm apostolica possunt absolui, posse etiam ab alijs in casu necessitatis absolui. Specu. in 2. par. tituli de sent. & quæ seq. §. 6. uer. illud quoque. Item excusat à calumnia. Specul. in 3. par. tituli de accusat. §. fi. versi. pen. rursus necessitas officij excusat. Specul. in titu. de iudic. §. 3. versi. illud autem. & multa quæ propter necessitatem indulgentur, uide in c. 2. de obseru. ieiun.
5 & per Bar. in l. diuus. ff. de petit. hæred. & Felin. in d.c. quærelam, ubi ait etiam laicum † in casu necessitatis posse baptizare & sacramenta conferre. de qua re agit Abb. in c. quanto, de consuetud. & an excusetur à simonia etiam in spiritualibus, uide Abb. in c. cum in ecclesia, de simon. & ad prædicta uide B. Thom. in 4. dist. quintæ quæst. 2. art. 2. An autem clerici præcisi ab ecclesia, ut hæretici, possint tempore necessitatis sacramenta conferre: vide Abb. in d.c. quanto. & necessitatis tempore licet confiteri peccata laico. gl. est ordinaria, & ibi Abb. in c. pastoralis,

de off.

6 de off. ordin. ubi uerò aliquid propter † neceſsitatem conceditur, durat huiuſmodi conceſsio, donec ipſa urget neceſsitas, & nō plus. Abb. in c. cùm uenerabilis, de conſuet. Qui autem dicatur eſſe caſus neceſsitatis, tradit Abb. in conſi. 17. in 2. vol. & Felin. in c. 3. de offic. deleg. & ad prædicta uide Iaſ. in l. ſi ex toto. ff. de lega. 1. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & in §. denique, ead. l. ubi multa ad rem facientia inueniuntur. & vide quæ poſui ad Bart. in l. j. §. cura carnis. ff. de off. præfec. urb.

Summarium in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac.

1 *Imperator appellatur dominus totius mundi.*
2 *In Imperatore conditi ſunt Theſauri omnium dignitatum.*
3 *Oldradi tanta eſt autoritas, ut ſuo tempore pater legum nuncuparetur.*
4 *Quanta ſit Regis Francorum præcedentia.*
5 *Reges in eorum regnis ſunt monarchæ.*
6 *Imperium ab Eccleſia dependet.*
7 *Papa eſt omnium iudex.*
8 *Papa habet poteſtatem utriuſque gladij.*

Lucubrat. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.

1 ISTE tex. in d. l. deprecatio, continet, Imperatorem † ſe appellare Dominum mundi. & ad hoc adduci ſolet. Ad idem eſt tex. optimus in §. hæc conſiderantes. in auth. vt omnes obed. iud. ubi Imperator præcipit uniuerſo terrarum orbi. De hac re uide Iaſ. in l. cunctos populos. col. 2. verſi. item inquantum. C. de ſumm. Trinit. ubi tradit de Rege Francorum, & de Dominis Venetis an ſubſint Imperatori. & quamuis Imperator diuiſerit territoria & regimina per diuerſas prouincias, tamen dicitur dominus mundi, & uniuerſus orbis eſt illi unum territorium, ſecundum Abb. in conſi. 51. in 2. uol. & eum, qui aſſereret eum non eſſe dominum mundi, fortè hæreſis labe non carere, dixit Bar. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtil. reuer. Hinc dixit Soc. in conſi.
2 165. col. 1. in 1. vol. in Imperatore † conditos eſſe theſauros omnium dignitatum. & multa de magnitudine Imperatoris tradidit Thom. Ferrat. in cautel. 16. & unde imperium habuit originem, tradit Io. And. in addit. ad Specul. in titu. de iuriſd. omni. iudic. in princ. Oldr. in conſi. 90. vide etiam gl. in c. 1. de pac. iur. firm. & gl. in l. digna uox. C. de legi. Card. in c. uenerabilem, in 6. q. de elect. & Feli. in c. cùm non liceat, de præſcript. contra uerò poteſtatem Imperatoris, & ei Reges & Ciuitates iure non ſubeſſe, conſuluit mirabiliter Oldra. in conſi. 69. cuius conſilium
3 terribile eſſe ait Feli. in d. c. cùm non licet, de præſcript. Oldradi† porrò talis ac tanta eſt autho ritas, ut ſuo tpe pater legum nuncuparetur, teſte Soc. in conſ. 129. in 1. vol. ſic etiã Reges fuiſſe ante Imperatorem, & multa de laudibus regiæ poteſtatis habentur in conſi. 12. inter conſilia Alber. Brun. col. 2. & 3. & quo tempore Reges habuerint originem, vide apud Petr. de Anch. in conſi. 339. & quæ ad regiam poteſtatem pertinent, vide apud Antonium Corſetum in tract. de poteſtate regia. ubi etiam reges omnes, qui ſunt in mundo, commemorat, ut ibi uidere eſt
4 in 2. par. nu. 16. & per Alberic. in rubrica. ff. de ſtat. homi. in voce, ſedes. & de regis † Francorum præcellentia amplè docuit Bal. in c. 1. in fi. de prohib. feud. alien. quem ſequitur Dec. in c. nouit, in princ. de iudic. idem habetur in d. conſi. 12. inter conſilia Alberti Brun. & in d. caute. 16. Thomæ Ferrat. & regnum hoc inchoaſſe à Carolo magno patre Pipini, qui fuit tempore Leonis. iij. Imperatoris. cui Carolo ſucceſsit Ludouicus aliàs Hyldericus, qui tanquam inutilis fuit deiectus à regia dignitate per Zachariam Rom. Pont. qui Pipinum loco eius ſubſtituit, ut videre eſt in c. alius. 15. q. 6. & alia de progreſſu huius regni uide in Martiniana cap. 854. & latius in inuentario uniuerſi orbis de exordio & progreſſu regni Francorum. Hic non eſt ſilentio prætereundum, quo tempore, & qua ex cauſa Rex Hiſpaniæ nomen Catholici regis habere incœperit. In tertia ſynodo Toletana Recaredus Hiſpaniæ rex, & Gottorum princeps, & regina Badda ſimul cum proceribus, & uniuerſo Gottorum populo, hæreſi Arrianæ ſolenniter renunciarunt. & ad fidem catholicam religioſiſsimè acceſſerunt: quamobrem fuit ab omnibus in

in concilio existentibus acclamatum: Salus Regi Catholico. Proinde uerisimile est regem Hi-
5 spaniæ ab eo tempore citra nomen catholici regis promeruisse. Reges autem in † eorum regnis esse monarchas,& plus iuris habere in eis,quã Imperator in imperio,affirmat Soc.in cons. 67.& in d.consi.165.in 1.vol.Et propterea legati Regum Franciæ, Hispaniæ,& Aragonum cùm ad Constantiense Concilium accessissent, protestati sunt, se ibi conuenisse non tanquam recognoscentes Imperatorem, sed tanquam Christi fideles: ita ex relatu Fulg.testatur Ias.in l. ex hoc iure.ff.de iust.& iur.In re autem proposita,in qua de potestate agitur Imperatoris,illud
6 in primis diligenter attende,imperium † ab ecclesia dependere,secundum * comm.opin.doc.
* in c.nouit,de iudic.ut inquit Alex.in consi.50.in 1.vol.& in consi.229.in libro primi & secundi vol.& ideò egregiè dixit Bar.in tract.ad reprimẽdum,in uoce,per edictum,Papam posse citare quemcunque & in quocunque loco existentem: quia ubique est Dominus, cùm uices gerat illius,cuius est terra & plenitudo eius.& idem Bart.in l.j.ff. de requir.rei. testatur, Dantem fuisse quasi damnatum tanquam hæreticæ prauitatis reum, propterea quòd scripserat in sua monarchia,imperium ab ecclesia non dependere. vide Feli.in c.solitæ,col.fi.de maio.& obed.
7 Et Papam † esse omnium iudicem,& mortalium neminem posse se eximere ab eius potestate, & contra ipsius potestatem præscribi non posse,quamuis contra potestatem Imperatoris præscribatur,docuit Panor.in c.fi.de const.& in c.uenerabilem,de elect.hæc dicens: Christus non fuisset diligens paterfamiliàs, nisi aliquem uices suas agentem reliquisset in terris, qui omnia
8 posset,& ei omnes subessent. hæc ille. Et Papam † habere potestatem utriusque gladij, & quo modò eam habeat,pulcherrimè docuit Innoc.& Panor.in c.licèt ex suscepto,de for.compe.& Panor.in d.c.nouit. ad quæ uide bonũ tex. in c. domino.50.dist. & imperatores debere caput inclinare summo Pontifici,traditum est in c. Valentianus.63. dist. & de hac re vide Io. Lupi in tractatu de libertate ecclesiastica,q.4.& quæst.12.ubi aperit quomodò fuerit aliquando tolleratum,ut Imperatores suam in Concilijs & alijs ad ecclesiam pertinentibus authoritatem impertirentur. id quod & nos aliquando uentilauimus.

Summarium in l.fi.§.idem iuris.ff.ad l.Rhod.de iac.

1 *Difficultas superueniens excusat à pœna.*

Bar.in l.fi.§.idem iuris.ff.ad leg.Rhod.de iact.

1 Bar. in d.§. idem iuris, sic ait in summa. Difficultas † superueniens excusat à pœna, vide tu quid per istum tex.consuluit Feder.in cons.122.

Summarium in l.j.ff.de institit.act.

1 *Si ille non reperitur, qui mihi tenetur actionem cedere, lex concedit.*

Bar.in l j.ff.de institor.acti.

1 Bart. ex d.l.j.colligit hoc,si ille non reperitur, † qui mihi tenetur actionem cedere, lex concedit.vide Rom.in consi.441.col.3.in secundo dubio.

Summarium in l.institor.ff.de institit.act.

1 *Institor est ille, qui alicui negociationi quæstuariæ præponitur.*

Bar.in l.institor.ff.de institit.acti.

1 Bart. in d.l.institor,sic ait in summa.institor est ille,qui alicui negociationi quæstuariæ præponitur. vide Abb.in consi.74.col.3.in 2.vol.& Soc.in consi.154.in 1.volu. & quomodò aliquis probetur institor, & quæ sint necessaria ad hoc ut ille,qui eum instituit,conueniri possit: vide Alex.in consi.186.in libro primi & secundi vol.ad quæ uide etiam Dec.in consi.510. & quis dicatur propriè institor,uide per Bar.& doct.in l.si institore.ff.si cert. pet. ubi Alex. addit bonum tex.cum gl.in voce, institoriæ,in l.liberto,in princip.ff.de negoc.gest. & per Bal. in l.mandatum,in 3.opp.C.mand.

Summa-

De institoria actione.

Summarium in l.quicunque.ff.de inst.act.

1 *Qui passus est alium ita facere, censetur illum præponere.*

Bar.in l.quicunque.ff.de institit.actio.

1 BART. in d.l.quicunque,ait,eum,qui passus est alium ita facere,censeri illum præponere: vide pro declaratione huius rei Alex.in d.consi.186.in libro primi & secundi vol.

Summarium in l.sed & si pupillus.§.de quo palam.ff.de inst.act.

1 *Ille qui præponit aliquem certo loco videri permittere cum eo posse contrahi, nisi contrarium probetur.*

Bar.in l.sed & si pupillus.§.De quo palàm.ff.de institit.acti.

1 BART. in d.§.de quo palàm,inquit,eum,qui præponit † aliquem certo loco,uideri permittere cum eo posse contrahi,nisi contrarium literis publicè & legitimè scribatur: contra quam scripturam non cadit ignorantia,donec durat. vide Barb.in consi.88.col.8.in 3.volu. & limita hunc tex.ut per Paul.de Cast.in consi.335.

Summarium in l.habebat.ff.de institit.act.

1 *Qui se astringit ad unam causam si non probat, succumbit.*

2 *Si contraho tecum respectu unius mandati quod te habere credebam, possum tecum agere uirtute alterius mandati, quod uerè habebas, licèt ignorarem tempore contractus.*

Bar.in l.habebat.ff.de institit.acti.

1 BART. in d.l.habebat,sic ait in summa, Qui se astringit † ad unam causam, si non probat succumbit. vide Alex.in l.Lucius.ff.de re iudic.& in l.quidam æstimauerunt.ff.si cert.pet. & in consi.319.Inspecto diligenter,col.5.in libro primi & secundi vol.& in cons.90.col.3.in 3.vol. Rom.in consi.10.& Aret.in consi.150.col.7.& dum Bar.subiungit,eum, qui in libello aliquid proposuit,teneri ad illud probandum,quamuis alioqui coactus non fuisset. vide Ias.qui hoc sequitur in l.qui in aliena.§.fi.col.9.& ibi Aret.ff.de acquir.hæred.

2 Bar.in ead.l.uersi.item not.dicit,si contraho † tecum respectu unius mandati, quod te habere credebam,possum tecum agere uirtute alterius mandati,quod uerè habebas, licèt ignorarē tempore contractus. vide Feli.in c.inter cæteras,colu.4.de re iudic. & Rom. in consi.456.de quo Feli.in c.cùm super,col.pen.de off.deleg.& omninò Alex.in consi.146.col.fi.in 5.vol. ubi ex hoc Bartoli documento decidit pulchrum casum in causa matrimoniali. vide Barb.in cons. 38.col.14.in 2.vol.& in consi.78.

Summarium in l.fi.ff.de inst.act.

1 *Contrahentes apposito nomine officij in dubio contemplatione officij contrahere censetur.*

2 *Si aliquis enunciatiuè dicat in aliquo actu se esse hæredem Titij, præsumendum est eum fecisse actum illum tanquam hæredem Titij.*

3 *Si in aliqua parte testamenti facta fuit mentio filiorum masculorum, & in alia de filijs tantùm, utrum subintelligatur illa eadem causa masculinitatis.*

Bar.in l.Lucius Titius,quæ est l.fi.ff.de inst.acti.

1 BART. in d.l.fi.sic ait in summa. Contrahens † apposito nomine officij,in dubio contemplatione officij contrahere censetur. Pro intellectu eorū quæ in hoc tex.continentur, vide Ias. in §.actiones autem,col.9.de action.& Bal.in consi.334.in 5.vol. & ubicunque officij nomen exprimitur,semper actum præsumi factum eius nomine, à quo habet officium. tradit Alex.in consi.237.Visis processibus,in libro primi & secundi vol.& in consi.47.Viso.d. instrumento. col.3.in 3.vol.& in cons.90.col.fi.eod.vol ubi ait,si aliquis mandatum habet ad emendum certum prædium,& illud posteà emat,eum censeri emisse uigore illius mandati. & ad rem faciunt
2 trad.per Abb.in consi.115.in 2.volu.ubi ait,si aliquis † enunciatiuè dicat in aliquo actu,se esse hæredem Titij,præsumendum esse eum fecisse actum illum tanquam hæredem Titij. Quid si in uno capitulo apponitur nomen officij, & in alio non, utrum intelligatur facta relatio ad illā qualitatem,

qualitatem,an non? vide Alex.in cõsi.1.col.3.in 3.vol.Pro cuius rei decisione facit illud,quod
3 dici solet in testamentis, † si in aliqua parte testamenti facta fuit mentio filiorum masculorum,
& in alia de filijs tantum subintelligatur illa eadẽ qualitas masculinitatis? in qua inuestigatio-
ne concluditur non esse repetitam; quia ubi duæ regulæ concurrunt,una affirmatiua,& alia ne
* gatiua,prævalet negatiua,nisi aliud ex coniecturis appareat: ita * communiter traditum esse te
statur Mari.Soc.iuni.in consi.100.nu.20.vide etiam subscriptiones ad eius consilium 138.nu.
208.& 233.vide Dec.in cõsi.599.& dum Bar.subiungit,si aliquis tanquam institor contrahit,
eum non obligari. & tamen ista uerba in alio quàm in institore,inducerent contractum consti
tutæ pecuniæ.vide Bal.in auth.si quando.C.de const.pecun.& rationem diuersitatis inter istos
casus posuit Ias.in d.§.actiones autem.col.8.versi.ubi etiam signanter.

Summarium in l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribut.act.

1 *Quando ad idem competunt plures actiones.qui eas habet,cogitur unam eligere,neque poterit postea re-
dire ad aliam.*
2 *Qui potest propria autoritate aliquid expedire, si implorat officium iudicis,non potest postea uariare.*
3 *Electores an uariare possint.*

Bar.in l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribut.acti.

1 BART. in d.§.eligere,colligit ex isto tex.quando † ad idem competunt plures actio-
nes,qui eas habet,cogitur unam eligere: neque poterit postea redire ad aliam. Pro
illustriori huius.§.intellectu,vide Aret. in consi.29.& Alex. in l.edita, colu.3.& seq.
C.de eden.& in l.cùm proponas,post Bar.ibi.C.de transact.& uide etiã exemplum apud Aret.
in consi.150.& Bar.in l.j.§.quia autem.ff.quor.lega.Item scias in iudicijs licitam non esse muta
tionem. propterea Bal.in l.ij.col.9.& seq.C.de seruit.& aqu.& in l.ædem.C.loca. inquit, eum
2 qui potest† propria authoritate aliquid expedire,si implorat officium iudicis,non posse postea
uariare. ideò cautela dari solet,ut protestetur,se propterea nolle suo priuilegio renunciare, ut
per Alex.in consi.129.In causa,& lite,in 4.vol. Quod tñ limita,nisi essent remedia executiua,
quia in eis licita est uariatio.Bar.in l.consentaneum. C. quomo. & quando iud.vbi ponam. &
de eo qui potuit facere propria authoritate,& iudicem adiuit,vide Ias.in l.ij.C.de iur. emphyt.
Dec.in consi.460.& Mari.Soc. iuni. in consi.122.nu.12. Redeundo autem ad id, de quo hic
principaliter agitur,scilicèt,variare non licere.Amplia idem esse in ultima uoluntate.l.serui ele
3 ctione,in princ.vbi Ias.in primo notabili.ff.de leg.1.An autem electores † uariare possint? vide
Abb.& alios in c.causam quæ,de elect.& ad intellectum huius.§.ut quando plures competunt
actiones,una sit eligenda,uide Bar.in l.stipulationes non diuiduntur,col.21.versic.tertius mo-
dus.ff.de uerb.oblig.Et per hanc regulam reprehenditur Bar.in l.certi condictio,col.2.ver.ad
aliud.ff.si cert.pet.in prin.ut ibi per Alex.col.1.& Ias.col.4.ver.non omitto.& dum Bar.in hoc
§.subiungit hæc verba: Hoc autem,quod hic de electione dicitur, est uerum nisi actor redda-
tur intertus ex facto nolentis eum certificare.vide Bal.in l.j.col.3.versic.item attende quod in
d.§.quia autem.C.de fur.& Bar.in d.§.quia autem.

Summarium in l.si filius.ff.quod cum eo.

1 *Si statuto cautum est, ut contra instrumentum nulla possit opponi exceptio, nunquid exceptio huius edi-
cti opponi poterit.*

Bar.in l.si filius.ff.quod cum eo.

1 BART. in d.l.si filius, quærit, si statuto † cautum est, ut contra instrumentum nulla possit
opponi exceptio: nunquid exceptio huius edicti opponi poterit? vide Felin. in c.exce-
ptionem,

ptionem,col. 14.versi.Item fallit,de except.Rom.in consi. 300.Socin.in consi.204.in fin. & in consi.231.col.6.in 1.vol.& Dec.in consi.199.col.2.

Summarium in l.pater filio.ff.quod cum eo.

1 *Licèt actio detur in quantum aliquis facere possit, tamen admitti libellum si petatur insolidum.*

Bar.in l.pater filio.ff.quod cum eo.

1 BART. in d.l.pater filio,inquit,quamuis actio † detur in quantum aliquis facere potest,tamen,admitti libellum si petatur insolidum.vide Ias.in §.actiones autem,col.fi.inst.de action.

Summarium in l.fi.ff.quod cum eo.

1 *Ex sola patientia uidere institorem præponi.*

Bar.in l.fi.ff.quod cum eo.

1 BART. in d.l.fi.ait in summa. Ex sola patientia † videri institorem præponi. vide Alex. in consi. 186.in libro primi & secundi vol.& in consi.120.col.2.in 5.vol. ubi hæc materia declaratur. & dum Bar.ibi subiungit, iudicem appellationis sententiam ex noua causa confirmare non posse.vide Dec.in rub.de appell.& ad rem faciunt trad.per Oldr.in consi.130.& per Feli. in c.cùm causa,col.2.in princ.de re iudic.

Summarium in l.j.ff.ad Macedo.

1 *Hoc senatusconsultum non est factum in fauorem filiorumfam.sed in odium fœneratorum.*

Bar.in l.j.ff.ad Maced.

1 BART. in d.l.j.inquit, hoc senatusconsultum † non esse factum in fauorem filiorum familiàs,sed in odium fœneratorum. Hoc idem dixit Bart. in l. qui exceptionem.ff. de condit.indebi.ubi uide quæ posui ibi. Ad rem faciunt trad.per Alex.in consi.79. & in consi.199.col.2.in 5.vol.vbi loquitur in inuestitura,ut attendatur principalis intentio, & in consi 123.in fi.eod.vol.& Paul.de Cast.in consi.316.Barb.in consi. 2.colu.5.in 2.volu. & in consi.34.& in consi.83.col.2.eod.vol.& in consi.2.col.1.in 4.vol. & dum in apostillis ad Bart. in hac.l.ponitur,filium peccare mortaliter,si hac exceptione uteretur contra creditorem, qui ei uerè propter instantem necessitatem mutuasset: facit tex.in l. Macedoniani. C.ad Macedo. & hoc dictum refert & sequitur Ias.in §.actiones autem,col.6.inst.de action.

Summarium in l.si quis patrem.ff.ad Maced.

1 *Communis opinio excusat aliquem.*

Bar.in l.si quis patremfam.ff.ad Macedo.

1 BART. in ead.l.si quis patremfamiliàs,inquit, communem † opinionem aliquem excusare. Ad declarationem huius tex.uide Bal.in l.ij.col.fi.C.si aduers.rem iudic.quē referunt Alex. & alij.in l.est receptum.ff.de iurisd.omni.iud.& Paul.de Cast. in consi.174. Ad rem facit decisio Decij in l.si quis in conscribendo.nu.17.C.de pact.ubi ait,eum,qui eligit non idoneum iudicem,excusari quando communi opinione idoneus putabatur, quamuis alioqui non excusetur secundum Rom.in consi.138.ad quem multi accesserūt,ut ibi ait Dec. facit etiam illa sing. decisio Bar.in l.quid sit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.ubi ait per illum text.contractum esse licitum,quamuis re uera sit usurarius,quando communiter licitus existimatur.

Summarium in l.sed Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedo.

1 *Actum,qui sequitur indicare mentem & intentionem præcedentem.*

Bar.in l.sed Iulianus.§.Proinde.ff.ad Macedon.

1 BART. in d.§.proinde,colligit ex isto tex.actum,† qui sequitur,indicare mentem & intentionem

tionem præcedentem. Ad hoc uide text.in l.sed si maritus.§. fi.ff.qui & à quibus.& in l.Aurelius.§.si testator.ff.de libera.lega.in c.cùm per bellicam. 34.quæst.2.in c.peruenit.18.distin.& Doct.in c.scribam,de præsumpt.Rom.in consi.353.Paul.de Cast.in consi.74. & in cons.262. & in consi.330.Socin.in consi.15.col.1.& in consi.162.col.2.in 1.uol.& in consi.66.colu.4. in 3.volu.Feli.in c.in literis, nu.12.de testi.Dec.plenè in consi.53.col.6.& in consi.336.Cravet.latè in consi.6.nu.30. & in consi.77.nu.10. & Mari.Soci.iuni.in consi.86.nu.3. Ex hoc inferri potest ad illam quæst. si aliquis alloquitur Titium, qui statim occidit Seium, ex isto actu subsequenti censetur ei dedisse consilium occidendi.Alex.in consi.211.in lib. primi & secundi uolu.Felin.in cap.1.col.4.de off.deleg. & an hoc sit uerum, vide eundem Felin.in c.afferte, in fi. de præsumpt.

Summarium in l. filium habeo.ff.ad Macedo.

1 *Id, quod dictum est in filio, extenditur ad nepotem.*

Bar.in l.filium habeo.ff.ad Maced.

1 BART. ex d.l.filium habeo, colligit,id, quod dictum† est in filio,ad nepotem dilatari.vide concord.per Rom.in consi.429.in 2.dub.vbi inquit,legem, quæ minuit pœnam in personam vnius,ad aliam porrigi,quamuis exceptiuè disponat,dummodò in ea uigeat eadem ratio.

Summarium in l. si filius familiàs.ff.ad Macedo.

1 *Qui epistolam recipit, videtur approbare quæ in epistola continentur.*

2 *Si cum aliquo per epistolam contrahitur, contractus censetur celebratus in eo loco, in quo recepta fuit epistola.*

Bar.in l.si filiusfam.ff.ad Maced.

1 BAR. in d.l.si filiusfamiliàs,hoc dicit in summa. Ratione conuentionis,† qui epistolam recipit uideri approbare,quæ in epistola continentur. De intellectu huius text. vide apud Alex. in l.non solùm.§.morte,col.11.cum seq.ff.de oper.nou.nunc. & in consi.78.in 1.vol.& in cõsi. 290. Ponderatis his, col.3.& seq. in lib.primi & secundi volu.Feli.in c.nonne, colu.4.de præsumpt.vers.fallit quartò.Barb.in consi.6.colu.6.in 1.vol.& in consi.31.colu.3.eod.uolu.& in consi.11.col.4 in 2.volu. & in consi.15.col.4.eodem uol.& uide Dominos de Rota in titu.de probat.in antiquis,in 18.decis.& addita ad Abb.in c.2.col.5.de fide instru. in additione signata B. & ibi uide omninò Felin.nu.22. Et in re proposita de eo, qui sine contradictione literas alicuius retinet, vt consentire uideatur contentis in eis, vide eundem Bar. in l.cùm tabernam. §.pen.ff.de pignor.Bar.in l.Titius.ff.de const.pecun.vbi ait,hoc adnotandum esse pro mercatoribus.Bar.in l.quo enim.ff.rem rat.habe.Bald.in rubrica.C.de fide instrum.uersic.Quęro quid de literis. vbi ait eum, qui hoc modo literas accipit, uideri omnia fateri, quæ in eis continentur.& in l.si absentis.C. si cert.pet.& plenè de hac re uide apud Raph.Cumа.in consi.177. vbi distinguit.Ias.in l.emptor.§.Lucius Titius.ff.de pact.& in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.quæ dotis.ff.solu.matrimo. Dec.in consi.632.in fi. Et ex prædictis elicitur bona cautela ad extorquendam confessionem debiti ab aliquo debitore, ut per Cæpol. in cautel.9. Circa prædicta
2 scias,si cum aliquo† per epistolam contrahitur, contractum censeri celebratum in eo loco, in quo recepta fuit epistola. Bal.egregiè in l.multum.C. siquis alter. vel sib. Et de hac epistola ui de singulare dictum Innoc.in c.cùm dilectus, de succes.ab intest. quod refert & sequitur Ant. de Butr.in c.fi.de confess.

Summarium in rubr.ff. de pecul.

1 *Obligatio peculij ita sequitur peculium sicut lepra leprosum.*

Lucubra.in rubricam.ff.de pecul.

1 CIRCA materiam huius tituli sciendum est obligationem† peculij ita sequi peculiũ, ut lepra sequitur leprosum: ita ut ad quemcunque transit peculium, transeat etiam obligatio. et idem est in parte peculij. Bar.in l.frater à fratre,colu.2.vers.venio.ff.de

cond.indeb. Et dum Bar.in hac rubr.in primis quærit,quid sit peculium, vide Bal.in l.fi.col.2. & 3.C.quod cum eo. Aret.& Ias.in l.cùm fundus.§.seruum suum imprudens. ff. si cert.peta. & omninò Barb. post Abb.& alios in rubr.de pecul.cleric.& de speciebus peculij uide etiam Spec ul.in tit.de actore.in §.item cum. & ad prædicta uide glo.in c.licèt,de sepul.in sexto.& tex.cũ ibi trad.in l.fi.C.de inoff.testa.& Cæpol.in consi.21.col.3.

Summarium in l.j.ff. de pecul.

1 *Ista æquitas habet in se quandam aliam æquitatem annexam.*
2 *Pronomen hoc, est demonstratiuum, non solum ad oculum corporis, sed etiam intellectus.*
3 *Masculmum quando concipiat fœmininum.*

Bar.in l.j.ff.de pecul.

1 BART. in d.l.j.colu.2. dum ait, item ista † æquitas habet in se quandam aliam æquitatem annexam. vide Ias.in §.actiones autem,col.3.institu.de action. & dum ibi in 3.col. in fi.quærit, utrum actio de peculio sit in rem ? vide Bar.in l.frater à fratre,col.8. versi.veniamus.ff.de condi.indeb.& Ias.in d.§.actiones autem,col.16.Similiter dum Bar. ibi in 4.colu.quærit, an ista actio ex obligatione ciuili & naturali oriatur,vide Bar.in d.l.frater à fratre,colu.8.versi.tertiò. Et dum subinde in eadem colu.quærit, vtrum ista actio sit bonæfidei an stricti iuris, & concludit, eam esse stricti iuris. contra hoc senserunt Io.Fabr. & Ang. quos retulit Ias.in d.§. actiones autem,contra quos facit: quia hæc est una & eadem actio,ut infrà concludit Bar.igitur debet esse in totum uel bonæfidei uel stricti iuris,secundum Bar. in l.de diuisione, in fi.ff.solu.matr. vbi Ias.col.3.versi.Ego. & in hac & in quacunque alia actione non prætermittas uidere Baptistam à sancto Blasio in suo amplo tract.de actione, vbi actionum omnium, nomen & naturã, & quæ ad intellectum cuiusque earum attinent, pertractauit,& omnes actiones,quæ in iure inueniuntur,recto ordine enarrauit.

2 Bar.in eadem l.col.5.ver.Item opp.tradit,pronomen † hoc,esse demonstratiuum non solùm ad oculum corporis,sed etiam ad oculum intellectus. De significatione huius uocis, hoc, vide Bar.in l.j.in 1.opp.ff.de oper.nou.nunc.& in prima const.C.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.2. & plenè de hac re habetur in l.j.§.huius studij.ff.de iust.& iur.

3 Bar.in ead.l.col.penul.in fi.tradit, quando masculinum † concipiat fœmininum.Verùm quia de hac re egimus suprà in præcedentibns lucubrationibus, non insistam. vide Dec.in l.fœminæ.ff.de reg.iur.& Aret.in consi.39.& Soci.in consi.255.

Summarium in l.j.§.potestatis.ff.de pecul.

1 *Verbum habeo, de necessitate non indicat dominium.*
2 *Genitiuus an significet dominium.*

Bar.in d.l.j.§.potestatis.ff.de peculio.

1 BART. in ead.l.§.potestatis, ait uerbum, habeo,† de necessitate non indicare dominium. vide Bar.in l.j.C.de naufrag.lib.11.Alex.in l.iij.§.ex contrario, colu.9.uersi.quid si statutum.ff. de acquir.poss.& in l.stipulatio ista.§.hæc quoque.ff.de uerb.oblig.

2 Bart.in eod.§. tradit an genitiuus † significet tantum dominium: & declarat ut ibi per eum. vide doct.& præsertim Alex.in rubr.ff.de oper.no.nunc.& ibi Ias.col.2.& 3.& quamuis sui natura dominium indicet,tamen secundum communem usum loquendi indicat etiam possessionem & detentionem. secundum quem uerba sunt accipienda. Soci.in consi.39.col.2.in 3.vol. Feli.in c.quia G.de iudi.Item genitiuus uidetur significare proprietatem.l.ij.§.1.ff. de relig.uide Alex.& Dec.omninò in rubr.ff.de iurisd.omn.iudi.& glo.in c.1.de postul.præl. & ibi Abb. col.7.versi.vide tamen ad principale. Accedat ad hæc bona glo.in l.ij.ff.de orig.iur. & Bar.in l. parui.ff.nau.caup.stab.& Bar.omninò in procem.C.& Paul.de Castr.in consi.11.incip. In casu præsenti. Bal.in l.si de proprietate. C.si à non comp.iudic. Anchar.in c.postulasti, de cleric.excommu.& uide Bart. in l.si certum.§. sed si fundum.ff. de confess. & in l.Quintus Mutius.ff.de auro & arg.leg.

Summa-

Summarium in l.licèt.§.si filiusfa.ff.de pecul.

1 *Vtrum actio de peculio sit proprium nomen actionis.*

Bar.in l.licèt.§.si filiusfam.ff.de pecul.

1 BART. in d.l.licèt.§.si filiusfamiliàs,in fi.quærit utrum † actio de peculio, sit proprium nomen actionis.vide Iaſ.in §.actiones autem,col.5.inſt.de action. & Baptiſtam à ſancto Blaſio in tract.de actione.

Summarium in d.l.licèt.§.si seruus.ff.de pecul.

1 *Qui uenit contra laudum, quod eſt ipſo iure nullum, non incidit in pœnam.*
2 *Acceſſorium ad naturam ſui principalis accedit.*
3 *Acceſſorium an & quando ſtare poſſit ſine ſuo principali.*

Bar.in d.l.licèt.§.si seruus.ff.de peculio.

1 BART. in ead.l.§.si seruus,colligit ex iſto tex.eum,qui uenit † contra laudum, quod eſt ipſo iure nullum,in pœnam non incidere: atque ita irrito facto principali, irritum fit & acceſſorium. de qua re uide aliquas remiſsiones apud Alex.in l.pacta quæ contra,col.1.C.de pact. & in conſi.174.Opportunè conſiderato,in libro primi & ſecundi vol.ubi citat hoc Bartoli documentum. & omninò uide eundem Alex.in conſi.96.nu.1.& num.14.in 6.volu.Ad rem facit,
2 quia acceſſorium † ad naturam ſui principalis accedit,& eum ſequitur. c.acceſſorium, de reg. iur.in 6.& quamuis doct.dicant hoc eſſe uerum quando acceſſorium ſine ſuo principali ſtare non poteſt,alioqui non: Tamen dicas tu diſtinctionem hanc habere locum dumtaxàt,vbi agitur de tollendo acceſſorio,ſcilicèt ut ſublato principali, etiã acceſſorium intelligatur eſſe ſublatum,alioqui firma remanet regula: ita probat Ant.de Fano in ſuo tract.de pignor.& hypothe.
3 in quarto membro ſecundæ par.nume.63.in fi. Et an & quando acceſſorium † ſtare poſsit ſine principali,vide Anchar.& alios in d.c.acceſſorium.Alberi.& alios in l.intelligere. C. de luit.pignor.Feli.in c.nonnulli.nu.80. de reſcript.in c.debitores, colu.2. de iureiuran. & in c.cùm.M. Ferrarien.col.9.de conſtit.& Maria.Socin.iun. in conſi.65.68.& 145.nu.75.& Soci.in conſi. 300.col.3.in 1.volu.inhærendo autem prædictæ regulæ dicas etiam acceſſorium acceſſorij ad naturam ſui principalis accedere,vt tradunt doct.in c.1.de conſecr.eccl.uel altar.in 6.

Summarium in d.l.licèt.§.idem scribit.ff.de pecul.

1 *In iudicio quaſi contrahitur.*
2 *Judicia & ſtipulationes æquiparantur.*
3 *Judicia ultimis uoluntatibus æquiparantur.*
4 *Sicut ex contractu acquiritur pupillo, ita ex ſententia.*
5 *Si ſtatuto cautum eſt ut pro homicidio pœna pecuniaria imponatur, Vtrum procurator interuenire poſſit.*
6 *Statutum quod pro homicidio pœna pecuniaria imponatur, non ualet.*

Bar.in d.l.licèt.§.idem scribit.ff.de pecul.

1 BAR. in eadem l.§.idem ſcribit,in primo notabili.ait, in iudicio† quaſi contrahi,per iſtum text. vide Feli.in rubrica de re iudic.& in c.quod ad conſultationem, col.2.eodem titu.Bald.in conſi.310.in 2.volu. & Alexand.in l.reſcriptum,colu.fin.ff.de pact. Attende tamen quia Baptiſta à ſancto Blaſio in tracta.de arbitro & arbitratore, quæſt.28.ait, in hoc text. non probari communem illum intellectum, ſcilicèt in iudicio quaſi contrahi: proinde ipſe alium attulit intellectum,vt ibi per eum.

2 Bar.in eodem §.in ſecundo notabili.& in col. fin. verſ.venio ad ſecundum,inquit, iudicia † & ſtipulationes æquiparari. vide Iaſ.in l.ſi miles.§.decem,in quarto notabili.ff.de re iudic.vbi per illum text.tradit differentiam ſcitu dignam in hac re. nam, ſi ſuper cauſa noxali ſententia proferatur, quæ condemnet uel ad æſtimationem, vel ad noxæ dationem, noxa eo caſu non erit

in obligatione,ſed tantum in ſolutione: quia ſententia regulatur ſecundum naturam cõtractus præcedentis; alioqui uerò eſt, ſi quis ſtipuletur æſtimationem, vel noxam: quoniam utrunque erit in obligatione: vt ibi per eum. et ſic iſta regula non procedit ubicunque militat diuer
3 ſa ratio. Solet etiam dici iudicia † ultimis uoluntatibus æquiparari.l. non eſt mirum.ff.de pigno.actio. magis tamen contractui æquiparantur, vt per Iaſ.in rubrica.C. de iudic.col.2.verſi. vltimò. et ibi ex iſta æquiparatione contractuum & iudiciorum infertur ad aliqua, quæ pari ratione debent paria iudicari. Adde ex ſententia lata in reali actionem & obligationem oriri ſecundum glo.& doct.in l.ij.§. fin.ff.de prætor.ſtipul.vbi ampliant idem eſſe in litis conteſtatione. vide quod ait Paul.de Caſt.in l.edita, colu.3.C.de eden. Et ideò rectè infertur ex præce-
4 dentibus, ſicut ex contractu acquiritur † pupillo, ita & ex ſententia: Alexand.in l.furioſo, col. 1.& 2.ff.de re iudic. ſed prædictæ concluſioni reluctatur: quia obligatus ad factum ex contractu non tenetur præcisè facere.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de uerb.obliga.vbi Bar.colu. 18.uerſi.Quid ergo. ſed obligatus ex ſententia præcisè ad faciendum compellitur, ſecundum glo.ſing.in l.qui reſtituere,in uoce,condemnandus.ff.de rei uẽdic. Et cui magis æquiparentur iudicia an contractui,& ita retrotrahuntur, an ultimæ uoluntati, & tunc ſecus: vide latiſsimè apud Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.col.78.verſ.quid in ſententia.ff.de uſucap.

5 Bar.in dicto §.propè fi.quærit,ſi ſtatuto cautum eſt, ut pro homicidio † pœna pecuniaria imponatur,utrum procurator interuenire poſsit? vide ad hoc. Ioan.de Plat.in l.j.C.de impon.lucrat.deſcrip.colu.fin.lib.10.& omninò Felin.in c.inter cæteras,nu.2.de reſcript.vbi ſtante ſtatuto, quòd committens tale delictum, puniatur in x.& in caſu quo non ſoluat, pœna corporis puniatur; inquiſitionem iſto caſu ait eſſe corporalem, licèt pœna corporis in locum pecuniariæ ſubrogetur. & propterea inquit,reum carcerari poſſe, neque pro eo ait poſſe procuratorem interuenire, niſi is pendente cauſa det pecuniam fiſco cum proteſtatione, quòd ſi contingat cõdemnationem ſequi, vult dictam pecuniam datam eſſe in ſolutum pro pœna: nam tunc pro eo procurator interuenire poterit,& carcerem euadere, alioqui non. id quod eſt diligenter animaduertendum pro intellectu prædictorum. Attende tamen quoniam Bar.hic format
6 quæſtionem ſuam in termino ſtatuti diſponentis † pro homicidio pœnam pecuniariam imponi,ſed huiuſmodi ſtatutum non ualere ait Abb.in c.fi.de conſuetu.& Areti. in conſi.58.colu.6. de qua re uide Rom.in ſingul.714.incip.Iudex poteſtatis. & Feli.in rubrica de homicid.Nolo hic prætermittere pulchrum exemplum quod contigit in quadam ciuitate Romandiolæ tempore Comitis uirtutum, qui fuit maximus Dux Mediolani. is enim adepto dominio illius urbis omnia eius ſtatuta & priuilegia, vt moris eſt, confirmauit. inter quæ ſtatutum extabat diſponens, homicidium pœna tantum pecuniaria eſſe puniendum. quidam fuit atrociter interfectus. Gubernator ciuitatis zelo iuſtitiæ præmebatur, vt homicidam,quem captum in carcere detinebat, morte damnaret, ſed pro eo interuenientes pecuniam offerebant pro pœna homicidij conſtitutam, petentes propterea eum liberari: iuſtus autem iudex illum ultimo ſupplicio ſubiecit. & poſteà dixit eis & multis, qui aderant: Ego ſi iure non potui hunc delinquentem pœna mortis condemnare, fui eius homicida; ideò ecce pecuniam offero pro pœna conſtituta: vt ego quoque ſtatuto ueſtro innitens liberationem conſequar. qui ob id apud omnes fuit mirum in modum laudatus, eo quòd tam argutè iuſtitiam miniſtrare decreuerit.Hæc Bernardinus Corius in ſua hiſtoria.

Summarium in l.ex duobus.ff. de pecul.

1 *Electione unius ex pluribus non habentibus communionem ſerui & peculij, alios liberari.*

Bar.in l.ex duobus.ff. de pecul.

1 Bart. in d.l.ex duobus,ait,electione † unius ex pluribus non habentibus communionem ſerui & peculij,alios liberari. Ad intellectum huius tex. vide Paul.de Caſt. & Alexan.in l.cùm fundus.§.ſeruum tuum imprudens.ff. ſi cert.pet.

Summa-

Summarium in l.libera.ff.de pecul.

1 *Mutata conditione in deterius, reuocatur mandatum.*

Bar. in l.libera.ff. de pecul.

BAR. in d.l.libera.citat l.si cùm Cornelius, vt ibi per eum. ibique ait Bald.mutata condi-
1 tione † in deterius reuocari mandatum. sed quare pari ratione non intelligitur ademptum peculium,ita ut dominum de eo non obliget, l. cùm fundus.§.seruum tuum imprudens.ff. si cert. peta.cogita,quia malè responderi potest, vt ibi per Curtium. fol.55. & quòd mutata in deterius conditione,mandatum reuocatum esse intelligatur,tradit Feli.in c.qualiter & quando.nu. 4.de accusat.vbi ex hoc infert ad alias decisiones scitu dignas. Quid si illius conditio in deterius mutaretur,cum quo gerendum erat negocium? Respon. pariter ex sola uoluntate coniecturata reuocatum esse censeri.d.l.si cùm Cornelius. ff.de solut. & ad rem facit ratio.l.si hominem.ff.mandat.& id quod habetur in l.si quis cùm sciret.ff.pro empt.

Summarium in l.quod.ff.de pecul.

1 *Euentus litis dubius est.*

Bar.in l.quod.ff. de pecul.

1 BAR. in d.l.quod,sic ait in summa. Dubius † est litis euentus,& qui ideò tenetur, quia actionem habet,eam cedendo liberatur. vide Rom.in l.iiij.§.Cato,in 3.notabili.ff.de uerb. obl. Bar.in l.cùm fundus.§.seruum tuum imprudens.ff.si cert. pet. col.fi.vbi quamuis ex contractu aliquis teneatur,tamen cessione liberatur.& ibi uide Paul.de Cast.col.ultima, vbi opponit dicens,ratione uitandi circuitus,actionem sine cessione debere competere. pro cuius solutione ponit memorabile documentum. & ibi Alex.col.3.tradit, an domino contumace, uel absente transeat actio sine cessione. & cedentem non teneri ad soluendas expensas litis agendæ cessionario,tradit Paul.de Cast.in l.si ea res.ff. action.emp.& hic. An & quando actio cedatur, tradit Bar.in l.j.§.fi.in princip.ff.de ope.nou.nunci. & quæ ad cessionem attinent, vide per Io.de Grassis in tract.de cessione iuris & actionum.

Summarium in l.ex facto.ff.de pecul.

1 *Si aliquis gessit se pro libero, & posteà monasterium aliquod eum uendicat ut seruum cum toto patrimonio, eo casu monasterium teneri de illo peculio utili actione.*

Bar.in l.ex facto.ff. de pecul.

1 BAR. in d.l.ex facto,colligit ex isto tex.argumentum,† si aliquis gerit se pro libero, & posteà monasterium aliquod eum uendicat,ut seruum cum toto patrimonio, eo casu monasteriũ teneri de illo peculio utili actione.vide Ias.in §.actiones autem,col.4.& seq.inst. de action.

Lucubrat.in rubricam.ff.quando actio de peculio est annalis.

CIRCA istam rubricam scilicèt,ut tantum agi debeat infra annum,uide text.optimum in l.pater qui castrense peculium.ff.de castren.pecul.

Summarium in rubr.ff.ad Velleian.

1 *Quid operetur iuramentum in renunciatione velleiani.*

Lucubrat.in rubr.ff.ad Velleian.

1 CIRCA istam rubricam quid operetur † iuramentum in renunciatione velleiani, uide Ias.in l.sciendum,col.2.& seq.ff.de uerb.oblig.& de renunciatione velleiani,quomodò fieri possit,& an sufficiat renunciatio in genere, & multa in materia certioronis,& an sufficiat in genere cogitasse de eo, cui renunciatur; vide latè Feli. in c.si diligenti.nu. 16.cum seq.de for.compe.Ad rem faciunt trad. per Curtium in consi.43. Et quamuis mulier renunciare non possit hæreditati paternæ nisi cum iuramento, tamen cautela est, ut in instrumento apponatur pactum de non petendo.Cæpoll.in caut.183.

Ad Velleianum.

Summarium in l. fideiussores. ff. ad Velleian.

1 *Si mulier fideiubet an iuuetur Velleiano.*

Bar. in l. si fideiussores, & l. quanquam. ff. ad Velleia.

1 BART. in his legibus, hoc dicit in summa. Mulier † si fideiubet, vel alium fideiubere mandat, iuuatur velleiano, si recipiens hoc sciuerit. Attende tex. in l. quanquam, ex quo doct. colligunt, actionem mandati oriri ex mandato inutili ad gerendum aliquid. id quod memoratu dignum putat esse Soc. in consi. 26. col. 4. in 1. vol.

Bar. in l. si mulier. §. item si mulier. ff. ad velleia.

BAR. in d. §. item si mulier, tradit vt ibi per eum. Tu uerò pro concordia huius. §. cum l. nec interest, suprà eodem tit. vide Soc. in consi. 83. in 3. vol.

Summarium in l. si mulier. §. si mulier. ff. ad Velleian.

1 *Si mulier in iudicio renunciat exceptioni Velleiani, Velleiano non iuuatur.*
2 *Mulier eadem ratione decipitur renunciando, qua decipitur contrahendo.*
3 *Notario an credatur asserenti se certiorasse mulierem de beneficio Velleiani & restitutionis in integrum.*
4 *Mulier an possit renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti.*
5 *Mulier renunciando hæreditati paternæ & maternæ an præiudicet filijs filiæ.*

Bar. in d. l. si mulier. §. si mulier. ff. ad velleia.

1 BART. in eadem l. §. si mulier, sic dicit, si mulier in iudicio † renunciat exceptioni velleiani, velleiano non iuuatur. De hac re an mulier possit renunciare velleiano, vide quæ posui suprà in rubrica huius tituli. & Ias. in l. si quis in conscribendo, col. penul. versicu. item aduerte. C. de pact. Abb. & Feli. in c. si diligenti, de for. compet. & latissimè Ange. de Aret. in §. item si in iudicio, col. 12. & seq. instit. de action. facit tex. in l. iubemus. C. ad velleia. & vide Bar. latè distingu. in l. fi. C. eod. titu. Tamen præsupponendo mulierem posse renunciare saltem cum iuramento, vide duos casus, in quibus non valet, vt per Ias. in l. sciendum, colu. 9. vers. Tertiò. ff. de uerbor. oblig. & de hac materia vide aliquid apud Alexand. in l. in repudianda. ff. de acquir. hæredit. Et
2 dum Bar. dicit, mulierem † eadem ratione decipi renunciando, qua decipitur contrahendo, scilicèt ob sexus fragilitatem; vide Ias. in authen. matri & auiæ, colu. 3. versic. quintò quæro. C. quan. muli. tut. offic. Et quoniam in apostillis hic ad Bart. continetur in quacunque renunciatione, quam facit mulier, necessariam esse certiorationem; vide Feli. in d. c. si diligenti. & Ias. in l. penul. col. penul. uersic. et circa præsentem. C. de pact. & Ias. in dicta. l. in repudianda. col. 31.
* vbi limitat * communem hanc conclusionem duobus modis. Primò quando renunciatio fieret de conscientia, vt hic, & in apostill. secundò quando in renunciatione iuramentum interueniret: quia tunc certioratio non exigeretur, vt ibi per eum, & in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. vbi arguit contra hoc. & uide latè eundem Ias. in authen. sacramenta puberum, colu. 4. versic.
3 tertiò principaliter. C. si aduers. uendit. Nunquid autem credatur † notario asserenti se certioraſse mulierem de beneficio velleiani, & restitutionis in integrum, & aliorum remediorum. vide latè per Ias. in l. si duo patroni. §. item Iulianus, colu. 3. versic. Ego iuxta. ff. de iureiuran. & Alexand. in d. l. sciendum. ff. de uerb. obliga. col. 7. & sequ. & Felin. in d. c. si diligenti, colu. 4. de foro competen. & ad prædicta uide Decium in consi. 551. vbi agit de uiribus renunciationis hæreditatis paternæ factæ à muliere pro dote. & in consi. 180. & in consi. 181. & Alexand. in
4 consi. 29. & in consi. 53. in 3. volu. Et an mulier † possit renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti: vide Fulg. in consi. 206. & Abb. in consi. 8. in 2. volu. vbi ait renunciari posse cum iuramento, sed relaxationem iuramenti denique peti posse. Tamen traditur cautela ut renunciatio mulieris ualeat, scilicèt si in instrumento apponatur pactum de non petendo. Cæpoll. in
5 caut. 183. & de renunciatione quam † facit mulier de hæreditate paterna & materna, an præiudi cet filijs filiæ, vide Soci. in cons. 34. in 4. vol. & Aret. in cons. 163. col. pe. & fi. Et quia hucusq;

egimus

egimus de renunciatione uelleiani,an ualeat,& an certioratio exigatur, & an credatur notario asserenti se certiorasse; attende quoniam huiusmodi renunciationes facilè irritari possunt, & ad nihilum redigi; vt putà si notarius interrogaretur,quid sit Velleianum: nam si ipse id ignoraret,clarum est,eum mulierem de hoc certiorare non potuisse. & circa hoc nonnullæ etiam aliæ cautelæ traduntur apud Cæpoll.in caut.196.

Summarium in l.j. ff.de compensa.

1 *Compensatio an fiat ipso iure.*

Bar.in l.j.ff.de compens.

1 BAR. in d.l.j. tradit,nunquid compensatio † fiat ipso iure: & concludit fieri, si opponatur ab homine. Adde quòd communiter compensatio non fit ipso iure, sed facto hominis. Soci. * in consi.17.in 3.vol.fallit tamen quò ad impediendum cursum usurarum secundum glo.* com muniter approbatam in l.si constat.C.de compens. & Soci.in cons.99.col.2.in 1.vol. An compensatio opponi posset quamuis dies solutionis non uenerit. vide Fulg.in consi.141. Vtrum autem ab homine opponi possit compensatio de apodissa ad quantitatem cõtentam in instrumento guarentigiato, cui ex forma statuti opponi non potest nisi exceptio solutionis. vide Ang.in consi.132.& Marcum Antonium Bauerium in tract.de uirtute iuramẽti.nu.49.& multa scitu digna in materia compensationis uide apud Angel.in consi.259.& tractatus editos de compensationibus,in quibus latè traditur de hac re.

Summarium in l. si cum filio.ff.de compensa.

1 *Illud,quod peti poterat cum adiectione de peculio, deducitur ad compensationem.*

Bar.in l.si cum filio.ff. de compensa.

1 BART. in d.l.si cum filio,ait,illud, quod peti poterat † cum adiectione de peculio,deduci in compensationem. Cõtrarium uult expresè idem Bar.in l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens,col.3.vers. venio ad illum qui ad peculiares.ff.si cert.pet.vbi inquit,compensationem fieri non posse cum eo, qui peculij actione tenetur: quia non est liquidum propter id quod potest dominus. vide ibi Curtium qui mouet hanc difficultatem & soluit,fol.32.ver.volo tamen quòd aduertas.

Summarium in l. si cum militi. §. cum intra.ff.de compensat.

1 *Dies,qui miserationis causa solutioni indulgetur, non impedit compensationem.*

Bar.in l.si cum militi.§.cùm intra.ff.de compens.

1 BART. in d.§.cùm intra, dicit: Diem † qui miserationis causa solutioni indulgetur, non impedire compensationem. vide Alex.in l.non solùm,col.1.ff.solu.matr.& in l.si uero procurator,in apostill.ff. de solut.

Summarium in Rub.ff. depos.

1 *Libellus in materia depositi quomodo concipiatur.*

Bar.in Rubr.ff.depos.

1 CIRCA hanc rubricam uide quomodò libellus † in materia depositi cõcipiatur apud Ias.in §.sequens alia,col.6.vers.sequitur in tex.instit.de action. & quomodò & quando per inficiationem crescit in duplum,uide in l.j.§.prætor,& seq. infrà eod.titu. Et quando depositum retineri possit à depositario pro obseruantia contractus,vide Soc.in consi.143.col.pen. in 1.volu. Item scias in hac materia instrumentum depositi habere paratam executionem sicut res iudicata, nec requiritur aliqua condemnatio secundum Bar.in l.pen.C. depos. Tamen contra tenet ibi Bald.ad quem accessit Feli.in c.olim, in fi.de accusat. Quid si depositarius fuit coactus soluere alicui tanquam creditori deponentis, an sit liberatus? Rapha. Cuma.in consi.185.

Summarium in l.j. §. si uis seruum.ff.depos.

1 *Is qui dat pecuniam conductor appellatur, is verò qui recipit, locator.*

Bar.in l.j.§. siquis seruum.ff.depositi.

1 BAR. in l.j.§.siquis seruum,ait,eum qui dat pecuniam, † conductorem appellari,eum uerò, qui recipit,locatorem. Ad idem uide Bal.in l.petens,col.pen.C.de pact.& in consi.114. in 1. vol.& Rom.in consi.86.in princip.

Summarium in l.j. §. siquis argentum.ff.depositi.

1 *Qui agit petendo speciem argenti in libello exprimere debeat pondus.*

Bar.in d.l.j.§.siquis argentum.ff.depositi.

1 BART. in ead.l.§.siquis argentum, agit de eo,qui petit speciem † argenteam, vt in libello exprimere debeat pondus,& reliqua ut ibi per eum. Hoc idem ait Bar.in l.si in rem, in fi.ff.de rei uend.& in l.in actione.ff.de furt.& in l.non solùm.§.sed vt probari.ff.de oper.nou. nunci. & in l.inter stipulantem.§.1.ff.de uerb.oblig. Alex.in l.j.col.4.ff.de eden.& Feli. in c.2.colu.2.de libel.oblat.

Summarium in l.j. §. si cista.ff.depositi.

1 *In actione depositi libellus quomodo formari debeat.*

Bar.in d.l.j.§.si cista.ff.depos.

1 BAR. in ead.l.§.si cista,tradit,quomodò in ista actione † libellus formari debeat. vide quę posui suprà in rubrica huius tituli. Et dum ibi subiungit probandum esse res esse immissas,vide ad hoc Feli. in c.constitutus,in fi.de testi. & in c.cùm.I.& A. de iudic. Alex.in consi.103.colu. 3.in 1.uolu.vbi citat hoc Bartoli documentum.& Ias.in l.in actione,col.pen.uers.venio.ff.de in lit.iur. Et dum Bar.ibi in fi.ait,succurrendum esse iuranti in litem quando per dolum non restituitur,vide Ias.qui ad hæc dicta Bar.accedit in §.sequens alia,col.6.instit. de action. & omninò Abb.consi.109.in 2.vol.Illud etiam scias,depositarium,qui habet salarium,teneri etiam de leui culpa: & in dubio præsumi factum fuisse furtum culpa custodis.Dec.in consi.417.

Summarium in l.si apud quem. §.in sequestrum.ff.depos.

1 *Contra sequestrum habet locum actio, qua tenetur rem exhibere.*

2 *Sequester non potest officium suum deponere sine causa.*

Bar.in l.si apud quem.§.in sequestrum.ff.depos.

1 BAR. in d.§.in sequestrum,dicit,contra † sequestrum habere locum actionem, qua tenetur rem exhibere. Vide quæ actio competat apud Abb.in c.examinata.q.4.vers.secundò, de iudi. & de tota materia sequestri uide amplissimè Curtium in tractatu de sequestris. & Ang. Perusinum similiter in suo tract.de sequestris.

2 Bart.in ead.l.§.si uelit,sic ait in summa. Sequester † non potest officium suum deponere sine causa. & posteà subiungit quænam iusta causa esse dicatur. Adde tu fortè iustam causam esse posse etiam quando sequester diu stetit obligatus, quò possit agere ut liberetur, sicut dicitur de fideiussore,qui diu stetit obligatus, vt per Alex.in apostill.in l.Lucius.ff.mand.& per Rom. in sing.100.vbi citat Spec.Ad rem faciunt trad.per glo.& Bal.in l.item si.ff.de nego.gest.

Summarium in l.si hominem. §.quoties.ff. depos.

1 *Quando nummularij foro cedunt, potior est causa deponentium sine usuris.*

Bar.in l.si hominem.§. quoties.ff.depos.

1 BART. in l.si hominem.§.quoties,inquit,quando nummularij † foro cedunt,potiorem esse causam deponentium sine usuris. et inter eos qui prior est tempore, non est potior in iure. cum hoc concordat text.in l.si uentri.§. in bonis.ff. de priuileg. credit. circa hunc.§. dum concludit Bar. eum, qui recipit usuras, amittere priuilegia depositi: uidetur ei refragari regula.l. siquis nec causam.ff.si cert.pet. & ibi Bar.in fi.principij. & ibi Curtius facit istam obiectionem & soluit fol.3.& seq.

Summa-

Summarium in l. indepositi. ff. depos.

1 *In actionibus bonæfidei quilibet hæredum tenetur insolidum ex dolo suo.*

Bar. in l. in depositi. ff. depos.

1 BART. in d. l. in depositi, ait, in actionibus † bonæfidei quemlibet hæredum teneri in solidum ex dolo suo, alioqui uerò in actionibus stricti iuris. citat. l. secundam. §. fi. ff. de uerb. oblig. ubi Ias. col. 3. uersi. secundò not. tenet contrarium.

Summarium in l. quod seruus. ff. depos.

1 *Quamuis per contrahentem alteri quæratur actio, tamen ei potest solui, nisi sit iusta causa credendi eum, ad quem res pertinet, permissum non fore.*

Bar. in l. quod seruus. ff. depos.

1 BART. in d. l. quod seruus, inquit, quamuis per contrahentem † alteri quæratur actio, tamẽ ei potest solui, nisi sit iusta causa credendi eum, ad quem res pertinet, permissurum non fore. & de hac. l. Bar. non curat, quia ualet ad monachos. vide Bal. in consi. 378. in 1. vol.

Summarium in l. si quis inficiatus. ff. depos.

1 *Quando tu mihi protestaris uel tanquam procurator uel tanquam hæres ut soluam tibi, teneris mihi per instrumentum fidem facere te esse procuratorem, uel hæredem, alioquin ego non constituo in mora.*

2 *Is qui incipit scire se iustam causam habere, à iudicio debet desistere, ut ab expensis excusetur.*

Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depos.

1 BART. in d. l. si quis inficiatus, inquit, quando tu mihi protestaris † uel tanquam procurator, uel tanquam hæres, ut soluam tibi, teneris mihi per instrumẽtum fidem facere, te esse procuratorem, uel hæredem, alioqui ego non constituor in mora. vide Alex. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de oper. nou. nunc. & in consi. 8. Viso & diligenter. colu. 2. in 5. vol. aliquid per Bal. in c. eam te, col. 2. in fi. de rescrip. & vide Ant. Corset. in singularibus suis, in voce, Procurator, in sing. incip. Si aliquis protestatur. ubi hoc Bartoli documentum extollit, dicens esse celebre. Limita tamen hoc, ut procedat solùm quando procurator extra iudicium protestatur, alioqui uerò si in iudicio petit, & protestatur: quia etiam mandato non exhibito debitor in mora cõstituitur: quia sine mandato credendum non est, eum adire iudicem uoluisse. Barb. in c. ex parte decani, de rescrip.

2 Bar. in ead. l. inquit, eum, qui incipit scire † se iustam causam habere, à iudicio debere desistere, ut ab expensis excusetur. vide Alex. in consi. 232. In causa & lite, in fi. in libro primi & secundi vol. Raph. Cuma. in consi. 74. col. 2. Feli. in c. quoniam contra, colu. 9. de probat. & in c. fraternitatis, in secundo notabili de testi. & in c. exceptionem, col. 15. ver. subdit Bald. de excep. & in c. pastoralis, in fi. de iudic. & Anch. in consi. 326.

Summarium in l. si duo hæredes. ff. depos.

1 *Tex. declaratur procedere in obligatione secundaria quæ contrahitur ratione doli uel culpæ, in qua dolo commisso quilibet tenetur in solidum.*

Bar. in l. si duo hæredes. ff. depos.

1 BART. in d. l. si duo hæredes, declarando tex. in uersi. Planè, inquit, eum † procedere in obligatione secundaria, quæ contrahitur ratione doli uel culpæ, in qua dolo commisso quilibet tenetur insolidum. Adde hoc esse exemplo duorum tutorum, ut hic in text. ex quo infertur, eos habere beneficium diuisionis. ita per istum tex. docuit Bar. in l. iij. §. 1. in quęst. 2. ff. de duob. rei. & uide quæ posui ad Bar. in l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commod.

Summarium in l. Publia. ff. depos.

1 *Ex pacto appositio in traditione rei meæ, quæ mea durat, alteri quæritur utilis actio.*

Bar. in l. Publia. ff. depos.

1 BART. in l. Publia, sic ait in summa. ex pacto † appositio in traditione rei meæ, quæ mea durat,

durat,alteri quæritur utilis actio. Attende quoniam huic collectioni repugnare uidetur, hoc ita rectè colligi non posse: Tu mihi debes centum restituere,igitur contra te mihi actio competit,ut Pet.& Cyn.tradiderunt in l.ad probationem.C.de probat.dicentes, si pecuniam apud te deposui,recessurus hoc pacto adiecto, ut eã Titio quædam signa deferenti restitueres; si Titius cum signis eam requirit, non propterea actionem ad illam petendam habere poterit. & ad rem uidetur facere tex.in l.bona fides,infrà eod.tit.& dum Bar.ibi subiungit,item not.quod dixi in summarium,ut intelligendum sit si moriar,& reliqua ut ibi per eum. Ad hæc uide etiam Barb.in consi.43.col.4.in 2.vol.& in consi.67.col.4.eod.vol.Rom.in consi.327.colu.3.Alex. in l.iubemus,in fi.ff.de leg.1.Abb.in consi.72.col.3.in 1.vol. & in consi.100.col.fi. & in consi. 121.col.fi.eod.vol.& Card.in consi.23.Et dum Bar.opp.de l.si debitor.ff.ad Trebell.vide Ias. in l.certi condictio.§.quoniam,col.1.versi.secundò addam.ff.si cert.pet.ubi inquit, in illo text. non contineri, actionem acquiri alteri,licèt ei fieri debeat restitutio. ad quod faciunt ea, quæ paulò ante prædixi. Adde quòd eodem modo poterit aliquis alteri stipulari rem quæ futura est sua.Bar.in l.quod dicitur,in fi.§.de uerb.oblig.in fi.

Summarium in l.Publia.§.Titius.ff.de pact.

1 *Verba enunciatiua non inducunt obligationem in contractibus,sed probationem.*
2 *Si plures res scriptæ in aliqua pagina reperiuntur,una pro me faciens approbari potest, & alia repudiari contra me faciens.*

Bar.in d.l.publia.§.Titius.ff.depos.

1 BAR. in ead.l.§.Titius Sẽpronio,colligit ex tex.verba† enunciatiua non inducere obligationem in contractib.sed probationẽ.Vide ad declarationẽ huius tex.Soc.in cõs.3.col.3.in 1.uol. & aliquid per Bal.in consi.256.in 1.vol.& in consi.330.in 5.vol.Ad rem faciũt trad.per Abb. & alios.in c.Albericus,de testi.& per Dec.in consi.522.& ad ea,quæ tradit Bart.ibi in 3.not.ut non steẽ ei,quod quis sibi scribit in epistola;vide Ias.in l.non solum.§.nocere,col.15.ff.de oper. nou.nunc.& Imol.in cõs.138.Aret.in consi.14.col.5.& Soc. in consi.162.col.pen. in 1.vol. &
2 dũ subiungit Bar.si plures † res scriptæ in aliqua pagina reperiuntur,unã pro me facientem approbari posse,& aliã contra me repudiari. de qua re remisit se ad ea,quæ posuit in l. Aurelius. §.item.ff.de liber.leg.ubi uideas quæ dicam,Deo fauente,ibi ad Bar.& hunc tex. in hoc ait esse mirabilem Matthæsyll.in sing.79.incip.Nota doctrinam mirabilem. ubi ait prædicta procedere quando plura in epistola ad me transmissa continentur,ut unum acceptari possit,& aliud repudiari,alioqui uerò si in libro rationum continentur,ut ibi per eum. vide etiam Ang.in cons. 330.& in l.j.C.ut quæ des.aduoc.

Summarium in l.Lucius Titius.ff.depos.

1 *An & quando id quod agitur si non ualet ut agitur,ualet ut simulatè concipitur.*
2 *Illa propriè dicitur simulatio quando aliquid fingitur agi,& tamen nihil agitur.*
3 *Simulatio conijcitur quando uenditor conducit rem uenditam ab emptore in eodem instrumento.*
4 *Simulatio probatur coniecturis.*
5 *Simulari licet quando utilitas aliqua,siue bonum aliquod euenire potest.*
6 *An alienator admittatur ad allegandam simulationem alienationis.*

Bar.in l.Lucius Titius.ff.depos.

1 BART. in d.l.Lucius Titius,tradit an & quando id,quod agitur,† si non ualet ut agitur,ualeat ut simulatè concipitur. Et dum inquit,quandoque illud quod agitur est inualidum,& tunc non ualet illud, quod simulatè concipitur: vide Alex.in consi.142.col.3.in 5.vol.Posteà uerò ibi Bar.in fi.subiungit,exceptionem simulationis tunc obstare quando in ueritate nihil agebatur,uel agebatur aliquid inualidum uel turpe,alioqui uerò si agebatur in ueritate, quamuis caderet in alia specie obligationis. vide Alex.in consi.28.col.4.in 5.volu.Salic.in l.ex pretio.C.si
2 cert.pet.& in l.pen.in fi.C.depos.& Paul.de Cast.in consi.9.Attende tamen,quia propriè † illa dicitur

dicitur simulatio, quando aliquid fingitur agi, & tamen nihil agitur, ut quando alienat, siue fingit alienare bona ut à uexationibus defendatur. Soc. in consi. 164. col. 3. in 1. volu. Et quando simulatio præsumatur, vide Soc. in consi. 162. in 1. vol. & in consi. 90. in 3. vol. & in hac materia uide omninò Aret. in consi. 65. & Decium in l. imaginaria. ff. de reg. iur. & simulationem præsumi quando alienans perseuerauit in possessione rei, de qua fit contractus, docuit Soci. in consi. 127. col. 4. in 3. vol. ubi etiam alias tradidit coniecturas. sed contrarium in prædicto casu tenuit Aret. in d. consi. 65. vide omninò Raph. Cuma. in consi. 134. & non prætermittas Alex. in
3 consi. 28. in 5. vol. ubi not. limitat hoc dictum de perseuerantia possessionis. Simulatio † quoque conijcitur, quando uenditor conducit rem uenditam ab emptore in eodem instrumẽto. Abb. in consi. 49. in 1. vol. vbi etiam alia quædam ad simulationem pertinentia inueniuntur. Simulationis autem multæ sunt species, quædam sunt, quæ fiunt de actu prohibito ad permissum, & istæ sunt prohibitæ, quædam uerò fiũt de actu permissum, & istæ sunt licitæ, ut declarat Cæpol.
4 in cautel. 243. Iccircò autem simulatio † probatur coniecturis: quia liquido probari non potest, cum in animo consistat. Soc. in consi. 18. col. 8. in fi. in 1. vol. Dec. in consi. 644. Alexan. in consi. 44. in 6. vol. & in hac materia uide semper Fulg. in consi. 134. & Dec. in d. l. imaginaria. & inquit Dec. in d. consi. 644. simulationem contractus allegari posse, etiam si iuramentum intercessisset. Tamen simulationis suspicio tollitur quando apparet de ueritate. Dec. in consi. 463. col. fi. Nolo in hoc sermone simulationis silentio præterire, quòd quamuis simulatio à le-
5 gibus ipsis abhorreat, tamen licere † simulare quando utilitas aliqua, siue bonum aliquod euenire potest. c. utilem simulationem. 22. q. 2. ex quo infert Bartholomęus Brixiensis in tract. quęstionum dominicalium, in 20. quæstione, licere simulare, ut aliquis uiuat, & acquirat alimenta. De simulatione autem quæ colligitur ex pacto de retrouendendo, & paruitate pretij, & al js cõiecturis, uide Doct. in c. ad nostram, de emp. & uend. Alex. in d. consi. 54. in 6. vol. Fulg. in d. cõs. 134. Feli. in c. si cautio. nu. 55. de fid. instr. Abb. in consi. 69. in 2. vol. Ias. in l. cum ea. C. de transact. & latissimè Cæpoll. in tracta. de simulatione contractuum. Bart. in l. post contractum. ff. de donat. & in l. pacta nouissima, ubi Alex. & Ias. C. de pact. & uide text. in l. sicut. §. superuacua. ff. quib. mod. pign. uel hypoth. solu. & Paul. de Cast. in l. in emptione. C. plus uale. quod agi. An au
6 tem alienator † admittatur ad allegandam simulationem alienationis, uide Bart. in consi. incip. In nomine Domini factum tale est. Ad præfata uide Rom. in consi. 255. Quò ad primum. & in consi. 146. Clarissimè assessor. & de coniecturis simulationis uide Feli. in c. si autem, colu. 2. de rescrip. & quomodo probari possit non obstante statuto, contra instrumentum admitti nõ debere probationem, nisi per aliud instrumentum, uide eundem in c. cùm Ioannes, col. 15. de fid. instr. & breuiter simulatio deceptoria & dolosa reijcitur, cauta uerò & prompta admittitur. Abb. post glo. in c. 1. quod met. cau.

Summarium in l. bona fides. ff. depos.

1 *Bona fides est ut res deposita deponenti restituatur, nisi extrinseca & specialis ratio hanc bonam fidem impediat.*

2 *Quando lex non respondet quæstioni propositæ videtur terminatum pro ea parte, quæ ultimo loco posita est.*

Bar. in l. bona fides. ff. depos.

1 Bart. in d. l. bona fides, colligit in summa, bonam † fidem esse in genere, ut res deposita deponenti restituatur, nisi extrinseca & specialis ratio hanc bonam fidem impediat. vide pulchrum casum apud Bal. in consi. 410. col. 3. in 2. vol.

2 Bart. in ead. l. colligit ex text. & glo. quando lex † non respondet quæstioni propositæ uideri terminatum pro ea parte, quæ ultimo loco posita est. ex quo dici solet ultimam opinionem approbatam esse censeri. De hoc uide tu gl. & ibi moder. in l. qui filium. §. Sabinus, in glo. fi. circa medium. ff. ad Trebell. Soc. in consi. 99. col. 2. in 1. vol. & in consi. 252. col. 12. eod. volu. & Feli. in c. 1. col. pen. de const. Limita tamen prædictam conclusionem non procedere, quãdo prima

opinio

opinio æquitati inniteretur: quia ei standum esset,& non ultimæ. glo.est de hoc memorabilis in l.si cum exceptione.§.sed & si quis,in uersic. Labeo, in uoce, omnimodò.ff.quod met.caus. quam adnotat Aret.in consi.163. Diligenter & maturè discussis,colu.4. Ad prædicta uide etiã Alex.in consi.29.col.3.in 1.vol.ubi refert hoc Bartoli documentum. & Bal.& Ang.in authen. ex testamento.C.de collat.doct.in l.cùm fundus. §. seruum tuum.ff. si cert.petat. Alex.in l.non amplius.§.fi.col.1.ff.de leg.1.doct.in l.si idem cum eodem.ff.de iurisd.omn.iud.& ad rem hanc infinita propè adduci possunt,sed ea omnia uelle recensere nec huius temporis est,nec parui sanè laboris. ego enim libenter tempus nõ contero in ijs,quæ satis cognita sunt: ideò pergamus.

Summarium in repet.l.quod Nerua.ff.depos.

1 *Simile non est idem.*
2 *An & quando culpa dolo æquiparetur.*
3 *Culpa latissima quæ sit.*
4 *Vtrum error iuris sit lata culpa in illiterato.*
5 *Ignorantia iuris non excusat quando sumus in his, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum.*
6 *Ignorantia iuris utrum excuset mulierem rusticam.*
7 *An & quando lata culpa æquiparetur dolo.*
8 *Lata culpa non æquiparatur dolo in accusationibus siue in actionibus descendentibus ex delicto quò ad pœnam corporalem.*
9 *Lata culpa utrum æquiparetur dolo quò ad irrogandam infamiam.*
10 *Vtrum leuissima culpa in aliquo casu æquiparetur leui uel latæ.*
11 *In actione tutelæ quando gratia tantum pupilli negocia geruntur, uenit dolus & lata culpa.*
12 *Præcarium potest ad libitum reuocari.*

Bar.in rep.l.quod Nerua.ff.depos.

1 BART. in d.l. quod Nerua, in repetitione colu.1.ait, simile † non esse idem. vide tu quod nam dicatur esse simile apud Dec.in consi.329.col.pen.& omninò in c.translato, vbi etiã Feli. num.15.cum seq.de const.ubi tradit,an & quando à simili rectè sumatur argumentum. Craue. in consi.92.in fi.& ad hoc Bartoli documentum uide Card.Alex.in c.humanum genus. dist.1. Gemin.in c.penul.de præben.in 6.gl.in c.denique.7.q.1.& omninò Alex. qui ponit pulchram quæstionem in consi.261.Quæritur an d.arbiter,col.2.in libro primi & secundi vol. & Soc. in consi.300.col.2.in 1.vol.

2 Bart.in ead.repet. progreditur declarando an & quando culpa † dolo æquiparetur. Et dum ibi in 5.col.versi. Tertiò opp.ait, si aliquis in rebus suis esset plus diligens quàm communis hominum natura desiderat,eum teneri diligentiã eandem præstare in rebus depositis. vide Alex. in l.etiam.§.1.in tertio notabili.ff.solut.matrim.Et dum Bar. ibi col.5.quærit si scholaris accepit famulum, & pro eo quidam promisit ei reficere omne damnum, quod ipsius famuli culpa contingeret,& famulus furetur,vtrum promissor teneatur?concluditque illum teneri omninò: quia dolus est culpa latissima. vide Alex. in d.l. etiam.§.licèt in dotalibus,colu.3.& Cæpoll.in
3 consi.18.Abb.in c.unico,de commod.& facit.c.sacro,de sent.excom.Et quæ sit † culpa latissima uide Abb.in consi.82.in 2.vol.Posteà progreditur Bar. in ead.colu.quomodò dolus probetur,& dicit quædam esse indicia manifesta,quæ probata inducunt dolum manifestum. vide Alex.in consi.103.col.5.in 1.vol. Et ad rem faciunt trad.per Feli.in c.cùm in iure, de offic. deleg.& in c.fi.de præsumpt.& Mari.Soc.iuni.in consi.77.nu.46.& in consi.129.num.68. Et
* dum Bar.in ead.repet.col.6.quærit quid sit lata culpa,dicas hæc dicta Bar. * uotis frequentioribus approbari,ut per Abb.in d.consi.82.col.2.in 2.vol.

4 Bar.in ead.repet. col.7.versi.iuxta prædicta,quærit utrum error† iuris sit lata culpa in illiterato: uide glo.sing.in l.quod te.in glo.fi.ff.si cert.pet.quæ tenet,latam esse culpam ignorare regulas iuris,sed non fallentias. Tamen eum reprobat ibi Alex.per trad.per Bar.hic, ubi fas.in ultima col.limitat non procedere nisi in iuribus uulgaribus. & quæ communiter sciuntur, cùm alioqui

alioqui ferè omnes essent in lata culpa. Ad hæc uide Alex. in l.ij.colu.2.ff.quod quisque iur. Anch. in c.canonum statuta,col.55.& seq.de const.& Alex.in consi.65.col.fi.in 1. vol. & omninò in consi.77.in 3.vol.Et ignorantiam † iuris non excusare quando sumus in ijs, quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum,docuit Bar.in l.j.§.nunciatio.ff.de oper.nou.nunc. & Feli.in c.intimauit.de testi.Attende tamen,quia ignorantia iuris dubij semper excusat. Soc.in rubrica.ff.de reb.dub.Item ignorantia iuris semper excusat, quando est probabilis. & nemo inferior principe statuere posset,ut probabiliter ignorans puniatur. id quod est adnotandum ad statuta disponentia, nullam ignorantiam allegari posse illius sanctionis, ut intelligantur de
6 ignorantia iniusta. Feli.in c.per tuas.nu.3.de simon.An autem ignorantia † iuris excuset mulierem rusticam: vide Soc.in consi.39.col.5.in 1.vol.& de hac ignorantia iuris quando excuset & non,uide regulam cum fallen.apud Feli.in c.2.nu.3.de const.& in c. quoniam, de simon. Et quid de ignorantia iuris positiui,& quid de ignorantia iuris naturalis,& quid de ignorantia facti; tradit Damasus in tract.de brocardis,in primo membro. Ad prædicta uide etiam tex.in l. super seruis,& ibi Bar.C.qui milit.poss.lib.12.& Bar.in l.si cui.ff.de accusat.& dū Bart. ibi subiungit in ead.col. quid sit dicendum de ignorantia iuris municipalis: vide Alex.in cons.66.in 4.vol.& in consi.65.in 3.vol.& Imol.in consi.24.& in consi.80.

7 Bar.in ead.rep.& col.versi.item quæro,tradit,an & quando lata † culpa æquiparetur dolo. & concludit hanc esse regulam ut æquiparetur. Fallit in quibusdam casibus,ut ibi per eum & alios. Vide tu duos casus,in quibus lata culpa non æquiparatur dolo,ut per Abb. in c.2. in gl. fi.de const.ubi Decius.& uide casum,quem ponit Iason.in l.iustè.ff.de acquir. poss. in fin. vbi ait, causam etiam iniustam excusare à dolo,sed non à culpa. Item aliquem in syndicatu priuari propter dolum,non autem propter culpam,tradit Iason.in l.unica,in fi.C.ubi omn.iudic.& in re proposita uide Abb.in c.unico,de commod.Illud uerò,quod prædictum est,scilicèt causam etiam iniustam excusare à dolo, probatur in gl.in l.j.ff.si quis iusdicen.non obtemper. Limita tamen hoc procedere solum in delictis extraiudicialibus,alioqui uerò in his, quæ in iudicio committuntur. Soc.in consi.118.col.3. in 1.vol. Item declara istam causam debere subesse ante delictum commissum,alioqui si post delictum superueniret; quia non excusaret. Decius in cons. 451.Rursus not.declara hoc tantum procedere quando præsupponitur delinquentem ignorasse: nam tunc etiam iniusta causa excusat à dolo; aliter non: ut egregiè docuit Ang. in cons. 288.col.pen.& circa prædicta vide Iason.in consi.137.in 1.vol.& Alber.Brun. in consi.27.colu. pen.vide etiam multa ad rem facientia apud glo.in l.athletas,in uoce,ex utraque.ff. de his qui not.infam.& ibi doct.ubi habentur multi casus,in quibus accusator, qui querelam sustinere nō
8 potuit,excusatur. Prosequitur deinceps Bar.& infrà in colu.8. inquiens, latam culpam † dolo non ęquiparari in accusationibus siue in actionibus descēdentibus ex delicto quò ad pœnam corporalem. vide Abb.in consi.4.in fi.in 1.vol. Feli.in c.2. colu.3.de const. Alex.in consi.65. col.3.in 1.volu.vbi loquitur in pulchro casu,de iudice habente latum arbitrium, ut non teneatur nisi de dolo, non autem de lata culpa. Subiungit postea Bar.quo ad imponendam pœnam pecuniariam,aut statutum expresse requirit dolum,aut loquitur tantum simpliciter ut ibi per eum. vide Decium in d.c.2.col.3.de const.ubi contrarium defendit.& dum ibi paulò post agit
9 Bar.utrum lata culpa † æquiparetur dolo quò ad irrogandam infamiam? Dic quòd ex isto documento Bar.reprobatur dictum Bal.ut per Iason.in l.siquis maior.C.de transact.postea Bar.agit de eo,de quo multoties dubitatur,& ideo in 9.col.in fi.quærit, quid sit leuis culpa. vide Abb. in c.unico,de commod.Aret.in consi.38.col.2.& omninò Alex.in consi.244.Super primo, in libro primi & secundi vol.& quia de hac re diximus in alijs lucubrationibus, tempus non con
10 teram.& dum Bart.col.10. quærit utrum leuissima † culpa in aliquo casu æquiparetur leui uel latæ: vide Alex.in l.si constante.§.si maritus,col.5.& seq.ff.solut.matr.& in consi.261. in libro primi & secundi vol.denique Bar.materiam hanc declarare intendens,pergit,& hic in col.pen. in princ.tradit an & quando leuissima culpa imputetur ei,qui locat operas suas. vide Feli.in c. quia indicante,col.2.de rescrip.

Bar.

11 Bar.in ead.col.ait in actione tutelæ † quando gratia tantum pupilli negocia geruntur, uenire dolum & latam culpam. vide addita ad Anan.in consi.80.& Alex.in consi.45.Habita super his,col.1.in 1.vol.

12 Bar.in ead.repet.propè finem ait, precarium † posse ad libitum reuocari,sed contrarium sentit Abb.in c.1.de precar.ubi ait, precarium non reuocari nisi percepto commodo. id quod tamen à Decio reprobatur in l.in omnibus obligationibus.ff.de reg.iur.& refert hoc Bartoli documentum. & ad ea quæ Bar.tradit in fi.huius repet.vide Bar.& ibi addita in cons.18.& Alex. in l.cùm res.§.culpam.ff.de leg.j.& in l.mulier.§.si enim.ff.ad Trebell.

Summarium in rub.ff.manda.

1 *In materia mandati libellus quomodo concipiatur.*

Lucubrat.in rubricam.ff.mand.

1 CIRCA hanc rubricam quomodò in materia † mandati libellus concipiatur, tradit Iaſ.in §.ſequens alia,col.7.inſt.de action.ubi nonnulla ſcitu digna memorauit. Item ſcias,eum,qui mandatum non ſeruat, incidere in crimen ſtellionatus.l.à Titio.ff.ad municip.& effici infamem,ſecundum Bald.in l.feliciſſ.C.de ijs qui à non domi.manu. & latius per Iaſ.in l.poſt dotem,in lectura Bar.col.56.ff.ſol. matr. & quid ſit mandatum tradit Abb.in c.nonnulli.§.ſunt alij,de reſcrip.

Summarium in l.j.ff.mand.

1 *Mandatum quid ſit.*

Bar.in l.j.ff.mand.

1 BART. in d.l.j.quærit, quid ſit † mandatum: dic, ut dixi ſuprà in rubrica. Deinde ex dictis Bar.& ibi ad eum additis,colligitur quæſtio,an ille,qui aliquid facit uoluntate mea,dicatur habere mandatum à me: uide Iaſ.in l.poſt dotem,colu.56.verſic.iuxta iſtam lecturam Dyn.ff. ſol.matr.Et quando taciturnitas æquipolleat mandato,docuit Alex.in conſi.79.in 4.vol. & ad rem faciunt quæ poſui ad Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.& quæ pono.in l.ſi remunerandi.ff.depoſ.quomodò autem differat mandatum à præcepto uel iuſſu,dicit gl.ſing.in l.& quia.ff.de iuriſd.omni.iud.mandata finiri morte mandantis re integra,non autem præceptum. & de hac re vide Feli.in c.eam te,col.5.verſi.inter mandantem,de reſcrip.

Summarium in l.diligenter.ff.mand.

1 *Mandati fines diligenter ſunt ſeruandi.*

Lucubrat.ad l.diligenter.ff.mand.

1 BART. in hac.l.diligenter,nihil dicit, ſed ex tex. colligit, diligenter † eſſe cuſtodiendos fines mandati. Limita hoc ut per Alex.in l.ſi bona.§.coram.ff.de acquir.hæred.& Felin.in c.dilecta,de reſcript.& in c.olim.j.eod.tit.

Summarium in l.ſi remunerandi.§.ſi cui.ff.mand.

1 *Illa eſt uera culpa,qua exiſtente,res extitit, & qua deficiente,res deficit.*

2 *Quamuis cauſa impulſiua ceſſante communiter non deficiat conſtitutio, hoc tamen non procedit in beneficialibus.*

3 *Quatuor ſunt genera cauſarum.*

Bar.in l.ſi remunerandi.§.ſi cui.ff.man.

1 BART. in d.l.ſi remunerandi.§.ſi cui,ait,illam eſſe ueram † cauſam,qua exiſtente res extitit,& qua deficiente res deficit. Vide Rom.in conſi.347.Hinc dici ſolet cauſatum regi & moderari à ſua cauſa. & effectus rerum à cauſis colligi. Soc.in conſi.23.uel 24.col.8.in 1.vol. Et cauſam eſſe potentiorem cauſato, & ideò diſpoſitionem magis operari in cauſa quàm in cauſato.

sato. Soc.in consi.264.col.2.in 1.vol. An autem & quando cessante causa legis, cesset etiam ipsa lex. vide Imol.post gl.in c.post translationem,de transact.glo.& Geminia.in c. cupientes, in uoce,malignantium, de elect. in 6. Abb. & alios in c.cùm cessante, de appellat. Et quamuis
2 causa impulsiua † cessante communiter non deficiat constitutio,tamen hoc non procedit in beneficialibus. Abb.in c.postulasti, de rescript. Quid si plures causæ finales sunt circa unam & eandem dispositionem: dicas,quamuis aliquæ deficiant,sufficere si una supersit.l.liberorum.§. notantur.ff.de his qui not.inf. & ibi glo.& habetur in §.si uerò altera,in auth.de nupt. & in l. si
3 non lex Eliescentia.ff.de hæred.inst.& in §.affinitatis,inst.de nupt. Et quatuor † esse genera causarum, & quando eis cessantibus cesset effectus, vide in l.generaliter.C.de episc.& cler.& omninò Bar.in l.ij.§.fi.ff.de donat.& aliquid per Fel.in c.in causis,in primo notabili de rest.Et diffinitionem causæ uide apud Bar.post gl.in rubrica.ff.de condi. & demonst. & quæ dicatur esse causa finalis,vide per Barb.in consi.30.in 2.vol.& quæ sit differentia inter causam, & occasionem,docuit Barb. in sua Ioānina,col.188.& Feli.in c.solitæ,de maio.& obed. ubi agit etiam de causa mediata & immediata.

Summarium in l.si remunerandi.§.si passus.ff.mand.

1 *Qui patitur aliquem facere quod ad sui commodum spectat,uidetur mandare.*

Bar.in d.l.si remunerandi.§.si passus.ff.manda.

1 Bart. in ead.l §.si passus, sic ait. Qui patitur aliquem facere † quod ad sui commodum spectat,uidetur mandare. De hac re uide Alex.in consi.120.Ponderatis,col.2.in 5.vol.Anch. in consi.63.& Paul.de Cast.in consi.263.Et an & quando taciturnitas æquipolleat mandato, uide Alex.in consi.79.in 4.vol.& quæ pono infrà in l. qui patitur, eod.titulo & quæ dixi.in l.j. ff. mand. uide ibi.

Summarium in d.l.si remunerandi.§.si tibi.ff.mand.

1 *Ex mandato quod non fit gratia mandatarij oritur actio.*

Bar.in d.l.si remunerandi.§.si tibi.ff.mandat.

1 Bart. in ead.l.§.si tibi,sic ait in summa. Ex mandato † quod non fit gratia mandatarij,oritur actio,alioqui uerò non,nisi interfit eius,uel aliàs facturus non esset.Ex ijs colligitur in actione mandati uenire damna & interesse. vide Alex.in consi.41.col.2.in 3.vol.

Summarium in l.si procuratore.§.ignorantes.ff.mand.

1 *Fideiussores possunt soluere ex substantia debitoris.*

2 *Fideiussor utrum non solùm teneatur appellare, sed etiam appellationem prosequi an non*

Bar.in l.si procuratore.§.ignorantes.ff.mand.

1 Bart. in d.l.si procuratorem.§.si ignorantes,inquit,fideiussores † posse soluere ex substãtia debitoris.vide pro intellectu huius.§.& de hoc articulo Iaſ.in l.iiij.§.Cato,col.12.ff.de verb. oblig.& uide aliqua similia apud Alex.in l.ij.§.ex ijs.ff.de uerb.oblig.

2 Bar.in eod.§.tradit,utrum fideiussor † non solùm teneatur appellare, sed etiam appellationẽ prosequi an non. sed tu quære quid si sciat causam iniustam & dubitęt de iustitia,& appellauit, an eo casu appellationem prosequi teneatur: uide Salic.in l.inuitus,colu.7.versic.ultimò.C.de procurar.Quid si iniustè fuit coactus soluere pro principali an contra eum agere possit? idque fieri posse docuit Abb.in consi.60.in 1.vol.

Summarium in l.idemque.§.si cui.ff.mand.

1 *His qui tenetur actionem cedere,cogi potest debitorem liberare,uel alteri delegare, me petente.*

Bar.in l.idemque.§.si cui.ff.mand.

1 Bart. in d.§.si cui,colligit ex isto tex.eum,qui tenetur actionem † cedere, posse cogi debitorem liberare,uel alteri delegare me petente.Hunc.§.citat Bar.in l.is qui hæres.§.fi.in prin.

ff.de

ff.de acquir.hæred.ad probandum,posse filium cogià patre ad adeundam hæreditatem profe ctitiam ut patri quærat. & dicit hoc in isto tex.optimè probari.tamen malè probat ut per doc. maximè Ias.ibi.ubi limitat istum.§.non procedere,quando ille,qui tenetur cedere, haberet aliquam spem probabilem pro sua utilitate per illum tex.ibi.

Summarium in l.si verò non remunerandi.§.Marcellus.ff.mand.

1 *Una fictio circa idem admittitur,non autem plures.*

Bar.in l.si uerò non remunerandi.§.Marcellus.ff.mand.

1 Bart. in d.l.§.Marcellus,sic ait in summa. vna fictio † circa idem admittitur, non autem plures. De hac re vide trad.in l.j.C.de dotis promiss.& doct.præsertim Ias.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap. Attende tamen,quia multoties est una tantum fictio, quæ producit plures effectus,& nos credimus esse plures fictiones,ut declarat Aret.in consi.164.col.pe.

Summarium in d.l.si uerò.§.si mihi.ff.mand.

1 *Procurator ad emendum potest repetere pretium,quod soluit,& si aliquid amplius impendit.*

Bar.in d.l.si uerò.§.si mihi.ff.mand.

1 Bart. in ead.l.§.si mihi,inquit,procuratorem † ad emendū posse repetere pretium,quod soluit,& si aliquid amplius impendit.vide Barb.c.3.col.2.de off.deleg.

Summarium in d.l.si uerò.§.finali.ff.mand.

1 *Mandatum quod confertur post mortem,non finitur morte mandantis.*

Bar.in d.l.si uerò.§.fi.ff.mand.

1 Bart. in ead.l.§.fi.ait,mandatum † quod confertur post mortem, non finiri morte mandantis. Ex hoc.§.fi.iuncta.l.seq.colligunt doct.fieri posse mandatum duraturum post mortem mandantis.dummodò decedat cum hærede. Soc.in consi.60.colu.4.& in consi.87.in 1.volu. & in consi.49.in 4.volu.

Summarium in l.si mandassem.ff.mand.

1 *Reuocatio mandati non præiudicat procuratori,nisi ad notitiam eius peruenerit.*

Bar.in l.si mandassem.ff.mand.

1 Bart. in d.l.si mandassem,ait,reuocationem † mandati non præiudicare procuratori, nisi ad notitiam eius peruenerit. vide Paul.de Castr.in consi.57.col.2.& seq.& an & quando reuocatio procuratoris notificari debeat aduersario,vide Raph.Cuma.in consi.148. & Alex. in consi.83.in 7.vol.& ad prædicta uide clem.cùm illusio, de renunc. ubi habetur, si procurator constitutus ad renunciandum beneficium,reuocatur,sed ei non fuit patefacta renunciatio,uali dam esse renunciationem per eum factam,non obstante huiusmodi reuocatione. scias etiam in hac materia procuratorem uiua uoce reuocari posse, & scriptum non exigi. Et quomodò probetur ista reuocatio,& quis eam probare debeat.Abb.in cap.ex insinuatione,de procur.

Summarium in l.qui patitur.ff.mand.

1 *Præsentia cum taciturnitate inducit consensum.*

Lucubrat.in l.qui patitur.ff.mand.

1 Bar. in d.l.qui patitur,nihil dicit: sed ex ea colligitur, præsentiam † cum taciturnitate inducere consensum. vide Soc.in consi.172.in 1.volu.& latè & ordinatè Alex.in repet.l.sæpe.ff. de re iud.Feli.in c.ex parte decani.nu.8.de rescrip.& quæ posui ad Bar.in l. si remunerandi. suprà eod.tit.& in l.quæ dotis.ff.sol.matr.ubi doct.plenissimè tradiderunt.

Summarium in l.si mandauero.§.is cui bona.ff.mand.

1 *Is qui retinet ea quæsunt iurisgentium,ex contractibus iurisgentium habet actionem ciuilem.*

Bar.

Bar.in l.si mandauero.§.is cui bona.ff.mand.

1 BART. in d.l. si mandauero.§.is cui bona,inquit,eum,qui retinet † ea, quæ sunt iuris gentium, ex contractibus iuris gentium habere actionem ciuilem. vide Francisc.Crem. in suo singul.148.incip. Deportati. vbi per istum text. inquit deportatos & bannitos,qui deportatis æquiparantur,posse agere ex contractibus iuris gentium. & subinde quærit etiam post mortem banniti ad quem dicta bona deferantur, an ad fiscum, an ad uenientes ab intestato? Attende etiam quoniam ex isto tex.colligi solet, in publicatione bonorum non contineri bona futura, sed tantum præsentia.Abb.in consi.51.in 2.uol. Hoc idem latè docuit Dec. in consi.438.colu. fi.& in consi.442.vbi ex hoc infert,ius adeundi hæreditatem,quod habebat bannitus, non transire in fiscum,neque ius consequendi legitimam. vide etiam Curt.in consi.59.& Feli.in c.ad liberandam, de Iudæ.

Summarium in d.l.si mandauero. §.si tibi.ff.mand.

1 *Nemo seipsum eligere potest.*
2 *An & quomodo possit aliquis seipsum eligere.*
3 *Nemo sibi ipsi autorari potest.*
4 *Ille qui prælatus eligitur, si electionem talem respuit quando est idoneus, mortaliter peccat.*
5 *Qui bona distribuere tenetur, an sibi & suis applicare possit, an non.*

Bar.in d.l.si mandauero.§.si tibi.ff.manda.

1 BART. in eadem.l.§. si tibi,colligit ex isto tex. Neminem † se ipsum posse eligere. Ex hoc Bar.documento decidit quæstionem Dec.sequutus glo. in cap.licèt,de elect.scilicèt,neminem Cardinalium in conclaui pro eligendo Pontifice existentium posse se ipsum eligere. & indistinctè ait, suffragium alicuius non esse annumerandum in duabus partibus suffragiorum, quæ in electione Pontificis exiguntur. Sed in re proposita aliter sensit Abb.in d.c.licèt, vbi ait prædicta locum habere quando per scrutinium occultum huiusmodi electio fieret, alioqui uerò si per scrutinium apertum, siue accessum procederetur; quia eo casu alijs ipsum eligentibus consentire uideretur. hoc idem latius uoluit idem Abb.in c.Cumana.& in c.cùm in iure,eodem titu.& in consi.25.in 2.vol. Pro cuius opinione facit glo. not.in l.item eorum.ff. quod cuiusque uniuers.nom.in uoce, petitioni. quæ ait, si aliquis publicè & palàm honorem efflagitet, suffragium patris ei prodesse; alioqui uerò si occultè fieret: quia tunc ambitus & simoniæ reus efficeretur. atque ita palàm & publicè multa fieri permittuntur,quæ clam prohibentur. Et an &
2 quomodò † possit aliquis se ipsum eligere,tradit Cæpoll.in cautel.96.tamen (ut dixi) contrarium indistinctè tenuit glo. in d. c.licèt. quam sequitur ibi Dec. per hoc Bar.documentum, & alia per eum ibi adducta. quibus addo Roma.in consi.227. & trad.per Abb.in c.cùm post petitam, de elect. Et re uera potior esse uidetur ista sententia,cùm nemo sibi ipsi honorem sumere debeat.c.dilecto,de elect.c.in scripturis,8.q.1. Præterea inter eum,qui dat, & eum, qui accipit,aliquod debet esse discrimen,vt traditur in c.fi.de inst.& ad rem facit.l.j.ff.de author.tutor.
3 vbi constitutum est, neminem † sibi ipsi authorari posse.& hanc partem sequutus est.B.Thom. in quolibet.2.art.11.& quolib.art.9.dicens rationem esse:quia aut is superbus uidetur seipsum idoneum existimans, aut iniustus, si se non idoneum putaret. Ex qua quidem B.Thom.sententia colligitur,quemadmodum aliquis se ipsum eligere non potest,ita neque posse contra se ferre suffragium,cum possit esse idoneus. Id quod optimè cõprobatur ex ijs,quæ tradidit Archi.
4 in c.si electio,de elect.in 6.dicens,eum,qui prælatus† eligitur, si huiusmodi respuit electionem quando est idoneus,peccare mortaliter,idem ait Fel.in c.si uerò, col.3.de iureiur.& in rubr.de testi.cogen.vbi amplius ait, aliquẽ ad susc ipiendas huiuscemodi dignitates iure posse cõpelli. Ex quibus omnibus sanior uidetur esse sententia, vt indistinctè suffragium alicuius inter suffragia eligentium eum annumerari non debeat, ne is aut ambitus si pro se, aut iniustitiæ reus esse uideatur, si contra se suffragium ferat. Ex ijs clarissimè constat, si in electione Pontificis sola ambitus suspicio operatur, vt alijs Cardinalibus eum eligentibus aliquis nequeat consentire,

quantò magis à sacris legibus abhorreat,talem ac tantam dignitatem,cui totum orbem gubernandi onus incumbit,medijs quandoque etiam illicitis affectare, vel fauore principum secularium,aut quauis humana gratia eam affectantibus conferre. Caueant à Deo ultore, qui hæc agere non uerentur; quia scopus & finis Cardinalium in quocunque negotio esse debet, non fauor principum laicorum, sed duntaxàt uniuersalis ecclesiæ honor & dignitas. Sed redeundo
5 unde digressi sumus, quid dicendum sit de illo, qui bona † distribuere tenetur, an sibi & suis ea possit applicare,an non? vide Bal.in cõs.287.in 4.vol.Bal.& alios in c.cùm in iure,de elect. Paul.de Castr.in consi.147.col.fi.Calder.in consi.31.in tit,de testam.ubi tradit nunquid ille, qui bona tenetur distribuere pauperibus, possit proprijs filijs dare? vide eundem in consi. 39.& Anchar.in clem.1.de testa.colu.pen,& ibi Card.quæst.22.& Gemin.in c.religiosus.§.sanè,de testam.in sexto ubi citat Odofred.& Marti. Sill. qui omnes sentiunt hoc fieri non posse. Tamen Anchar. in consi.437. inquit, executorem, qui potest bona inter pauperes erogare, posse illa filijs & nepotibus suis egẽtibus dare. vide Abb.in c.1.de cohab.cleri c.& muli.& Soc. omninò in cõs.11.in 1.vol.ubi agit an executrix testamẽti possit sibi ipsi res a liquas applicare.

Summarium in l. inter causas.ff. mand.

1 *Morte mandantis mandatum extingui,*

Bar.in l.inter causas.ff.mand.

1 Bart. in d.l.inter causas,ait,morte † mandantis extingui mandatum. vide Alex.post Bar. in l.eius qui,col.7.ff.si cert.pet. Hoc intellige si res est integra,alioqui non; ut per Dec.in cons. 404.col.fi.& de hac re uide omninò Felin.in c.relatum. de off.deleg.ubi inter cætera inquit, mandatum factum ad pias causas uel fauore dotis,morte mandantis non extingui. & plenè per eundem in c.cùm dilecta,nu.41.cum seq.de rescrip.

Summarium in d.l.inter causas. §. non omnia.ff.mand.

1 *Damna quæ procurator patitur casu fortuito, non sunt imputanda mandanti.*

Bar.in d.l.inter causas.§.non omnia.ff.manda.

1 Bar. in ead.l.§.non omnia,inquit, damna, † quæ procurator patitur casu fortuito,ut quia incidit in latrones,non esse imputanda mandanti. & similiter si fuit infirmus, expensas ab eo repeti non posse. vide Abb.in c.cùm pro causa, de procurat.

Summarium in l. si fideiussor. §. quædam.ff. mand.

1 *Non est imputandum fideiussori, qui apices iuris omisit.*
2 *Verba sunt intelligenda secundum puram & bonam fidem.*
3 *Nihil est adeò firmum & indubitatum, vt suscipere non possit quandoque dubitationem.*
4 *In curia mercatorum procedendum est de bono & æquo, omissis solennitatibus iuris.*

Bar.in l.si fideiussor.§. quædam.ff.mand.

1 Bar. in d.l.si fideiussor.§.quædam,tradit non esse † imputandum fideiussori,qui apices iuris omisit. & quid dicatur esse de apicibus iuris,de hac re,scilicèt quid sit de apicibus iuris procedere,& de bono & æquo,vide Curt.in l.singularia, propè fi.ff.si cert.pet. Alex.in l.placuit.C. de iudic. Feli.in c.cùm uenissent,vers. fallit ista conclusio,de testi.& in c.nullis,de præsumpt.& in c.fi.de præscrip. Barb.in consi.7.colu.12.in 2.uol.& in consi.29.col.3.& sequ.eod.uol.& in consi.31.colu.2.eod.uolu.Roma.in consi.94.& in consi.149. Imol. in consi.141. & in consi. 146.col.3.Card.in consi.134.col.fi.Ana.in cons.52.Bal.in c.adeò,col.fi.de præscrip.& in c.3. col.3.de offic.deleg.Aret.in l.si seruum.§.sequitur.ff.de uerb.oblig.& in consi.3. col.penul.vbi
2 tradit, quid iudicet clausula continens,uerba † esse intelligenda secundum puram & bonam fidem.& in consi.126.& seq.Alexand.in l.milites.C.de testa.milit.& ad hanc.l.uide Felin.in c.si duobus,colu.2.de appella.Soci.in consi.231.colu.7.in 1.uolu. vbi dicit, quamuis causa de bono & æquo & omissis apicibus iuris cognosci debeat, tamen propter hoc non intelligi reiectã esse illam probationem,quæ alioqui requirebatur,sed tantummodò cauillosam, & idem ait in

consi.

consi. 120.col.7.eod.uol.& de hac re uide pulchrè apud Barb.in consi.86.in 3.volu.& Ang.in consi.219.col.2. Et ad prædicta facit, quia subtilitates iuris deridet imperator in l.fi.C.de legi.nihil enim est adeò firmum † & indubitatum, ut suscipere non possit quandoque sollicitam
3 dubitationem.text. est in auth.de tabell.uers. & non fingant tabelliones.& quæ nam subtilitas reijciatur,& quæ etiam admittatur,declara ut per Abb.in c.dilecti, de iudic. Et quid operetur clausula,omissa iuris subtilitate,vide Feli.in c.1.nu.84. de consti. Et quid operetur clausula, ut de plano procedatur, & aliæ similes clausulæ. vide Feli.in c.olim,col.fin.de accusat. Et multos casus in quibus procedi debet de bono & æquo,enarrat Ias.in l.si cùm dotem, in quæst.2. tertiæ quæst.princ.ff.solu.matri.vbi inquit,non curamus de apicibus iuris,vt ibi per eum. & dum
4 Bar.ibi subiungit,in curia † mercatorum procedendum esse de bono & æquo omissis solemnitatibus iuris,vide in simili casu, compendiosam factam per uerba merè directa obligare in curia mercatorum,alioqui uerò non, ut per Io.Baptistam de sancto Seuer. in repet.l.precibus, in 5.fol.C.de impuber.quamuis hoc fortè morderi possit ex dictis per Bart.hic. & uide Ias.in l.ij. §.fi.col.6.uers.sextò.ff.de uerb.oblig. Dec.in c.ex parte.ij.in 3.notab.de off.deleg.& Soc.in d. consi.231.col.7.vers.primò, in 1.uol.

Summarium in d.l.si fideiussor. §.in omnibus.ff.mand.

1 *Autoritate sententiæ impediri conditionem indebiti.*

Bar.in d.l.si fideiussor.§.in omnibus.ff.mand.

1 Bart. in ead.l.§.in omnibus, inquit, authoritate † sententiæ impediri conditionem indebiti.vide Paul.de Cast.in consi.325.col.pen. & Feli.in c.cæterùm, col.fi.de off.ordi.

Summarium in l.si hominem.ff. mand.

1 *Generalis procurator mutare non debet ea, quæ à domino specialiter mandata fuere, nisi ex iusta causa.*

2 *Ex sola uoluntate coniecturata uidetur reuocatum mandatum.*

Bar.in l.si hominem.ff.manda.

1 Bart. in d.l.si hominem, colligit ex text. generalem † procuratorem mutare non debere ea, quæ à domino specialiter mandata fuere, nisi ex iusta causa,quam dominus ignorauit. vide ad ornatum huius materiæ Feli.in c.1.de constit.in 7.fallen. & in c.qualiter & quando,nu.4.de accusat.vbi habetur, si conditio procuratoris mutata est in deterius, semper ipso iure mandatum eius censetur esse reuocatum. vbi ex hoc infert ad alias quæstiones scitu dignas. & ideò si procurator efficitur inimicus mandantis, mandatum reuocatum censetur, & ab eo gesta irrita sunt & inania. Bar.in l.si cùm Cornelius.ff.de solu.& Feli.in c.ex parte decani.nu.42.de rescr. Hoc tamen intellige si debitores ei soluentes sciebant eius conditionem fuisse mutatam, alioqui uerò non. Hæc eadem conclusio procedit etiam quando non mutatur conditio procuratoris, sed illius, cum quo est agendum: ita ut si procurator uidet cõditionem illius ita esse mutatam,vt ueri similiter mandans non mandasset actum illum esse eo modo gerendum cum eo,
2 debet procurator abstinere: quoniam ex sola † uoluntate cõiecturata uidetur reuocatum mandatum.d.l. si cùm Cornelius, facit ratio huius. l. & quod habetur. in l.si quis cum sciret.ff.pro empt.& ad materiam huius.l.vide Alex.in rubri.ff.de off.eius,col.3. Feli. in c.de cætero,col.2. de re iudic. Roma.in consi.94.col.2.& in consi.325.col.3.& in consi.420.col.fi.Bal.in c.cùm ordinem,col.pen.de rescrip.Barb.in c.de causis,col.10. & seq.de off.deleg. & Ang.in authen. hoc inter liberos.C.de testa.

Summarium in l.si hæreditatem.ff.mand.

1 *Hæreditas potest esse damnosa legatum autem non.*

Bar.in l.si hæreditatem.ff.mand.

1 Bar. in d.l.si hæreditatem, dicit, hæreditatem posse † esse damnosam: legatum autem nõ. ideo mandatum de adeunda hæreditate posse esse damnosum. Ex isto text. comprobatur id, quod Aret.consuluit in consi.46.vbi ait,relicta hæreditate, videri relicta commoda & incommoda.vide l.hæreditas,cum ibi trad.ff.de reg.iur.

Summarium in l. rogatus.ff.manda.

1 *Fideiubens in minus quam fuit mandatum, actionem habet mandati.*

Bar. in l. rogatus. ff. mand.

1 BAR. in d.l.rogatus, sic ait in summa. fideiubens † in minus quam fuit mandatum, habet actionem mandati, alioqui uerò si in plus fideiusit. vide Bart. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuss. dum opponit de hac. l. & eam declarat.

Summarium in l. si fundum. ff. mand.

1 *Si mandauero ut emas rem, quam habes communem cum alio, certo pretio, aliorum partibus emptis, tuam eodem pretio dare teneris.*

Bar. in l. si fundum. ff. mand.

1 BART. in d.l.si fundum, tradit hoc in summa. Si mandauero † ut emas rem, quam habes communem cum alio, certo pretio, aliorum partibus emptis tuam eodem pretio dare teneris: si uerò pretium terminatum non fuerit, tua pars arbitrio boni uiri æstimabitur. Ad istum tex. uide Bal. in l. j. col. 6. ff. si cert. pet. & Ias. in l. frater à fratre, in 13. notab. ff. de condit. indeb. vbi etiam in 9. col. in 4. notab. citat iura probantia id, quod aliquis contra alios facit, censeri facere etiam contra se ipsum.

Summarium in l. Lucius. ff. manda.

1 *Ille qui obligauit pro alio pignus uel se ipsum, potest agere antequam soluat.*

Bar. in l. Lucius. ff. mand.

1 BAR. in d.l.Lucius, ait, eum, qui obligauit † pro alio pignus, uel se ipsum, posse agere antequam soluat, ut liberetur in casibus hic expressis. De hac re uide Alex. in l. facere posse. ff. solu. matrim. Barb. in c. 2. col. fi. de fideiuss. Bald. in c. ex rescripto, col. 2. de iureiur. & ibi Felin. in fi. & Barb. in c. consultationibus, col. 2. de off. deleg. & in re proposita uide Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in 3. membro sextæ par. nu. 66. & ultra casus in hac. l. commemoratos, Rom. in singu. 100. incip. Quæro à te, tradit alium casum, qui est, si fideiussor, qui pro alio promisit, vult ire ad studium, potest illum cogere, pro quo intercessit, ut eum liberet. citat mirabile dictum Spec. in tit. de iudic. §. speciali, versi. quid si de fideiuss.

Summarium in l. si mandato. ff. manda.

1 *Ille potest agere actione mandati, qui mandatum impleuit.*

Bar. in l. si mandato. ff. mand.

1 BAR. in d.l.si mandato, inquit, eum posse † agere actione mandati, qui mandatum impleuit, ex quo infert, creditorem non teneri suscipere alium uenientem ad defendendum causa nouandi. vide Alex. in l. facere posse, & in l. ij. in princ. col. 2. ff. sol. matr.

Summarium in l. Quintus Mutius. ff. manda.

1 *Ille qui parcit pudori alterius ad alterius commodum, non excusari.*

2 *Verecundia est recusare, quod pacto nudo permissum est.*

Bar. in l. Quintus Mutius. ff. mand.

1 BART. in d.l. Quintus Mutius, ait, eum, qui parcit † pudori alterius ad alterius commodum, non excusari; alioqui uerò si parcit pudori proprio. vide Bart. in l. non solùm. §. morte, col. 6. versic. circa tertium. ff. de oper. nou. nunc. & ibi Ias. col. 19. vbi ponit regulam de honore & honestate.

2 Bar. in eadem l. colligit ex glo. uerecundiam † esse, recusare quod pacto nudo promissum est. ideò infert ad mercatores, inter quos procedi solet de bona æquitate, vt opponi non debeat ista exceptio, non interuenit stipulatio. vide Bar. & quæ posui in eum in l. si fideiussor. §. quædam, suprà eod. tit. Et adde in eadem curia mercatorum non habere locum excussionem bonorum principalis debitoris. l. fi. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud. credi. cũ prædicta excussio sit de apicibus iuris, vt trad. Bal. in l. si mancipiũ. §. 1. ff. de euict. in apostillis suis post gl. ualde notabilem. vide ét ad hoc omninò Barb. in rubri. de cõst. col. 16. & in c. ex parte. 2. col. 3. de off. deleg. & Alex.

& Alex. in consi. 249. Pro inuestigatione, col. 6. in lib. primi & secundi uol. vbi ait, si fideiussor soluit usuras pro principali, etiam iniustè coactus, non potest principalis ei opponere huiusmodi exceptionem. ad quod uide omninò Abb. in consi. 60. in 1. vol. non prætermittas Alex. circa prædicta in consi. 41. col. 2. in 3. vol. & pulchrè Barb. in consi. 86. in 3. volu. Curt. in consi. 6. Dec. in consi. 7. col. 2.

Summarium in l. qui mutuam. ff. mand.

1 *Ea quæ dubitationis tollendæ causa inseruntur ius commune non lædere.*

Bar. in l. qui mutuam. ff. mand.

1 BART. in d. l. qui mutuam, inquit, ea, quæ dubitationis † tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædere. vide Roman. in consi. 121. in fi. & dum Bar. in eadem l. §. non ideo minus, subiungit, procuratorem intelligi reuocatum quando dominus comparet in iudicio, & aliquem actum facit. vide Alex. in l. procuratoribus. col. j. C. de procur. & in consi. 128. in 6. vol. vbi tradit etiam eidem procuratori mandatum renouatum esse censeri, quando sciéte & patiente domino iterum in iudicio facit aliquem actum.

Summarium in l. si præcedente. ff. mand.

1 *Mandatum morte finitur.*

Bar. in l. si præcedente. ff. mand.

1 BART. in d. l. si præcedente, sic ait; mandatum † morte finitur, sed non actio mandati. Limita ut per Bar. in l. pen. versi. placebat. ff. si cert. pet. vbi doct.

Summarium in l. si mandato Titij. §. Paulus. ff. mand.

1 *Bona fides quæ in contractibus requiritur, facit ut id, quod non possim ut ego, possum ut alius.*

Bar. in l. si mandato Titij. §. Paulus. ff. mand.

1 BAR. in d. l. si mandato Titij. §. Paulus, sic ait in summa. Bona fides, † quæ in contractibus requiritur, facit, vt id, quod non possum ut ego, possim ut alius. vide Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. j. ff. de uerb. oblig. vbi Iaf. col. 4. vers. tertiò.

Summarium in l. si mandato. §. finali. ff. mand.

1 *Cautio illa idonea esse censetur, quæ fit cum fideiussore uel pignore.*

Bar. in d. l. si mandato. §. fi. ff. manda.

1 BAR. in eadem l. §. fin. ait, cautionem † illam idoneam esse censeri, quæ fit cum fideiussore uel pignore. vide glo. in l. nec ei permittitur. §. fi. ff. de adopt. & glo. sing. in l. si debitori. ff. de iudic. Oldr. in consi. 68. Doct. in c. ad nostram. j. de procura. & Soci. in consi. 127. col. 2. in 3. vol. ✳ vbi ait, hanc glo. * communiter esse approbatam. vide etiam ad hoc glo. & doct. in l. iiij. §. adijci. ff. de fideicomm. liber. Doct. & glo. in uoce, sufficienter, in c. 1. de sequestr. poss. & fruct. glo. & doct. in c. quoniam. §. in alijs, ut lit. non cont. Doct. in c. per uestras, de donat. inter uirum & uxor. Doct. & glo. in uoce, sufficiens, in c. ex parte. j. de uerb. signific. & glo. in c. pisanis, in uoce, sufficienti, de rest. spoli.

Summarium in l. creditor. ff. manda.

1 *Pendente appellatione mandatoris potest reus conueniri.*

Bar. in l. creditor. ff. mand.

1 BART. in d. l. creditor, inquit, pendente † appellatione mandatoris posse reum conueniri. vide Bal. in c. quod tenentur, de appell. & in c. sollicitudinem, col. 2. eod. tit.

Summarium in d. l. creditor. §. Lucius. ff. mand.

1 *Si aliquid liberæ uoluntati alicuius committitur, dolum excludi.*

2 *Si causa est commissa iudici ut eam suo arbitrio decidat, vtrum ab eo possit appellari.*

3 *In his quæ commissa sunt arbitrio alicuius, partem lædi & grauari non posse quin detur appellatio.*

4 *Absurditas & prauus intellectus est euitandus, faciendo etiam uim uerbis ipsius concessionis.*

Bar. in d. l. creditor. §. Lucius. ff. manda.

1 BART. in ead. l. §. Lucius, colligit ex isto tex. si aliquid liberæ uoluntati † alicuius committitur, dolum excludi. Ad materiam huius tex. vide Imol. in consi. 29. Attende quoniã ex hoc Bar.

documento colligitur,quando committitur arbitrio alicuius, tunc posse interuenire læsionem dummodò sit sine dolo. Tamen contra hoc uidetur esse glo.in l.pen.ff.de arbitr.vbi si committitur alicui ut iudicet secundum uoluntatem suam, intelligitur ad arbitrium boni uiri. & ideò datur reductio,si interuenit læsio,etiam sine dolo. & propterea ex hoc tex.reprobat illam glo.
* Soc.in l.j.col.7.uers.& licèt glo.sit * comm.approbata.ff. solu. matr.vide Bar.in l.centesimis.§. fi.ff.de uerb.obliga.in 2.col.q.5.& in l.si sic,in princip.ff.de leg.1.& in l.cùm quidam,in princ. ff.de leg.2. Istam regulam limita ut per Ias.in l.filiusfamiliàs.in princip.in 1.notab.ff. de uerb. oblig.vbi ad hoc istum tex.putat esse sing.Adde etiam in re proposita,quando committitur aliquid arbitrio alicuius,intelligitur de arbitrio boni uiri, nisi alioqui ille etiam hoc modo terminare debuisset,nam tunc ut uerba aliquid operentur,intelligitur de libero arbitrio.Feli.in c.1. nu.86.de const. Ad hæc uide Dec.in l.in personam.§.generaliter.ff.de regul.iur. & ubicunque aliquid cõmittitur arbitrio iudicis,hoc intelligitur,vt regi,ac moderari debeat à lege, vel à consuetudine; & his cessantibus,à similibus ad similia. Dec.in c.de causis,vbi etiam alij.de off.de-
2 leg. Hic opportunè quærendum est,si causa † est commissa iudici,vt eam suo arbitrio decidat, vtrum ab eo poterit appellari? Paul.de Cast.in l.iubemus.§.differre.ff.de in lit.iuran. dicit non posse,& ita inquit uelle Innoc.in c.conquestus, de usur. id quod intellige uerum esse, quando committitur eius libero arbitrio,ita ut proferre possit,quod uult, ut habetur in l.cùm quidam. 2.ff.de leg.2.sed si simpliciter eius arbitrio committitur,de arbitrio boni uiri intelligitur.l.si libertus.ff.de oper.liber.tunc licita est appellatio,vt est tex.cum glo.not.& ibi Bar.in l.si qua,in glo.magna.ff.de uerb.signific.& est glo.in c.super his, de accusat. vbi Abb.& alij.& glo.iuncto text.in c.1.de confess.in sexto.& Gemin. in c.2.de iuram.calumn.in 6.Roma. in l.admonendi,
3 in fi.ff.de iureiur. Atque ita concluditur in ijs,quæ commissa † sunt arbitrio alicuius,partem læ di & grauari non posse,quin detur appellatio,secundum glo.in c.2.de corp.vitiat.& Bart.in d. l.si qua,& Feli.in d.c.super his, uersic.in glo.igitur contra glo.hic,quæ non læsionem & grauamen excludit, sed dolum solum in commissis arbitrio alicuius. Quid si committeretur aliquid conscientiæ alicuius, an liceat appellare? & uidetur dicendum quòd non, secundum glo.in c. statutum,in uerbo, relinquatur,de rescrip.in 6. tamen contra hoc est glo.in clem.1.de iure patro. vide pro concordia Feli.in d.c.super his,vers.quartò limita,nu.15.Attende tamen pro uero intellectu huius arbitrij, quòd quamuis aliqua esse differentia uideatur uttum aliquid simpliciter cõmittatur arbitrio alicuius,aut dicatur eius libero arbitrio, ut ex præcedentibus colligi potest,tamen in quacunque generali & plena atque ampla potestatis concessione,semper subauditur ne aliquid turpe, nec dolosum, nec illicitum,nec iure prohibitum intelligatur esse concessum.l.j.l.in fraudem,& l.cùm filius.ff. de testa.milit. & l.iij.§.si procurator.ff.quod quis-
4 que iur.semper † enim absurdus & prauus intellectus est uitandus, faciendo etiam uim uerbis ipsius concessionis.l.scire oportet.§.aliud.ff.de accusa.tut.l. benignius.ff. de legi. Lap.in sua alleg.128.et ad prædicta uide Abb.in consi.18.in 2.uol.& Bal.in cõsi.138.in 5.uol.& dum Bar. in fi.huius.§.Lucius.ait,idem esse dicere plenum mandatum, sicut liberum: vide omninò Bal. in l.si procurator.C.de procur.

Summarium in l.fi.ff.mand.

1 *Mandati agitur siue aliquis mandatum impleat, siue aliud æquipollens faciat.*

Bar.in l.cum controuersia.quæ est.l.fi.§.mandaui.ff.mand.

1 Bart. in d.l.fi.§.mandaui, sic ait in summa. Mandati † agitur siue aliquis mandatum impleat,siue aliquid æquipollens faciat. De hac re uide Oldra.in consi.126.& Alex.in consi.40. Circa primum,col.fi.in 5.vol. vbi inquit,eum, qui habet mandatũ ad compromittendum posse transigere: quia est æquipollens,& citat hunc tex. vide Alex.in consi. 79. Eleganter & subtiliter,col.1.uers.circa secundum, eod. 5.uolu.

Summarium in rub.ff. pro soc.

1 *Quomodò in actione pro socio libellus sit concipiendus.*

Lucu-

Lucubrat.in rubr.ff.pro ſoc.

1 CIRCA hanc rubricam qũo in iſta actione pro ſocio libellus † ſit concipiendus, uide Iaſ.in §.ſequens alia,col.8.verſ.ſequitur in tex.inſt.de action.ubi ponit multa ſingularia in hac materia,ut ibi uidere eſt. Item ſcias ex cõtractu ſocietatis aliquem nõ deſinere eſſe dominum rei ſuæ.l.ſi tibi areæ.ff.de præſcrip. uerb. ubi (Deo fauente) dicam aliqua.

Summarium in l.j.§.in ſocietate.ff.pro ſoc.

1 *Dominium ſine poſſeſſione uera transferri.*

Bar.in l.j.§.in ſocietate.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.j.§.in ſocietate,inquit,dominium † ſine poſſeſsione uera transferri,ſed ficta. Quæ ſit ratio,uide apud Iaſ.in l.ſi ſocius.ff.ſi cert.pet.Hoc tamen limita quò ad bona quæ nũc ſunt communia,alioqui uerò quò ad futura. Alex.in l.iij.§.incertam.col.fi.ff.de acquir.poſſ.

Summarium in l.coiri.ff.pro ſoc.

1 *Societate contracta ſimpliciter, lucra tantum perſonalia ſunt communicanda.*

Bar.in l.coiri.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.coiri,ait ſocietate † contracta ſimpliciter,lucra tantum perſonalia eſſe communicanda. vide Bal.in conſi.4.in 5.vol.

Summarium in l.ſed ſi adijciatur.ff.pro ſoc.

1 *Vnum uerbum ſpeciale additum uerbo generali reſtringere illius ſignificationem.*

Bar.in l.ſed ſi adijciatur.ff.pro ſoc.

1 BAR. in d.l.ſed ſi adijciatur, colligit ex tex. vnum uerbum † ſpeciale additum uerbo generali reſtringere illius ſignificationem. vide Alex.in conſi.8.col.2.verſ.pro hoc facit, in 3.volu. vbi citat hunc tex.facit tex.& ibi Soc.in l.j.ff.de reb.dub.& in l.verum.ff.de minor.& quod traditum eſt per doct. in c.contingit,de dol.& contu. & in c.1.de cond.appoſ. Hoc idem tradidit Roma.in conſi.231.præmiſſorum doctorum. ad quem accedit Soci.in d.l.j.in 1.notabili.ff.de reb.dub. Ex quibus decidit Mari.Soc.iun.in conſi.112.nu.14. ſi aliquis à teſtatore prohibitus eſt uendere,pignori dare & alienare,hoc uerbum alienare,quanuis ſit generale, reſtringendũ eſſe ad alienationem inter uiuos: quia illa uerba ei adiecta,ſcilicèt uendere,& pignori dare,reſtringunt huius uerbi ſignificationem.

Summarium in l.ſi conuenerit.ff.pro ſoc.

1 *Pacto de non diuidendo ſocietatem habet tacitam conditionem niſi ſocius ſit odioſus uel moleſtus.*

Bar.in l.ſi conuenerit.ff. pro ſoc.

1 BAR. in d.l.ſi conuenerit,in ſecundo notabili ait, pactum † de non diuidenda ſocietate habere tacitam conditionem, niſi ſocius ſit odioſus, uel moleſtus. vide Alex. in conſi.160. Viſis capitulis,col.2.in lib.primi & ſecundi uolu.vbi hoc idem confirmat, & citat hoc Bar.documẽtum,& in conſi.7.In conſultatione,col.3.nu.24.in 5.vol.vbi tradit, vaſallum poſſe petere diuiſionem quando alius conſors in feudo eſt rixoſus, & citat hunc tex. vide Docto.maximè Salic. in l.iubemus.C.de ſacroſanc.eccleſ.Curt.in conſi.68.col.antepen.& ſeq. Barb.in conſi.20.col. 5.& Soci.in conſi.67.col.fin.& in conſi.165.col.9.& ſequ.in 1.volu.vbi in materia, ut propter periculum ſcandali poſsit diuidi,optimè loquitur. & ita inquit ſenſiſſe etiam.B.Thom. in 2.2. quæſt.37.in princip. Ad prædictam concluſionem acceſsit etiam Io.de Plat. in l.ij.in 5.not.C. quand.& quib.4.pars debe.lib.10.

Summarium in l.idemque erit.ff.pro ſoc.

1 *Non eſt imputandum marito ſi medicum non adhibuit ad curandam uxorem ſi facilè medicum inuenire non potuit.*

Bar.in l.idemque erit.ff.prò ſoc.

1 BART. in d.l.idemque erit, tradit, non eſſe imputandum marito † ſi medicum non adhibuit ad curandam uxorem,ſi facilè medicum inuenire non potuit.vide Alex.in l.ſi ab hoſtibus. ff.ſol.matr.col.4.& ſeq.& in l.de ætate,quam legit in l.recuſare.§.fi.ff.ad trebell.& in l.ij.§.2.ff. ſi quis caut.& Aret.in c.intelleximus,in fi.de iudic. Et dum Bart.ibi in fi. tradit rationem differentiæ inter aduocatos,procuratores,& medicos,qui poſſunt habere curam plurium cauſarũ, vel hominum,& inſtitores,qui uni tantum negocio præeſſe poſſunt,vide Aret.in conſi.16.col. 3.& ad id quod de medico dictum eſt,uide quæ latius poſui ad Bart. in d.l. ſi ab hoſtibus.& dicas,eum,qui non adhibuit medicum, cùm potuerit, non excuſari: quia mortis cauſam dediſſe intelligitur,ſecundum glo.ſingul.in l.quòd ſi nolit.§. ſi mancipium.ff.de ædilit.edic.& Paul.de Caſt.in l.ſororem.C.de his quæ in teſta.delen.Hoc tamen limita niſi infirmus morbo incurabili ægrotaret: ita Soc.in conſi.105.col.fi.in 3.uol.

Summarium in l.Lucius libro.ff.pro ſoc.

1 *Quilibet ſocius rationem reddere tenetur quolibet tempore.*

Bar.in l.Lucius libro.ff. pro ſoc.

1 BART. in d.l.Lucius, ait, quemlibet ſocium † rationem reddere debere quolibet tempore. Vide Soc.in conſi.46.& in conſi.213. col.3.in 1.vol.& in conſi.192.col.penult. verſ.circa quintam,eodem uol. vbi ait etiam fratrem, qui adminiſtrauit, cogi debere ad reddendam rationem fratri ſuo.

Summarium in l.merito.ff.pro ſoc.

1 *Vnuſquiſque in dubio præſumitur uoluiſſe uti iure ſuo.*
2 *Dictum teſtis qui dixit uelle Titium obtinere,quomodò ſit intelligendum.*
3 *Dubia facta quo animo facta ſint,in meliorem partem ſunt interpretanda.*
4 *Nemo præſumitur bonus quòad præiudicium alterius.*
5 *Ille qui habet malum nomen, nunquam præſumitur bonus.*
6 *Pontifici quare nomen mutetur.*
7 *In delictis ſemper eſt præſumendum pro eo, qui ſe excuſat.*

Bar. in l.meritò.ff. pro ſoc.

1 BART. in d.l.meritò,colligit ex iſto tex. quemcunque in dubio † præſumi uoluiſſe uti iure ſuo.& ex hoc ſumitur regula, In dubio ſemper illam interpretationem eſſe ſumendam, qua delictum uitetur,& quæ eſt benignior. vide Alex.in conſi.2.col.2.in 3.uol.& in conſi.18.eodem uol.& in conſ.78.in 4.vol.Roma. in conſi.353.in fi.vbi ait hoc procedere etiam ſi aliqua præſumptio contrarium perſuaderet. & Bal.in conſi.37.in fi.in 5.par.vbi inquit, eum, qui incidit ſyluam communem pro indiuiſo cæduam, turbatæ poſſeſſionis accuſari nõ poſſe,etiam ſi eam contra ſocij uoluntatem incideret. vide eundem Bal. in conſi.159.in 1.par. vbi ponit pulchrũ caſum.& in conſi.250.col.4.eod.uol.& in conſi.464.in fi.in 1.vol.& in conſi.410.in 2.vol. &
2 Barb.in conſi.90.col.5.in 3.volu. vbi inquit, dictum † teſtis,qui dixit,uellem Titium obtinere, eſſe intelligẽdum in bonam partem,ſcilicèt mediante iuſtitia. vide etiam Corn.in ſubſcriptione poſt eius conſilium 61.in 1.vol.col.3.& ſeq. & aliquid per Aret.in conſi.31.colu.3.& pen. Abb.in c.cum dilecti,de accuſa.& Iaſ.in l.j. C.de ſeru.fugit. & ad rem faciunt trad.per Bar.*in l.* non ſolum.§.ſed ut probari.ff.de oper.nou. nunci. & uide quid per hanc.l.conſuluit Cæpoll. *in* conſi.1.col.3.& Oldr.in conſi.52.in fi.et uenerabilem Bedam in Omelia ſuper illud Luc.Eſtote miſericordes.vbi ſic ait: Hoc loco nobis nihil aliud præcipi exiſtimo,niſi à nobis facta, quæ
3 dubia ſunt,† quo animo facta ſint,in meliorem eſſe partem interpretanda. Abb.in conſi.68. & in conſi.113.in 2.vol. Declara tamen regulam huius.l.meritò, vt procedat quando in actu, qui præſumitur iuſtus, apparet cauſa,quæ poteſt illum actum iuſtificare. alioqui iuſtus nõ præſumeretur. Feli.in §.ſunt & alij,inter numerum 17.& 18.de reſcrip. & declara et limita ut per eundem Feli.in c.auditis.nu.49.cum ſeq.de præſcri.et omninò in d.c.cùm dilecti,poſt numerum 9.de accuſa.& in c.in præſentia,nu.17.de proba. Hanc autem regulam limita in primis ut

locum

locum non habeat,niſi quò ad hoc ut aliquis abſoluatur,non autem ut cõdemnetur.gl. eſt not. in l.qui iuraſſe.§.ſi pater,ubi Bar.& Alex.ff.de iureiur.trad.Soc.in conſi.57.col.5. in 4.volu. & Dec.in c.Oſius,de elect.nam iſta præſumptio ſumi non ſolet ubi agitur de præiudicio tertij, ut
4 per Feli.poſt Abb.in c.cùm in iure, de off. deleg. quia nemo præſumitur † bonus quò ad præiudicium alterius,ut ibi habetur & per Dec.in conſi.582.num.3.& in l.qui accuſare.nu.12.C. de eden. ¶Secundò limita,ut locum habeat ſolùm in reo,alioqui uerò in actore ad fundandã eius intentionem. Crauet. in conſi.57.nu.6. ¶Tertiò limita, ut habeat locum dumtaxàt in aliqua perſona ſingulari, quæ bona præſumitur, alioqui in populo congregato, in quo multi ſunt mali. Abb. in d.c. Oſius. ¶Quartò limita regulam huius.l. ut non habeat locum in dicto teſtis, quod poteſt ſe habere ad delictum & non: quoniam in dubio præſumitur delictum ad hoc ut noceat producenti. Ang.in conſi.10.col.3.verſi.nunc deſcendo ad tertiam. ¶Quintò limita hoc non habere locum quando,niſi uerba in deteriorem partem acciperentur, contractus nihil operaretẽ,ut ſentire uidetur Socin.in conſi.93.col.4.in 1.vol. ¶Sextò limita ut per Aret.in conſi.30.col.2. & in l. ſingularia, in fi.ff.ſi cert.pet. & in conſi.160. ¶Septimò limita
5 ut non habeat locum in eo,qui habet † malum nomen,ut per Io.And. & Abb.in c.cum ſecundum,de præbend.facit ad rem bonus text.cum gl.in l.facta.§.ſi in danda.ff. ad Trebell. & ideò à turpi nomine aiunt doct.eſſe præcauendum.& Petrus Gerardus in ſuo ſing.75. ait inter cætera,eum,qui res deponit apud eum,qui habet turpe nomen,quando deponens illud nõ ignorat,ſi eas perdidit, ſibi debere imputari. Item ſi plures eſſent inquiſiti.& capti pro aliquo delicto,& dubitaretur à quo prius eſſent inchoanda tormenta,ab illo,qui habet turpe nomen,eſſe incipiendum. & hoc ait poſſe colligi ex trad.per Bar.in l.j.in princ.ff.de quæſtio.& per canoniſt.& maximè Barb.in c.1.de depoſ.& Abb.in d.c.cùm ſecundum, circa principium ſecundæ
6 col. ubi etiam ait, hanc eſſe unam de cauſis, quare ſummo Pont. † nomen mutatur. refertque ibi Abb.Io.Andream dicere conſueuiſſe,ſi pulchra nomina uenderentur, emẽda eſſe pulchra & bona. & idem ait Abb.in proœm.decretal.& ideò Card.Flo.in c.cùm ſecundum Apoſtolum, de præbend. in 2.notab. in eos inuehitur, qui turpia nomina progenitorum ſuorum filijs repetunt. & tamen hoc fit quotidie. & ea ratione etiam cognati Zachariæ repudiabant nomen.B.Io.Baptiſtæ,quia nemo in cognatione eo nomine uocabatur. ¶Octauò limita nõ procedere in deferente habitum inhoneſtum.c. in audientia, de ſent. excomm. ¶Nonò limita non procedere in clerico portante arma ſine cauſa.c.2.de uit.& honeſt.cleric. ¶Decimò limita ut non procedat in eo,qui eſt natus ex malis parentibus,ſecundum glo.in c. ſemel malus, de regul.iur.in 6.tamen hoc morderi poſſet authoritate gl.not.in c.nunquam 56. diſt.quę per illum tex.ait,eum,qui bonus eſt,ſed eſt natus ex malis parentibus, meliorem & uirtuoſiorem eſſe cenſeri,quàm ſit is,qui & ipſe bonus eſt, & ex parentibus bonis natus eſt. & contra.d.gl. in d.c.ſemel malus,urget tex.in c.Oſius,56.diſt.ubi traditum eſt,complures filios illegitimos, immo ex ſacerdotibus natos,fuiſſe ſummos Pontifices. & quamuis doct.conẽtur dicere, illos legitimatos fuiſſe per ſubſequens matrimonium,uel aliter ante ſacerdotium: tamen hoc uidetur eſſe contra tex.illum.& de hac re uide Cæpol.in tract. De imperatore militum deligendo. §.Pro imperatore.nu.34. ¶Vndecimò prædicta regula locum non habet in eo qui uerba mala more inſanorum profert,ut colligitur ex tex.& gl.in l.pen.ff.de condit.inſt.& in l.ob quæ uitia.ff. de ædilit. edict. ¶Duodecimò limita in aduocato, ſecundum Bald.in l.ab Anaſtaſio. C. mand.Adde alias limitationes,ut per Feli in d.c.auditis,de præſcrip.& in d.c.cùm dilecti,& in c.fi.de reſcrip.& in alijs locis præmemoratis. Attende etiam quoniam iſta regula maximè procedit in clerico,ſecundum glo.in c.abſit.11.q.3.& habes conſimilem regulam apud Bart. in l.
7 precibus,col.3.C.de impub.ſcilicèt in delictis † ſemper eſſe præſumendum pro eo, qui ſe excuſat. Item actus qui ſub uno nomine licitè fieri potuit,& ſub alio illicitè,in dubio ſub eo nomine,& ab ea perſona,& eo iure,quo licitè fieri potuit,factus eſſe cẽſetur.l.Lucius.§. tutorem.ff. de adminiſtr.tut.Bar.in l.Titium & Mæuium.§.altero.uerſi.ſi uerò dubitetur.ff.eod.tit.& egregiè Aret.in conſi.23.Feli.in d.c.auditis, & in alijs locis paulò ante citatis. & ad prædicta uide

eundem

eundem Feli.in proœm.decretal.col.4.& in c.1.colu.4.de iudic.& in c.1. de off. deleg.& in c. quoniam contrà,col.16.de probat.& in c.cùm tu,col.7.verſi.ſed tamen,de teſti.& in c.teſtimonium,eod.titu.col.2.& in c.venerabilis,colu.1.de teſti.cogen.& in c.cùm contingat, col.2.de reſcript.Aret.in conſi.60.col.2.& in conſi.63.col.3.Paul.de Caſt.in l.ſi fugitiui, col.pen. C.de ſeru.fugit.Cæpol.in conſi.4.col.3.& in conſi.13.colu.6.& in conſi.22.col.6.& 10.& in conſi. 58.col.fi.& in conſi.76.& ſeq.Rom.in conſi.113.& in conſi.183.& in conſi.228.colu.4.& in conſi.243.col.2.& in conſi.304.col.2.& in conſi.320.in fi.& Imol.in conſi.44.col.2. Card.in conſi.134.col.8.& in conſi.ſeq.col.5.& Ludo.Bologni.in addit.ad quintum conſilium Ana.in fi.Alexan.in l.Titium, in princ.ff.ad Trebell.Card.in proœm.decretal.Abb.in c.1.de cleri.non reſid.& in c.cùm in iure peritus,in 1.notab. de off. delega.& in c.exhibita,colu.2.de iudic. Et de hac regula habetur in infinitis propè alijs locis,quorum uelle ſingularem facere mentionẽ, laborioſum magis quàm fructuoſum eſſe exiſtimamus:ideò pergamus.

Summarium in l.cum duobus.§.Papinianus.ff.pro ſoc.

1 *Societas an & quando inter fratres contracta eſſe uideatur.*
2 *An & quando ſocietas inter maiorem & minorem contrahi poſſit.*

Bar.in l.cùm duobus.§.Papinianus.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.cùm duobus.§.Papinianus,tradit,an & quando ſocietas † inter fratres tacitè contracta eſſe uideatur: & quid ſi eorum alter pupillus eſſet. dicitque ſe plenius de hac re egiſſe in l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſtr.tut.ubi uide quæ (Deo fauente) ponam ibi. & uide Alex.in conſi.24.in 1.vol.& in conſi.190.in libro primi & ſecundi volu.& in conſi.36. & in conſi.72.uſque ad conſilium 78.in 4.volu.Soc.omninò in conſi.160.& in conſ.163.& in conſ.192.in 1.volu. ubi tradit, quid ſi unus negociatur, & alter non. & quid ſi unus eorum eſt pupillus,& quid ſi alter eorum emit prædia nomine proprio. vide etiam Dec.in conſi.21.& in
2 conſi.441.& in conſi.548. & in conſ.628. Et an & quando ſocietas † inter maiorem & minorem contrahi poſsit, vide Alex.in conſ.49.in 1.vol.Et an inter nepotes & patruos dicatur contracta ſocietas,quando dicti nepotes ex diſpoſitione teſtatoris alienare nõ poſſunt: vide Dec. in conſi.442. col.pen. & ad prædicta vide Rom.in conſi.43.in primo dubio. & in conſi.13.& in conſi.291.Bal,in conſi.397.in 5. vol.& in conſi.177.in 4.vol. & in conſ.30,in 3.vol.

Summarium in d.l.cum duobus.§.idem reſpondet.ff.pro ſoc.

1 *Pactum per quod auſertur alicui libera teſtandi facultas,non ualet.*

Bar,in d.l.cùm duob.§.idem reſpondet.ff.pro ſoc.

1 BART. in ead.l.§.idem reſpondet, ait, pactum, † per quod aufertur alicui libera teſtandi facultas,etiam per indirectum, non ualere. vide Rom.in conſi.106.& Alex.in conſi.160.in libro primi & ſecundi vol.ubi inquit,pactum de non diuidendo etiam iuramento ſubnixum,nõ ualere: hoc enim modo per indirectum hæc libera facultas amitteretur. Sic etiam donatio omnium bonorum præſentium & futurorum eadem ratione inualida eſt, ut tradunt doct. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.oblig.& ideò aiunt,opus eſſe,ut aliqua bonorum reſeruatio fiat,ad hoc ut huiuſmodi donatio non fiat irrita & inanis. tamen Dec. in conſi.488. ait, donationem hanc etiam abſque ulla reſeruatione uiribus eſſe ſubnixam,quando facta eſſet alicui eccleſiæ uel hoſpitali. id quod adduci poſſet ad limitationem huius text. ut non habeat locum in pacto facto fauor eccleſiæ,cogita.Et ad prædicta uide Alex. in conſi.25. in 3.uolu.& Rom.in conſi.13.in ſecundo dubio.

Summarium in d.l.cum duobus.§.idem reſpondet ſocius.ff.pro ſoc.

1 *Si ſocius reficit rem communem proprijs expenſis acquirit eiuſdem rei dominium, niſi aliter ſocius infra quatuor menſes ei reſtituat expenſas ad eum pertinentes.*

2 *Quidam*

2 *Quidam fuit condemnatus in quingentis libris, quæ ſi ſolutæ non fuerint infra decem dies, ei pes amputetur. pecuniæ ſolutæ non fuerunt infra illud tempus, iudex uolebat eas exigere in bonis condemnati, opponebatur pœna pecuniaria amplius non deberi, quoniam translata fuerat in pœnam corporalem. quid dicendum?*

Bar.in d.l.cùm duob.§.idem reſpondet ſocius.ff.pro ſoc.

BART. in ead.l.§.idem reſpondet ſocius,præſupponit id,quod in tex.dicitur, & eſt ſingu-
1 lare,ſcilicèt,ſi ſocius † reficit rem communem proprijs expenſis, acquirit eius rei dominium, niſi alter ſocius infra quatuor menſes ei reſtituat expenſas ad eum pertinentes. De hac re vide doct.in §.actionum,inſt.de action.in materia ſocietatis. Bart.in l.quominùs,colu.fin. quæſt. 17.ff.de flumi.ubi Iaſ.col.23.limitat quatuor modis iſtũ tex & uide omninò Cæpo.in caut.85. Bar.ibi ex dictis in pręcedenti lucubratione infert ad quæſtionem,in qua dicit ſe conſuluiſſe.
2 Quidam fuit condemnatus † in quingentis libris,quæ ſi ſolutæ non fuerint infra.10.dies,ei pes amputetur,pecuniæ ſolutæ non fuerunt infra illud tempus; proinde iudex uolebat eas exigere in bonis condemnati: opponebatur pœnam pecuniariam amplius non deberi,quoniam tranſlata fuerat in pœnam corporalem. vide Franciſ.Cremen. in ſingul.102.incip. Titius. ubi magis amplectitur hoc Bartoli documentum,quàm Bal.in l.commiſſoriæ.C.de pact.inter emp. & uendit.Ad rem faciunt trad.per Alex.in l.inſulam.§.fi.ff.ſol.matr.& in l. ita ſtipulatus,in fi.ff.de uerb.oblig.& ibi Aret.col.20.uerſi.ex hoc edicto.& Abb.in conſi.6.col.5.in ſecundo dubio in 2.vol.& in c.inter cæteras,col.3.de reſcrip.& ibi Feli.col.5.& Cæpol.in conſi.16.Aret. omninò in conſi.89.& Ang.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit.& ibi Paul.de Caſtr.col.4.Alex.in l.fi.ff. de in ius uocan.Feli.in c.ſicut Iudæi,col.2. & ſeq.de Iudæ. & aliquid per Bald.in c.cùm non ab homine,col.fi.de iudic.& Corn.in conſi.5.in 3.volu. & Iaſ.in §.pœnales,colu.10.& ſeq.inſt.de action. & hunc text. & quæſtionem hanc declarat Dec. quem uideas omninò in conſi.12. ubi ſubiungit,etiam ſi iudex non poſsit facere hanc pecuniæ exactionem,fiſcum tamen uel rem publicam eam poſſe facere.id quod obliuioni non eſſe tradendum exiſtimo.

Summarium in l.adeò autem.ff.pro ſoc.

1 *Conueniri non poteſt ut ſocietas tranſeat ad hæredes.*

Bar.in l.adeò autem.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.adeò autem,inquit,conueniri † non poſſe,ut ſocietas tranſeat ad hęredes,niſi in ſocietate uectigalium. vide aliquid per Abb.in conſi.86.col.2.in ſecundo dubio in 2.vol. ubi inter alia unum dixit memorabile uerbum. & omninò Alex.in conſ.136.in 5.vol. & Curt. in conſi.52.ubi tradit,an ſocietas contrahi poſsit ut tranſeat ad hæredes. & ſocietatem morte unius ſocij finire etiam quò ad ſuperſtites,trad.Dec.in conſi.213.ubi etiam docuit an & quando intelligatur ſocietas renouata.

Summarium in l.ſocium qui.ff.pro ſoc.

1 *In hac actione poſt moram ueram uel fictam ueniunt uſuræ.*

Bar.in l.ſocium qui.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.ſocium qui,ait,in hac actione † poſt moram ueram uel fictam uenire uſuras. vide Aretinum in conſi.15.col.fi.& Signorol. in conſi.121. & quomodò in contractu ſocietatis committatur uſura prohibita, vide Ambroſium de Vignate in tractatu de uſuris.nu.162.& multa de pactis initis inter ſocios,an & qñ ſint licita,& nõ,vide apud Abb.in conſ.77.in 1.vol.

Summarium in d.l.ſocium qui.§.ſocius.ff.pro ſoc.

1 *Damna & lucra contemplatione ſocietatis ſunt communicanda.*
2 *Procurator qui incidit in latrones, & fuit ſpoliatus, an hoc repetere debeat à mandante.*
3 *Lucri & damni eadem eſt ratio.*

Bar.in d.l.ſocium qui.§.ſocius.ff.pro ſoc.

1 BART. in ead.l.§.ſocius, inquit, damna † & lucra contemplatione ſocietatis eſſe communicanda,

nicanda,alioqui uerò ſi intuitu perſonæ obueniũt,quamuis huic rei ſocietas fuerit occaſio. Et ibi declarat Bar.quid ſit cauſa,& quid ſit occaſio. nam occaſio remota eſt,ut ſi propter ſocietatem habui neceſſe accedere ad principem, & ei placui ita, ut mihi caſtrum donauit: nam hoc non eſt cum ſocio communicandum. Ad materiam huius §.uide Alex.in conſi.173.col.3.ver. ſecunda ratione,in libro primi & ſecundi vol.& in conſi.175.Venio ad primum,eod.vol.& circa quæſtionem de eo,qui iuit ad curiam principis,uide Aret.in conſi.14.col.5.& ſeq.Attende quoniam contra hanc deciſionem Bar.videtur tex.in d.l.cùm duobus.§. quidam ſagariam, ſuprà eod.tit.iunctis trad.per Abb.in c.cùm pro cauſa,de procurat.ubi Abb.quærit de procura-
2 tore,† qui incidit in latrones & fuit ſpoliatus,an hoc repetere debeat à mandante?& decidit eũ non poſſe: quia hæc ſunt quædam extrinſeca,quæ magis ſunt caſui fortuito imputanda; alioqui uerò dicit eſſe in contractu ſocietatis,in quo ueniunt communicanda damna occurrentia occaſione ſocietatis. Ex ijs colligitur in contractu ſocietatis uenire damna extrinſeca,dummodò eis occaſionem præbuerit ſocietas. igitur hoc idem eſſe debet etiam in lucris extrinſecis,
3 dummodò eis occaſionem dederit ſocietas: quia lucri † & damni eadem eſt ratio.d.§.qui ſagariam,in fi.ſed huic qui placuit principi, occaſionem præbuit ipſa ſocietas,ut ait Bart. igitur &c.& hoc poteſt confirmari per gl.in l. cùm duobus. §. non omnia. ff.mand.quæ ait. ideò iſta damna eſſe communicanda in contractu ſocietatis,& non in contractu mandati; quia ſocietas uim habet fraternitatis,quare eadem ratione etiam hæc lucra,de quibus agit Bar. quamuis extrinſeca ſint,debent cum ſocijs communicari. Hoc idem comprobari poteſt per tex.in d.§.quidam ſagariam,ibi,cæterarum rerum quas ſecum non tuliſſet,niſi ad res communi nomine comparandas. ubi gl.ſubiungit,hanc eſſe optimam conſiderationem,ut conſocius teneatur. Attende iſtam rationem diligenter,nam ſi ideò conſocius tenetur,quia non tuliſſet res illas caſu fortuito amiſſas,niſi ad comparandas res communi nomine, ita in propoſito caſu perſona huius ſocij ad curiam principis non iuiſſet,niſi propter ſocietatem,ut expreſsè Bar.fatetur. igitur arguendo de re ad perſonam, & ab identitate rationis, ſequitur illatio contra hoc Bartoli documentum. neque urgere uidetur illa ratio Bar.hoc eſſe reſpectu perſonæ, quoniam attenditur cauſa,quę dedit occaſionem.ut hęc perſona placeret principi per prædicta, quemadmodũ & in d.§.quidam,attenditur ſocietas,quæ dedit cauſam,ut ille ſecum res caſu amiſſas attulerit: & ſic nullum uidetur eſſe diſcrimen niſi in uerbis.cogita.

Summarium in l.uerum.ff.pro ſoc.

1 *Socius non condemnatur niſi quatenus facere poteſt.*

Bar.in l.verùm pro ſoc.

1 Bart. ex d.l.uerùm, colligit, ſocium † non condemnari niſi quatenus facere poteſt. & hoc ea ratione,quia ſocietas habet uim fraternitatis. vide quid ex hoc inferat Cor.in cõſ.116. in 4.vol.& dum Bar. ſubiungit remedium, ut hoc beneficium competat etiam fideiuſſori. ad hoc remedium uide Alex.in l.quia tamẽ.ff.ſol.matr.& in l.quoties. C. de precib. imper.offerẽ. in apoſtill.& in conſi.133.col.1.& fi.in 5.vol.

Summarium in l.actione. §.ſi communis.ff.pro ſoc.

1 *Pecunia depoſita apud unum ex ſocijs ab eo ſolo eſt repetenda.*

Bar.in l.actione.§.ſi communis.ff.pro ſoc.

1 Bart. in d.l.actione.§.ſi communis,tradit de pecunia † depoſita apud unum ex ſocijs, ut ab eo ſolo ſit repetenda. vide Soc.in conſi.24.col.5.in 1.vol.

Summarium in d.l.actione.§.ſi unus.ff.pro ſoc.

1 *Inter ſocios tempore diuiſionis ante partem ſumi debet dos ab eo, qui ſuſtinet onera matrimonij.*

Bar.in d.l.actione.§.ſi unus.ff.pro ſoc.

1 Bart. in ead.l.§.ſi unus,ait inter ſocios† tempore diuiſionis ante partem,ſumi debere dotem

tem ab eo,qui ſuſtinet onera matrimonij,vide Alex.in l.poſtulante.ff.ad Trebell. col.2. Attende quia Specul.in tit.de iudic.§.ſequitur,verſi.quid ſi communione,ait dotem deduci à marito ſocio,niſi probetur eam eſſe uerſam in communem utilitatem.& Bal.in l. ſi patruus.C.comm. utri.iudic.Soc.in conſi.213.col.pe.in 1.vol.vide Dec.in conſi.560.nu.5.

Summarium in l.nemo ex ſocijs.ff.pro ſoc.

1 *An & quando unus ex ſocijs totam rem alienare poſſit.*

Bar.in l.nemo ex ſocijs.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.nemo, tradit an & quando unus † ex ſocijs totam rem alienare poſsit. vide Alex.in l.ſi ſocius.ff.de leg.1.& in conſi.79.in 4.vol.& in conſi.103.col.fi.in 3.uol.ubi ait, ſocium non præſumi habere mandatum ad præiudicandum conſocio. & idem dicit in fratre ut ibi per eum. vide etiam eundem Alex.in l.de pupillo.§.ſi plures.ff.de oper.nou.nunc.& omninò in conſ.162.Viſis narratis,in 5.vol.& in l.j.C.de conſort.eiuſd.lit.Pau.de Caſt.in conſ.335. & Dec.in conſ.98.ubi ait,in caſibus in quibus poteſt ſocius obligare ſocietatem,hoc eſſe intel ligendum quando contrahit nomine ſocietatis,alioqui uerò ſi nomine proprio.

Summarium in l.duo ſocietatem.ff.pro ſoc.

1 *Si contractui iuriſgentium ſubijciatur ſtipulatio,idem continens,nouatur prima,ſi hoc actum eſt.*

Bar.in l.Duo ſocietatem.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.duo ſocietatem,ſic ait in ſumma. ſi contractui † iuriſgentium ſubijciatur ſtipulatio idem continens,nouatur prima,ſi hoc actum eſt, alioqui non. Doct. in l. ita ſtipulatus. ff.de uerb.oblig.in 1.oppoſ.ultimæ par. allegant iſtum tex. & tradunt documentum, ut ibi per eos poſt Bart. qui ibi declarat hunc text. & fortè non bene: quia præſupponit hic in uerſi.ſed quoniam,contractum ſocietatis deductum eſſe in ſtipulationem coæquęuam. id quod falſum eſt: quia tantum fuit poſita pœnalis ſtipulatio, ut ibi clarè habetur. Pro intellectu autem huius tex.attende,quia in poſitionem caſus præſupponitur,contractum ſocietatis deductum eſſe in ſtipulationem principalem,ſed in uerſic. ſed quoniam, contrarium expreſsè legitur. ideò cogita.quia tex.bene ſtaret,ſi diceret,quando,& non quoniam. item in uerſi. ſed quoniam,nõ fit nouatio ſecundum tex.quia principalis contractus non fuit in obligatione deductus, igitur præſupponit,ſi deductus fuiſſet,factam fuiſſe nouationem: cuius contrarium ſenſit tex. in primo reſponſo: quia nouatio fit tantum quando adeſt animus nouandi, alioqui non, ut ibi uidere eſt. Item aduerte,quia in tex.quæritur an ſtipulatio coæquęua contractum primum nouet, non autem an ſtipulatio coæquęua nouetur per pœnalem. cogita igitur quid eo in caſu dicendum eſſet,& nunquid in tex.de hac re fuerit dubitatum. Et dum Bar.poſteà ſubiungit,nouationem in dubio non præſumi,quando ſtipulatio ſtatim opponitur. vide eundem Bart.in l.ſingularia.in 6.ſpeciali.ff.ſi cert.pet.item adde ideo nouationem non fieri, quia ſtipulatio tantundẽ continet,& non interuenit noua perſona,ſecundum Bar.in l.pen.ff.de prætor.ſtipulat.

Summarium in l.ſocius ſocio.ff.pro ſoc.

1 *In ſocietate culpa leuis eſt non adhibere eam diligentiam,quam in ſuis ſolitus eſt adhibere.*

Bar.in l.ſocius ſocio.ff.pro ſoc.

1 BART. in d.l.ſocius ſocio,ſic ait in ſumma,in ſocietate † culpa leuis eſt non adhibere eam diligentiam,quam in ſuis ſolitus eſt adhibere. vide Alex.in conſi.209.in 7.vol.& in conſ.144. ſuper primo, in libro primi & ſecundi vol.

Summarium in l.ſi ſocietatem.ff.pro ſoc.

1 *Sententia arbitratoris reduci poteſt ad arbitrium boni uiri.*

2 *An & quando dici poſſit de iniquitate arbitramenti.*

Bar.in l.ſi ſocietatem.ff.pro ſoc.

1 BAR. in d.l.ſi ſocietatem,ait,ſententiam † arbitratoris reduci poſſe ad arbitrium boni uiri.

Pro

Pro intellectu huius.l.vide Soc.in conſi.291.in 1.vol.Et dum Bar. ſubiungit quis probare debeat iniquitatem arbitramenti,uel æquitatem,ſcilicèt an ille qui dicit eſſe æquum, an ille qui dicit eſſe iniquum? uide Corn.in conſi.221.in 2.vol.& Abb.omninò in conſi.64.in 1.volu.& & Bal.in conſi.67.in 3.vol.& onus probandi ſpectare ad reducentem quamuis nihil deducatur pro iuſtificatione arbitrij,docuit Sali.in l.ſeq.in §.arbitrorum,in quęſt. 16.Alex.in l. qui Romæ.§.duo fratres,col.6.nu.2.ff.de uerb.oblig.& Abb.in c.Quintauallis.nu.34.cum ſeq. de iu-
2 reiur.& an & quando † dici poſsit de iniquitate arbitramenti,vide Io.Baptiſtam Caccialupum in tract.de tranſact.in 12.quæſt.Quæro ſi feratur ſententia continens arbitramentum illud ad arbitrium boni uiri reduci non poſſe,an eo caſu licita ſit appellatio? Fulg. in conſi.111.inquit ab huiuſmodi ſententia appellari non licere. Similiter ſi arbitrator aſſumptus fuit ut bonus uir, & habito ad eum reſpectu & nõ ad alium,ab eius ſententia non datur recurſus:ita ſing. ait Bar. in l.iij.§.tutori.ff.de arbitr.id quod mirabile eſſe ait Rom.in ſuo ſing.50.

Summarium in l.arbitrorum.ff.pro ſoc.

1 *Sententiæ arbitri omninò parendum eſt.*
2 *An arbitro ſiue arbitratori ſportulæ debeantur.*
3 *Sententia arbitri uel arbitratoris propriè ſententia dici non poteſt.*
4 *Si arbitro uel arbitratori fuit conceſſa poteſtas prorogandi compromiſſum toties quoties ei placuerit,uel ſimpliciter,tamen prorogari non poterit ultra duas uel tres uices ad plus.*
5 *Arbitrum uel arbitratorem dominij alienationem impedire non poſſe.*
6 *Inſtantia an coram arbitro & arbitratore poſſint triennium excedere.*
7 *Ultima dies appoſita ab ipſis partibus in compromiſſo habetur pro peremptoria.*
8 *Minor compromittendo uidetur læſus,& poteſt petere reſtitutionem in integrum.*
9 *Coram arbitro reconuentio fieri non poteſt.*
10 *Pupillus doli capax litem agendo coram arbitro ſine tutore obligatur ſaltem naturaliter.*
11 *Arbiter partibus abſentibus pronunciare non poteſt.*
12 *Arbiter declarare non poteſt elapſam eſſe inſtantiam.*
13 *Compendioſa per uerba directa obligatur poſt pubertatem.*
14 *Arbiter poteſt ferre ſententiam ſuper parte,quamuis à reliquo non abſoluat.*
15 *Si in compromiſſo dictum eſt ut procedat de facto & iudicet de iure, utrum credere poſſit teſti nõ iurato.*
16 *Arbitrator ſiue amicabilis compoſitor poteſt pronunciare etiam diebus feriatis in honorem dei.*
17 *Arbitro & arbitratori atteſtanti de geſtis coram ſe, non creditur.*
18 *Arbitratores cogi non poſſunt ad eligendum tertium.*
19 *Arbitri ſententia in cauſa criminali quamuis crimen ſit famoſum,non reddit infamem.*
20 *Si arbiter ſibi reſeruat taxationem expenſarum,uel aliquid aliud,tenetur expedire infra tempus compromiſſi.*
21 *Poteſtas arbitrorum uſque adeò pendet à compromiſſo,ut ſi compromiſſi forma exceditur, arbitramentum nullius eſt roboris.*
22 *Si arbitrator totam rem,de qua eſt quæſtio, uni adiudicat cum hoc ut certa pecuniæ quantitas ſoluatur, an poſſit fieri.*
23 *Clericus ſi eſt electus arbiter,qui poſtea ad maiorem dignitatem fuit euectus,utrum ad pronunciandum poſſit iure compelli.*
24 *Si compromiſſum eſt factum in aliquem hoc pacto,ut is iudicare non poſſit ſine expreſſo conſilio alterius, & ſecundum eius conſcientiam,quam ſequi teneatur,utrum ualeat.*
25 *Arbiter qui permittit labi tempus compromiſſi,negligendo iudicare, facit litem ſuam.*
26 *Ille qui obtinet arbitrium euidenter iniquum, ſi eo perfruitur mortaliter peccat.*
27 *Reductio non datur à ſententia arbitri ad arbitrium boni uiri.*
28 *Quæ ſit differentia inter arbitrum & arbitratorem.*
29 *Arbitramentum propriè non eſt tranſactio.*

30 Solen-

30 *Solennitatem iudiciorum remitti posse à partibus coram arbitro.*
31 *Quando compromissum est factum ut de iure pronunciet, an standum sit eius sententiæ quando est iniusta.*
32 *Quando factum est compromissum in aliquem ut in arbitrum & arbitratorem, quomodo cognoscatur.*
33 *Si arbiter incœpit prosequi per uiam arbitratoris, utrum redire possit ad uiam arbitri.*
34 *Ex sententia arbitratoris an actio oriatur.*
35 *Quo iure sententia arbitratoris reducatur ad arbitrium boni uiri.*
36 *Si statutum reijcit exceptionem quamcunque, non tamen reiectum est quin officium iudicis possit implorari.*
37 *Si feratur sententia continens illud arbitramentum reduci non posse ad arbitrium boni uiri, eo casu reduci non potest.*
38 *Si laudum approbatum fuit à partibus antequam latum esset, uel postquam est latum, sed non dum est uisum, an detur reductio.*
39 *Judicem illum ad quem fit reductio intelligendum esse iudicem causæ principalis, non autem iudicem appellationis.*
40 *Coram quo iudice sit facienda reductio.*
41 *Infra quantum tempus reductio fieri debeat.*
42 *Nunquid huic reductioni ad arbitrium boni uiri renunciari possit.*
43 *Stante statuto prohibente contra laudum quicquam opponi posse, an possit peti reductio.*
44 *Si à statuto expresse sublata est reductio ad arbitrium boni uiri, quid iuris.*
45 *Lauda siue arbitramenta ratificari non possunt antequam sint prolata.*
46 *Si in renunciatione apposita est clausula, quòd possit accipere de iure unius, & dare alteri in parua & magna quantitate, quid iuris.*
47 *Excessiuum in sexta parte continere manifestam læsionem.*
48 *An et quando arbitamentum siue laudum retractari possit prætextu instrumentorum de nouo repertorũ.*
49 *Arbitratores an possint esse testes quando examinatur æquitas uel iniquitas arbitrij.*
50 *Si est iuratum super compromisso, in quo renunciatum est reductioni, quid agendum.*

Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc.

1 BART. in repet. huius. §. arbitrorum, sic ait in summa. sententiæ † arbitri omninò parendũ est: sententia uerò arbitratoris si fuerit iniqua, reducitur ad arbitrium boni uiri. Ad rem hanc vide omninò quæ posui suprà in proximè præcedenti lucubratione. Et circa hunc. §. attende, arbitratores, de quibus hic agitur, quasi negociorum gestores nuncupari: ita Bal. in l. fi. quæst. 3. C. de contrahen. empt. quandoque etiam prosenetæ & mediatores partium appellantur, ita Bar. in l. fi. ff. de uari. & extraord. cognit. & Bald. in c. 1. colu. pen. de inuest. in mar. fact. in usibus
2 feud. An autem arbitro † siue arbitratori sportulæ debeantur, vide Ias. in §. tripli, col. 8. inst. de action. Item scias in compromisso siue laudo arbitratoris necessariam non esse scripturam, ut per Ias. in l. cùm te transegisse. C. de transact. col. 1. & de ista materia uide aliqua apud Ias. in l. si super possessione, col. 1. ver. & per istud. C. de transact. ubi uult, compromissum & arbitramentum fieri posse sub modo & conditione. ad quod uide Alexand. in consi. 261. Quæritur an. d. arbiter, in libro primi & secundi vol. & aliquas alias decisiones Ias. ibi ponit ad rem facientes.
3 Item sententia † arbitri uel arbitratoris propriè sententia dici non potest; ideò in statuto faciente mentionem de sententia, non contineretur, secundum Bar. in l. quid ergo. §. ex compromisso. per text. ibi. ff. de his qui not. infam. & Ias. in l. j. colu. 3. in 1. notab. ff. de re iudic. & multæ sunt differentię inter sententiam arbitri, & arbitratoris, & inter potestatem unius & alterius, ut latè habetur apud Abb. in c. quintauallis, de iureiur. Datur enim dilatio quatuor mensium sententiæ arbitri, sicut & alijs sententijs. Bal. relatus à Ias. in l. ij, col. 7. in gl. 1. ff. de re iudic. licèt ibi Raph. contrarium sentiat. sententiæ verò arbitratoris non datur ista dilatio. Ias. in l. debitori,
4 uersi. circa gl. ff. de re iudic. Aduerte etiam quia si arbitro † uel arbitratori fuit cõcessa potestas

proro-

prorogandi compromiſſum toties quoties ei placuerit, uel ſimpliciter, tamen prorogari non poterit ultra duas uel tres uices ad plus. & quandoque una tantum prorogatio fieri poterit, ut per Iaſ.in l.fi.col.6.C.de ſacroſ.eccleſ.ubi multa ſimilia memorauit.& de hac re vide Alex. in conſi.212. in libro primi & ſecundi vol. & in tali caſu prorogatio etiam non citata parte fieri poterit. Bal.in l.j.C.de ſent.ex peric.recitan.verſi.quæro an interlocutoria. Iſta tamen prorogatio quàm primum debet ipſis partibus notificari,alioqui dolo facta eſſe uideretur, & partes non coarctaret,ſecundum Bal.in l.eos.§.apoſtolos.C.de appell.& Alex.in conſi.34.in 1.vol.& Curt.in conſi.31.cum ſubſcript.ſeq.Illud etiam obliuioni non tradas, arbitrum † uel arbitratorem dominij alienationem impedire non poſſe,cùm nec ipſæ partes,quæ illi authoritatem præbent,hoc poſsint,ut pono ad tex.in l.non diſtinguemus.§.de officijs.ff.de arbitr.alleg.ibi remiſſiuè Iaſ.qui uult coram arbitro non induci uitium litigioſi,& emphyteotam compromittentē non incidere in pœnam,ut ibi latius per eum. An autem inſtantia † coram arbitro & arbitratore poſsit triennium excedere? vide gl.in l.item ſi unus,in principio in uoce,ſi multo.ff.de arbi. ubi remiſsiuè alleg.Iaſ.ponendo quid de arbitratore. Item uictus uictori coram arbitro condemnatur in expenſis,ut per Iaſ.in l.properandum.§.ſin autem alterutra,col.1. verſic. ſecundò amplia.C.de iudic.item arbiter parti contumaci audiētiam negare non poteſt,ſecundum l.ſed & ſi per prætorem,uerſi.ſed & ſi dum.ff.ex quib.cau.mai.Item arbiter contumacem mulctare non poteſt,& iſta eſt ratio dicti præcedentis.Bar.in l.vnic.in prin.ff.ſi quis iuſdic. non obtemp. ultima uerò † dies appoſita ab ipſis partibus in compromiſſo habetur pro peremptoria. Iaſ. in repet.l.admonendi,col.37.ff.de iureiur.In arbitrum compromitti non poteſt cauſa uſurarū nec ſpiritualis,quamuis in arbitratorem poſsit. Iaſ.in l.quoties,colu.3.verſi.iuxta prædicta.C. de iudic.ſic etiam in arbitrum compromitti non poteſt cauſa ſtatus neque cauſa criminalis.l. non diſtinguemus.§.de liberali.ff.de arbit.& c.cauſa,de reſt.in integr. alioqui uerò in arbitratore,ut ibi per Bar.in d.§.de liberali.Minor † compromittendo uidetur læſus, & poteſt petere reſtitutionem in integrum.l.ſi minor xxv.annis filiofamiliàs.§.1.ff. de minor. quod tamen non habet locum ſi iſte minor eſſet doctor iuris,quia tunc reſtitui non poſſet,ſecundum Bar.in l.ſed & probari.ff.de excuſat.tut.& Mari.Soc.iuni.in conſ.77.nu.141. An autem minor cogi poſsit ad faciendum compromiſſum præcipiēte ſtatuto compromiſſum neceſſarium inter cōiunctos fieri debere,& an eo caſu peti poſsit reſtitutio in integrum; vide latè apud Alex.in conſi. ultimo in 6.vol.Item coram arbitro † reconuentio fieri non poteſt, Bar.in auth. & conſequenter, in fi.ult.quæſt.C.de ſent.ubi rationem affert, quæ militat etiam in arbitratore. De hac tamen re,an arbiter cognoſcere poſsit in re propoſita ſuper cauſa reconuentionis,diſtingue & declara ut per Abb.in c.cùm dilectus,de arbitr.Attende etiam quia compromiſſum & lis coram arbitris,magis accedunt ad naturam contractus,quàm iudicij: ideò pupillus † doli capax litem agendo coram arbitro ſine tutore obligatur ſaltem naturaliter,ad quam obligationem fideiuſſor poteſt accedere: & propterea ſi daret fideiuſſorem,fideiuſſor obligaretur, alioqui uerò in iudicijs: quia pupillus litigando ſine tutore nullo modo obligatur: ideò fideiuſſor dari non poſſet,& omnia acta irrita ſunt & inania: ita declarat Paul.de Caſt.in l.j.C.qui legit.perſo.hab. ſtan.in iudic.in gl.1.Arbiter † partibus abſentibus pronunciare non poteſt.l.diem proferre.§. ſi quis litigatorum.ff.de arbitr.Tamen quando fert ſententiam ultima die termini dati ad pronunciandum, non tenetur partem citare. de qua re agit Iaſ.in repet. d.l. admonendi,colu.37. verſi.ſecundò principaliter,& col.4.verſi.item adde. & qua cautela uti debeat arbiter ut ultima die compromiſſi ſuam poſsit proferre ſententiam,quamuis actor nihil probauerit,vide Cæpoll.in cautell.64.Item arbiter † declarare non poteſt elapſam eſſe inſtantiam, ſicut facit iudex.Iaſ.in l.properandum.§.illo proculdubio,in fi.uerſi.limita.C.de iudic. Et iudex non poteſt cogere partes ad compromittendum.Bar.in l.furti.§.qui iuſſu.ff.de his qui not.infam. ubi pono. uide Alex.in conſi.162.in 7.vol.Hoc tamē fallit in multis caſibus ſcitu dignis, ut per Feli. in rubrica de treg.& pac.& per Caccialupum in tract.de tranſactionibus.q.20.illud etiam dili genter attende, nam compendioſa † per uerba directa obliquatur poſt pubertatem, quando cauſa

causa coram arbitratore ageretur, alioqui uerò non. ita Io. Baptista de sancto Seuerino in repet.l.precibus,in 5.fol.C.de impub. Item coram eo opponi nō potest exceptio præscriptionis xxx.annorum tanquam contra æquitatem. Bal.in l.j.C. de præscript. xxx.annor. quamuis contrarium sentiat Bart.in extrauagan.ad reprimendum, in uerbo,uidebitur,in fi.sed quicquid sit, Raph.Fulg.in consi. 108.inquit,arbitratorem posse reijcere exceptionem præscriptionis,tanquam iniquum præsidium. vide eundem omninò in consi.123.de qua re uide Feli.in rubr.de præscrip. vbi contrariam partem uidetur amplecti.Maria.autem Soc.iuni.in cons.145.nu.37. ait,arbitratorem,qui secundum ueritatem debet iudicare,præscriptioni deferre non debere,ta
14 men ibidem nu.91.inquit,hoc de iure non procedere.Item arbiter † potest ferre sentētiam super parte,quamuis à reliquo non absoluat,alioqui uerò est in iudicib. Areti.in l.j.§.si stipul.col. 3.vers.adde etiam.ff.de uerb.obli.vbi ex hoc infert ad quædam.Nunquid autē pro arbitramento præsumatur quando reductio est petita:vide Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres, col.7. ff. de uerb.oblig.& Curt.in cons.23.nu.5.cum seq. vbi habetur,pro eo non esse præsumendum:,sicut neque præsumitur pro sententia iudicis,quando est appellatum. uide omninò Salic.in hoc §.in 16.q.& quæ ibi addidi. et ad rem faciunt trad.per Abb.in c.quoniam contrà,col.14. vide etiā aliam differentiam apud Alex.in l.si conuenerit,col.2.vers.& per hoc.ff. de re iudic. Quid si in
15 compromisso † dictum est ut procedat de facto, & iudicet de iure, utrum credere possit testi non iurato? vide Ias.in d.repet.l.admonendi,vers.et an.Et arbitratorem curare non debere inhabilitatem testium respectu personarum, & eum credere posse testi rationem uerisimilem afferenti,quamuis non concludentem,docuit Aret.in consi.61.citat Bal.in l.solam, in fi.C.de te-
16 sti. Arbitrator † siue amicabilis compositor potest pronunciare etiam diebus feriatis in honorem Dei,si huiusmodi pronunciamentum uia concordiæ fiat & transactionis,alioqui uerò si fieret ut sententia. Specul.in titu.de arbit.& arbitra.§.fi.vers.in forma autem. Abb.in c.fi.de feri. & Bald.in consi.470.in 1.uol.Si pluribus arbitris uel arbitratoribus data esset potestas procedendi simul & separatim in solidum, quamuis à principio unus solus procedere possit,tamen si cœperunt simul procedere, & posteà unus tantum uelit causam expedire,non potest. Bar.in l.
17 sed ita.ff.de arbitr. Alex.in consi.93.in 7.uol.arbitro † & arbitratori attestanti de gestis coram se non creditur.Aret.in consi.68.colu.2. An autem possit esse testis in causa,quam iudicauit? Fulg.ait,eius testimonium non ualere ad iustificandam sententiam suam, in consi.142. & an & quando possit esse testis docuit Abb.in c.non sine, de arbitr.et uide Felin. in c.cùm à nobis,de testi.& ad rem hanc uide omninō eundem Feli.in c.cùm dilecti.nu.6.de accusat.vbi ait,dictum arbitri usque adeò potens esse,quamuis sit singulare,vt pars,in cuius fauorem dicit,iurare pos-
18 sit in supplementum probationis. Arbitratores † cogi non possunt ad eligendum tertium, neque ipsæ partes coguntur eum eligere: ita not.ait Bal.à multis excellentissimis uiris fuisse consultum in c.1.de inuest.in mari.fac.quem refert & sequitur Aret.in cons.99. Declara tamen ut per Abb.in c.innotuit,de arbit. Et in casu quo aliquis est eligēdus pro tertio in casu discordiæ,
19 si eligitur antequam discordia oriatur,laudū irritum est. Dec.in cōsi.475.col.fi. Arbitri † sententia in causa criminali,quamuis crimen sit famosum,non reddit infamem.Abb.in c.causa,col. fi.de rest.in integ. Si arbiter dixit se nolle suscipere onus iudicandi super compromisso in eum facto,& posteà pronunciet,an huiusmodi pronunciamentum ualeat?Alex.in cons.81.in 5.uol. arbiter electus cū clausula, quòd intelligatur uerti lis & quæstio super omni & eo toto,non potest retractare sententiam iam anteà latam.Abb.in c.exposita,de arbit.Et quomodò ista clausula sit intelligenda,uide Angel.in cons.218. col.pen. & Io. Bapt. Caccialupum in tract.de tran-
20 sactionibus, quæst.18. nu. 10. Si arbiter † sibi reseruat taxationem expensarum,uel aliquid aliud,tenetur id expedire infra tempus compromissi,alioqui non ualeret. Alexan.in consi.18.in 7.vol. Si arbiter fuit assumptus super iudicio communi diuidundo, si uni adiudicet rem pro pretio per eum declarando,& ipse decedat ante declarationem,adiudicatio expirat.Decius in consi.583. arbiter super non petitis terminare non potest, licèt argumenta pro utraque parte ȳr urgere,ut uidere est apud Alex.in consi.48.col.3.in 7.uol.ubi multa alia inueniunt,quibus

21 arbitramentum ſubuertitur. & poteſtas arbitrorum † uſqueadeò pendet à compromiſſo, ut ſi compromiſsi forma exceditur, non modò arbitramentum nullius ſit roboris & momenti, ſed etiam à partibus ipſis ratum haberi non poſsit. Dec. in conſi. 434. Rurſus de huiuſmodi nullita te dici poteſt etiam ſi de nullitate non dicere promiſſum eſſet. Soci. in conſi. 95. col. 4. in 3. uol. & ideò arbiter ſiue arbitrator ſententiam ferre non poteſt, niſi ſuper re, de qua factum eſt com promiſſum. Soci. in conſi. 220. in 1. uol. tamen idem Soc. in conſi. 104. in 4. vol. ait, in quibuſdã
22 caſibus id fieri poſſe. Quid ſi arbitrator † totam rem, de qua eſt quæſtio, uni adiudicat, cũ hoc, vt certa pecuniæ quantitas ſoluatur? et dicas hoc fieri poſſe, ſecundum Dec. poſt alios in. l. ſi ſu per poſſeſsione. C. de tranſact. Quid ſi in pronunciamento pactum apponitur, quòd altero ex compromittentibus ſine filijs decedente alter ſuccedat? Ang. in conſi. 66. ait huiuſmodi pactũ non ualere. Arbitri ſi ſunt duo uel tres non poteſt unus uices ſuas alteri delegare. gl. in l. ſicu-
23 ti. ff. de arbitr. Alex. in conſi. 13. in 1. vol. Si clericus † electus eſt arbiter, qui poſteà ad maiorẽ dignitatem fuit euectus, utrum ad pronunciandum poſsit iure compelli? Abb. in c. præſente, de teſti. Arbitri quando ſunt plures, ſi diſſentiunt, quomodò poſsint cauſam definire? & quot modis poſsint eſſe diſcordes? & quid eo caſu ſeruari debeat? vide Soc. in conſi. 54. in 1. volu. Arbitrator, cui eſt conceſſa poteſtas eligendi conſultorem, ſi eum eligit inualidè, an alium eligere poſsit? Raph. Cuma. in conſ. 143. Si arbiter debet de conſilio alterius iudicare, & ipſe ha bito conſilio eius contra illud ſententiam protulit, nunquid ſententia irrita ſit & inanis? Raph. Cuma. in conſi. 55. Quid ſi iudicat ſecundum conſilium illius cum hac qualitate, ſi de iure uali-
24 dum eſt, an talis ſententia ſubſiſtat? Fulg. in conſi. 103. Quid ſi compromiſſum † eſt factum in aliquem hoc pacto, ut is iudicare non poſsit ſine expreſſo conſilio alterius, & ſecundũ eius cõ-ſcientiam, quam ſequi teneatur, utrum ualeat? Ang. in cõſi. 343. ait huiuſmodi compromiſſum non ualere; immo quodcunque compromiſſum factum non ſubſiſtit tanquam factum contra ſubſtantiam arbitrij, ſecundum Bart. in l. j. §. ſi plures. ff. de exercit. & ibi poſui. de qua re uide Angel. in conſi. 272. Arbitramentum porrò latum eodem die, quo factum & compromiſſum,
25 non ualet ſecundum Bal. in l. prolatam. C. de ſentent. & Soci. in conſ. 96. in 4. uol. Arbiter † qui permittit labi tempus compromiſsi negligendo iudicare, facit litem ſuam, ſicut & iudex. text. eſt. in l. j. §. ſciendum. ff. de magiſt. conue. quem dicit eſſe ſingul. Rom. in ſing. 700. incip. Tu ha buiſti. Arbitrio & compromiſſo quæ obijci poſſunt, plenè habentur apud Iaco. Butrig. in trac. de oppoſitione compromiſsi, & per Caccialupum in d. tract. de tranſactionibus, in 12. q. Scias
26 etiam in hac re, eum, qui obtinet arbitrium † euidenter iniquũ, ſi eo perfruitur, in mortale pec catum incidere. Fulg. in quodam ſuo conſ. inter conſilia. Imol. nu. 147. col. 6. Si arbiter efficitur inimicus partis, poteſt pars illa proteſtari ne arbitretur, & ſi ille ſpreta proteſtatione arbitrabi-tur, obſtabit exceptio abſque eo quòd aliquid probetur de iniquitate laudi. Feli. in c. ſuborta, nu. 6. de re iudic. Reliqua ad materiam arbitrorum pertinentia uide apud Abb. in c. quintaual lis, de iureiur. & apud Lanfrancum de Oria. in tract. de arbitris, & uide alios tractatus, qui ſimi-liter, de arbitris editi ſunt. et uide quæ poſui ad Bar. in rubr. ff. de arbitr.

27 Bar. in eodem §. col. 1. uerſ. oppo. & uidetur, ait uideri dicendum, reductionem † non dari à ſententia arbitratoris ad arbitrium boni uiri. & declarat, vt ibi per eum. Adde tu ab eius ſen tentia etiam appellari poſſe. Bar. in l. fi. col. 2. ff. de appella. recip. Et dum Bart. in eadem colu. uerſ. quærit glo. tradit, quis ſit iſte bonus uir, aitque eum eſſe iudicem: propterea quæro an à ſententia iſtius iudicis, & ſic boni uiri, liceat appellare? vide Bart. in l. j. in fin. ff. de lega. 2. & ibi Alex. col. 6. & fi.

28 Bar. in eodem §. colu. 2. uerſ. primò quæro, agit de differentia, † quæ eſt inter arbitrum & ar-bitratorem. vide Alexand. in l. j. §. & poſt operis. ff. de oper. nou. nunci. Abb. in cap. quintaual-lis, de iureiur. Orian. in tract. de arbitris, & Caccialupum in tract. de tranſactionibus, in 12. qu. Et dum Bart. ibi proſequitur declarando arbitramentum eſſe contractum, adde ſi arbitra-mentum eſt contractus, ex hoc inferri, mortua una parte non extingui ius arbitrãdi, ſed ad hæ-redes trãſire, ſicut & in alijs contractibus conditionalib. vt per Iaſ. in l. ſi quis arbitratu, col. 16.

quæſt.

29 quæst.7.ff. de uerb. oblig. & arbitramentum † propriè non esse transactionem docuit Dec.in c.siquando,col.2.de off.deleg. Et an in statutis odiosis appellatione transactionis ueniat compromissum,vide Paul.de Castr.in consi.44.in 1.vol.& in 49.eod.uolu.in fi. Alex.in consi.261. Quæritur an.d.arbiter, in lib.primi & secundi vol. vbi tenet compromissum esse tranſactionē. vide eundem Alex.in consi.13.in 1.uol.& in consi.18.in 4.uol.Card.in consi.140.Ana.in cōs. 16.& Soci. in consi.85. in 1.uol.ubi declarat.& Corn.in consi.99.in 2.uol.Ang. in consi.198. & aliquid per Ias. in auth. si uerò contigerit, in fi.C.de iudic.& omninò Caccialupum in tract. de transactionibus.in 3.q.ubi ait,etiam si doct.teneant cōpromissum esse transactionem,tamen contrariam partem esse tenendam, propriè & strictè loquendo. Tamen quando arbitramentum fuit à partibus approbatum,habet instar transactionis. Soci.in consi.85.in 1.uol.& in consilio 66.in 4.volu.

30 Bar.in eod.§.col.3.uers. Respondeo, inquit, solennitatem † iudiciorum remitti posse à partibus coram arbitro,cui ipsarum consensus dat notionem, quamuis alioqui sit coram iudice,qui habet iurisdictionem à superiore: ita etiam declarat Bar.in auth.offeratur.C. de lit.contesta.& de hoc uide remissiones apud Alex.in l.nemo potest,col.12.ff.de leg.1.vide etiā Feli.in c.quoniam contrà,col.2.de probat. Alex.in consi.13.in 1.uol. & uide doct.maximè Barb.in c.de causis,de off. deleg.col.7.& seq. Et considera hoc documentum Bart. non procedere,quando arbitri iurisdictionem ab ipsis partibus non haberent, ut putà, quia ita præcipiente statuto eligerentur; atque ita cessaret ratio allata per Bar. & ita uidetur sentire Alex.in consi.22.col.pen.in
31 quinto uol.& Corn.in consi.140.in 5.vol.Deinde quærit Bar. quando compromissum † est factum,ut de iure pronunciet,an standum sit eius sententię quando est iniusta? Bar.ait quòd nō. idem vult in l.diem proferre.§.stari.ff. de arbitr.quod an sit uerum, uide Feli.in c.causam quæ. de re iudic. Quid si potestatem habet procedendi secundum uoluntatem suam, & secundum æquitatem,uide Feli.in rubr.de præscript.vbi tenet contra Angel. & quando tenetur iudicare de iure,dicas eum sequi debere ius commune,non autem ius municipale. Cæpol.in cautel.99. vide omninò Abb.in consi.77.in 2.uol.

32 Bar.in ead.col.quærit,quando factum est compromissum † in aliquem ut in arbitrum & arbitratorem; quomodò cognoscatur,utrum procedat tanquam arbiter,uel tanquam arbitrator? aitque hoc conijci posse ex modo cognoscendi & pronunciandi. vide Alex.in consi.13.in 1. uol.ubi ait hoc percipi posse ex comparimento facto, & ex eo, quòd ipsi adeunti compromissarios est utilius,& in consi.96.col.2.uers.uel posito,eod.uol.

33 Bar.subiungit,quid si incœpit † prosequi per uiam arbitratoris, utrum redire possit ad uiam arbitri,& contrà. & dicit non posse. Ad istas quæstiones suprà positas uide Bald. in consi.43. col.fi.in 5.par.& aliquid per Feli.in c.cùm super,col.fi.de off.deleg. Paul.de Castr. in l.j.col.3. ff.de iudic.& in l.non codicilli.C.de testa.Barb.in consi.83.col.4.in 3.uol. Angel.in consi.198. & ad primam quæstionem uide Orian.in tract.de arbitris,fol.23.q.2.cum duabus seq.& Alex. & alios in l.si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.primo.& Aret.in consi.138. Ad secundam uerò quæstionem uide Oria.in d.tract.fol.24.q.5.& aliquid per Feli.in c.cū ex officij.col.20.de præscri.

34 Bar.in eadem col.quærit an ex sententia † arbitratoris actio oriatur? vide Alex. in consi. 13. in primo uol.& in l.j.col.2.& seq.uers. utrum.ff. de lega.1. Card.in consi.339.colu.4.& sequ.& in consi.56.col.2.

35 Bar.in eod.§.col.4.quærit quo iure sententia arbitratoris † reducatur ad arbitrium boni uiri. Adde tu ab eius sententia etiam appellari posse. Bar.in l.fi.ff.de appell. recipien. & uide Ias.de hac re in l.siquis arbitratu.ff.de uerb.oblig.colu.4.uers.capio. & Orian.in d.tract.fol.33.q.18. & attende in re proposita non sufficere, si à laudo reclametur, nisi etiam petatur illud corrigi, & ad arbitrium boni uiri reduci. et hoc non petito iudex ex officio suo procedere non posset.

36 Alex.in consi.243. Viso processu,in lib.primi & secundi uol.Et ex hoc infertur,si statutū † reijcit exceptionem quamcunq;,non tñ reiectum esse,quin officiū iudicis possit implorari, ubi de læsione constaret.Alex.in consi.113.col.fi.in 5.uol.& uide aliqd per Rom.in cōs.27.in 3.dub.

& nunquam compromiſſum cum adeò ampla poteſtate fieri poteſt, ut peti nõ poſsit reductio ad arbitriũ boni uiri rõne enormis læſionis. Soci. in conſ. 24. in 1. vol. Dec. in conſ. 533. & Feli.

37 in c. humilis, de maio. & obed. & in c. cùm ſuper his. nu. 14. de accuſat. Quid ſi ferat † ſnĩa continens illud arbitramentum reduci non poſſe ad arbitrium boni uiri? dic eo caſu reduci nõ poſſe, ſecundum Fulgoſ. in conſi. 111. Quid ſi arbitrator fuit electus ut bonus uir, habito reſpectu ad eum, & non ad alium, utrum ab eius ſententia detur reductio? & ſimiliter dicendum uidetur quòd non; ita ſing. ait Barto. in l. iij. §. tutori. ff. de arbitr. & dictum hoc ut mirabile ſequitur Rom. in ſing. ſuo 50. Quid ſi arbitrator tempore compromiſſi dixit quomodò ſuam uolebat proferre ſententiam, idque non latuit cõpromittentes, an poſteà à tali arbitramento peti poſſit reductio? Reſpon. non poſſe; quia habet uim tranſactionis: ita Bal. ſing. in l. uenditor. C. de

38 reſcind. vendit. quod dictum extollit Roma. in rub. ff. de arbitr. Et quid ſi laudum † approbatum fuit à partibus antequam latum eſſet, vel poſtquam eſt latum, ſed nõdum eſt uiſum, an detur reductio? Vide Caccialupum in tract. de tranſactionibus, in 12. quæſt. nu. 13. & 14. Et qua cautela utendum ſit in compromiſſo, ut reductio peti nequeat, uide Cæpol. in cautel. 8. & quibus uerbis concipi debeat compromiſſum ut tam ad incogitata quàm ad cogitata, & tam ad deciſa, quàm ad non deciſa porrigatur, vide Cæpol. in caut. 220.

39 Bar. in eadem col. 4. verſ. quæro quis erit iudex, inquit, iudicem † illum, ad quem fit reductio, intelligendum eſſe iudicem cauſæ principalis, non autem iudicem appellationis, vt communiter aduocati opinabantur. Sed quæro hic nunquid à ſententia huius iudicis liceat appellare? vide Bar. in l. j. in fi. ff. de lega. 2. vbi Alex. colu. penul. De hac autem. q. Bart. hic, vide Oria. in d. tract. de arbitris, fol. 33. quæſt. 16. & 43. & 44. Alexand. in conſi. 273. In cauſa uertente, in libro primi & ſecundi uol. Cuma. in conſi. 44. colu. fi. Feder. in conſi. 285. in primo dubio. Feli. in c. 1. col. 5. de præſcript. Anto. de Butri. in conſi. 51. Card. in conſi. 116. in ſecundo dub. & in conſi. 130. col. 6. & in conſi. 140. col. 4. Angel. in conſi. 200. & Soci. in conſi. 18. colu. 11. in 1. vol. An autem à tali reductione licita ſit appellatio? vide Abb. in conſ. 2. in fi. in 1. uol. & in cõſ. 38. in ultimo dub. eodem uol. & Card. in conſi. 139. col. 10. in 4. dub. & in conſi. ſeq. col. 15. & in his duobus conſilijs habetur, qui ordo in huiuſmodi re ſit ſeruandus. Et ex hoc etiam uide quid inferat Abb. in conſi. 14. in 1. volu. vide ad præfata Roma. in conſi. 265. & in ſimili caſu Abb. in c. cùm olim, col. j. de arbitr. Aret. in conſi. 143. colu. 8. & Federic. in conſi. 285. Et dum

40 Bar. in col. ſeq. proſequendo quæſtionem ab eo propoſitam, ſcilicèt, coram † quo iudice ſit facienda reductio, dicit, quando iſtud officium iudicis imploratur à reo, cui exceptio competit, poterit iſta reductio peti coram iudice ipſius rei, neque in hoc grauatur actor, vt ibi per eum. Vide Roma. in conſi. 42. in princip. vbi tradit quid fieri debeat etiam quando iſte reus haberet plures iudices. & ad hæc accedat Alex. in conſi. 103. in 5. vol. & Peruſin. in rubr. de appell. col. pen. & ſeq. & Anchar. in conſi. 332. in fi.

41 Bart. in eod. §. & col. quærit infra quantum tempus † reductio fieri debeat. vide Orian. in d. tracta. de arbitris, fol. 34. & ſeq. quæſt. 20. & ſequ. & aliquid per Roma. in conſi. 9. & in conſi. 127. col. 1. in 3. dubio. & aliquid per Feli. in c. quoniam contrà, col. 19. in fi. de probat. & in c. quod ad conſultationem, col. 16. de re iudic. & omninò Alex. in conſi. 237. Viſis proceſsibus, col. fi. in lib. primi & ſecundi uol. Soci. in conſi. 220. col. 3. & ſeq. in 1. uol. Bal. in conſi. 67. in 3. uol. & omninò Dec. in conſi. 39. col. fi.

42 Bar. in eod. §. col. 6. verſ. quæro utrum poſsit renunciari, tradit nunquid huic reductioni † ad arbitrium boni uiri renunciari poſsit? vide quæ poſui ſuprà in iſto. §. & plenè Orian. in d. tract. de arbitris, fol. 30. cum ſeq. quæſt. 14. & 17. & fol. 45. quæſt. 51. Alex. in conſ. 3. col. 3. in 1. uol. & in conſi. 22. eod. uol. Abb. in conſi. 64. in 1. uol. Feder. in conſi. 66. & in conſi. 125. vide etiã Paul. de Caſtr. in l. ſi unus. §. illud. ff. de pact. & in ſimili caſu Imol. in conſi. 81. & in conſi. 147. col. fi. Card. in conſi. 29. col. fi. Ant. de Butr. in conſi. 24. Bal. in d. §. illud. Ioan. Calder. in diſputatione incip. Duo litigantes compromiſerunt. Angel. in diſputatione incip. Duo ad inuicem litigantes, Cæpol. in cautel. 222. incip. Difficile eſt dare remedium. Anan. in conſi. 16.

col. 2.

col.2.in 3.dubio.& ibi ad eum addita.& in consi.50. & ibi addita. Anchar. in c.canonum statuta,col.70.de const.& Alex.in consi.174.Opportunè considerato,in lib.primi & secundi vol. vbi uidetur limitare quando promissum fuisset de non dicendo de nullitate,& adiecta esset pœna uel iuramentum.& in consi.143.col.fi.eod.vol.vbi ponit quid si dictum fuisset, vt possit auferre uni & dare alteri,vt ibi uidere est. vide etiam Angel.in consi.172.& Paul.de Castr.in cõs. 74. vbi tradit,quid si renunciatum fuisset, & simpliciter promissum de standolaudo, & quòd
43 possit lædere in parua & in magna quantitate. Nunquid autem stante † statuto prohibente contra laudum quicquam opponi posse uel obijci, possit peti reductio. Bal.tenuit eam peti nõ posse. sed hanc decisionem dubitabilem esse probat Alex. quem uideas omninò in consi. 113. col.fi.in 5.vol. Vide Soci.ad hæc in consi.220.in 1.uol.vbi latè tractat de ijs,& maximè,si iura-
44 mentum interuenisset, & adessent clausulæ similes præcedentibus. Quid si à statuto † expressè sublata est reductio ad arbitrium boni uiri? vide Fulg.in consi.120.& Dec.in consi.39.col. fi.ad quem semper in hac materia recurrendum esse censeo: quia ponit communes conclusiones,& multum clarè loquitur.vide Paul.de Castr.in consi.73.& Bal.in consi.117.in 4.volu. & in consi.252.eod.vol.ubi agit de compromisso in quo est facta huiusmodi renunciatio, utrum videatur remissus dolus & lata culpa. Item si sit excessa forma compromissi, & sit laudum latũ contra ius. & Angel.in consi.172.& in consi.314.& Bal.in consi.380.cum seq.in 1.uol. & ad materiam huius quæstionis,quam hic ponit Bar.uide Paul.de Cast.in l.si quis arbitratu, col.fi. ff.de uerbo.oblig. & Soc.in d.consi.220.col.4.& col.6.dicit,si statutum tollit reuisionem,non intelligi ex causa enormi. & ista quæstio Bar.locum habet, quando iustè arbitratur, alioquin si iniustè.l.si libertus iurauerit.ff.de oper.libert.c.quintauallis,de iureiur.Bar. in l.Iulianus uerum
45 debitorem,col.4.uersi.& prædicta.ff.de cond.indeb.& ista lauda † siue arbitramenta ratificari non posse antequam sint prolata,docuit Bal.in l.fi.col.fi.in 2 quæst.C.de contrah.empt.in d.l.si vnus.§.illud.ff.de pact.in fi.vbi concludit,nullum dari remedium quin possit peti reductio,immo etiam cum iuramento non ualet. vide Dec.in d.consi.39. qui est auriga huius inuestigationis. vide etiam Paul.de Castr.in consi.70. in 1.vol. Deinde Bart. hic progreditur discutiendo, quid iuris sit si in huiusmodi renunciatione apposita esset clausula,quòd possit accipere de iure
46 unius & dare alteri, in parua,& in magna † quantitate, de qua paulò ante mentionem fecimus. Dicas eam procedere respectu rerum,quæ in compromisso deducuntur, alioqui uerò de alijs. Soci.in d.consi.220.col.1.& uide de hoc pacto,Paul.de Castr.in d.l.si quis arbitratu, col.fi. Et dum Bar.ibi subiungit, ideò pactum non ualere ubi datur enormis excessus, aliter dicitur in l. sed & si susceperit.§.1.cum glo.in uoce,modica.ff.de iudic.& uide Alex.in consi.47.col.3.ver. & nimis,in 1.vol. Attende unum,quod ex dictis Bar.hoc in loco colligitur,sentit enim pactum non ualere ea ratione; quia in magno excessu præsumitur inesse dolus,atque ita uult pactũ hoc tollere non posse dolum hunc præsumptum. sed contra hoc sunt bonæ authoritates,quas attulit Feli.in c.si diligenti.nu.39.de for.compet.quibus probatur, pacto renũciari posse dolo præsumpto futuro,non tamen uero dolo & certo.id quod vr ualidè reluctari huic Bar.documento.
47 Bar.in eod.§.col.8.inquit,excessum † in sexta parte continere manifestam læsionem, & ideò sub dubio fortè,ait,si contra procuratorem non daretur regressus, implorari posse remedium. l.ij.C.de rescin.uend. Contra istam decisionem Bar.tenet Aret.in consi.25. Deinde Bar. ibi in uers.quæro utrum, tradit an ex nouis probationibus arbitramentum detegi possit æquum an iniquum? & distinguit ut ibi uidere est. vide remissiuè Ias.in lectura.l.admonendi, col.9.uersi. ex tertia parte glo.ff.de iureiur.& in repet.col.15.vers. nunquid.& in l.sub prætextu. col.1. C.
48 de transact. Et an & quando arbitramentum † siue laudum retractari possit prætextu instrumentorum de nouo repertorum,vide Soci.in consi.66.in 4.vol.& dum Bar. ibi in col.seq. quæ est pen.ait,arbitratorem arbitrari debere secundum qualitatem personarum. vide Abb.in cõs. 64.col.2.& seq.in 1.volu. & Bal.in consi.67.in 3.uol.& omninò Corn.in consi.221.in 2.uolu. Posteà subiungit Bart. quando quis est deceptus in transactione,siue laudo, inspiciendam esse non ueritatem sed æstimationem dubij euentus illius litis. vide Soci.in consi.85.in 1.volu. vbi

ſequitur Bar.hic. dubius enim euentus operatur, ut multa tolerentur,quæ alioqui non permitterentur. vide in quodam conſi. Lud.Bologn.inter conſilia Alex.in 4.volu.Dum autem Bar.
49 ibi in uerſ.Quæro quando examinatur, tractat utrum arbitratores † poſsint eſſe teſtes, quando examinatur æquitas vel iniquitas arbitrij? vide Fulg.in conſi. 142.inquit, teſtimonium eorum quò ad iuſtificandam ſuam ſententiam nullius eſſe momenti. & de hac re uide Abb.c.non ſine,de arbitr.& Feli.in c.cùm à nobis,de teſti. & ad rem hanc uide omninò eundem Feli. in c. cùm dilecti.nu. 6.de accuſat.An autem iſte,qui examinat,pronunciare poſsit arbitrium irritum eſſe & inane,quamuis ei ſit tantum commiſſa æquitas uel iniquitas examinanda? vide Oria.in d.tracta.de arbitris,fol.41.& ſeq.quæſt. 38.

50 Poſtremò Bar.quærit,quid ſi eſt iuratum † ſuper compromiſſo, in quo renunciatum eſt reductioni. vide omninò multa ad rem hanc pertinentia quæ poſui ſuprà. Item attende, quia iramentum recipit omnes illas conditiones,quas patitur promiſsio principalis, à iuris diſpoſitione.l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.quod limita ut per Bal.in c.quæ in eccleſiarum,col. 12.de conſtit. vide ad præfata Ant.de Butr.in conſi. 24.vbi plenè Alex.in conſi.42.col.7.in 1.vol.& Soci.in conſ. 85.in primo uolu.

Summarium in l. ſi ſocius.ff. pro ſoc.

1 *Pactum inter ſocios ut filiæ de communibus bonis dotentur,ualidum eſt.*

2 *Ille qui habet bona communia cum alio fratre,non tenetur dotare de communibus bonis filias fratris.*

Bar.in l.ſi ſocius. ff. pro ſoc.

1 BART. in d.l.ſi ſocius,ſic ait in ſumma. Pactum † inter ſocios,vt filiæ de communibus bonis dotentur,ualidum eſt*. & reliqua ut ibi per eum. Pro intellectu & de materia huius.l.vide Alex.in conſi.275. Circa primum,in lib.primi & ſecundi uol.& in conſi.297.Videretur circa, in eodem uol. & in conſi.103. in 3.vol.& in conſi.76. Viſo themate, in 4.uolu. & in conſi.86. An dos debeat,in eodem uol. Bal.in conſi.490.in 5.volu.Ant.de Butr.in conſi.7. Rom. in cõſ.
2 145.& in conſi.413. vbi tenet per hanc.l.eum, qui habet bona communia † cum alio fratre, non teneri dotare de communibus bonis filias fratris. de qua re agit Alex. in conſi.70.in 5.uolu.& Soci.in conſi.46.Redeundo autem ad intellectum & materiam huius.l.vide Soci.in conſ. 46.col.fi. & in conſi.192.& in conſi.231.& 291. Viſis literis,in 1.uol. & in conſi.4. in 4.uolu. vbi not.loquitur circa iſtam.l.& eam aliter intelligit quàm faciunt aliqui docto. & uide Dec.in auth.quod locum,in fi.col.C.de collat.& in conſi.66.& in conſi.68.

Summarium in l.j.ff.de contrah. empt.

1 *An contractus emptionis ſit de iure gentium.*

Bar.in l.j.ff.de contrah, empt.

1 BART. in d.l.j.tradit an iſte contractus † emptionis ſit de iure gentium, vt ibi uidere eſt apud eum. vide Iaſ. in l.ex hoc iure,col. 2.in ultimo notab.ff.de iuſt.& iu. Tu aduerte quia per iſtam.l.dicitur,expenſam in cudendo nummos de publico fieri debere, & tantum ualere in materia quantum in forma: ita Bar.cum quo alij ſimpliciter tranſeunt in l.ij.§. mutui.ff.ſi cert.pet.& Bar.in l.j.ff.de auro & arg.lega.& in l.Paulus,colu.j.ff.de ſolut.& in l.j.C.de ponder.aur.lib.10.vbi ſiue ſoluatur materia,ſiue forma, debet eodem pondere moderari & regi. quamuis contrarium teneant Innoc.& Abb.in c.quanto, de iureiur.pro quibus facit iſte tex.ibi, non tàm ex ſubſtantia, ſcilicèt argenti & auri, vt ibi exponit gl.quàm ex quantitate, hoc eſt, æſtimatione. & quamuis iſte tex. uideatur uelle communem uſum expendendi conſiderari in pecunia,non autem in materia,tamẽ contrarium concludit idem Bart. in l.quote.ff. ſi cert.pet.in ultima col.uerſ.iuxta, & ibi Alexand.col.2. & Iaſ.in 7.col. Et dum Bar.in fi.

huius

huius.l.ait,vbicunque fit mentio de conſenſu, intelligi debere de conſenſu adhibito inter præſentes,vide quæ poſui ad Bar.in l.abſenti.ff.de donat.

Summarium in l. ſi ſciens.ff.de contrah.empt.

1 *Prohibitione iudicis impeditur translatio dominij.*

Bar.in l.ſi ſciens.ff.de contrah.empt.

1 BART. in d.l.ſi ſciens,inquit,prohibitione† iudicis impediri translationem dominij. De hac re uide Bar.in l.filiusfam.§.Diui.ff.de lega.1.colu.4.verſ.quæro an præceptum iudicis, vbi Iaſ.in 1.col.in verſ.ſextò quærit. & in ſecunda lectu. col.20. uerſ. ſextò quærit,& ibi in eiſdem lecturis in 5.quæſt.Bar.agit,an arbiter poſsit impedire dominij alienationem. & ibi limit.vide omninò quæ de hac re poſui ſupra in tit.proximo ad Bar.in §.arbitrorum.

Summarium in l.rem alienam.ff. de contrah.empt.

1 *Ille,qui rem alienam uendidit ſcienti eam eſſe alienam,cogi non poteſt ad illam tradendam.*

Bar.in l.rem alienam.ff.de contrah.empt.

AD iſtam.l.vide aliquid per Soci.in conſi.61.col.4.in 5.vol.& dicas eum, qui rem alienam
1 † uendidit ſcienti eam eſſe alienam, cogi non poſſe ad illam tradendam. Alex.in conſi.66.in 4. vol. & cogita dum hic dicitur, rem alienam uendi poſſe; & in ſimili poterit locari & deponi: quare hoc idem & in mutuo fieri non poſsit? nam debet dominium transferri.l.ij. §. mutuum. ff.ſi cert.pet.conſidera ſi dici poſſet, hoc ideò eſſe in mutuo, quia promitto mutuare in genere, ſed in uenditione ſumus in ſpecie, & propterea dominium non transfertur. atque ita data paritate inter iſtos caſus nulla eſſet differentia: nam neque hoc erit mutuum ſi do tibi decem, quæ alius apud me depoſuit: quia non transfertur dominium. nec dici poteſt rem alienam debere conſumi,quoniam hoc fieri non poteſt, cùm ſit aliena, alioqui uerò eſt in alijs contractibus; quia ſi emo x.corbes frumenti alieni animo cõſumendi,ualet uenditio. Cogita.Et ad præfata omnia uide Fabianum de Monte in tract.de emptione & uenditione, in 4.q.princip.nu.7. cum ſeq.vbi ait,rem alienam uendi non poſſe quò ad præiudicium domini,ſed tantum quò ad præiudicium ipſius uenditoris,qui tenetur de euictione. & hoc in immobilibus, in mobilibus autem contractum eſſe inualidum,quia in ipſo actu uenditionis furtum committitur. Et quid ſi emptor ſciebat rem eſſe alienam? vide ibi hæc omninò & alia ad rem pertinentia.

Summarium in l. ſi in emptione.ff.de contrah. empt.

1 *Diſſenſum circa acceſſoria non uitiare contractum.*

2 *Si permutaui codicem meum cum tuo digeſto, cum hoc ut mihi dare debeas uiginti ultra librum, an hæc ſit emptio,uel permutatio.*

Bar.in l.ſi in emptione.ff.de contrah.emp.

1 BART. in d.l.ſi in emptione,in prin. inquit,diſſenſum † circa acceſſoria non uitiare contractum.& in dubio fieri debere interpretationem contra creditorem.vide Paul.de Caſt.in conſ. 336.vbi loquitur in ſententia. & quid per hanc.l.inferat Bar. in l.ſi quis arbitratu, col.1.in fin. cum ſeq.ff.de uerb.obli.vbi Iaſ.col.7.verſ.Tu autem.Et dum Bar.in hac ead.l.ſubiungit,ſi per-
2 mutaui † codicem meum cum tuo digeſto, hoc acto, ut mihi dare debeas xx. ultra librum, an hæc ſit emptio an permutatio? deciditque inſpiciendum eſſe quod principaliter agitur. vide Barb.in conſi.56.col.3.in 2.uol. & pulchrum exemplum uide apud Alex. in conſi.119.colu.2. uerſ.quod autem,in 5.vol.& uide etiam quid ex hoc inferat Bal.in rubr.C.de rer.permut.in fi.

Summarium in d.l. ſi in emptione. §. omnium.ff.de contrah.empt.

1 *Statuto alienatio prohiberi poteſt.*

Bar.in d.l.ſi in emptione.§.omnium.ff.de contr.empt.

1 BAR. in ead.l.§.omnium,ait,ſtatuto † alienationem prohiberi poſſe. vide Bar.in l.dudum. C.de contrah.empt.Bald.in l.fi.C.comm.de leg.& in conſi.8.in 2.uol.Pau.de Caſt.in cõſ.195.

Alex.in l.ij. §.1.ff.de action.empt.Bald.in consi.349.in 1.uol. & in consi.310. & 314.in 3.uol. & quia Bar.remittit se ad ea quæ scripsit in §. Diui,vide eum ibi in 3.col.uers.quæro an per statutum,vbi Ias.latè in 1.lectura,quo loci fusius distinguit inter laicos & clericos.

Summarium in d.l. si in emptione. §. tutor.ff.de contr.empt.

1 *Executores emere non possunt de rebus quas uendere debent ex officio.*

2 *Executor an possit mutuare pecunias, quas recipit, & sibi applicare lucrum ex huiusmodi mutuatione proueniens.*

Bar.in d.l.si in emptione.§. tutor.ff.de contr.empt.

1 BAR. in eadem l.§.tutor,ait,executores † emere non posse de rebus,quas uendere debent ex officio. vide Rom.in consi.119.& Dec.in consi.72. col.1. An autem executor ultimæ uoluntatis possit res uendere habita fide de pretio? Feli.in c.cùm olim.j.de off.delega. An huiusmodi executor si teneatur bona inter pauperes erogare, possit ea dare suis filijs & nepotibus
2 quando sunt pauperes. Anch.in consi.436. An talis executor † possit mutare pecunias quas recipit,& sibi applicare lucrum ex huiusmodi mutatione proueniens? & puto non posse, per ea,quæ de exactoribus publicis decidit Bar.in l.unica.C.de aur.publi.persecut.subest enim eadem ratio. & Bar.inquit exactores non posse tuta conscientia huiusmodi lucrum retinere. tamen ego uidi multoties contrarium seruari. Vide omninò Dec. de hac re in consi.6. & an executores testamenti tutoribus æquiparentur, ita ut dispositum in uno,locum habeat in alio? vide Fulgos. in consi.51.

Summarium in l. quod sæpe. §. in his ff.de contrah.empt.

1 *In his quæ uenduntur ut species, periculum est emptoris incontinenti.*

2 *Si fit uenditio ad mensuram & traditio sequatur absque mensura, periculum rei uenditæ spectat ad emptorem.*

3 *An & quando uenditio fundi facta ad mensuram dicatur facta ita ut uenditor teneatur.*

Bar.in l.quod sæpe.§.in his.ff.de contrah.empt.

1 BART. in d.l.quod sæpe.§.in his,ait in ijs,quæ uenduntur † vt species, periculum esse emptoris incontinenti,in ijs uerò quæ ad pondus & mensuram, periculum esse emptoris cum distinctione,vt hic in tex.vide istum tex. alleg.à Bar.in consi.incip. In causa D.Cioli,& Alexand. in consi.90.Viso processu,col.fi.in 5.volu.Et de materia huius text. quando periculum spectat ad emptorem,scilicèt à die mensuræ uel ponderis tantum,& quomodò,vide Bar.in l.Iulianus. §.si Titius.ff.de action.empt.& Dec.in consi.179.& Soci.in consi.26.in fi.in 3.volu. Attende,
2 quia si fit uenditio† ad mensuram, & traditio sequatur absque mensura, periculum rei uenditæ spectare ad emptorem. Paul.de Castr.& Sali.in l.ij.C.de peric.& commod.rei uend. Item si in instrumento adest clausula constituti possessio transfertur etiam ante mensuram. Bar.in tract. de insula,in ultima figura. vbi ponit an translatum sit dominium. verior tamen uidetur esse diuersa sententia; nam huiusmodi contractus dicitur factus sub conditione si mensura subsequatur; ideò ante conditionis euentum, hoc est ante mensuram est imperfectus,& consequenter periculum ad emptorem,non autem ad uenditorem pertinet.Bar.in consi.121. In quæstione. Alexand.in consi.24.Viso processu,col.2.in 6.uolu. Aret.in consi.11. Procedendum est.Soc. in consi.ultimo in 3.vol.& latissimè Curt.iunior in duobus consilijs editis pro D. Matthæo fra
3 tre suo, quibus se subscribit Mari.Soci.iuni.in consi.26. Et an & quando uenditio† fundi facta ad mensuram dicatur facta ita ut uenditor teneatur,vide distinctionem Soci.in consi.32.in 4. vol.& in l.demonstratio.ff.de condit.& demonstr.& omninò Feli.in c. significanti,num.10.de rescrip.Alex.in consi.73.in 3.vol.& omninò in consi.7.in 4.vol.& in consi.44.in 6.vol.vbi not. loquitur,& adducit hoc documentum ad aliam rem. & ad præfata uide eundem Alex. in consi. 106.& in consi.107.in 6.volu. Dec.in consi.500. quem uideas semper,& Ias.in consi.55.& in consi.73.& in consi.79.in 1.uolu.

Summa

Summarium in l.si debitor.ff.de contr.empt.

1 *An uerbum præteriti pluſquam perfecti, uel præteriti imperfecti, uel optatiui modi trahatur ad futurum.*

Bar.in l.ſi debitor.ff.de contr.empt.

1 BART. in d.l.ſi debitor, tradit an uerbum præteriti † pluſquam perfecti, uel præteriti imperfecti, uel optatiui modi, trahatur ad futurum: & remittit ſe ad ea, quæ dixit in l.j.ff.de iur. codic.circa illam clauſulam,ſi non ualet &c.iſtum tex. Dec.adducit ad probandum,in contractibus bonæfidei,in quibus dies & pœna fuit appoſita,moram purgari non poſſe. id quod inquit etiam Alex.in l.ſi inſulam,col.8.ff.de uerb.oblig.ubi refert Raph.Cuma.& Imol. idem tenentes. & in conſi.9.& in conſi.148.in 7.vol.& hoc idem uidetur ſentire gl.in l. Lucius. ff. de action.emp.in uerbo,exhibuerit,dum ibi ad tex.ſubaudit,maximè. quamuis contrarium ibi teneat Paul.de Caſt.& in d.l. ſi inſulam, dicens ſpeciale eſſe in contractibus bonæfidei, ut mora purgari poſsit,quamuis in eis poſita ſit pœna & dies. Hoc etiam uult Bald. & idem tenuit in l. cùm allegas,in 6.oppoſ.C.de uſu.& ad hanc opinionem acceſsit Antonius de Prato in cõſ.49. inter conſilia Alex.in 5.col.in 4.vol.& Aret.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de uerbo. obligat. & ad hunc tex.reſpondet. Tamen Alex.in conſi.76.Videretur prima facie,colu.4.in 1.volu.ait non
∗ eſſe locum purgationi moræ. & hanc eſſe * commu. opinionem. De qua re uide latè eundem Alex.in l.qui Romæ.§.Calimachus.ff.de uerbo.oblig.& an & quando mora purgari poſsit, uide Soci.in conſi.199.in 1.vol.Dec.in conſi.451.Anto.de Butr.in c.breui.de iureiur. Fulgoſ.in conſi.154.& latiſsimè Marcum Antonium Bauerium in tract. de mora. & quæ pono ad Bart. in l.ſemel mora.ff.ſolut.matrim.

Summarium in l.qui fundum.ff.de contra.empt.

1 *Si ſtatutum eſt parti aliquod tempus ad petendum, utrum poſt terminum poſſit addere libello.*

2 *Poſt terminum datum ad probandum & probatum habendum, poſſunt peti teſtes publicari.*

Bar.in l.qui fundum.ff.de cont.emp.

1 BART. in d.l.qui fundum,in principio quærit,ſi ſtatutum eſt parti † aliquod tempus ad petendum,utrum poſt terminum poſsit addere libello? & diſtinguit; aut fuit datus terminus ad exprimendam quantitatem,quam uolebat petere,aut ſimpliciter ad petendum. Attende quoniam ex hoc Bartoli documento colligitur,ſi ſtatuto cautum eſt,petitionem fieri debere infra certum terminum,& petitio ſit facta in genere,poterit tamen poſteà elapſo termino declarari. & hoc uoluit etiam Ang.in l.hæredes palam,ver.ſed ſi notam.ff.de teſtam. Et pari ratione poſt
2 terminum † datum ad probandum & probatum habendum,tamen poterit peti teſtes publicari debere,ſecundum Archid.& Gemin.in c.pia,de except.in 6. & Bal.in l. ad teſtium, in princi. ff.de teſt.quod eſt adnotandum.& vide Alex.in l.edita.col.2.C.de eden.& Card.Alexandr. in c.cognoſcimus.34.diſt.& Feli.not.in c.licèt cauſam,colu.13.verſi.limita decimò,de probat.& in ſimili caſu in c.paſtoralis.col.8.de excep.& in c.fi.col.fi.eod.tit.& Barb.in conſi.18.col.9.& ſeq.in 1.vol.& in conſi.21.col.4.in 2.vol.Imol.in conſi.4.col.2.Ad rem faciunt quæ habentur apud Feli.in c.fi.col.6.verſi.fallit ſecundò,de conſt.& uide dominos de Rota in deciſi.3.in tit. de teſti.in nouis. Rom.in conſi.443.in 2.dub.ubi ipſe quoque citat hanc.l.vide Alex.in ſimili caſu,in conſi.125.in 5.vol.Barb.in conſi.7.in 1.vol.& in conſi.87.in fi.eod.vol.Feli.in c.2.col. 10.de libel.oblat.& in c.ſuper quæſtionum,de off.deleg.

Summarium in l.Labeo ſcribit ſi mihi.ff.de contr.empt.

1 *Conditio habetur pro impleta quò ad eum per quem ſtetit.*

Bar.in l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam.ff.de cont.empt.

1 BART. in d.l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam,inquit,conditionem † haberi pro impleta,quò ad eum.per quem ſtetit. vide Alex.in conſi.191.Inſpectis,& ponderatis,in libro primi mi & ſecundi vol.& Rom.in conſi.434.Adde conditionem haberi pro impleta non ſolum quãdo ſtat per eum,qui debet adimplere,ſed etiam ſi ſtat per tertiam perſonam,quominùs implea tur.Iaſ.in l.dedi.§.quanquam.ff. de cond.cau.dat.

Summa-

De contrahenda emptione.

Summarium in l.littora.ff.de contra.empt.

1 *Aggeres & fossata mensurari debere.*

Bar.in l.littora.ff.de cont.empt.

1 BART. in d.l.littora,inquit, aggeres † & fossata (ut uerbis eius utar) mensurari debere.de hac re uide Alex.in consi.263.Omissis argumentis,in libro primi & secundi volu.& Bar.in rubrica.C.de contr.empt.ubi loquitur de ripa.& in tract.Tyberiadis. & Ias.in l.quominus. ff.de flumin.ubi tradit etiam quid si in ripa essent arbores fructiferæ,utrum in uenditione fundi continentur. & quid ueniat in uenditione,& quę res uenditę intelligantur,ut putà, an in uenditione fundi ueniant ripę & fossata. & an in uenditione castri ueniat iurisdictio: & quicquid ad uẽditionem pertinet,uide per Fabianum de Monte in tract.de empt.& uendi.

Summarium in l.nuda & imaginaria.ff.de contr.empt.

1 *Ex imaginaria uenditione dominium non transfertur.*

2 *Simulatio quomodò probari possit.*

Bar.in l.nuda & imaginaria.ff.de cont.empt.

1 BART. in d.l.nuda & imaginaria,dixit,ex imaginaria † uenditione dominium non transferri. De hoc uide Paul.de Cast.in consi.7.in fi.& in consi.330.& Soc.in consi.264.in 1.volu. Et dic huiusmodi alienationem usque adeò nullius esse roboris & momenti, ut etiam si ei addatur iuramentum,nullum tamen afferat adiumentum. glo. est * communiter approbata in l.ab emptore.in fi.C.plus ualer.quod agi.& vide Ias.in §.rursus,col.2.uersi.ultimò præmitte.inst.de
2 action.vbi tradit quomodò actus simulatus probari debeat.Et in materia simulationis † & quo modò probari possit,vide omninò Fulg.in consi.134.Aret.in consi.65.Abb.in consi.49.in 1. vol.& in consi.69.in 2.vol.Soc.in consi.164.col.3.in 1.vol.& in consi.262.eod.vol.& in consi. 90.in 3.vol.& simulatio probatur ex coniecturis quando liquidò probari non potest. Soci.in consi.18.col.8.in fi.in 1.vol.Dec.in consi.644.& omninò in l.imaginaria uenditio.ff.de regul. iur.& ex quibus præsumatur simulatio,vide Alex.in consi.54.in 6.vol.Feli.in c.si cautio,num. 55.de fid.inst.& Ias.in l.si ea.C.de transact.& simulationum multas esse species,& quasdam esse licitas,alias verò illicitas,docuit Cæpoll.in caut.243.

Summarium in l.domum emi.ff.de contr.empt.

1 *Si res quæ uenditur,non subest,non ualet uenditio.*

Bar.in l.Domum emi.ff.de cont.empt.

1 BART. in d.l.domum,ait,si res,quæ uenditur, † non subest,non ualet uẽditio: sed si subest pro parte, ualet, & ex officio iudicis pretium diminuitur. vide quid per hanc.l.inferat Bart.in l.societatem.§.arbitrorum,col.1.ff.pro soc.& in l.si quis arbitratu,col.1.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.cum seruo.§.demonstratione.ff.de contr.empt.

1 *Fines non sunt necessarij quando alijs demonstrationibus res clara redditur.*

2 *Fines an sint de substantia,ita ut eorum omissio uitiet.*

3 *Fines probantur per instrumenta,etiam inter alias personas celebrata.*

Bar.in l.cum seruo.§.demonstratione.ff.de cont.empt.

1 BART. in d.§.demonstratione colligit ex isto tex.fines † non esse necessarios,quando alijs demonstrationibus res clara redditur.Attende, quia res uendita demõstrari debet saltem per duos fines: ita Alex.in l.ij.ff.de liber.& posth.post Bar.ibi,col.pen.& in l.si quis in fundi uocabulo,col.3.ff.de leg.1.& scias communiter rem quamcunque demonstrari, quando duo fines ueri esse reperiuntur: idque plenæ sufficere probationi. Bar.in l.demonstratio falsa.ff. de condit.& demonstr.Limita hoc esse uerum nisi contra aliquem ageretur, ut in pœnam incideret: quoniam ad excusandum eum à pœna,sufficit,si dicat se non putasse eam esse rem,de qua agebatur; quia aliquæ ex demonstrationibus adiectis illi non conueniebant. tex.est singul.& memoratu dignus in l.in testamento. 1.ff. de cond. & demonstr. idque tradit Alex. in consi.35.in
2 5.vol.Et an fines † sint de substantia,ita ut eorum omissio uitiet? dicas quòd non, quando aliter constat de re,ut etiam hic ait Bar.ita inquit Fulgos.in consi.183. Et an & quando fines rei,

petitæ

petitæ sint deducendi in libello,& quid si alijs demonstrationibus constat de re petita, & quid si fines non apparent,aliaque multa ad rem facientia,vide per Feli. in c. 1.§. significantibus, de libel.oblat. Et ex quibus probentur confinia, vide Albert.Brun.in consi. 34.& præsumptiones sufficere,docuit Alex.in consi. 11.col.fi.in 4.vol.& ad rem uide Dec.in cõsi. 42.col.6. cum seq. & in consi. 109.Soc.in consi. 86.& in consi. 89.in 1.vol.Feli.in c.cùm causam,de proba. & hoc
5 probari † per instrumenta etiam inter alias personas celebrata,aiunt Alber.Bal. & Sali.in l.cum aliquis.C. de liber. refert & sequitur Ias.in cons. 34.nu. 7.in 1.vol. & in antiquis fines probantur etiam per testes de auditu,& de communi opinione, per libros antiquos, & huiusmodi genus alia,ut per Abb.& alios in d.c.cùm causam, de probat. & fines probari posse communiter per instrumenta antiqua,tradit Soc.in consi. 256. col.4.in 1.vol. & an probentur per instrumenta facta inter personas particulares,vide eundem Soc.in cons. 194.col.pen.in 1.vol.

Summarium in l.clauibus.ff.de contr.empt.

1 *Clauibus traditis uidetur etiam tradita possessio eorum, quæ sub clauibus continentur.*

Bar.in l.clauibus.ff.de contra.empt.

1 Bart. in d.l.clauibus, inquit, clauibus, † traditis uideri traditam esse possessionem eorum,quæ sub clauibus continentur. vide Alexand.in l.j.in principio. col. 19. ff. de acquir. possess. & in l.iij.in princ.eod.titu.& Oldr.in consi.200. in fin. Barb.post alios in c.2.de consuet.& Ant.de Butr.in c.fi.de caus.poss.& propriet.Abb.in c.cùm aliquibus,de re iudic. Et dum Bart. subiungit,quo casu facta traditione à domino transfertur dominium,eodem casu traditione facta à non domino transferri conditionem usucapiendi. vide Alex. in l.Pomponius. §. si iussa. ff.de acquir.poss.col.fi.ubi ait, collectionem hanc à contrario sumi non debere, scilicèt, dominus non transfert dominium,igitur non dominus non transfert usucapiendi cõditionem: quia hoc esset arguere de maiori ad minus. De hoc vide Ias.in l.fi.col. 5.versi. nunquid. C.de episc. & cleric.Limita tamen hanc regulam non procedere,quando dominium sine possessione trãs ferretur, quia si fieret à nõ domino,non transferretur usucapiendi conditio. Bal.in l.eum qui, in principio. ff. de public. Item limita non procedere quando dominium & possessio in ignorantem transferuntur; quoniam non propterea transfertur usucapiendi conditio. glo.in l.j. C.de acquir.possess.

Summarium in l.fistulas. §. fundum.ff.de contr.empt.

1 *Tutor potest sibi ipsi tradere rem sibi debitam.*

Bar.in l.Fistulas.§.fundum.ff.de cont.empt.

1 Bart. in d.l.fistulas.§.fundum,ait,tutorem † posse sibi ipsi tradere rem sibi debitam. contra hoc uidetur urgere tex.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebell.pro cuius solutione uide Ias. in l. singularia,col. 7.versi.concludunt. ff.si cert.pet. ubi ponit aliqua circa istum text. & in d.§. fuit quæsitum.in 2.notab.vide Bar.in l.j.col. 7.vers.sed pone.ff.de acq.poss.& ibi Ias.col.24.& Bar. in d.l.singularia,in 5.speciali,ubi Ias.col.7.8.& 9.

Summarium in d.l.fistulas. §.qui fundum.ff.de cont.empt.

1 *Dominium rei uenditæ non transferri pro parte, quamuis pro parte tantum pecunia sit soluta.*
2 *Si duo sunt hæredes illius, qui ex pacto, cogere potest emptorem ad retrouendendã rem, & alter tantum uult suam partem redimere, & alter non, nunquid partem illam dumtaxat uendere teneatur.*
3 *Quomodò fieri possit ut integro pretio non soluta pensio debeatur, uel fructus sint uenditoris.*
4 *Si factum est pactum de emendo & uendendo, & uigore huius pacti pecunia soluatur, utrum intuitu huius pecuniæ possit aliquid percipi.*

Bar.in d.l.fistulas.§.qui fundum.ff.de cont.emp.

1 Bart. in ead.l.§.qui fundum,colligit ex tex. dominium † rei uenditæ non transferri pro parte, quamuis pro parte tantum pecunia sit soluta: quia fortè uenditor non nisi totam rem uendere uoluisset. vide ad hoc Alex.in consi. 215.in libro primi & secundi vol. & in consi. 17. in fi.in 4.vol.& in consi. 76.colu.4.in 5.volu.Abb.in consi. 66.in 1.vol.Paul.de Castr. in consi. 132.& quæ posui ad Bart.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de action.emp. quid si uenditor annuam ex

pacto

pacto recipit pensionem, donec ei integrum pretium sit solutum, eique tantum pars pretij sit soluta? Dicas pro rata diuidendam esse pensionem, quamuis hoc in pacto expressum non fuerit. Abb.in d.consi.66.in 1.vol.item ad rem faciunt tradita per Mari.Soc.iuni.in cõs.26. quid
2 si duo sunt hæredes † illius, qui ex pacto cogere potest emptorem ad retrouendendam rem, & alter tantùm uult suam partem redimere, & alter non, nunquid partem illam dumtaxàt uendere teneatur? Dicas non posse, per rationem hoc in loco allatam; quia fortè is non nisi totam rem emere uoluisset: ita Decius in l.eius qui.num.8.ff. de cert.pet. quid si uenditio facta sit de pluribus rebus simul, & agnati.uel socij, qui habent beneficium redimendi, uolunt unam tantũ redimere? vide Matth.de Afflictis.in tract.prothomiseos.§.6.nu.5.ubi hoc tenet fieri posse. ta
3 men cogita propter prædicta. Quomodò † autem fieri possit, ut integro pretio non soluto pẽ sio debeatur, uel fructus sint uenditoris: vide Cæpoll.in cautel.125.& Fabianum de Monte in tract.de emp.& uend.in 7.q.nu.15.& in hac re attende unum singulare, quia quando translatũ est dominium in aliquo, & tamen utilitas principalis pertinet ad transferentem dominium, tũc si illa res perit, periculo eius perit, quamuis translatum sit dominium in alium.text.est sing. in l. Titius, versi. sed nec ipsius. ff. de præscrip. uerb.& ibi Paul.de Cast.& Ias.in l.si pascenda.C.de
4 pact.sed quid si factum est pactum † de emendo, & uendendo, & uigore huius pacti pecunia sol uatur, utrum intuitu huius pecuniæ possit aliquid percipi: & dicas non posse: quia cùm ex hoc pacto dominium non transferatur, quicquid accipitur, usura est. Alex.in consi.117.& in cons. seq.in 4.vol.& in consi.199.ibi sequenti, & in consi.73.in 3.vol.Raph.Cuma.in consi.184.Ias. in l.si ante nuptias.ff.sol.matr.ubi respondet rationibus Soc.qui contrarium senserat.

Summarium in d.l.fistulas. §.frumenta.ff.de contr.empt.

1 *Ille qui in se casum fortuitum suscepit, non tenetur in casibus insolitis.*

Bar.in d.l.fistulas.§.frumenta.ff.de contr.empt.

1 Bart. in ead.l.§.frumenta, inquit, eum, qui in se † casum fortuitum suscepit, non teneri de casibus insolitis, sed tantùm de his, qui communiter solent contingere. De intellectu huius tex. uide Alex.in consi.97.in 3.vol.& hoc idem quod hic dicit Bar.sequitur ipse Alex.in cõsi.107. col.pen cod.3.vol.Barb.in consi.2.col.1.& seq.in 2.vol.& in consi.fi.in 3.volu.Ange. in consi. 176.Raph.Cuma.in consi.185.Bal.in consi.119.in 1.vol.& in consi.145.in 3.vol.Ad rem faciunt trad.per doct.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio.& Decius in consi.7. & omninò uide Soc.in consi.123.in 4.vol.& Feli.in c.sedes.nu.9.cum seq. de rescrip. & in proposita re vide Io.Bertachinum in tract. de gabellis, in 2. par.de locatione gabellarum.nu.47. cum seq.Adde quòd etiam si adiectum sit iuramentum, tamen non tenetur de casibus insolitis; quia iuramentum non porrigitur ad non uerisimilia, & ad casus, qui sunt extra comm. opinionem. Alex.in consi.28.& in consi.173.in 1.vol.& in consi.107.3.vol.& Fulg.in consi.193.& quod prædictum est de eo, qui tenetur ad casus fortuitos ex pacto, limita ut non teneatur etiam ad solitos, quando culpa alterius contrahentis contingerent, ut ferè in terminis decidit Rapha. Cuma.in consi.185.col.2.

Summarium l.fi. §.Lucius Titius.ff.de contr.empt.

1 *Obligatio personalis non sequitur fundi possessorem.*

Bar.in l.fi.§.Lucius Titius.ff.de contr.emp.

1 Bart. in d.§. Lucius Titius, sic ait in summa. obligatio † personalis non sequitur fundi possessorem. Limita istum tex.non procedere, quando promissa esset certa quantitas frumenti super tali fundo: quia fundus permaneret obligatus, secundũ Alberic.in l.Caius.ff. de annu. legat.& idem sentit Bar.in l.codicillis.§.instituto, in princ.ff.de leg.2.& est differentia an dicatur, ex fundo, quia obligatio est personalis, an dicatur, super fundo, quia est realis. Item limita non procedere, qñ aliquis non promitteret dare, sed facultatem alicui concederet percipiẽdi ex tali fundo; tunc enim ius siue seruitus est cõstituta: ita sentit gl.hic, & in d.l.Caius, in uoce, ne que in personam. Alberi.hic.& Sali.in l.ij.ff.de alimen.& cibar.lega.ubi rationem affert.

Summa-

Bar.in l.ij.ff de in diem adiect.

ESTAM l.adducit Bar.in l.j.col.4.ff.de condit.& demonstr.& Alex.in consi.90.colu. 3.in 4.vol.& eam ad decisionem pulchræ difficultatis affert Dec. quem uideas omninò in consi.331.& dum Bar.hic agit de excommunicatione lata si non soluit infra x.dies,vide Ias.in l.non solùm.§.morte,col.5.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in l.si uenditor.ff.de iud.adiec.

1 *Inter patrem & filium obligatio naturalis consistere non potest.*

Bar.in l.si uenditor.ff.de in diem adiect.

BART. in d.l.si uenditor.§.aliter,aliàs, sed & si pupillus, colligit ex isto text. inter patrem
1 †& filium obligationem naturalem consistere nõ posse. vide Cæpol.in consi.12.Rom.in cõs. 104.Ana.in cons.62.in fi.Abb.in c.audientiam,de reb.eccles.non alien.& in c.suspicionis,col. 2.de offi.deleg.Bar.in l.cùm uir,col.1.ff.de usucap.Capr.in consi.98.& gl.in clem.1.de offic. deleg.in uoce,executores,& Ias.in l.posthumo,col.9.in fi.& col.pen.C.de contratab.& Bal. in consi.328.col.fi.in 3.vol.

Summarium in l.j.ff.de leg.commis.

1 *Pactum legis commissoriæ locum habet solùm quando pactum in contractu apponitur incontinenti & re integra.*

Lucubrat.in l.primam.ff.de leg.commissor.

PRO intellectu huius tex.uide Alex.in consi.10.col.3.& seq.in 1.vol.& aduerte quoniam
1 pactum† legis commissoriæ locum habet solùm, quando pactum in contractu apponitur in continenti,& re integra,aliter nõ,ut per gl.in l.ab emptione,in uerbo,cogaris.ff.de pact.& per Curt.in consi.12.nu.7. & de Materia huius pacti uide latè Antonium de Fano in tract. de pignor. & hypoth. in 4. membro quartæ par. ubi tradit in quibus casibus hoc pactum ualeat & non.& Fabianum de Monte in tract.de emptione & uenditione,in 7.quæst.

Summarium in l.mulier.ff.de leg.commis.

1 *Debitor excusatur si non soluit quando ei fuit facta protestatio ne solueret.*

Bar.in l.mulier.ff.de lege commis.

1 BART. in d.l.mulier,ait debitorem† excusari,si non soluit,quando ei fuit facta protestatio ne solueret: quia eo casu debitor in pœnam non incidit. vide multa in re proposita apud Ias. in l.non solum.§.fi.col.17.ff.de oper.nou.nunc.

Summarium in l.venditor,la ij.ff.de hære.uel act.uend.

1 *Ego possum ratam habere uenditionem rei meæ re perempta, ut pretium consequar.*

Bar.in l.venditor 2.ff.de hæredit.uel actio.uend.

1 BART. in d.l.venditor secunda,colligit ex tex.me posse † ratam habere uenditionem rei meæ re perempta,ut pretium consequar,alioqui uerò in re mihi debita.vide Alex.in l.si mora. post Bar.ibi in fi.ff.sol.matr.ubi plenè agit de intellectu huius tex.in uersi. quamuis si neglexisset. & dum Bar.ait alioqui in re mihi debita.huic sententiæ reluctatur: quia ille est locupletior ex re mihi debita,igitur competit condictio.l.si me & Titium.ff.si cert. pet.item ratam habere possum executionem debiti in subsidium,secundum gl.in l.pen.in uer.placebat. ff.eod. tit. ubi Bar.& alij sequuntur,tamen ibi res non erat mea.

Summarium in l.fundus.ff.de rescin.uend.

1 *Si iudex iubet aliquid fieri debere à partibus, & unus adimpleat id, quod ad se attinet, habetur pro facto quò ad eum, licèt alia pars non consenserit.*

Bar.in l.fundus.ff.de rescind.uend.

1 BART. in d.l.fundus,inquit,si iudex iubet † aliquid fieri debere à partibus, & unus adimpleat id, quod ad se attinet, haberi pro facto quò ad eum,licèt alia pars non consenserit. Vide Aret.in consi.6.col.4.in secundo dubio.

Bar.

Summarium in l.neceſſario.ff.de peric.& commod.rei uend.

1 *Emptio & uenditio quando dicatur eſſe perfecta.*
2 *Fictio locum habere non poteſt niſi reperiant rem ſuper qua figat pedes.*

Bar.in l.neceſſario.ff.de peric.& commod.rei uend.

1 BART. in d.l.neceſſariò, quærit quando perfecta † dicatur eſſe uenditio & emptio. Hunc tex.adducit Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore,col.45.uerſi.ego. ff. de uſucap. & ad aliud affert eum Bar.ibi col.23.verſic. ſecundò. & ad materiam huius.l.vide Alex.in conſi.121.in fi.in 5.vol.& Dec.in conſi.179.& Doct.in l.j.C.de peric.& commod.rei uind.

2 Bar.ibi ſubiungit,fictionem † locum habere non poſſe,niſi reperiat rem, ſuper qua figat pedes. vide Bar.in l.ſi is qui pro emptore,col.4.ff.de uſuc.& ibi Iaſ.col.44.in princip.limitat hoc non procedere in fictione negatiua.

Summarium in d.l.neceſſario.§.quod pendente.ff.de peri.& com.rei uend.

1 *Fructus percepti ex re empta,pendente conditione ſunt uenditoris,ſi conditio deficit.*

Bar.in d.l.neceſſario.§.ſi qui ſi pendente.ff.de peric.& commod.rei uend.

ITEM attende textum in d.l.neceſſariò.§.quòd ſi pendente.dum enim ibi traditum eſt,fru-
1 ctus † ex re empta perceptos pendente conditione eſſe uenditoris,ſi condictio deficit. Limita hoc non procedere ubi emptor deficiente conditione pretium datum perderet, & cederet lucro uenditoris: quia tunc lucratur fructus loco pretij.tex.eſt ſingul.in l.iiij.§.ſed quod ait.ff.de leg.commiſſ.& ita inquit Rom.in ſingul.538.incip.Fructus percept.ubi ait ſe hoc in facti contingentia obtinuiſſe.

Summarium in l.ſi in uenditione.ff.de peri.& com.rei uend.

1 *Utrum pactum nudum ueſtiatur cohærentia contractus.*

Bar.in l.ſi in uenditione.ff.de peric.& commod.rei uend.

1 BART. in d.l.ſi in uenditione,inquit,textum illum facere ad quæſt.utrum pactum † nudum ueſtiatur cohærentia contractus. De qua re uide Alex. in l. potens.C.de pact.& in l.lecta,colu. 14.ff.ſi cert.petat.

Summarium in l.habitationem.§.ante pretium.ff.de peric.& commod.rei uend.

1 *Si euictio pendet in limine contractus uenditor eſt obligatus ad ſatisdandum.*
2 *Emptor poteſt agere de euictione quamuis ei de lite mota non ſit denunciatum, quando conſtat de iuſtitia euincentis.*

Bar.in l.habitatione n.§.ante pretium.ff.de peric.& commod.rei uend.

1 BART. in d.§.ante pretium, inquit, ſi euictio † pendet in limine contractus, uenditorem obligatum eſſe ad ſatisdandum. Declara hoc ut per Soc.in conſ.208.col.fi.in 1.vol. Alexan.in conſi.65.in 5.vol.ubi multa dicit ad rem facientia. & Ang.Aret.in §.fin.inſt. de ſuſpect. tutor. Rom.in conſi.8.in 3.dubio.& doct.in l.ſi poſt perfectum.C.de euiction. Quomodò autem res propriè dicatur euicta,uide Soc.in conſi.199.in 1.vol.& Cæpoll.in cautel.177.ubi ait, uenditorem non teneri de euictione;quamuis emptor ſit condemnatus ad reſtituendum, niſi res ab eo ſit ablata. & ideò traditur cautela ut ibi uidere eſt. & in hac materia euictionis aduerte,em-
2 ptorem † poſſe agere de euictione quamuis ei litem motam non denunciauerit, quando cõſtat de iuſtitia euincentis. Alex.in conſi.63.col.fi.in 6.vol.& omninò uide eundem in conſi.138.in 7.vol.alioqui uerò tenetur denunciare etiam ſi uenditor ſciret litem eſſe motã. Decius in cõſ. 74.Alexan.in conſi.117.in 7.vol.ubi tradit quid facere debeat ille, qui uult agere de euictione. vide Fel.in c.cùm.M.Ferrarien.nu.7.de conſt.& bonas cautelas ad obligandũ uenditorem, ut in omni caſu de euictione teneatur,& nulla poſsit opponi exceptio,docuit Cæpo.in cau.97.

Summarium in l.ſi quis.ff.de ſerui.expor.

1 *Si donatio facta eſt alicui,pacto adiecto,ut poſt certum tempus eccleſiæ ſine alteri acquiratur, donatio illa reuocari poteſt in præiudicium iuris illi quæſitum.*

Bar.

Bar.in l.si quis.ff.de seru.export.

1 BART. in d.l.si quis,ex isto tex.infert ad quæstionem: si donatio † facta est alicui,pacto adiecto,ut post certum tempus ecclesiæ siue alteri acquiratur, ut donatio illa reuocari possit in præiudicium iuris illi quæsiti; atque ita locum esse pœnitentiæ. & remittit se Bar.ad ea quæ dixit in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de uerb.oblig.vide quæ posui ad Bar. & omninò non prætermittas Aret.in consi.74.ubi subtiliter loquitur in re proposita. & Dec. in consi. 58.Soc.in consi.125.& Barb.in consi.189.col.8.in 3.vol.

Summarium in l.seruus ea lege.ff.de ser.expor.

1 *Si pœna promittitur pacto nudo non potest exigi,nisi interfit.*

Bar.in l.seruus ea lege.ff.de seru.export.

1 BART. in d.l.seruus ea lege, ita inquit,si pœna † promittitur pacto nudo,non potest exigi nisi interfit. vide Rom.in consi.155.

Summarium in rub.ff.de acti.empt.

1 *Libellus quomodò concipiatur in ista materia.*

2 *Si uenditor constituit se emptoris nomine possidere,non potest agere actione ex empto ad tradendum.*

Lucubrat.in rubr.ff.de action.empt.

1 CIRCA hanc materiam † quomodò concipiatur libellus, & alia multa uide apud Iaſ.in §.actionum,inſt.de action.ubi incipiendo à 12.col. usque ad 29. summatim materiam huius tituli enucleauit. & inter cætera inquit,actionem ex empto,& actionem ex uendito tendere ad diuersa. & ideò libellum secundum qualitatem casuum contingentium esse concipiendum, ut ibi uidere est: & videas omninò si casus contingit. Attende etiam, quia si
2 venditor † constituit se emptoris nomine possidere,non potest agere actione ex empto ad tradendum. Bar.in l.ab emptione,col.pen.versi.sed quæro.ff.de pact.Item si uenditor bona fide rem alij tradat quàm creditori tenetur,sed cedendo actionem liberatur.l. cùm fundus. §. seruũ tuum imprudens.ff.si cert.pet.ubi Iaſ.col.4.notabili 4.limitat.Quæro si aliquis uendit rem alicui hac lege & pacto,ut si ei res displicuerit,sit inempta:infra quod tempus emptor debeat hãc displicentiam declarare? Resp.infra 60.dies.l.quod si nolit.ff.de ædilit.edic.quem tex.sing. esse ait Rom. in sing.705.incip.Vendo.

Summarium in l.j.ff.de act.empt.

1 *Venditor an præcisè ad rem tradendam possit iure compelli.*

Bar.in l.j.ff.de action.empt.

1 BART. in d.l.j.col.3.versi.item quæro utrum uenditor, agit an uenditor † præcisè ad rem tradendam possit iure compelli. Declara hoc & distingue ut per Feli.in c.cùm Ioannes.nu.30. de fid.instrum. Et dum Bar.hic in seq.col.versi. Quærit gl. inquit, cùm emptor præcisè ad pretium teneatur, hoc idem & de uenditore esse dicendum: idque oppugnat. Dicas hoc documentum relatum esse à Iaſ.qui illud etiam sequitur in §.actionum,col.23.versic. Item aduerte. inſt.de action.post Ang.quem similiter ibi refert. vide in l.ex empto,in princ.infrà eod.tit.

Summarium in d.l.j. §.uenditor.ff.de act.empt.

1 *Venditor qui celat qualitatem,per quam rei condictio fit deterior,tenetur actione ex empto.*

2 *Si equus uenditus est retrogradus, & hoc sciens uenditor non admonuit emptorem, si aliquod malum ei acciderit,uenditor tenetur ad interesse.*

3 *Denunciatio an & quando scienti fieri debeat.*

Bar.in d.l.j.§.uenditor.ff.de acti.empt.

1 BART. in ead.l.§.uenditor,inquit,uenditorem, † qui cælat qualitatem, per quam rei condictio fit deterior,teneri hac actione ad interesse emptori. Dicas tu immo uenditorem teneri certiorem reddere emptorem de qualitate rei uenditæ,alioqui tenetur quanto minoris pre-

tij

tij fuisset empturus propter illas qualitates. Alex.in consi.63.in 6.vol.& in consi.95.in 5. vol. Ad rem hanc optimè facit decisio,quæ habetur apud Specul.in tit. quibus modis & titulis res transferatur,versi.si uerò uendatur equus,in apostill.in uoce,Retrogradus. ubi traditum est,si
2 equus uenditus † est retrogradus,& uenditor hoc sciens,& non admonuit emptorem, isque in bello propter hoc uitium capiatur ab hostibus,uenditorem obligatum esse ad damna & interesse. Dico amplius si uenditor equi expresè dixit emptori se illum uendere cum omnibus uitijs & defectibus suis, & se nolle de aliquo teneri, & postea equus reperiatur morbosus propter dolorem humeri,quem eo tempore non ostendebat,quia fortè erat calefactus, uenditorē etiam isto casu obligatum esse, ut decidit Abb. in c.iniustum, de rer.permut. & multa de equo uendito,qui habebat morbum latentem,uel expressum, vide apud Specul. in tit. de rescindendis uenditionibus.& dum Bar.hic subiungit,de omnibus,quæ dolo fiunt,agi posse hac actione. vide Barb.in consi.56.col.4.in 2.vol.& pulchrè Ang.Aret.in §.prętorū,inst.de iur.natur.gent. & ciui.& Corn.in consi.12.in 3.vol.

3 Bar.in eod.§.venditor,tractat,an & quando denunciatio † scienti fieri debeat.distinguitque aut denunciatio fit solùm ad aliquem certificandum,& tunc scienti non debet fieri denunciatio,aut fit ad alium finem,ut putà ut ille excitetur ad aliquid faciendum, & tunc etiam scienti fieri debet. De hac re uide Alex.in l.ij.§.fi.col.6.& seq.ff.sol.matr.& in consi.23.in 4.volu. ubi egregiè loquitur,& in consi.27.in 6.vol.& in consi.138.& in cons.117.in 7.vol.Raph. Cuma. in consi.4.Feli.in c.1.col.fi.de iudic.Soc.in consi.78.Super prædicta difficultate,in 3.vol.doct. in l.j.C.de peric.& commod.rei uend.Aret.in consi.26. Bart.& alios in d.l.ij.§. uoluntatem.ff. sol.matr.& omninò Dec.in consi.74.ubi uult denunciationem fieri oportere uenditori scienti litem motam. & ibi an sit denunciandum fideiussori. sed quæro quando fieri debet denunciatio alicui,& is uel est absens & non habet domicilium,uel est forensis,ita ut ei commodè denūciari non possit,quid fieri debet? Ang.in consi.332.ait non esse faciendam denunciationem, uel sufficere si per edictum fiet.

Summarium in l.si in emptione.§.uacua.ff.de act.empt.

1 *Possessionem rei uenditæ uacuam esse tradendam.*

2 *Dictio liberam,quid significet.*

3 *An emptor possit agere contra uenditorem re euicta, saltem ex isto capite,quia non uidetur esse tradita,cum esset obligata.*

Bar.in l.si in emptione.§.vacua.ff.de acti.empt.

1 Bart. in d.l.si in emptione.§.uacua,ait,possessionem † rei uenditæ uacuam esse tradendam,hoc est,quæ à nemine possideatur. & ex hoc infert ad quæstionem, nunquid fundus, in quo debetur seruitus itineris uel actus,dicatur uacuus? vide Feli.in c.cùm Ioannes, colu.8. & seq.de fid.instr.ubi quædam in hac materia docuit. & quia Bar. dicit uacuum esse, & ideò agi posse ad interesse tantum,alioqui uerò si in instrumento diceretur,rem esse liberam, & uacuā,
2 quia res non est libera si debet seruitutem. De hac re,scilicet,de hac uoce,liberam,† vide Alex. qui multas attulit remissiones in l.si profundo. C. de transact. & Abb.in consil. 30.in 2.volu.& circa prædicta scias,emptorem cogi non posse ad soluendum pretium si res uendita est alteri obligata,nisi prius liberetur.l.ex his predijs.C.de euict.ubi Bar.Bal.& alij,& Alex.in consi.65. in 5. vol. Hoc tamen limitat Albericus in d. l. ex his prædijs. non procedere, quando emptor tempore contractus sciuisset istam obligationem. id quod non puto uerum esse, quia cum ex natura contractus ueniat,ut res libera tradatur,non est dicendum, ex sola scientia eum hoc iu-
3 re priuari,cùm posset cogitare uenditorem eam rem esse liberaturum. An autē emptor † possit agere contra uenditorem re euicta saltem ex isto capite, quia non uidetur res tradita cum esset obligata? vide Alex.in consi.87.in 3.vol.& dum Bar.prosequitur declarando quomodò res non traditur libera & uacua,vide Ias.in §.actionum,col.25.versi.Quid autem.inst.de actio. sed in re proposita attende unum memoratu dignum,quia si uendens rem alteri obligatam asserit eam esse liberam,tenetur pœna fals.tex.est & ibi gl.& Bar.in l.si à debitore.ff.de fals. tradit

Antonius

Antonius de Fano in tract.de pignoribus & hypothe. in primo membro tertiæ par.nu.39.vbi etiam ait,quid si res erat alteri obligata sub conditione. & ad prædicta uide Ang.de Aret.in §. fi.inst.de suspect.tutor.

Summarium in l.ratio.ff.de acti.empt.

1 *Agi non potest de euictione si res euincitur iure possessionis, sed agi debet actione ex empto.*

Bar.in l.ratio.ff.de action.empt.

1 BAR. in d.l.ratio,ait,agi non posse de euictione † si res euincitur iure possessionis, sed agi debere actione ex empto,quasi res non sit tradita cùm esset alteri obligata.vide Alex.in consi. 87.in 3.uol.& Soc.in cons.199.col.pen.& fi.in 1.Et dum subiungit Bar.si promisi reficere expensas,quæ fierent in lite pro illa re,vtrum intelligatur de lite super proprietate, an uerò super possessione? aitque in dubio intelligendum esse de lite circa proprietatem. vide Alex.in l.uenditor.ff.de uerb.obli.& Bal.in l.j.C.de peric.& commod. rei uend.in fi.& Soc.in consi.14.col. 9.& sequ.in 1.uolu. Dicit posteà Bart.in eadem l.§.si emptor, si aliquis stipulatur fundum tradi,intelligi debere,scilicèt uacuum & à nemine detentum. vide Feli.in d.c.cùm Ioannes,col.8. de fide instru.& Soci.in consi.211.

Summarium in d.l.ratio.§.si per uenditorem.ff.de act.empt.

1 *Venditor qui fuit in mora, tenetur quantiplurimi fuit.*

Bar.in d.l.ratio.§.si per uenditorem.ff.de acti.emp.

1 BAR. in ead.l.§.si per uenditorem,inquit,uenditorem,† qui fuit in mora, teneri quanti plurimi fuit,ac etiam in loco quo plurimi fuit.vide Alex.in consi.109.in fi.in 5.uol. & dum ibi pro sequitur Bart.declarando qũo fieri debeat æstimatio quanti plurimi fuit; vide ad declarationẽ Alex.in l.si homo.ff.de re iud.& Bar.& alios in l.vinum.ff.si cert.pet. & quæ ad morã attinent, vide apud Sali.in trac.de mora,& apud Marcum Ant. Bauerium latissimè in suo trac.de morã.

Summarium in l.si hæres.ff.de act.empt.

1 *Si uenditio fiat ex necessitate præcedentis actionis actionem ex illo contractu competere.*

Bar.in l.si hæres.ff.de acti.empt.

1 BART. in d.l.si hæres,ait,si uenditio † fiat ex necessitate præcedentis actionis, actionẽ ex illo contractu competere. vide Aret.in consi.6.

Summarium in l.fundum.ff.de acti.empt.

1 *Quod attribuitur uni, alteri acquiritur, quomodò intelligatur.*

Bar.in l.fundum.ff.de acti.empt.

1 BART. in d.l.fundum,colligit ex tex.si quod attribuitur † uni,alteri acquiritur, intelligitur cum omnibus conditionibus personæ nominatæ cohærentibus. vide Alex.in consi.24.in 5.uolu.& in consi.17. in 3.dub.eodem uol. & in cons.22.Viso titulo,eod.uol.col.1.& Curt.in cons. 48.col.4.& sequ.

Summarium in l.si tibi liberum.ff.de acti.empt.

1 *Ea quæ in præfationibus dicuntur, an censeantur repetita in contractibus.*

Bar.in l.si tibi liberum.ff.de actio.empt.

1 BART. in d.l.si tibi liberum,tradit,an ea,quæ in præfationibus † dicuntur,repetita esse intelligantur in contractibus.vide Alex.in l.siquis cùm aliter, col.fi. & in l.ita stipulatus,col.7.ff. de uerb.oblig.& in l.non solùm.§.morte.col.6.uers.item si.ff.de oper.nou.nunc. Ad rẽ faciunt trad.per Feli.in c.cùm.M.Ferrar.col.22.vers.circa quartam partem,de consti.intellige tamen prædicta,vt repetita in contractu,qui nõ sit celebratus ex interuallo, vt habetur in l.item quia. §.fi.ff.de pact.& apud Spec.in tit.de instru.edit.§.10.vers.item deciditur quòd talis clausula. & per Inno.in c.innotuit,de arbit.Bar.in l.cùm quid.ff.si cert.pet.& in l.triticum.ff. de verb. obli. Et de hac re uide Ias.in l.Titia.§.idem respondit.2.ff.de uerb.oblig.vbi ait, dicta in præfationibus censeri in sequentibus repetita,cum quinque limitationibus,vt ibi uidere est.

De actionibus empti.

Bar.in l.non est nouum.ff.de action.empt.

AD istam l.uide aliquid per Paul.de Castr.in consi.325. col.4.

Summarium in l.ex empto.ff.de act.empt.

1 *Obligationem qua tenetur uenditor ad dandum, in ea parte sapere naturam obligationis faciendi.*
2 *Emptor tenetur ad pretium, ita ut nummi uenditoris efficiantur.*
3 *Si uenditor aliquid uendidit in genere, ille ad translationem dominij obligatus est.*

Bar,in l.ex empto.ff. de action.empt.

1 BART, in d.l.ex empto,in 2.notab.ait, obligationem † qua tenetur uenditor ad dandum, in ea parte sapere naturam obligationis faciendi: quia si non est dominus, sufficit nuda traditio, Attende,quoniam huic documento uidetur refragari: nam in stipulatione dubia intelligitur obligatio dominium transferendi.l.si ita contrahatur.ff.de contrah. empt. & tamen,ita ista res promittitur in specie,sicut uenditur, cur diuersum? vt ibi obligatio sit ad trãsferendum dominium,& non sic in uenditione? Curt.in l.ij.fol.47.uers. tertiam conclusionem.ff.si cert.peta. conatur respondere,& rationem diuersitatis afferre:tamen cogita. Et dum Bar.subiungit,em-
2 ptorem † teneri ad pretium,ita ut nummi uenditoris efficiantur. De hac re uide Ias.in §.actionum,col.23.vers.circa glo.inst. de action.vbi ex hoc infert, si dominium pretij in uenditorem non transfertur,pari ratione nec dominium rei uenditæ in emptorem transferri. eumque precisè cogi ad totum pretium,non autem ad interesse,vt ibi per eum. Posteà quærit Bar.cum gl. quæ sit ratio differentiæ ut emptor teneatur ad transferendum dominium pretij, & uenditor non teneatur ad transferendum dñium rei uenditæ. aitque eam optimam esse rationem, quia
3 hic tenetur in specie,& ille in genere. Ex quo infert Bar.si uenditor † aliquid uendit in genere, vt putà x.corbes frumenti,eum ad translationem dominij obligatũ esse, sed contra hoc tenuit
* Dec.in l.ij.in princ.col.fi.ff.si cert.pet.vbi contra *cõem opin.ait, uenditorem generis ad trãsferendum dominium non obstringi.vide Ias.in d.§.actionum,col.3.uers.in ea glo.ibi,ubi generaliter tradidit,quando aliquid promittitur,vtrum dari,uel tradi intelligatur, vt ibi per eum, & in §.sic itaque.col.3.inst.de action.& per Alex.in l.si Kalendis.ff.de re iudic,& dum Bar. in fi.d. l.ex empto,in princip.inquit,dari & tradi,idem significare, quando sumus in contractu conditionis. vide Ias.in d.§. actionum,col.35.uers.addere.

Summarium in l.emptorem.ff.de act.empt.

1 *Ille qui non defendit rem emptam, agere potest hac actione, si notoriũ erat, emptorem fouere iniustitiã.*
2 *Notorium & sententia pari passu ambulant.*
3 *In notorijs quandoque fieri potest executio sine sententia.*

Bar.in l.emptorem.ff.de action.empt.

1 BART, in d.l.emptorem,inquit,eum, qui non defendit † rem emptam, agere posse hac actione,si notorium erat emptorem fouere iniustitiam. vide Paul.de Castr.in consi.378.vbi inter cætera tradit,an denunciatio facta hæreditati iacenti prosit emptori agenti de euictione. & an denunciatio fieri possit extra iudicium: vide Bal.in sua margarita,in uoce,Denunciatio. & Innoc.in c.solicitudinem,de appell.Et dum Bar.subiungit, necessarium esse libellum & sententiam antequam agatur de euictione,adde immo necessariam esse etiã executionem sententiæ. Alex.in consi.4.col.1.in 3.vol.& in consi.67.eod.uol.& Cæpoll.in cautel.167.& Alexan.in d. consi.67.inquit etiam non esse necessariam denunciationẽ, vbi notoriè constat de iustitia euincentis.& hoc idem tradidit Alex.in cõsi.63.in fi.in 6.vol.& de hac materia uide omninò Alex. in consi.138.in 7.uol.& circa denunciationẽ uide quæ posui suprà in l.j.§.venditor,hoc eo.tit.
2 Bar.in ead.l.uers.ultimò scias,ait,quosdã tenuisse per istum tex.notorium † & sniam pari passu ambulare. id quod ipse dicit hic non probari.et immo in notorijs necessariã esse sniam. De hac re uide Ias.in l.stipulatio.§.habet.ff.de oper.nou.nunci.& Dec.in c.at si clerici.col.15.uers. tertiò,de iudic.& Ias. post alios in l.sicut.col.4.uers.tu responde.ff.de uerb.oblig.Ad rem facit, quia sicut exceptio notoria dominij impedit agentem ad recuperandũ, scdm gl.in c.decimas, de rest.

de rest.spoli.in 6.ita quando dominium sententia probaretur, vt per Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune,col.7.& seq.ff.de acqu.poss.tamen Iaſ.ibi,col.13.sentit hoc procedere coram iudice,qui eam tulit sententiam,& non coram alio.circa id autem quod ait Bart. hic, in notorijs
3 necessariam esse sententiam, dicas immo in notorijs † quādoq; fieri posse executionē sine sniā, & sine causæ cognitione,vt per eundem Bar.hī in l.ictus fustium.ff.de his qui not.infam.& per Albertum Brun.in cons.19.ver.quartò moueor.& in hac materia notorij,uide semper consiliū eruditum Hieronymi de Tortis positum post consilia Ant.de Butr.nu.27.cum sequ.& Abb.in c.bonæ.j.de elect.& Card.Iacobat.in tract.de concilio,lib.7.fol.423.cum seq.

Summarium in d.l.emptorem.§.qui autem.ff.de act. empt.

1 *Qui promisit de euictione pro se & hæredibus suis tantum,non tenetur alijs euincentibus nisi ad restitutionem pretij.*

Bar.in d.l.emptorem.§.qui autem.ff.de acti.empt.

1 Bar. in ead.l.§.qui autem,sic ait in summa.Qui promisit† de euictione pro se & hæredibus suis tantum,non tenetur alijs euincentibus nisi ad restitutionem pretij. vide Soc.in consi.202. in 1.vol.& Aret.in consi.3.col.pen.

Summarium in l. Julianus.ff. de acti.empt.

1 *Interesse extrinsecum non debetur quando res traditur.*

Bar.in l.Iulianus.ff.de acti.empt.

1 Bar. in d.l.Iulianus,in princ.col.pe.inquit, interesse † extrinsecum non deberi,quando res non traditur. Limita istam conclusionem ut per Bar.hic in seq. oppos. Secundò limita nisi esset eiusmodi interesse,vt rem ipsam sequeretur penès quemcunque.l.vēditor.ff. de euict. & l.inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.ita limitat Bar.in l.vnica.C.de sent.quæ pro eo quod inter. proferun. col.9.vbi hanc materiam,quando interesse ratio habeatur, latè exorditur.Ad rem faciunt trad. per Feli.in c.1.nu.8.de off.deleg.& per Soci.in cōs.88.& in cōs.103.in 4.uol. Quid si petens interesse ait,si pecuniam debitam habuisset,fundum emisset? Resp.eum probare debere q̄ tūc aderat fundus uenalis,quem acquisiuisset.Crauet.in cōs.89.Et in hac re attende,q̄m illi, qui pecuniam ociosam tenere consueuerunt,nullum possunt petere interesse.Salic.in auth.ad hæc.C. de usur.& ad prædicta uide Feli.in c.cum uenerabilis.nu.5.de except. & plenè Specul.in tit.de fructibus & interesse.

Summarium in d.l. Julianus.§.offerri.ff. de acti.empt.

1 *Actionem ex empto non competere cum effectu nisi pretio integrè soluto.*

Bar.in d.l.Iulianus.§.offerri.ff.de acti.empt.

1 Bar. in ead.l.offerri,inquit,actionem† ex empto non competere cum effectu,nisi pretio integrè soluto.& ideò uenditor retinet rem, ut hī in tex. quem amplia etiam si unus tm̄ nummus deficeret.gl.in l.res bona fide.ff.de contr.empt.vbi posui. Et aduerte quia ista regula duntaxat locum habet in contractib.ultro citroq; obligatorijs, q̄m agens debet ex parte sua re ipsa adimplere,alioqui uerò est in contractu,cui sit appositus modus : quia sufficit præstare cautionē de modo adimplendo,licèt cum effectu non adimpleat.Bar.in l.quibus diebus.§.Termilius.col.fi. ff.de cond.& dem.Et circa apostil.ad Bar.in d.§.offerri,vide ferè de oībus in d.apostil. contentis.Iaſ.in §.actionum,col.23.versſ.an aūt certior.inſt.de actio.vbi tradit etiam exceptionem hāc opponi posse in processu & impedire litis ingressum,& litis contestationem;& an pars lata sententia possit opponere de pretio non soluto ad impediendam executionem snīæ.Et dum Bar. colligit ex tex.rē loco pignoris detineri posse,limita ut per tex.& ibi gl.in l.j.§.fi.ff.de rei.cor.

Summarium in d.l.Iulianus.§.si Titius.ff.de act.empt.

1 *Alluuio superueniens ante traditionem prodest uenditori ad mensuram.*

2 *Venditionem ad mensuram esse conditionalem.*

Bar.in d.l.Iulianus.§.si Titius.ff. de acti.empt.

1 Bart. in ead.l.§.si Titius. sic ait in summa. Alluuio † superueniens ante traditionem prodest uenditori ad mensuram,si fuit ignorans, alioqui uerò si fuit sciens. Circa hæc dicta Bart.

uide Iaſ.in §.actionum,col.27.verſi.interdum agitur.inſt.de action.ubi aliquid dicit in hac materia.& in l.cunctos populos.C.de ſumm.Trinit.col.2.uerſi.quintò limita. & in repet.colu.2. verſi.tertiò limita. & Paul.de Caſt.in l.ſi ſeruum.§.1.hoc eod.tit.& tex.in l.ſi in qualitate, infrà eod.& Iaſ.in l.ſerui electione.§.fi.col.fi.uerſi.quartò.ff.de lega.1.Et de materia alluuionis uide Bar.in trac.Tyberiadis,in primo libro in prima figura.& dum Bar.in d.§.ſi Titius,ſubiungit,uẽ
2 ditionem † ad menſuram eſſe conditionalem,& ideò incrementum,quod ad rem accedit ante menſurationem,prodeſſe uenditori. vide aliquid per Alex.in conſi.262.Omiſsis argumentis, in fi.in libro primi & ſecundi vol.& in conſ.269.Viſo proceſſu,in princ.eod.lib.Ad rem faciũt tradita per eundem Alex.in conſi.7.Videtur fortaſſe,in 4.vol.Aret.in conſ.11.& Cor. in conſi. 59.in 4.vol.& omninò Mari.Soc.iuni.in conſi.26.cum conſilijs Curtij iunioris.

Bar.in d.l.Iulianus.§.ex uendito.ff.de acti.empt.

BART. in ead.l.§.ex uendito,ait,dictum eſſe ſuprà de actione ex empto,nunc uerò dicendum eſſe de actione ex uendito.vide Soc.in conſi.109.in 1.vol.

Summarium in d.l.Iulianus.§.idem Papinianus.ff.de act.empt.

1 *Pœna adiecta utrum cenſeatur appoſita in fraudem uſurarum.*

2 *Pœna an & quando exigi poſſit.*

Bar.in d.l.Iulianus.§.idem Papin.ff.de acti.empt.

1 BART. in ead.l.§.idem Papin.quærit utrum pœna † adiecta cenſeatur appoſita in fraudem uſurarum?vide Anto.de Prato in conſ.45.inter conſilia Alex.in 4.uolu.vbi egregiè loquitur in hac materia,concludens pœnam adiectã dationi,vt uerbis eius utamur,non ualere. refert Cyn. idẽ concludit Alex.conſ.46.& in conſi.47.eod.4.uol.& in conſi.39.in 6.uol.& Ambro.de Vignate in tract.de uſuris.nu.91.cum ſeq.& iſta eſt materia.l.cùm allegas. C. de uſur.et de hac re
* uide etiam Alex.in conſi.43.in 6.uol.& in conſi.39.colu.2. eod.uol. vbi ait,* communem eſſe ſententiam,pœnam appoſitam ſuper alio contractu, quam mutui à perſona non ſolita fœnerari,iure exigi poſſe. & an & quando huiuſmodi pœna licita ſit,vide eundem Alex.in conſi.157. eod.6.vol.Et aduerte,quoniam ubi pœna exigi poteſt,tunc diſtinguendum eſſe,utrum pro facto negatiuo debeatur, ſcilicèt quia aliquid non fit,an uerò pro facto affirmatiuo: nam primo caſu quando commiſſum eſt delictum in omittendo pœna auferri non poteſt niſi monitio præceſſerit; alioqui uerò in committendo.Imol.in c.extirpandæ,de præben.& Feli.in c.1.col.3.in fi.de conſt. Et circa prædicta pulchram excitat quæſtionem Anchar. in conſi.144. Apud antiquos,quem ſequitur Io.Bapt.Caccialupus in tract.de tranſactionib.in 15.quæſt.nu.3.& 4. vbi
2 latè tradit an & quando pœna † exigi poſsit. ad quod uide Dec.in d.c.1.de conſt. & quæ poſui in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.& d.l.cùm allegas.Et dum Bar.in hoc.§.idem Papin.ſubiungit, quid dicendum ſit de pœna adiecta in teſtamento,vide Alex.in l.diuortio.col.6.ff.ſolu.matr.& in conſi.26.Viſo themate.in 4.uol.col.2.vbi ait,uſuram eſſe,ſi pœna adijcitur in teſtamento.& idem ait Soc.in conſ.56.in 3.vol.

Bar.in d.l.Iulianus.§.ſi uenditor.ff. de acti.emp.

BART. in ead.l.Iulianus.§.ſi uenditor, ſic inquit; per hanc actionem unuſquiſque cogitur facere,quod deuenit in ipſo contractu. vide Alex.in conſi.146.videretur inſpectis,col.7.in lib. primi & ſecundi uol.vbi per hunc tex.ait,executorẽ cogi poſſe à legatario, ut agat ad redimendas res hæreditarias ſibi legatas, & ſibi reſtituat.

Summarium in d.l.Julianus.§.fi.ff. de act.empt.

1 *Ædibus diſtractis uenire omnia eis affixa.*

Bar.in d.l.Iulianus.§.fi.ff.de acti.empt.

1 BART. in ead.l.§.fi.ait,ædibus † diſtractis uenire omnia eis affixa. de hac materia uide Iaſ. in l.ſi.col.2.ff.de conſt.princip.vbi multa dicit ad rem facientia.

Summarium in l.ſi ſterilis.§.cum per uenditores.ff. de act.empt.

1 *Contra non tradentem agitur ad intereſſe.*

Bar.

Bar.in l.si sterilis.§.cùm per uenditorem.ff.de action.empt.

1 BART. in d.l.§.cùm per uenditorem,ait,contra non tradentẽ † agi ad interesse. vide Aret. in consi.9.in fi.& dum tradit Bar.an considerari debeat interesse extra rem? vide plenè eundẽ Bar.in l.unica.col.9.C.de sent.quę pro eod.quod inter.profer.& quæ posui supra in l.Iulianus, in princ.hoc eod.tit.& uide Ias.qui ex hoc tex.infert.ad duram decisionem in l.nummis,col.1. ff.de in lit.iuran.& in l.cùm quid,col.fi.uer.2.ff.si cert.pet.

Bar.in d.l.si sterilis.§.si tibi fundum.ff.de acti.empt.

BART. in ead.l.§.si tibi fundum,ait,attendendum esse textum ibi,in partem pretij,& cum gl.quærit an cogatur uendere.vide Barb.in consi.90.col.2.& in consi.238.in fi.in 3.vol.

Summarium in l.prædia.ff. de act. empt.

1 *Actio ex uendito informata non nouari per stipulationem pœnalem.*

Bar.in l.prædia.ff.de action.empt.

1 BART. in d.l.prædia,inquit,actionem ex uendito † informatam non nouari per stipulatio nem pœnalem. nunquid autem in casu huius.l.in fi.ubi peti potest pœna cum principali,admit tatur purgatio moræ?vide Bar. in l.si insulam.q.2.ff.de uerb.oblig.vbi Ias.col.17. & de hac pur gatione moræ uide omninò quæ posui suprà ad Bar.in l.si debitor.de contr. empt. vbi latè tra ditum est,& in l.semel mora.ff. sol.matr.

Summarium in l.& si uno.ff. de acti.empt.

1 *Si plures res uno pretio emuntur,una est emptio.*

Bar.in l.etsi uno.ff.de action.emp.

1 BART. in d.l.et si uno, colligit ex tex.si plures res uno pretio emuntur,†unam esse emptio nem.& remittit se ad ea quæ dixit in l.scire debemus.ff.de uerb.obli.vbi posteà in fi.col. tradit formam petendi unam rem non tanquã uenditam,sed tanquã debitam ex uenditione p̃cedẽti.

Summarium in l.quæro.ff.de acti.empt.

1 *Generalis conuentio non prodest uenditori qui specialiter scit, & non expressit.*

Bar.in l.quæro.ff.de act.empt.

1 BART. in d.l.quæro,ait,generalem conuentionem † non prodesse uenditori, qui speciali ter scit,& non expresit. vide Alex.in consi.14.col.fi.in 5.uol.

Summarium in l.Titius,la prima.ff.de act. empt.

1 *Interesse impensarum non debet excedere duplum pretij conuenti.*

Bar.in l.Titius.j.ff.de action.emp.

1 BART. in d.l.Titius,ait,interesse † impensarum non debere excedere duplum pretij con uenti,uel communis. Attende quoniam hoc interesse extrinsecum communiter non conside ratur,& cùm hic ueniat,ex hoc reddit̃ sing.iste tex.ut per Bar.in l.j.col.2.uers.si uerò.C.de sent. quæ sine cert.quant.& ibi in 11.col.vers.nunc uenio,putat hunc tex.singu.& dum Bar.in hac l. ait,eum,qui potest impensas redimere ab alio euincente, non habere regressum contra autho rem suum,nisi fuerit sciens.Limita hoc non habere locum, quando uenditor in contractu pro misisset,quòd euicta re, ei culpa opponi non posit: ita Alex.in consi.209. Viso themate, in fi. in lib.primi & secundi uol.

Summarium in l.Lucius Titius.ff.de acti.empt.

1 *Emptor petere non potest rem cum fructibus.*

Bar.in l.Lucius Titius.ff. de action.empt.

1 BAR. in d.l.Lucius Titius,ait,emptorem† petere non posse rem cum fructibus.vide Rom. in cons.101.

Summarium in l.Titius la ij.ff.de act. empt.

1 *Venditor tenetur ostendere instrumenta emptori,quibus iura fundi declarantur cum expediens fuerit.*

Bar.in l.Titius.2.ff.de action.emp.

1 BAR. in d.l.Titius.2.ait, uenditorem † teneri ostendere instrumenta emptori,quibus iura fundi declarantur,cùm expediens fuerit. vide Rom. in consi.143.in fin.vbi inquit,eũ,qui uult

obligationem de tot bonis, debere instrumenta acquisitionum exhibere. et in consi. 204. Bald. in consi. 52. in 3. uol. & ultra Alex. hic in addit. uide Bal. in l. instrumẽta. C. de fideicom. & dum subiungit Bar. non esse exhibenda instrumenta originalia, sed ostẽdenda esse; & si expedit, dandam esse eorum copiam. Attende, quia si expedit, tradenda sunt ẽt instrumẽta originalia. casus est in l. procurator, vbi Bar. & omnes. C. de eden. & in l. instrumenta. C. de fideicom.

Summarium in l. qui per collusionem. §. pretij. ff. de act. empt.

1 *Quæ ueniunt officio iudicis mercenario, principaliter peti non possunt.*

Bar. in l. qui per collusionem. §. pretij. ff. de acti. empt.

1 BART. in d. §. pretij, ait, quæ ueniunt officio † iudicis mercenario, principaliter peti non posse. Hoc intellige strictè, sed largè huiusmodi officium iudicis præsupponit actionem & obligationem: ita Bar. in l. fi. ff. de minor. & uide Aret. in l. si filiusfamiliàs. ff. si cert. pet. & licèt priè non præsupponat obligationem, tamen præsupponit quasi obligationem, ut per Alex. in l. deducta, in princ. ff. ad Trebell.

Summarium in l. bona fides. ff. de acti. empt.

1 *Liberato uno ex contrahentibus ex dispositione legali, alter non tenetur.*

Bar. in l. bona fides. ff. de actio. emp.

1 BAR. in d. l. bona fides, inquit, liberato † uno ex contrahentibus ex dispositione legali, alterum non teneri. et ex hoc infert ad emptorẽ, qui soluit gabellam, & ideò est liberatus, an ẽt uenditor, qui eam non soluit, censeatur liberatus? vide Bal. in l. fi. C. de peric. & commod. rei uend.

Summarium in l. si & per emptorem. §. quod si. ff. de act. emp.

1 *Vltima mora nocet, nisi dolus aduersarij interceſſerit.*

Bar. in l. si & per emptorem. §. quod si. ff. de actio. empt.

1 BART. in d. §. quod si, inquit, ultimam † moram nocere, nisi dolus aduersarij interceſſerit. vide singul. Raph. Cuma. in consi. 288. col. 28. et ubi agitur de mora, vide Marcum Antonium Bauerium in tract. de mora.

Summarium in l. creditor. §. ante domum. ff. de act. empt.

1 *Venditioni domus cedunt pilæ & columnæ extra domum domui iunctæ.*

Bar. in l. creditor. §. ante domum. ff. de act. empt.

1 BAR. in d. §. ante domum, sic ait in summa. Venditioni † domus cedunt pilæ & columnæ extra domum domui iunctæ. vide Aret. in consi. 149. col. 1. & ad rem faciunt quę hñr in c. frater. c. siquis contumax, & in c. diffiniuit, 17. q. 4. vbi delinquens confugiens ad septa ecclesiæ, siue ad porticus uel domos ecclesiæ adiacẽtes est tutus, & gaudet immunitate ecclesiæ propter cohærentiam. id quod multis authoritatib. cõfirmat Alex. qui est uidendus oĩnò in consi. 145. col. fi. in 7. vol. & uide Feli. in c. cũ pro causis, de sent. excõm. vbi ait, ecclesiam porrigere suã immunitatem per xl. passus circũ circa extra ipsam ecclesiam. connexitas. n. rerum operatur, vt plures res pro una tm̃ habeantur. Hinc est, q̃ cõtinentia ædificij censentur unum & idem ædificium cum eo, cui cohærent. l. ij. & l. ædificia. ff. de uerb. signif. c. si ciuitas, de sent. excom. in 6. & polluta ecclesia, pollutum est cimitærium ei cohærens. c. 1. de consecr. eccl. uel alt.

Summarium in l. si mercedem. §. si habitatoribus. ff. de act. empt.

1 *Si aliquis tibi fundum uendidit saluo iure coloni siue habitatoris, hoc intelligi de omnibus alijs, præterquam de ipso uendente.*

Bar. in l. si mercedem. §. si habitatoribus. ff. de action. empt.

1 BAR. in d. §. si habitatoribus, colligit ex tex. si aliquis tibi fundum † uendidit saluo iure coloni siue habitatoris, hoc intelligi de omnibus alijs præterquam de ipso uendente. Hunc tex. ait esse sing. & peregrinum Rom. in sing. 27. incip. Si emptor, cum ibi plenè additis per Castillion. & dum Bar. ibi in fi. oppo. d. l. stipulatio ista. §. alteri. vide omninò Ias. in l. certi condictio. §. quoniam, col. 1. uers. secundò ad idem. ff. si cert. pet. vbi aduertit, Bar. esse sibi ipsi contrariũ. sed dic pro alia solutione, hic agi de interesse stipulatoris, ut alteri stipuletur: nam alioqui teneretur habitatoribus ad interesse.

Summa-

Summarium in rubr.ff.de locat.& conduc.

1 *Quomodò libellus in materia locationis concipiatur.*

Lucubra.in rubr.ff.de loca. & conduc.

1 QVOMODÒ in hac materia locationis † libellus concipiatur, vide apud Iaſ.in §.actionum,col.29.verſ.ſucceſsiuè, inſt.de action. vbi latè docuit, actionem hanc locati & conducti dari ad diuerſa ibi enarrata. et ideò concluſionem eſſe diuerſimodè faciendam,ſecundum uarietatem caſuum contingentium. Et ibi etiam tradidit, ſi aliquis domum alterius ſine locatione habitaſſet,quam penſionem dare teneatur,& quomodò ſit agendum contra eum,vt ibi uidere eſt in 31.col.Solet etiã dubitari quando uenduntur annui prouentus uel redditus alicuius pedagij,an ſit contractus locationis an uenditionis? Socin.in conſi.188.& in conſi.156.in 1.uolu.ait huiuſmodi contractum eſſe locationis, quando ſoluitur annua penſio, quãuis fuerit conceptus per uerbũ,uendidit;quia non attenduntur uerba, ſed natura contractus.

Summarium in l.locatio.ff. de loca.& conduc.

1 *Voluntas morte finitur.*

Bar.in l.locatio.ff.de loca.& conduc.

1 BART. in d.l.locatio,ait,voluntatem† morte finiri. vide caſum apud Bald. in conſi.184.in 1.uol.& doct.in l.centeſimis.§.fi.ff.de uerb.oblig.

Summarium in l.ſi quis domum.§.hic ſubiungi.ff.de loc.& cond.

1 *Si conductor deſinit poſſe uti re abſque culpa locatoris ſit ei remiſſio.*

Bar.in l.ſiquis domum.§.hic ſubiungi.ff.de loca.& cond.

1 BART. in d.§.hic ſubiungi,ſic ait in ſumma. Si conductor † deſinit poſſe uti re abſque culpa locatoris,ſit ei remiſsio: ſi uerò culpa locatoris interuenit, ad integrum intereſſe tenebit. De intellectu huius.§.uide Soci.in conſi.32.in 1.uol. Attende autem,quoniam in hoc tex.decidit,hæredes locatoris,qui fundum in quo uſufructum habebat,locauerat ad quinquennium, non teneri: quia conductor proſpicere potuit locatorem infra illud tempus eſſe moriturũ,ſed contra deciſionem hanc uidetur urgere tex. ſecundum communem intellectum in l.diem functo.ff.de off.aſſeſ.vbi aſſeſſor ueriſimiliter præcogitare potuerat mortem ſui iudicis, & officiũ ſuum illius obitu extingui debere,& tamen hæredes iudicis defuncti mercedem dare cogũtur aſſeſſori pro tempore inter eos conuento. ad rem facit,quia triſtis euentus non eſt conſiderandus.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.oblig.cogita ſolutionem. & limita deciſionem huius tex.vt per Bar.in l.filiofamiliàs.§.ſi uir in quinquennium.ff.ſol.matr.

Summarium in l.ſi quis fundum.§.Imperator.ff.de loc.& cond.

1 *Eo caſu quo pro futuro tempore mercedes non debentur, ſolutæ, ut indebitæ repetuntur.*

Bar.in l.ſi quis fundum.§.Imperator.ff.de loca. & conduc.

1 BART. in d.§.Imperator,in 2.notab.dicit,eo caſu,quo pro futuro † tẽpore mercedes non debentur,ſolutæ,vt indebitæ repetuntur. vide Corn.in conſi.28.in 3.uol.

Summarium in l.uideamus.§.ſi hoc.ff.de loca.& condu.

1 *Ille qui promiſit alicui ne ignem habeat, tenetur quomodocunque habuerit.*

Bar.in l.videamus.§.ſi hoc.ff.de loca.& conduc.

1 BART. in d.l.videamus.§.ſi hoc,ait,eum,qui promiſit † alicui ne ignem habeat,teneri quo modocunque habuerit. vide Oldr.in conſ.101.in fi.

Summarium in d.l.uideamus.§.inter conductorem.ff.de locat.& condu.

1 *Conductor tenetur ſi contra pacta locationis fecit.*

Bar.in d.l.uideamus.§.inter conductorem.ff.de loca. & cond.

1 BART. in ead.l.§.inter conductorem,inquit,conductorem † teneri ſi cõtra pacta locationis fecit. vide Alex.in conſ.271.puto de iure, in lib.primi & ſecundi uol.

Summarium in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.de loc.& cond.

1 *Si conductor post tempus remanet in prædio rustico, videtur per annum reiterata locatio.*
2 *In contractu societatis si finito tempore perseueratur, tacitè inita denuò uidetur societas.*
3 *Vbi scriptura est de substantia contractus, ut in tutela, officium tacitè renouatum non uideri.*
4 *Fictio legis ad id porrigitur, ad quod se porrigit lex.*

Bar.in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.de loca.& cond.

1 BART. in d.§.qui impleto, colligit in summa. si conductor † post tempus remanet in prædio rustico, uideri per annum reiterata locatio: in prædio autem urbano quatenus habuerit, uidetur reiterata, nisi in scriptis prima locatio facta fuerit,& reliqua. De hac re uide Soc.in cons. 21.& in cons.196.in 1.vol.& in consi.17.in 3.vol.Alex.in consi.105.col.7.& seq.in 3.volu.& in cons.76.in 5.uol.& omninò Barb.in cõs.31.in 1.vol.& in consi.14.col.9. & per totum in 2. uol.Imol.in cons.12.Aret.in cons.57.& Feli. plenè.in c.de causis, col.2.uers. Limita tertiò.de off.deleg.& in c.1.col.1.& seq. de iureiur. & uide quid ex ijs inferat Præpos.in titu. qui feud. dar.poss. in princip.col.7.& seq. Imol.in consi.436.in primo uol. & in consi.500.eod. uol. Signor.in cons.223.& Ias.in l.lecta,col.7.& seq.ff.si cert.pet. Ex præcedentibus infertur idẽ esse
2 etiam in contractu† societatis, ut si finito tempore societatis perseueratur, tacitè inita denuò uideatur, secundum Abb.in cons.87.in 2.uol.Attende tamẽ, nunquam intelligi factam esse renouationem ad illius fauorem, qui ex parte sua non impleuit.Alex.in consi.76. colu.2. in 5.uol.& Crauet.in consi.87.nu.3.& hoc dicit Bar.in hoc §.ex quo infert in 2.col.si Titius operas suas locauit ut staret in fundo meo ad custodiendum cum certa mercede, si finito tpe perseuerat eum propterea non intelligi reconductũ: quia sola pacientia non implet ex parte mea. vide Soci.in d.cons.196.Item attende, quia si conductor non uult amplius in obligatione illius rei perseuerare, debet hoc denunciare locatori, alioqui non liberabitur: & si eum non inueniet in patria; tenetur eius propinquis denunciare: ita sing.ait Bal.in l.j.§.1.ff.de eo qui pro tuto.& Ias.in l.si ex legati causa.ff.de uerb.oblig.

3 Bar.in d.§.col.2.uers.ex hoc dico, inquit, vbi scriptura† est de substantia cõtractus, ut in tutela, officium tacitè renouatum non uideri, licèt aliquis in eo perseueret: quia scriptura exigitur, & solus tacitus consensus nõ sufficit,& infert ad castellanos. Ad hęc uide trad.per Alex.in l.mora, col.pe.uers.succesiuè.ff.sol.matri. vbi vĩ indistinctè ad hoc Bart.documentum accedere in quæst.de castellano, qui ẽt si non fecerit oblationem castri finito officio, propterea non intelligitur iterum suscepisse onus custodiendi ipsum castrum. Id quod non probatur ex dictis Bart. hic.qm̃ Bar.loquitur in castellanis, quib.tale officiũ ex publica necessitate iniungitur, ut hic hĩ per eum, igitur à contrario sensu colligendum uideretur, si castellani hoc officium spontè susce pissent,& finito officio perseuerarent, eos tacitè obligari.et pro hoc facit quod ait Bar.suprà in uers.uenio ad secundam partem.neque obst.id quod uult Bar.supra in vers. item ex hoc infero aliud, quia si rectè consideretur, illud habet locum ratione mercedis, vt debens præstare merce dem non uideatur sola patientia reconducere: quia requiritur illud præmium. & ideò non dĩ ex parte sua implere, sed conductor dĩ facere quantum ei incumbebat, ex quo perseuerat in custodia, ad quam solam tenebatur: & ideò posset petere actione negociorum gest.mercedẽ uel salarium, vt hic dicit Bar.& ad hæc ultima uerba benefacit Bar.in d.l.mora.

4 Bar.in d.§.in fi.vers.venio ad ultimum, inquit, ad id se porrigit fictionem legis, ad quod se porrigit lex naturæ.& ideò, cùm furiosus & mutus naturaliter consentire non possint, neque à iure finguntur cõsentire. Limita hoc & declara ut per Bar.in l.pe.col.1.ff.si cer.pet. sed ista propriè non est fictio, sed præsumptio, vt declarat gl.not.in l.vnica.C.de rei uxor.acti. item attẽde, quia licèt furiosus ex se consentire non potest, tñ præsumitur cõsentire per tutorẽ uel curatorem, ut in simili casu dicit Bar.in l.j.col.3.ff.sol.matr. mutum præsumi fecisse stipulationem per seruũ. istam difficultatem mouet Ias.in l.si is qui pro emptore.col.59.uers.contra.ff.de usucap.& esto etiã q̃ ista esset fictio,& non præsumptio, tñ cessare debet fictio, nõ propter necessitatem naturæ, sed pp deficientiam æquitatis, quo casu cessat fictio: vt per Bar.in d.l.si is qui pro emptore,

col.3.

col. 3. ver. ad solutionem. non. n. fingere debemus nec p̄sumere cōsensum uel dissensum furiosi; quia fortè hoc posset ei nocere. & hoc esset contra æquitatem naturalem & canonicam. leges autem nunquam fingunt contra ius canonicum. Curt. in consi. 35. nu. 21. & 22. citat gl. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & ideò non punitur pro crimine etiam atroci. vide Dec. in l. in negocijs contrahendis. ff. de regul. iur.

Summarium in l. si uno. ff. de loc. & cond.

1 *Verba sunt accipienda secundum naturam contractus.*
2 *Verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.*
3 *Si subiecta materia personæ actum facientis unum suadet, & materia subiecta actus facti aliud suadet, magis attendenda est natura actus subiecti, quàm personæ.*
4 *Appellatione filiorum in feudis omnes descendentes per lineam masculinam continentur.*
5 *Papa quicquid ligat in terris, ligatum est in cœlis.*

Bar. in l. si uno. ff. de loca. & cond.

1 BART. in l. si uno, in princ. inquit, uerba † esse accipienda secundum naturam contractus', eaque debere intelligi secundum subiectam materiam. Circa primum dictum Bartoli quæro, quid sit ista natura rei, quæ est attendenda? Respondeo, Natura est ratio quædam inhærens ip si actui ex constitutione legis, uel consuetudinis, uel ex æquitate iusdicentis: ita Bald. in consi. 352. incip. In materia feudorum, in 1. vol. alibi dicit Bal. in consi. 112. De generali, in 1. vol. naturam nihil aliud esse, quàm aptitudinem quandam. Rursus Bal. in consi. 275. incip. quod pro regula, in 2. vol. ait, naturam feudi esse id, quod pro regula traditum est, illud uerò, quod extra regulam est, esse quoddam accidens, & quandam alterationem siue improprietatē. Circa se-
2 cundum dictum Bar. scilicèt uerba † esse intelligenda secundum subiectam materiam. id quod habetur etiam in l. si stipulatus. ff. de usur. & in l. insulam. ff. de præscript. uerb. & in l. stipulatio ista, cum ibi trad. ff. de uerb. oblig. & in l. si de certa. C. de transact. vide Alex. in cons. 5. in 4. vol. ubi ait, uerba esse impropriè accipienda, ut secundum subiectam materiam intelligantur. & in consi. 1. in 5. vol. & Dec. in l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. & in l. j. nu. 15. C. qui admit. Et de hac materia uide Alex. in rubrica. ff. sol. matr. col. 5. & in l. si constante, col. 1. eod. tit. & in cōs. 37. col. 2. uersi. tertiò probatur, in 3. vol. in consi. 86. in 1. vol. & in consi. 35. col. 3. uersi. præterea, in 4. vol. Barb. in consi. 33. col. 5. in 1. vol. & in consi. 41. col. 24. eod. vol. & in consi. 63. col. 13. eod. vol. & in consi. 58. col. 6. in 2. vol. Præpos. in c. ius generale. col. fi. dist. 1. Rom. in consi. 88. Imol. in consi. 2. in consi. 95. & in consi. 100. in 1. dub. & in consi. 133. col. fi. & in cōsi. 141. Card. in consi. 60. col. 3. Ana. in cons. 29. col. 3. & in consi. 60. in fi. Aret. in consi. 14. col. 2. & in c. exhibita, de iudic. Bar. in l. exceptione. ff. de fideiuss. Attende autem in proposita re, si subiecta
3 materia † personæ actum facientis unum suadet, & materia subiecta actus facti aliud suadet, magis attendendam esse naturam actus subiecti, quàm personæ: ita colligitur ex dictis Barb. in c. 3. col. 4. in fi. post Ant. de Butr. ibi de off. deleg. ad quam rem faciunt trad. per Aret. in consi. 8. col. 5. & Abb. in d. c. exhibita, in secundo notabili. & Feli. in c. fi. §. is autem de off. deleg. colu. 1. & Bal. in c. in præsentia, col. 5. de probat. & Aret. in consi. 76. col. 2. & fi. & in cons. 113. col. fin. Abb. in c. maiores, in fi. principij de Baptis. & in c. ex parte, de sponsal. col. 1. in 2. notabili. Ang. in cons. 31. col. pen. & in cons. 160. Ias. in l. si donatione, col. 2. de collat. vide etiam ad prædicta
4 Alex. in cons. 17. col. 1. in 5. vol. ubi ait, appellatione filiorum † in feudis omnes descendentes per lineam masculinam contineri: quia hoc est de natura illius contractus. & in consi. 21. col. 3. eod. vol. & in consi. 26. col. 3. eod. 5. vol. ubi ait, quamuis appellatione suorum multi comprehendantur, tamen in materia feudi propter subiectam materiam solos descendentes contineri. Similiter Bal. in consi. 67. col. fi. in 3. par. ait, si in sententia arbitramentali reseruatum est partibus, ut possint reductionem petere, hoc esse intelligendum intra tempus, quod à iure conceditur ad reducendum: quia ita subiecta materia exposcit. & Barb. in consi. 85. col. 2. in 3. vol. ponit pulchrum exemplum in proposita re, scilicèt, quomodò uox, lis, sit intelligenda in statuto præcipiente compromissum fieri debere inter coniunctos de omni lite. Multa quoque alia ad

rem

rem hanc aggregari possent,quæ breuitatis gratia prætermittuntur. Illud tamen silentio non esse prętereundum constituisi,scilicèt inter alia fundamenta,quibus amplitudo Pontificiæ potestatis ostenditur, hoc etiam magno huic ueritati esse adiumento, uerba illa,quibus hæc potestas uel maximè innititur,quodcunque ligaueris † super terrã,& reliqua,quæ habentur Matth. 16.tum demum fuisse prolata,cum de fide ageretur,& de ijs, quæ credi à fidelibus oportebat: id quod ex ipsa Christi interrogatione conijci potest. Ait enim, quem dicũt homines esse filiũ hominis? atque ita de fide ipsa agebatur, quam esse fundamentum totius ecclesiæ, nemo est qui nesciat. simul etiam de ædificanda uniuersali ecclesia Christus loquebatur,dicens: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. atque uno & eodem tempore solum alloquens Petrum ob eius unius confessionem subiunxit: & tibi dabo claues,&c. & quodcunque ligaueris, &c.ex quo uerborum contextu si pollicitatio ad subiectum negotium referatur,ut à legum cõditoribus,& earum interpretibus constantissimè traditum est,ut ex præcedentibus, liquet, facillimè intelligimus,potestatem Petri usque adeò amplam extitisse ut ad supremam in uniuersali ecclesia iurisdictionem,& ad cuncta uel maxima negocia porrigatur. id quod de potestate ligandi alijs apostolis tradita dici nõ potest; quoniam ex diuersitate subiectæ materiæ,de qua tunc agebatur,diuersitas potestatis dignoscitur. ibi enim non de uniuersali ecclesia ædificanda,non de fidei fundamento tractabatur,sed tantum de foro conscientiæ, & Christus erudiendos Apostolos susceperat, quemadmodum erga fratrem peccantem se gerere debebant; ita enim & ex præcedentibus & ex sequentibus,ex quibus etiam media declarãtur,colligi potest, ut videre est,Matth. 18.in principio enim inquit Dominus: Si peccauerit in te frater tuus, &c. deinde ultimo loco Petrus & uerba & mentem Christi repetens ait, Domine si peccauerit in me frater meus,quoties dimittam ei? vt congruum igitur sermoni præcedenti sit hoc Petri responsum,patet,ibi rem ad solum peccati negocium fuisse coangustatam. cui si uerba potestatis illius simul prolata annectantur, ut naturæ ratio, & ius ipsum propter subiectam materiam exigit,consequens est,uerba illa,quàmuis uniuersalia,ad illos dimittendorum peccatorum limites,& ad ferendam contra impœnitentes excommunicationis sententiam,de qua ibi agebatur, restringi & coarctari oportere: alioqui ueræ interpretationes eluderentur, si quis amplius ac latius,quàm natura rei & subiecta materia expostulat, interpretando complecti audeat, ut ex infinitis propè authoritatibus fuit supra conclusum. hæc pauca opportunæ & iuridicè hoc in loco dicta sint contra hæreticos & obtrectatores, qui Pontificiæ maiestati detrahere nunquam desinunt.

Summarium in d.l.si uno. §. item cum quid.ff.loc.& cond.

1 *Quomodò sit facienda mercedis remissio.*
2 *Remissio competit conductori siue damnum contingat in fructibus, siue in debitoribus.*
3 *Quando damnum contingat facto locatoris.*
4 *Remissio pensionis quando sit facienda pro rata temporis.*
5 *Famulus durante infirmitate consequi non debet mercedem à domino.*
6 *Dominus tenetur pascere famulum suum tempore infirmitatis.*
7 *Tempore necessitatis omnia efficiuntur communia.*
8 *Distributiones quotidianæ propter seruitium & residentiam clerico tribuuntur, & etiam tempore infirmitatis.*
9 *Venditorem re casu perempta pretium exigere posse ab emptore.*

Bar.in d.l.si uno.§.item cum quidam.ff.locat.& condu.

1 Bart. in d.l.si uno.§ item cùm quidam,col.2.tradit quomodò sit mercedis † remissio facienda conductori,qui impeditus fuit uti frui re conducta. & distinguit, aut impedimentum prouenit culpa locatoris,aut casu contingẽte ex parte locatoris, aut facto tertij, aut casu fortuito. Quæro in primis,quid si conductor omne periculum casus fortuiti susceperisset? Respondeo cum non teneri ad casus ualde insolitos. Bar.in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis caut.& ideò quamuis iuramentum accedat,non tamen obligat conductorem,quia iuramentum non trahitur

tur ad non ueriſimilia,& ad caſus extra communem opinionem contingentes, ut egregiè docuit Alex.in conſi.28.& in conſi.173.in 1.vol.& in conſi.117.in 3.vol. Dec.in conſ.552.Soc. in conſi.123.in 4.vol.vide Fulg.in conſi.193.& Corn.in conſi.23.& 28.in 2.vol. nam compe
2 tit† remiſsio conductori,ſiue damnum contingat in fructibus, ſiue in debitoribus, qui propter bellum facti ſint pauperiores. Ang.in conſi.312.ubi ampliat etiam ſi lapſum eſſet tempus ſoluendi ante libellum ſuperueniens. vide Soc.in conſ.156.col.5.in 1.vol.& attende tamen, quia ſi bellum uigebat tempore locationis,conductor eo caſu aliquam remiſsionem petere non poteſt,ut ait Soc.in d.conſ.156.col.4.& ad materiam huius.§.vide Imol.in c.propter ſterilitatem, de loca.& in conſi.7.& Bal.in l.licèt.C.eod.tit.& Io.Bertachin.in tract.de gabellis,in 2.part. de locatione gabellarum.nu.47.cum ſeq.& omninò uide quæ poſui ad Bar.in l.fiſtulas.§. frumenta.ff.de acquir.empt.& dum Bar.in hoc.§.proſequitur declarando quando damnum †contin-
3 git facto locatoris,dicens,aut eſt iuſtum,aut iniuſtum. vide Rom.in conſi.178.& Ana.in cõſi. 74.& ibi addita. & ubi factum locatoris eſt iniuſtum,ait eum teneri ad integrum intereſſe. vide Aret.in conſi.112.Poſteà uerò ſubiungit Bar.quid ſit,quando damnum contingit facto tertij.vide ad hoc Soc.in d.conſi.156.& in conſi.44.col.2.in 1.vol. & Corn. in d.conſi.23.col.3. & in conſi.38.col.1.in 2.vol.Raph.Cuma.in conſi.185.& Aret.in d.conſi.112.ubi dicit, factũ tertij iniuſtum,& caſum fortuitũ æquiparari,licèt contra hoc faciat tex.in l.ſi fundus,infrà eod. tit.Et dum Bar.in caſu iſto ait.ſi locator non potuit reſiſtere impedimento allato à tertia perſona,eum teneri ad remiſsionem mercedis tantum pro rata. limitat tamen niſi hoc procederet propter inimicitias ipſius locatoris: quia tunc ad intereſſe teneretur. Quæro in caſu propoſito,quid ſi inimicitia eſſet iniuſta,& locator maiorem diligentiam adhibuiſſet? tunc dicendum videtur eum non teneri: quoniam gl.in l.ſi merces.§.culpæ,infrà eod.tit.ubi de hoc agitur,limitat illum tex.tamen hoc in loco Bar.uidetur ſentire contrarium: quia eò ipſo, quòd inimicitia eſt cum locatore,ſimpliciter ait,eum teneri ad integrum intereſſe. Attende uerba Bar.diligenter,nam ad hanc opinionem ita indiſtinctè uidentur accedere doct.qui diſtinguunt ſecundum gl.illam in conductore tantum,cum quo eſſent inimicitiæ,non autem in locatore. & ideò ratio differentiæ fortè illa eſſe poteſt,quoniam locator ex contractu ad patiẽtiam eſt obſtrictus. propterea ſi conductor impeditur, tenetur locator ex proprio ipſius contractu, atque ita ad intereſſe,etiam ſi culpa non interuenerit; alioqui uerò in conductore,de quo in d.§.culpæ, quia nõ tenetur niſi de dolo & lata culpa. & ideò ſi inimicitia eſt iniuſta, & conductor faciat quantum poteſt,excuſatur à culpa.& ita procedit gl.in d.§.culpæ.& pro intellectu illius gl.iuncto tex. vide Alex.in conſi.309.in libro primi & ſecundi volu.& aliqua uide apud Decium in conſi.25.&
4 circa prædicta,dum agitur de remiſsione penſionis facienda pro rata temporis, aduerte, quia conductor petere poteſt remiſsionem pro toto anno, quando ei in aliqua parte anni aufertur commoditas totius anni.tex.eſt not.in argumentum in l.ij.ff.de annu.leg.uide Soci. in conſ.88. in 1.vol.Et quando remiſsio penſionis peti poſsit etiam in fructibus iam collectis, vide Soci.in conſi.100.in fi.in 1.vol.Dum autem Bar.ibidem in 3. col.inquit,quando operæ non præſtantur propter factum conductoris,uel caſum contingentem in eius perſonam,deberi totam penſionem. vide Dec. in conſ.108. Quid ſi paſtor animalia cuſtodienda ſuſcepit, quæ deperdita ſunt,an incumbat onus probandi ipſi paſtori,an domino,cuius culpa id contigerit? dicit Hoſt. in c.propter ſterilitatẽ,de loca. hoc incumbere paſtori propter onus ſuſceptum. vide Alber. in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden.

5 Bar.in eod.§.col.fi.decidit,famulum †infirmitate oppreſſum,durante eius infirmitate,conſequi non debere mercedem à domino. De hac re,& an dominus eum facere curare debeat, uide Abb.in c.1.de cleric.ægrot.& plenè doct.in l.diem functo.ff.de off.aſſeſſ.& quamuis in hãc
* ſententiam * communiter itum ſit,ut dominus præſtare ſalarium non teneatur,ut per doct. hic & in l.in rebus.ff.commod.Limitatur tamen hoc non habere locum,quando ſalarium ei daretur non tantum ſui ipſius intuitu,ſed etiam aliorum,ut per doct.& maximè Iaſ.in d.l. diem fun-
6 cto,& Abb.in d.c.1.Item ſcias dominum †teneri paſcere famulum ſuum tempore infirmitatis.

ſed

sed dubitatur nunquid ad magnas impensas obligetur: quia famulus fortè est magna infirmita te grauatus,& indiget magna cura.Bar.in l.si cùm dotem.§.sin autem.ff.sol.matr.& in d.l.in re- bus concludit,eum ad magnas impensas non teneri. argumento d.l.in rebus.ad quod facit Bal. in l.quod in uxorem,in fi.C.de negoc.gest.ubi quærit,an potestas teneatur ad medicinas pro suis officialibus infirmis? concluditque eum teneri ad modicas,non ad magnas. & ita post Iac. Butr.Cyn.tenet.Bar.in l.legatis.ff.de alim.lega.sed hoc intelligendum est ratione famulatus, sed ei tanquam proximo est subueniendum,& posset iudicis officium implorare sicut quilibet
7 alius pauper tempore necessitatis.c.sicut,cum glo.47.dist. Nam tempore necessitatis † omnia debent esse communia.l.ij.in uersi.eò magis.ff.ad leg.Rhod.de iact.c.discipulos.de consecrat. dist.5.Dec.in consi.697.& uide quæ posui de hac re ad Bar.in l.j.§.cura carnis,ff.de off.Præse. urb.& ad præfata uide Bar.in l.j.ff.de uari.& extraord.cognit.Sed attende unum aliud in pro- posita re,quamuis enim Bar.hic decidat,dominum non teneri ad prestandam mercedem famu lo ęgrotanti,quia seruire non potest,alijque ad eum communiter accedant,ut uidimus,dura ta men uidetur esse ista sententia,maximè si famulus tempore sanitatis erat solitus diligenter ser- uire domino suo: quia saltem isto casu mercedem ei deberi sentiendum uidetur: quemadmo- dum in simili casu traditum est. quamuis distributiones quottidianæ propter seruitium & resi
8 dentiam clerico † tribuantur,ei tamen etiam tempore infirmitatis,quo seruire & residere non potest,debentur,si sanus existens solebat residere,& ecclesiæ seruituti non deesse: ita doct.in c. audientiam,de cleric.non resid.Abb.& alij in c.1.de cleric.ægro.& doct.in c.unico, de cleric. non resid.in 6.& Feli.in c.Apostolicæ,de excep.in uer.suspensus autem. Quare hoc idem pari ratione & de famulo uidetur uel facilè concedendum. Præterea quando dominus ei certum pretium quolibet anno spopondit, ut seruiat,hoc sanè est intelligendum,scilicèt,ut seruiat quã do seruire potest; uerùm quia humanæ fragilitatis est ægrotare,& iste casus præuideri potest à domino tempore promissionis simpliciter factæ,si eum euenire posse non prospexit,& cautius promisit,non debet posse uti hac exceptione in præiudiciũ famuli. argumento tex. in l.si quis domum.§.hic subiungi, supra eod.tit.ibi,hoc enim euenire posse prospicere debuit,& imputã dum est domino,qui apertius legem non dixit.l.ueteribus.ff.de pact.quare si seruus est diligẽs & facit quicquid potest,dignus uidetur mercede sua.tamen cogita,quia magna est authoritas Bar.& aliorum.

9 In hac eadem.l.§.item cum quidam,glo.in uoce,personis,ait uenditorem † re casu perempta. pretium exigere posse ab emptore; quia tractat de damno uitando: locatorem uerò pensionẽ eo casu consequi haud posse,quoniam tractat de lucro. Attende differentiam hanc inter uen- ditorem & locatorem,quam refellit Rom.ut testatur Dec.in cons.312. & de hac re uide Abb. & alios in c.potuit,& in c.propter sterilitatem,de loca.

Summarium in l.sed addes.§.si quis.ff.de loca.& cond.

1 *Pensio solui non debet in principio anni,sed in fine.*

Bar.in l.sed addes.§.si quis cum in annum.ff.de loc.& cond.

1 Bart. in d.§.si quis cum in annum,colligit ex tex.pensionem † solui non debere in prin- cipio anni sed in fine. vide Alex.in l.diuortio,col.4.ff.sol.matr.& Abb.in c.peruenit,de arbitr.

Summarium in l.si in lege.ff.de loc.& cond.

1 *Illud quod alterius arbitrio committitur,intelligendum est de arbitrio boni uiri.*

2 *Ille qui habet arbitrium approbandi obligationem,non potest terminum prorogare.*

Bar.in l.si in lege.ff.de loc.& conduc.

1 Bar. in d.l.si in lege,in principio,inquit,illud,quod alterius † arbitrio committitur,intelli- gendum esse de arbitrio boni uiri. vide Rom.in consi.115.Abb.in c.1.de dilat. & Feli.in c.1. nu.86.de const.ubi limitat,hoc procedere nisi ille alioqui hoc modo etiam terminare tenere- tur: quia tunc de libero arbitrio intelligeretur. & de hac re uide quæ posui suprà ad Bart. in l. societatem.§.arbitrorum.ff.pro soci.Hic reliquum est, ut intelligamus, quid sit hoc arbitrium boni uiri,& quomodò regi debeat ac moderari. Dec.in c.de causis,de off. deleg. ait, illud esse

regendum

regendum à lege, cessante uerò lege, à consuetudine, & cessante consuetudine, à similibus ad similia. idem Dec. in l. in personam. §. generaliter. ff. de regu. iur. ait arbitrium boni uiri esse illud, quod aliquis faceret in rebus suis uel sibi fieri uellet. & dum Bar. subiungit, eum, qui habet arbitrium † approbandi obligationem non posse terminum prorogare. vide Alex. in consi. 192. Visis actio. col. 3. & fin. in libro primi & secundi vol. ubi citat hoc Bartoli documentum. & Paul. de Cast. in auth. quæ supplicatio, col. 2. C. de precib. Imper. offeren. Feli. in c. 1. col. 18. de const. Rom. in consi. 322. Aret. in c. dilecti, col. 3. de re iudic. & in consi. 85. col. 5. Alex. in l. milites. C. de testa. milit. Car. in consi. 16. versi. si protestati. & Soc. in cõs. 195. col. 2. in 1. vol. ubi ait, arbitrium datum ad procedendum non intelligi quò ad condemnandum, neque contra; quia hæc sunt diuersa. citat Bar. & alios in l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de uerb. oblig. & ad præfata uide Feli. in c. cùm olim. j. de off. deleg.

Summarium in d. l. si in lege. §. si colonus. ff. de loc. & cond.

1 *Res secundi conductoris obligata primo conductori, non intelligitur obligata primo locatori.*

Bar. in d. l. si in lege. §. si colonus. ff. loca. & cond.

1 BART. in ead. l. §. si colonus, ait, res secundi conductoris † obligatas primo conductori, nõ intelligi obligatas primo locatori. Deinde opponit Bar. d. l. solutum. §. solutum. ff. de pigno. act. & dicit plures ad hoc afferri solutiones, sed illam ueram esse, quòd ibi tacitè, & hic ex conuentione. Attende quia contrarium sentit Bar. in d. §. solutum.

Summarium in d. l. si in lege. §. si domus. ff. de loc. & cond.

1 *Quando obligatio committitur propter non factum ab initio, & certum est fieri non posse ex post facto, statim potest agi ad integrum interesse.*

Bar. in d. l. si in lege. §. si domus. ff. de loca. & cond.

1 BART. in ead. l. §. si domus, inquit, quando obligatio † committitur propter non factum ab initio, & certum est fieri non posse ex post facto, statim agi posse ad integrũ interesse, ut in cõtractibus bonę fidei. De materia huius. §. uide latè Ias. in l. diem functo, col. 4. ver. nota ex ista. ff. de offic. assess. ubi tradit de hac oppos. quam facit Bart. circa istam gl. & uide in l. diuortio. col. 15. ff. solu. matr.

Summarium in l. si merces. ff. de loc. & cond.

1 *Si committitur merces arbitrio certæ personæ non ualet.*

Bar. in l. si merces. ff. de locat. & condu.

1 BART. in l. si merces, in princ. ita inquit; si committitur merces † arbitrio incertæ personę non ualet. & idem si certæ, quæ noluerit arbitrari. ad hanc. l. vide Rom. in consi. 257. in secũdo dubio. & Imol. in consi. 22. & dum subiungit Bar. locationem fieri non posse arbitrio eius, quẽ eligemus, quia dissentire possumus in eligendo. vide Feli. in c. ad hæc, in fi. de rescrip. & Abb. eleganter in c. innotuit, de arbitr. Dicit posteà Bar. ualere locationem factam ad arbitrium duorum eligendorum, scilicèt ut unus eligatur à me, & alius à te. Tamen aduerte hic, quia personæ sunt incertæ, id quod est contra tradita per Aret. in l. j. §. fi. col. 1. ff. de uerb. oblig. & de hac materia uide plenè apud doct. in l. si quis arbitratu. ff. eod. tit. de uerb. ubi agitur quando ille assumptus non uult, aut non potest arbitrari: & quãdo sit recedendum à persona electa. ad quod uide Soc. in cons. 44. col. 4. in 1. vol. ubi ait, semper esse recedendum à persona electa, quando alioqui unus locupletaretur cum aliena iactura.

BART. in ead. l. §. culpæ, tractat de damno passo ab inimicis de qua re egimus suprà. in l. si uno. §. cum quidam, ubi uide omninò, & uide Alex. in consi. 20. in 5 uol.

Summarium in d. l. si merces. §. ius maior. ff. de loc. & cond.

1 *Pro damno intolerabili fit remissio mercedis conductori.*

2 *Ad hoc ut quis teneatur ad soluendam totam pensionem, quid sit agendum.*

3 *Emphyteotæ remissionem fieri non debet.*

Bar. in d. l. si merces. §. uis maior. ff. de loca. & cond.

1 BAR. in ead. l. §. Vis maior, sic ait in summa. Pro damno † intolerabili fit remissio mercedis condu-

conductori,alioqui uerò si damnum sit modicum: quia tunc non fit remissio, sicut nec augetur pensio propter modicum augmentum. circa hunc.§ uis maior, attende, quia si debitores uel conductores particulares propter bellum effecti essent pauperiores,ita ut soluere non possint conductori,debet ei fieri remissio,etiam si ante bellum esset iam elapsum tempus soluēdi. Angel.in consi.312.vide etiam Soc.in consi.156.in 1.vol.ubi ait,remissionem propter bellum fieri non debere, quando bellum uigebat tempore locationis.& ad hunc tex.faciunt trad.per Alex.cōs.112.in 1.vol.ubi tradit, eū petere posse remissionē mercedis,qui non percipit dimidiam partem fructuum,qui colligi consueuerunt. de qua re uide etiam Bal.in l.licèt.C.eod.tit. & Imol.in c.propter sterilitatem,eod.tit.& de materia huius tex.uide Ana.in consi.64.cum ibi additis.Ang.in cons.131.col.pen.Et si uis adhibere cautelam,ut quis indistinctè ad soluendam

2 † totam pensionem teneatur,renunciandum est in instrumento à conductore exceptioni doli mali,& condictioni sine causa etiam iustæ,& latius ut per Cæpol.in caut.48.incip. Regula est. isto enim casu tenebitur conductor indistinctè,ut tradit Ias.in l.j.col.antep.uersi.pro ista. C.de iur.emphyt.ubi tradit etiam de remissione,quæ fit simplici conductori,uel ad longum tempus uel in perpetuum,ut ibi uidere est in d.l.j.col.4.uersi.secundò principaliter,ubi multas limitationes tradidit. & quæ sit ratio, quare fiat remisio. ex qua consequenter infert, emphyteotæ

3 remissionem † fieri nō debere,quamuis ibi aduertat Bartolum uelle, ei quoque faciendam esse remissionem,quando non perciperet fructus,quos soluit pro recognitione. sed hoc reprobat Ias.dicens fieri remissionem solùm quando percipiuntur fructus circa dimidiam census, ut ibi latius per eum. De hac re uide Abb.in c.potuit,de loca.Ad prædicta uide aliqua,quæ posui suprà ad Bar.in l.si uno.§.cùm quidam,eod.tit.& dum Bar.subiungit quando aliqua sit locatio, & quando societas,uide gl.in l.diuortio,ver.itē si messis,in uerbo sequantur.ff.sol.matr.& ideò dum Bar.in hoc.§.col.3.in ult.notab.ait,contra colonum partiarium agendum esse actione pro socio,quia est societas,non autem ex locato:uide ibi apostillam in uoce actione.& de contentis in ea uide Ias.in l.item seruiana,col.3.inst.de acti.& Io.Fabr.inst.loca.in princ.ubi tradit an colonus partiarius faciat fructus suos in solidum.

Summarium in l.in operis.ff.de loc.& cond.

1 *Simul dicitur factum,quod fit eodem die.*

2 *In obligatione operarum post moram succedit obligatio ad interesse.*

Bar.in l.operis.ff.de loca.& cond.

1 Bart. in d.l.in operis colligit ex tex.simul dici factum† esse,quod fit eodem die.vide Fel. in c.translato,col.5.de const.& ibi addita ad Abb.in additione incip. pro concordia. & Barb. in consi.13.in 3.vol.vide etiam Bar.in l.fundus.§.si duo.ff.de pignor.& simul dicitur fieri illud, quod fit successiuè quando aliter fieri non potuit.l.hac consultissima.C.de testam.ibi simul,& non diuersis.& an illud,quod fit pluries,& unum post aliud dicatur simul fieri,vide Bar.in l.plures.ff.de iniuri.incontinenti autem dicitur fieri,quod fit infra triduū.Paul.de Castr.in suo sing. 25.citat.l.fi.C.de erro.adu.de hac re uide Feli.in c.præterea, de testi.cogen.

2 Bar.in ead.l.uers.item oppo.inquit,in obligatione † operarum post moram succedere obligationem ad interesse.vide Rom.in consi.47.& Alex.in cons.122.in 5.uol.

Summarium in l.habitatores.ff.de loc.& cond.

1 *Modica conductoris incommoditas non operatur,ut fiat mercedis remissio.*

Bar.in l.habitatores.ff.de loca.& conduc.

1 Bart. in d.l.habitatores,in principio dicit,modicam† conductoris incommoditatem nō operari ut fiat mercedis remissio. vide quid per hunc tex.consuluit Anch.in consi.90.

Summarium in d.l.habitatores.§.item interrogatus.ff.de loc.& cond.

1 *Iustus timor facit,ut remissio fiat mercedis.*

2 *Nulla maior necessitas dari potest quàm timor mortis.*

3 *Metus dicitur alicui iustè illatus,non solùm quando re ipsa subest periculum, sed etiam quando adest suspitio.*

Bar.

Bar.in d.l.habitatores.§.item interrogatus.ff.de loc.& cond.

1 BART. in ead.l.§.item interrogatus,tradit,iustum timorem † facere,ut remissio fiat mercedis,quamuis periculum non sit secutum. iste tex.semper afferri solet ad hoc, quòd tempore pestis conductores domuum,pensionem soluere non tenentur. id quod sanè intelligendũ est, scilicèt facta prius denunciatione & consignatione clauium,ut per Io.Baptistam de sancto Seuerino in repet.l.diem functo,quæst.40.ff.de off.assess.& de primo est tex.in l.item quæritur.§. exercitu,suprà eod.tit.& si cupis ut conductor omni casu eueniente ad pensionem teneatur, ui de cautelas quas posui suprà in l.si merces.§.uis maior,eod.tit.ad rem,scilicèt,conductorem superueniente peste posse domum conductam dimittere,facit tex.in c.propter sterilitatem,de loca.nam si propter necessitatem superuenientem potest dominus inquilinum expellere, ita po-
2 test conductor domum dimittere; nulla enim maior necessitas † dari potest quàm timor mortis.l.de ætate,ubi Bar.ff.ad Trebell.tradit Abbas in d.c.propter. faciũt quæ habẽtur apud Bar. in l.j.ff.de bonor.poss.ex testa,milit.Bal.in l.fi.C.de test.Ang.in l.si uacantia.C.de bon.uacan.libro 10.& in §.quia uerò,in authen.de non alien. Salic.in l.cùm à matribus,C.qui pet.tut. gl. & Ant.de Butr.in c.ad supplicationem,de renunc.Tamen Barb.in d.c.propter sterilitatem,col.4. inquit conductorem eo casu domum conductam dimittere non posse; quia in hoc priuilegiatus non reperitur,sed quòd immo dimitti possit,probatur,quia tempore pestis locus non dicitur tutus. Bar.in d.l.de ætate.& ita tenet Bal.in c.ex parte.j.in fi.de appellat. & ibi Corn. ait ita indistinctè esse dicendum, licèt Abb. in c.cùm dilecti, de dol. & cont.senserit inspici oportere qualitatem complexionis. sed nemo debet se exponere tam magno & euidenti periculo, ut dicit Bal.in d.c.ex parte,in fi.vbi in terminis decidit quæstionem hãc,quamuis Abb.& Barb.nullam de ipso faciant mentionem. & dum Bar.inquit sufficere timorem periculi, licèt periculũ
3 non sequatur. facit ad hæc optimè, quia metus † dicitur alicui iustè illatus non solùm quando re ipsa subest periculum, sed etiam quando adest suspicio.text.est not. in l.nouissimè.§. si quis compulsus.ff.quod fals.tut.auto.Alex.in cons.99.in 3.volu. ita etiam doct. aiunt. in l.ut uim.ff. de iust.& iur.aliquem posse se defendere non solùm quando ei re ipsa fit offensio,sed etiã quando subest timor probabilis: quia non debet expectare ut percutiatur, & ea quæ non fiunt propter metum habentur pro factis.Dec.in l.in omnibus causis.ff.de reg.iur.

Summarium in l.quod si domus.ff.de loca.& cond.

1 *Qui in lite sua aduocatum habuit gratis,potest petere mercedem aduocati.*

Bar.in l.quòd si domus.ff.de loca.& condu.

1 BART. in d.l.quòd si domus, inquit, eum qui in lite † sua aduocatum habuit gratis, posse petere mercedem aduocati. De hac re uide Ias.in l.properandum.§. sin autem alterutra, colu. 6.uersic.adest.C.de iudic.ubi tradit,quid si is aduocatum habuisset in remunerationem beneficij præteriti uel futuri.

Summarium in l.qui insulam.§.qui ædem.ff.de loc.& cond.

1 *Pensio quæ præstatur ad mensuram tantum,pro rata operis facta,peti potest.*

Bar.in l.qui insulam.§.qui ædem. ff.de loca.& cond.

1 BART. in d.§.qui ædem,sic ait in summa.Pensio,† quæ præstatur ad mẽsuram tantùm,pro rata operis facta peti potest.vide Alex.in l.diem functo,col.2.ff.de off.assess.

Summarium in l.in naue.ff.de loc.& cond.

1 *Ille qui tenetur in genere respectu alicuius speciei, illa specie perempta,liberatur.*

2 *Nomen actionis oneris aduersi an sit proprium nomen actionis.*

Bar.in l.in naue.ff.de loca.& cond.

1 BART. in d.l.in naue,inquit,eum,qui tenetur † in genere respectu alicuius speciei,illa specie perempta,liberari. vide Aret.& Alex.in l.si ex legati causa.ff.de uerb.oblig.& dum Bar.ibi subiungit,aliam solutionem ad contrarium,quod adduxerat,hoc est,eum, qui in genere subalterno est obstrictus,toto illo genere perempto liberari. Dicas hanc solutionem * communiter approbatam esse in l.quod te.ff.si cert.pet.ubi Ias.col.5.

Bar.

1 Bar.in ead.l.quærit,utrum nomen † actionis oneris aduersi,sit proprium nomen actionis. vide Iaſ.in §.actionum,col.4.in 3.notab.inſt.de actio.

Summarium in l.qui fundum.ff.de loc.& cond.

1 *Colonus non cogitur ſtare in conductione legatario uel emptori re uendita uel legata.*

Bar.in l.qui fundum.ff.de loca.& cond.

1 Bart. in d.l.qui fundum,ait,colonum † non cogi ſtare in conductione legatario uel emptori re uendita uel legata. ad hæc uide Alex.& alios in l.qui abſenti.§.1.ff.de acquiren.poſſ.& Paul.de Caſt.in l.ſi merces.§.1.ſuprà eod.tit.Abb.in c.fi.ne prælat.uices ſuas.Imol.& Iaſ.in l.filiusfamiliàs.§.Diui,quæſt.3.ff.de leg.1.ubi plenè Alex.& in conſi.118.in 2.dub.in 5.vol.ſed an conductor poſsit expelli à ſucceſſore particulari,ei ſuum intereſſe offerente? Soc. in conſi.90. in 4.vol.Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypoth.in 2.par.primæ par.princ.nu.7.cũ ſeq. & Ambroſ.de Oppiz.in repet.l.filiusfam.§.Diui.ff.de leg.nu.103.

Summarium in l.ſi fundus.ff.de loc.& cond.

1 *Si conductor frui non poteſt re abſque culpa locatoris,ſit ei remiſſio mercedis pro rata.*

Bar.in l.ſi fundus.ff.de loca.& cond.

1 Bar. in d.l.ſi fundus,ſic inquit in ſumma.Si conductor † frui non poteſt re abſque culpa locatoris,ſit ei remiſsio mercedis pro rata:ſi uerò culpa locatoris interueniat,ad integrũ intereſſe locator tenebitur. De materia huius.l.uide Imol.in conſi.84.Roma.in conſi.433.Alexan.in conſi.84.in 6.vol.Soc.in conſi.146.in 1.volu.& in conſi.88.eod.volu.cum ultima ſubſcriptione ad.d.conſilium ubi ſoluitur contrarium.l.Lucius.ff.de euiction.quæ huic.l.uidetur reluctari. Prætereà attende tex.in hac l.in uerſic. nam & ſi uendideris. qui eſt mirabilis, quoniam ex eo colligitur,quamuis fiſcus loco hæredis extranei habeatur,tamen in eo tranſire bona ſine onere, in quibus alter ius habebat ad rem. ita Rom.in ſuo ſingul.425.incip.nunquid confiſcatis.

Summarium in l.& hæc diſtinctio.§.cum fundum.ff.de lo.& con.

1 *Ille,qui eſt dominus pro certa parte,pro indiuiſo poteſt locare totum fundum ſi utiliter facit.*

Bar.in l.& hæc diſtinctio.§.cùm fundum.ff.de loca.& cond.

1 Bar. in d.§.cùm fundum,inquit,eum,qui eſt dominus † pro certa parte pro indiuiſo, poſſe locare totum fundum ſi utiliter facit: quia huiuſmodi negocium pro parte expediri non poteſt. vide Alex.in l.ſerui electione.§.1.col.2.ff.de lega.1.Flori.in l.Sabinus,com. diuid. Aret. in l.duo fratres.ff.de acquir.hæred. Bal.in l.j. C.qui teſta.facer. poſſ.& in c.cùm omnes, col.2.de conſtit.Aret.in conſi.126.& ad primam deciſionem Barto.uide Iaſ.in l.ij.§.ex his,colu.3.ff.de uerbor.obligat.

Summarium in l.opus.ff.de loc.& cond.

1 *Ille qui in ſe ſuſcepit periculum operis tenetur donec opus approbetur.*

Bar.in l.opus.ff.de loca.& cond.

1 Bar. in l.opus,ait,eum,qui in ſe ſuſcepit periculum † operis,teneri donec opus approbetur.& reliqua ut ibi per eum.vide Rom.in conſ.247.& Bal.in conſ.119.in 1.vol.

Summarium in l.qui mercedem.ff.de loc.& cond.

1 *Ille qui promiſit cuſtodiam,tenetur de periculo & damno dato ab aliquo.*

Bar.in l.qui mercedem.ff.de loca.& cond.

1 Bart. in d.l.qui mercedem,dicit,eum,qui promiſit † cuſtodiam,teneri de periculo & dãno dato ab alio,quod potuit cuſtodia euitari. vide Hoſt.& alios in c. propter ſterilitatem, de loca.& Alber.ic.in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden.ubi habetur etiam,ei, qui onus cuſtodiendi ſuſcepit,onus probandi incumbere,damnum illud ſua culpa non contigiſſe.

Summarium in l.ſi domum.ff.de loc.& cond.

1 *Damnum datum à ſeruis in hac actione non uenire.*

Bar.in l.ſi domum.ff.de loca.& conduc.

1 Bart. in d.l.ſi domum,inquit,damnum † datum à ſeruis in hac actione non uenire. vide Bal.in conſi.121.in 4.vol.

Summa-

Summarium in l.ea lege. §. locauit. ff. de loc. & condu.

1 *Qui locauit operas suas singulis diebus ut opus faceret, non teneri de uitio operis.*

Bar. in l. ea lege. §. locauit. ff. de loca. & conduc.

BART. in d. §. locauit, ait, textum hunc esse singularem, ex quo colligitur, eum, qui locauit
1 operas † suas singulis diebus ut opus faceret, non teneri de uitio operis. vide Rom. in sing. 31. incip. Siquis conducatur.

Summarium in l. quæro. ff. de loc. & cond.

1 *Quomodò teneatur ille, qui promisit indemnitatem.*
2 *Casus fortuitus non liberat debitorem generis. & nu. 3.*
4 *Fideiussor simpliciter acceptus an uideatur intercedere in omnem causam.*

Bar. in l. quæro. ff. de loca. & conduc.

1 BART. in d. l. quæro, in 4. notab. tradit quomodò teneatur † ille, qui promisit indemnitatem. De hac re uide Alex. in cons. 31. In causa executionis, in 4. vol. col. 1. & in cons. 114. super eo, col. 2. in 3. vol. vbi ait, eum, cui promissa est indemnitas, agere non posse contra promittentem, si aliunde potest conseruari indemnis. Et ad materiam huius promissionis uide gl. & doct. in l. si pater. C. de collat. & Bar. in l. pater. ff. de dot. prælega. Bald. in l. cùm tibi. C. de euiction. Et talis promissor non tenet ad id, quod contingit facto illius, cui est facta promissio. Soc. in cons.
2 70. in 3. uol. Ad quod facit in simili casu pulchra decisio: nam etiam si casus fortuitus † communiter non liberet debitorem generis. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solut. tamen hoc limitatur nisi casus ille facto ipsius creditoris contingeret: ita Raph. Cuma. in cons. 185. col. 2. Et attende in hac materia, fideiussionē esse distractum, quando id expostulat natura obligationis. Alex. in cons. 176. Viso instro, in lib. primi & secundi uol. quem oīnò uideas. Ad prędicta uide Salic. in l. j. C. de fideiuss. & in l. j. C. de fideiuss. tut. & ad rem faciunt, quæ tradit in simili casu Ias. in l. fi. in princ. col. 1. ff. si cert. pet. dicens, eum, qui promisit quanto minus à Titio consequi poterit, ēt si renunciauerit beneficio fideiussorū, ante principalem debitorem conueniri non posse: & ibi latè prosequit. limitatq; duobus modis hanc conclusionem, vt ibi uidere est. & aliam differentiam tradidit inter fideiussorem, & eum, qui promisit indemnitatem. Hoc tamen quod prædictum est, eum scilicèt nisi prius facta excussione † conueniri non posse, intelligit, esse uerum si
3 pars opponit, alioqui uerò parte non excipiente. Bar. in d. l. fi. in princ. in ultimis uerbis, ubi declarat. Et uide ibi etiam Curt. fol. 13. & de re proposita uide Ias. in l cū filius familiàs. ff. de uerb. oblig. Et promissa indemnitate tenetur promissor etiam ad lucrum cessans. l. quia poterat, iuncta. l. apud Iulianum. ff. ad Trebell. & promissionem indemnitatis, & promissionē defensionis à pari procedere, docuit Bar. in d. l. pater. ff. de dot. præleg.

4 Bar. in hac ead. l. in princip. vers. ultimò glo. tradit, an fideiussor † simpliciter acceptus, uideatur intercedere in omnem causam? & distinguit secundum glo. vide in hac re pulchrum consilium Anch. in cons. 78. & ibi addita.

Summarium in d. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loc. & conduc.

1 *Promissio de non expellendo colonum quomodò intelligatur.*
2 *Promissio de non exhæredando filium quomodò intelligatur.*
3 *Proprietarius si promisit usufructuarium non molestare, quomodò intelligatur.*
4 *Colonus, qui in solutione pensionis cessauit, an possit expelli.*
5 *Colonus ad hoc ut possit expelli, an exigatur sententia.*
6 *Emphyteota non soluens infra biennium, potest moram purgare.*

Bar. in d. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de loca. & cond.

1 BART. in ead. l. quæro. §. inter locatorem, inquit, promissionem † de non expellendo colonum, intelligi, nisi per bienniū cessaret in solutione pensionis. et ideò ex isto tex. colligit, neminem ex aliquo contractu agere posse, nisi ante oīa probet, se pro parte sua adimpleuisse cōtenta in ipso contractu. vide aliquid in hac re apud Barb. in cons. 12. col. pe. in 3. uol. & in cons. 32. col. 1. & in cons. 70. eo. uol. Alex. in cōs. 76. in 5. uol. Corn. in cons. 297. in 3. uol. Bal. in cōs. 325.

in 3.vol.Ang.in consi.219.in fi. Item aduerte,quia non adimplenti non est adimplendum etiã si iuramentum interueniſſet.tex.est,& ibi Bal.in c.peruenit.2.de iureiur.& Bal.in cons.327.in 1.uol.& in hac re uide omninò Aret.in consi.70.vbi tradit quædã scitu digna. & Io.Bapt.Caccialupum in tract.de transactionibus,q.14.& Soc.in consi.110.inter consilia Alber.Bruni.

2 Bar.in eod.§.dicit,si promisi filium † non exhæredare, hoc esse intelligendum nisi causam exhæredationis dederit. & similiter si promisi non offendere, intelligitur nisi causam offensionis commiserit.Ad hæc uide Alex.in cons.114.col.2.in 3.vol. vbi per istum text.inquit,si promisi aliquem releuare à deposito,intelligitur,nisi ille sit in culpa.& in cons.177.in 5.vol.vbi agit de uxore,quæ prohibita est molestari in usufructu sibi relicto. et uide Bal.in consi.357.in 4.volu. Raph.Cuma.in cons.51.Feli.in c.cũ ordinem,col.5.de rescr.& in c.peruenit.2.col.2.de iureiu. & hunc tex.generaliter adnotandum esse ad quemcunq; contractum, vt hic, vide Abb.in cõsi. 61.in 2.uol.& in cons.seq.in fi.& in cons.94.col.4.in 3.dub.eo.uol.Roma.in cõs.211.& Alex. oĩnò in cons.194.Viso testõ,in lib.primi & secundi uol.vbi ait,eum,qui prohibitus est molesta re,posse nihilominus ea facere,quæ ueniũt ex natura contractus;atq; ita intelligiẽ nisi molestia
3 ex natura contractus oriatur per hunc tex.et ideò infert,si proprietarius † promisit usufructuarium non molestare,poterit tamen petere cautionem de utendo,& fruendo arbitrio boni uiri: quia hoc est de natura ipsius ususfructus. ppeà idẽ censeo si usufructuarius uẽderet,vt proprietarius agere possit contra eũ ad hoc,vt usufructu priuet:quia uẽdidit,cũ hoc sit de natura ususfructus.vide ẽt Barb.in cons.8.in 1.vol.& Feli.in c.causam quæ,col.13.& seq.de rescript.Et in summa scias, quamcunq; promissionem de non contraueniendo intelligi debere; nisi ex causa legitima,& lege permittente contraueniatur.Soc.in cons.22.in 4.vol.quẽ uide.Item hoc intelligitur nisi culpa illius,cui facta promissio,id fiat: ut dixi in hac ead.l.in principio.uide ibi.

4 Bar.in eod.§.subiungit, an & quando colonus † propterea q; in solutione pensionis cessauit, possit expelli:et distinguit ut ibi uidere est apud eum.Istam distinctionẽ Bar.sequit̃ Ias.in auth. qui rem,col.3.vers.tertia conclusio.C.de sacrosanct.eccl. vbi limitat non procedere in conductore ad longum tps,quia requiritur ut per triennium cesset à solutione. & in l.ij.C. de iure emphyt. col.10.vers.tertia conclusio,vbi latissimè tradidit,qũo ferè in omni materia propter cessationẽ (vt ita dixerim) solutionis aliquis expelli possit, vt ibi per eum. Item quid sit qñ adiectum est iurm: vide Alex.in cons.85.in 1.vol.Et dum ibi Bart.subiungit, eum,qui est præsens,& cessat, posse statim expelli.vide Alex.in cons.131.in 4.uol.& in d.cons.85.Abb.in d.cons.77. in fin.in 1.vol.Bal.& Feli.in c.querelam,de iureiur.& oĩnò Alex.in cons.105.col.4.in 3.uol.& in 6.col. & per totum.vbi hr̃,quid si appositum est iuramentum,& quid si non uteretur arbitrio boni uiri.et ibi ait ẽt quid sit non uti arbitrio boni uiri.& in cons.118.col.2.in 5.vol. vbi tradit, qualis
5 esse debeat iste malus usus, vt possit expelli: & an super † hoc snia exigatur. et ad hæc uide Ias. in d.l.ij.col.33.cum quatuor seq.& Bal.in cons.290.in 2.uol.vbi ẽt ipse loquitur de eo,qui malè utitur,& non soluit. Attende tamen nonnulla in re proposita scitu digna: nam emphyteota non soluto canone per biennium expelli non potest,quando talis esset consuetudo regionis,& hmõi consuetudo ualida est: quia non est contra substantiã contractus, sed tm̃ contra accidentalia.Abb.in cons.72.in 1.uol.item emphyteota non soluẽs infra biennium potest moram purgare.Fulg.in cons.7.nisi dñs elapso biennio protestet̃ se nolle amplius illum hr̃e pro emphyteo
6 ta.Cæpol.in caut.135.Item emphyteota † soluere non potest canonem pro plurib. annis futuris;quia agit̃ de interesse domini creditoris. Dec.in l.cùm tps.ff. de reg.iur. Item emphyteota, qui iurauit soluere pensionem quolibet anno,si non soluit, priuat̃ non expectato biennio. Feli. in d.c.querelam.Thom.Ferrat.in caut.20.Quando dominus uult emphyteotam à possessione expellere,utrum debeat eum citare,& agere uia actionis, an per officium iudicis procedere debeat? et alia multa in hac re uide apud Soc.cons.167.in 1.uol.Et an dominus possit eũ propria authoritate expellere.et quid si iudex fuisset aditus. Dec.in cons.146.& Cæpol.in caut.136.

Summarium in l.dominus. §.in conducto.ff.de loc.& condu.

1 *Inquilinus meliorando domum conductam, quod impendit, potest repetere à domino.*

Bar.

Bar.in l.dominus.§.in conducto.ff.de loca.& conduc.

1 BAR. in ead.l.§.in conducto,sic ait in summa. Quod inquilinus† meliorando domum conductam impendit, potest repetere à domino. vide Alex.in consi.326.colu.3.in 3.dubio. Et an & quando & quomodò melioramenta repeti possint,vide Ant.de Fano in tracta.de pignor.& hypothec.in quarto membro quintæ par.nu.182. cum seq. & Mari.Soci.iuni.in consi.150.nu. 31.& quæ dicam infrà in l.colonus,hoc eo d.tit.

Summarium in l.insulam.§.in operis.ff.de loc.& cond.

1 *Breuitate termini contractum bonæfidei non uitiari.*

Bar.in l.insulam.§.in operis.ff.de loc. & conduc.

1 BART. in d.§.in operis,ait,breuitate termini† contractum bonæfidei non uitiari. vide quid per hunc tex.decidit Bal.in c.1.§.ad hæc,in tit.hic fini.lex,deind.consuet.&c.in usib.feudorũ.

Summarium in l.Martius.ff. de loc.& cond.

1 *Medicus si promisit curare podagra ægrotantem, & ille sit liberatus pro aliquo tempore, & deinde podagra reuertatur, vtrum debeat consequi mercedem integram, an non.*

Bar.in l.Martius.ff.de loca.& condu.

1 BART. in d.l.Martius in fi.quærit, si medicus† promisit curare podagra ægrotantem, & ille sit liberatus pro aliquo tempore,& deinde podagra reuertatur, vtrum debeat cõsequi mercedem integram,an non ?et decidit, eum non debere illam consequi, si non fuit liberatus etiã à causa ipsius podagræ,alioqui debet totum habere. si uerò est dubium, & tunc distinguit: aut infra modicum tempus fuit reuersa,aut non: vide ad hæc Alex. in l.siquis seruum, aliter in l.fi. ff.de uerb.oblig.& in l.si ita essem stipulatus,in fi.eod.tit.& ibi omninò Imol.& Bal.in simili casu in consi.237.in 2.uol.

Summarium in l.cum in plures.ff.de loc.& conduc.

1 *Si domus habitari non potest, vel ad habitandum alteri locari, debet fieri remissio mercedis.*

Bar.in l.cùm in plures.ff.de loc.& condu.

1 BAR. in d.l.cùm in plures,sic ait in summa. si domus† habitari non potest, uel ad habitandum alteri locari,debet fieri remissio mercedis,nisi alia æquè commoda præstetur. vide Imol. in consi.29.& Rom.in consi.432. vbi per hanc.l.& similes, decidit quæstionem hanc; si conduxi prædia per ix.annos, eisque uti non potui per illud tempus, vt ad soluendam pensionem tenear pro illo tempore,quo frui potui. vbi etiam traditum est,si mihi fit reintegratio illius tẽporis,quo uti non potui, nunquid pensionem illam soluere debeam, de qua fuit conuentum ? an uerò eam,quæ post fuit sequuta. vide Aret.in consi.52.col.1.& 2. Et dum Bar.in fi.ait,si dubitatur an aliquis domum conduxerit,ut habitet eam, an uerò ut in ea hospitium faciat, inspiciendam esse qualitatem personæ. vide Roma.in consi.178.

Summarium in d.l.cum plures.§.uestimenta.ff.de loc. & cond.

1 *Quandocunque unus conuenitur ex facto alterius, ille prius conueniri debet sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile.*

Bar.in d.l.cùm in plures.§.uestimenta.ff.de loc.& conduc.

1 BART. in ead.l.§.uestimenta,in fi.inquit, quandocunque unus conuenitur† ex facto alterius,ille prius conueniri debet sumptibus conuenti,nisi sit multùm difficile.et hoc arbitrio iudicis.vide Barb.in consi.43.col.5.& tribus seq.in 2.dub.in 2.vol.

Summarium in d.l.cum plures.§.messem.ff.de loc.& condu.

1 *Colonus agere non potest condictione furtiua.*

Bar.in d.l.cum plures.§.messem.ff.de loca.& conduc.

1 BAR. in ead.l.§.messem, ait, colonũ† agere non posse condictione furtiua,sed agere posse contra dominum ut ipse agat. vtrum autẽ ista obligatio agendi diuidua sit, an non ? tradit Bar. in l.iiij.§.Cato,in 4.quæst.ff.de uerb. obligat.

Summarium in d.l.cum plures.§.locator.ff.de loc.& condu.

1 *Propositum in mente retentum, nihil operari.*

De locato & conducto.

Bar.in d.l.cùm plures.§.locator.ff.de loc. & condu.

1 BART. in ead.l.§.locator, ait, propoſitum† in mente retentum,& non expreſſum parti,nihil operari. Ad iſtum tex.uide Aret.poſt Imol.in l.Titia.§.idem reſpondit.j.ff. de uerb. obligat.& quæ tradita ſunt in l.in re mandata.C.mand.Et dum Bart.in fi.remittit ſe ad ea,quæ ſcripſit in l. non ſolùm.§.fi.ff.de oper.no.nunc.vide eum ibi in 4.colu.verſ. circa ſecundum & de huius tex. intellectu uide Bar.& Iaſ.in l.pacta nouiſsima.C.de pact.

Summarium in d.l.cum plures.§.uehiculum.ff. de loc.& conduc.

1 *Paſſagium ſiue uectigal, quod ſoluitur pro uehiculo ad dominum uehiculi pertinere.*

Bar.in d.l.cum in plures.§.uehiculum.ff.de loca & cond.

1 BART. in ead.l.§.uehiculum,inquit, paſſagium † ſiue uectigal,quod ſoluitur pro uehiculo, ad dominum uehiculi pertinere: quod uerò ſoluitur pro rebus ad dominum ipſarum rerũ ſpectare. vide Soci.in conſ.247.col.1.& 2.in 1.vol.

Summarium in l.colonus.ff.de loc.& conduc.

1 *Cum qui expellitur de fundo propter penſionem non ſolutam, poſſe nihilominus repetere impendia utiliter facta in fundo.*

2 *Emphyteota non repetit ſua melioramenta.*

3 *Melioramenta facta à prælato uel clerico in rebus eccleſiæ an repeti poſſint.*

Bar.in l.colonus.ff.de loca.& conduc.

1 BART. in d.l.colonus,uerſ.vltimò not.tradit, eum, qui expellitur † de fundo propter penſionem non ſolutam,poſſe nihilominus repetere impendia utiliter facta in fundo. vide Aret.in conſi.55.& in l.ſanatus.§.Marcellus.ff.de leg.1.& ibi Alex.& alios. & Paul.de Caſt.in cõſ.227. in 3.dub.vbi etiam tangit de ſequentibus uerbis Bar.& in conſi.139.& in l.ſi dominus.§.1. ſupra eod.tit.Et idem Paul.in conſi.17.col.pen.& in conſi.157.& aliqua uide apud Alex. in cõſ. 4.in 5.uol.& Iaſ.in l.ij.col.24. & ſequ.C. de iur. emphy. Et dum Bar.ſubiungit,emphyteotam
2 † non repetere ſua melioramenta: vide Iaſ.in d.l.ij.col.7.in 7.notab.& in auth.qui rem. col.pe. uerſ.capio glo.C.de ſacroſanc.eccl.vbi iſtam glo.reprobat.& uide eum ibi col.3.in ulti.notab. Et an & quando & quomodo repeti poſsint melioramẽta,uide Ant.de Fano in tract.de pignoribus & hypoth.in 4.membro quintæ par.nu.182.cum ſeq.& Mari.Soci.iun.in conſi.150. nu. 31.Et dum hic agit Bar.de melioramentis emphyteotæ,dicas ea non computari cum deterioramentis,vt euitetur caducitas ſecundum Iaſ.in conſi.17.in 1.vol. itẽ ſcias melioramenta facta ſuper re emphyteotica alienari poſſe irrequiſito domino.Soc.in conſi.256. in 1.uol.& ad præfata uide Raph.Cuma.in conſi.57.cuius contrarium uoluit Fulg.in conſ.9.Quæro quid de me
3 lioramentis † factis à prælato,uel clerico in rebus eccleſiæ?Reſpon.ea repeti poſſe ab ipſo ſiue ab eius hærede,quando facta ſunt ex proprio patrimonio ipſius clerici. Abb. in c.de multa,de præben.& in c.fi.in 2.notab.de pecul.cleric.alioqui uerò ſi facta fuiſſent ex ipſius induſtria. & in d.c.fi.& idem ſi facta eſſent ex pecunia ipſius induſtria acquiſita: ita Anch. & Imol.in d.c.fi. tamen iſta concluſio non ſatisfacit,qm̃ ſi melioramenta facta ex pecunia acquiſita induſtria clerici non repetuntur,minus debent repeti ea quę fiunt ex proprio ipſius patrimonio: quia q̃ſita ex induſtria vñr eſſe magis propria,quàm quæſita ex patrimonio: vt in ſimili caſu ait Abb.in c. præſentium,de pign.Quõ aũt melioramenta æſtimentur: Iaſ.in l.j.§.ſi hæres percepto,nu.12. ff.ad trebell.ait,ea non eſſe æſtimanda,vt ualent,ſed ſecundum impenſam in eis factam.& quõ æſtimentur quando facta ſunt in rebus eccleſiæ,vide Abb.in c.1.de reſt.in integr.

Summarium in rubr.ff.de æſtima.acti.

1 *Libellus quomodò ſit concipiendus in actione æſtimatoria.*

Lucubrat.in rub.de æſtimatoria actio.

1 CIRCA iſtam rubricam.vide quomodò libellus† ſit concipiendus,vt per Iaſ.in §.actionũ, col.17.uerſ.iſtis.inſt.de action.

Summa-

Summarium in l.j.§.æstimatio.ff.de æsti.acti.

1 *An & quando æstimatio rei transferat periculum in accipientem.*

Bar.in l.j.§.æstimatio.ff.de æstimat.acti.

1 BAR. in d.§.æstimatio, tradit an & quando æstimatio † rei trãsferat periculum in accipientem. & distinguit, vt ibi uidere est. vide pro intellectu eorum quæ hic Bar.ait,Ias.in d.§. actionum,col. 14.in glo.in uoce,æstimatio. inst.de action. vbi multa tradit ad rem facientia.

Summarium in rubr.ff. de rer.permut.

1 *Quomodò libellus sit formandus in hac actione, siue rerum permutatione.*

Lucubrat.in rubr.de rer.permut.

1 CIRCA istam rubricã quomodò libellus † fieri debeat, vide omninò Ias.in d.§.actionum,col.20.vers.Huius ergo libelli,inst.de action.& ibi col.21.agit,an si ego conueniam tecum de permutanda nuda possessione cũ alia nuda possessione, dicatur propriè permutatio.& in col.22.tradit,an statutum disponens de emptione,locum habeat in permutatione. de qua re agit Aret.in consi.124.dicens,quòd non: citat Io.And.in titu.de emp.& uend.§.nunc uidendum.

Summarium in l.j.ff.de rerum permut.

1 *Libellus in hac actione an concludi debeat tam in dando quam in accipiendo.*
2 *Vtrum in permutatione sit locus condictioni ob causam indistinctè.*

Bar.in l.j.ff.de rer.permut.

1 BART. in d.l.j.tradit quomodò concludi † debeat,tam in dando,quàm in accipiendo. De hac re scilicèt,an concludi debeat de dando,an de tradendo,uide aliquid apud Ias.in d.§.actionum,col.21.uers. an autem,inst.de action.& hæc dicta Bart. refert Abb. in c.cùm uenerabilis, col.4.de except.vbi Dec.col.7.vers.secundò,late insistit.quem uideas.

2 Bar.in ead.l.in fi.quęrit,vtrum in permutatione † sit locus condictioni ob causam indistinctè. De ueritate huius quæst.vide Ias.in l.ij.in princ.in vltima conclusione Bartoli. ff. si cert.peta.& eundem remissiuè.in d.§.actionum,col.2.vers.& an si alium, & quæ pono in l.actio.ff.de dona. Et dum ultimo loco subiungit Bar.actionem præscriptis uerbis, quæ datur pro re permutata, esse bonæ fidei, uide aliquid per Ias.in d.§.actionum,col.20.uers.1.& in d.l.ij.in princi.colu.3. ff.si cert. pet.

Summarium in rubr.ff.de præscrip. uerb.

1 *Actio præscriptis uerbis, quæ sit,& quomodò competat.*

Lucubra.in rub.ff.de præscrip.uerb.

1 CIRCA hanc rubricam,quæ sit actio † præscriptis uerbis,quomodò competat, & plenè quæ ad rem hanc pertinent,vide apud Mari.Soci.iuni.in consi.145.nu.30. & Ias. in l.j.ff.de æstimat.& in l.si is qui temporali.§.si petitor.ff.de iureiur. & in l.cùm mota.C.de transact.& omninò Io.Baptistam Caccialupum in tract.de pactis.

Summarium in l.naturalis.ff.de præs.uerb.

1 *Quando datur documentum de simplicibus, statim debet intelligi & de mixtis.*

Bar.in l.naturalis.ff.de præscrip.uerb.

1 BART. in d.l.naturalis,in fi.principij,ait,quando datur documentum † de simplicibus,statim debere intelligi & de mixtis. citat.§.item mixtæ.institu.de action.adde tu.§.primum.eod. tit.& omnes in l.ij.in princip.ff.de uerb.oblig.

De præscriptis uerbis.

Bar.in d.l.naturalis.§.& si quidem.ff.de præscr.uerb.

1 BART. in d.l.§.& si quidem, in fi.quærit, quid si † do tibi ut alij des,uel in aliquam causam conuertas. vide Aret.in cons.74.col.4.

Summarium in d.l.naturalis.§.quod si faciam.ff.de præs.uerb.

1 *Si facio ut des,non habet locum actio præscriptis uerbis.*

2 *Si datio fit principaliter propter factum, ipsum factum uideri in obligatione.*

Bar. in d.l.naturalis.§.quòd si faciam.ff.de præs.uerb.

1 BART. in ead.l.§.quòd si faciam,hæc ait in summa.Si facio † ut des non habet locum actio præscriptis uerbis, sed ad actionem de dolo recurritur. Ad declarationem uide Bar. in l.cum anteà,col.2.uers.ut ergo.C.de transact.ubi ponam.

2 Bar.in hoc eod.§.ait,si datio fit principaliter † propter factum,ipsum factum uideri in obligatione: & idem econuersò, maximè quando quantitas debet dari,quia uidetur adiecta in fraudem usurarum.De ista quæstione uideas plenè Alex.in l.v.§.fi.ff.de uerb.oblig.& in cons.174. Opportunè cõsiderato, in lib.primi & secundi uol.& dum Bar. pro declaratione prædictorum quærit quæ sit ratio,quare in contractu,facio ut des, non detur actio præscriptis uerbis: circa hanc pulchram declarationem,& solutionem,uide Ias.in d.§.actionum,col.19.instit.de action. ubi ex hoc limitat.§.sed si facio,infrà eod.& declara distinctionem hanc locum habere nõ posse in alijs contractibus innominatis,de quibus in §.proximo.

Summarium in d.l.naturalis.§.sed si facio.ff. de præscrip.uerb.

1 *Ex contractu facto ut facias,oritur actio ex præscriptis uerbis.*

Bar.in d.l.naturalis.§.sed si facio.de præs.uerb.

1 BART. in ead.l.§.sed si facio,inquit,ex contractu † facto, ut facias, oriri actionem ex præscriptis uerbis,quæ habet similitudinem cum actione mandati. circa istum. §. vide egregiè Ias. in d.§.actionum,col.19.uers.ex ista communi.Et dum Bart.subiungit, utrum contractus innominati iudicentur secundum modum ineundi contractum,an secundum modum implendi? vide Bar.in l.cùm mota,col.2.C.de transactio.

Summarium in l.insulam.ff.de præsc.uerb.

1 *Error in nomine contractus,non uitiat contractum.*

Bar.in l.insulam.ff.de præscrip.verb.

1 BART. in d.l.insulam, hæc ait in summa. Error † in nomine contractus,non uitiat contractum. Ad istam l.uide Alex.in l.si constante,in princ.col.1.ff.solut.matr.& Bal. quẽ refert Alex. in l.j.col.5.ff.de lega.1. & in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqu.poss.& melius quam alibi per Ias.in l.si pecuniam,col.1.in 1.notab.ff.si cert.pet.item uerba libelli sunt interpretanda, vt libellus sustineatur, vt hic plenè Ias.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero. ff. de iureiur. & Feli.in c.auditis.nu.6.cum seq.de præscrip.vbi concludit, verba libelli esse impropriè accipienda,vt libellus sustineatur,nisi uerba sint adeò aliena,ut sustineri nequeat.

Summarium in l.si rem.ff.de præs.uerb.

1 *Si commodo ut commodes, agendum esse præscriptis uerbis.*

Bar.in l. si rem.ff.de præscrip.uerb.

1 BAR. in d.l.si rem.§. si cum unum, ait, si commodo † ut cõmodes, agendum esse præscriptis uerbis: quia hoc est commodatum non gratuitum. vide Rom.qui ait hunc text.esse sing. in singul.suo 38.incip.ad intellectum.

Summarium in l.apud Labeonem.ff.de præs.uerb.

1 *Qui rem exprimendam recipit, quicquid ex re interim lucratur,domino reddere debet.*

Bar.in l.apud Labeonem.ff. de præscrip.uerb.

1 BART. in d.l.apud Labeonem,in princ.sic ait in summa. Qui rem experiendam † recipit, quicquid ex re interim lucratur,domino reddere debet. Attẽde,quia ex hoc tex.colligit Phil. Franc.in sua disputatione petitorij,in 3.dub.nu.10.expensas,quæ fiunt durante tempore experimenti

rimenti repeti non posse: quia gratuitum est experimentum. et ex hoc infert ad quæstionem, ut expensæ factæ fratri nouitio à monasterio infra tempus professionis repeti nō posint;, quā uis de religione exeat,vt ibi uidere est nu. 24.

Summarium in l. Titius. ff. de præs. uerb.

1 *Si pecunia datur ut eius usura tributa dantis soluantur, contractum esse innominatum.*

Bar. in l. Titius. ff. de præscrip. uerb.

1 BART. in d.l. Titius, ait, si pecunia † datur, vt eius usura tributa dantis soluantur, contractū esse innominatum. Ad istum tex. in uers. sed nec ipsius, vide Ias. in l. si pascenda. C. de pact. vbi dicit, eum esse singulariss imum.

Lucubrat. in l. fi. ff. de præscrip. verb.

AD istum textum uide Rom. in singul. 38. incip. Ad intellectum, vbi ait textum hunc esse singularem.

Summarium in rub. ff. de pignor.

1 *Libellus quomodò concipiatur in materia pignoris.*

Lucubrat. in rubr. ff. de pignoribus.

1 CIRCA istam rubricam quomodò concipiatur† libellus in materia pignoris & hypothecæ, uide quæ posui in Lucubr. in rubrica. ff. de pignor. acti. & plenè ac erudite admodum, quę ad totam hanc materiam pertinent, vide per Antonium de Fano in suo egregio tract. de pignoribus & hypothecis.

Summarium in l. j. §. cum prædium. ff. de pigno.

1 *Fructus satos & natos in fundo debitoris si sunt percepti ab emptore fundi, non esse obligatos creditori.*
2 *Ad fructus iam consumptos obligatio porrigi non debet.*
3 *An & quos fructus faciat suos bonæfidei possessor.*
4 *Fructus de proximo colligendi habentur pro collectis.*

Bar. in l. j. §. cùm prædium. ff. de pigno.

1 BART. in d. §. cùm prædium, in fi. sentir, fructus † satos & natos in fundo debitoris, si sunt percepti ab emptore fundi, non esse obligatos creditori. idem uult Sali. hic, quamuis in principio contrarium sentire uideatur. Contrariam uerò opinionem, scilicèt, immo obligatos esse quando sati sunt per debitorem, tenet gl. hic, & in l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pignor. acti. & in l. Paulus respondet. §. 1. infrà eod. tit. Bal. & Ang. hic. Cyn. & Salic. post alios in l. quamuis. C. quib. cau. pign. uel hypot. ubi ponunt distinctionem in materia fructuum. & Fulg. hic, & in l. si fundus. §. interdum, infrà eod. ubi melius quàm alij. & Bart. in l. j. in princ. ff. de salui. interd.

2 Item attende hunc tex. ex quo colligitur, ad fructus † iam consumptos, obligationem porrigi non posse; quia nunquam fuerunt in dominio debitoris. Ista enim ratio militat etiam in extantibus. vide Salic. in d.l. quamuis, & hic super glo. quæ uidetur destruere tex. vide Fulg. hic, & in d.l. si fundus. §. si debitor, infrà eod. vbi sentit difficultatem, & bene explicat. Quid autē de fructibus industrialibus, vide quod in simili casu ait Bar. in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. hab. Et qui dicantur fructus industriales, vide Soc. in consi. 251. in 1. vol. col. fi. & not. Aretin. in consi.

3 160. Et an & quos † fructus faciat suos bonæfidei possessor: vide Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei uendic. Abb. in c. grauis, de rest. spolia. & in c. dilecto, de pręben. Bar. in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæred. & ibi Alex. in addit. Angel. in consi. 160. Feli. in c. de quarta. de præscrip. Dec. in c. cùm causa, de off. deleg. Curt. in consi. 71. Ias. in l. Nesennius. §. 1. ff. de re iudic. & Mari. Soc. iun. in consi. 150. Quid dicemus de fructibus pendentibus quando fundus ex pacto redimi potest ab eo, qui illum uendidit, vtrum esse debeant istius, qui vult fundum redimere, an uerò diuidi debeant pro rata temporis? Dicendum uideretur ex quo fructus sunt pendentes, dici debere eos partem esse ipsius fundi; vt per Bar. hic, & habetur in l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de action. emp. ideò redempto fundo, etiam fructus pendentes, ut pars ipsius continebuntur; quia non

ueniunt tanquam quid acceſſorium, ſed tanquam pars principalis fundi, vt per Bal.& Salic.in l.fructus.C.de action.empt. Neque uidetur obſtare documentum Bar.in l.diuortio.§. interdū.
4 ff.ſol.matr.vbi ait, fructus † de proximo colligendos haberi pro collectis: quia hoc non militat in propoſito caſu,vt ibi Iaſ. declarat.Non etiam uidetur refragari,diuiſionem ex æquitate fieri debere pro rata temporis,vt per Bar.in d.l.fi.ff.de iur.fiſc.& per Doct. in d.l. Iulianus, quia loquuntur de diuiſione facienda inter emptorem & uenditorem, non autem in caſu de quo agitur. Tamen ad iſtam quæſtionem uide Iaſ.in l.qui Romæ,in princ.col.fi.ff.de uerb.oblig. & Fabianum de Monte in tract.de emptione & uenditione,in 6.quæſt.nu.22.cum ſequ.Quomodò autem peti debeant fructus percepti uel percipiendi,vide omninò Angel.in l.ait prætor.§.per hanc.ff.de his quæ in fraud.credit.& Feli.in c. iudicis officium, de off.iudic. & quando fructus petuntur cum ipſa re,an ſit eorum quantitas exprimenda in libello, & qūo ſit concipiendus libellus ratione fructuum: vide Feli.in c.1.§.ſignificantibus,nu.23.cum ſeq.de libel. oblat.

Summarium in l. ſi ſuperatus.ff.de pignor.

1 *Sententia lata contra debitorem poſt pignus conuentum, non præiudicat uenditori.*

Bar.in l.ſi ſuperatus.ff.de pignor.

1 Bart. in d.l.ſi ſuperatus,ſic ait in ſumma. ſententia † lata contra debitorem poſt pignus contractum,non præiudicat creditori. ſed quid dicemus de probatione,uel inſtrumēto,an prę iudicent creditori? vide Soc.in conſi.266.col.3.verſ.Ex quibus,in 1.vol. Et dum Bar.proſequitur declarando,hoc quod dictum eſt de ſententia,vt intelligatur,quādo fuit lata creditore ignorante,ſi uerò eo ſciente,& tunc diſtinguit,vtrum ſit lata contra contumacem,an non; nam cōtumax uidetur amittere cauſam magis ex contumacia, quàm eò quòd bonam cauſam non habuerit. vide Bal.in l.ingenuum,col.1.ff.de ſtat.hom.& egregiè Alex.in l.ſæpe, verſ.circa ſecundum.ff.de re iud. Et dum ſubiungit Bar. ſi totam cauſam tractauit præſens, eo caſu ſententiam præiudicare: vide Abb.in conſ.45.col.1.in 2.uol.& Feli. in c.cùm Bertoldus, col.10.verſ.tertiò limita,de re iudi.& in c.ſeq.col.4.& in c.quamuis,eod.tit.poſteà in fi. ſubiungit Bar.omnia, quæ dixit in ſententia,locum habere etiam in probationibus: vide ad hæc Roma.in cōſi.311. Alex.in conſi.203.in lib.primi & ſecundi uol.& Soc.in d.conſi.266.col.3.

Summarium in l.contrahitur.ff.de pignor.

1 *In contrahenda obligatione bonorum,non requiruntur ſolennitates uerborum.*

Bar.in l.contrahitur.ff.de pignor.

1 Bar. in d.l.contrahitur,colligit ex tex. In contrahenda † obligatione bonorum non requiri ſolennitates uerborum,ſiue ſcripturam; & magis fieri ſcripturam ad probationem,quàm ad obligationem. Limita niſi partes egiſſent, ut de ipſo contractu ſcriptura ſiue inſtrumentum cō ficeretur. Dec.in conſ.11.

Summarium in l.obligatione.ff.de pignor.

1 *In generali obligatione ea non continentur,quæ quis in ſpecie non eſſet ueriſimiliter obligaturus.*

2 *In generali obligatione non continentur bona, quæ ſine pœna alienari non poſſunt.*

3 *Generalem ſermonem cui adiecta ſit dictio quicunque,non recipere reſtrictionem de habilitate, ſed generaliter omnes caſus comprehendere.*

Bar.in l.obligatione.ff.de pign.

1 Bar. in d.l.obligatione,inquit,in generali obligatione† ea non contineri,quę quis in ſpecie non eſſet ueriſimiliter obligaturus. Ad iſtum text.adde textum conſimilem & ualde eleg. in l.ſi is cui,in fin.ff.de ſolut.ibi, quia non eſt ueriſimile. Ex hoc infertur, libros non eſſe ueriſimiliter obligatos pro penſione domus ſcđm Iaſ.in §.item Seruiana,col.10.inſt.de actio.Item aratra & ligones non ueniunt in generali obligatione.l.executores, & l.pignorū.C.quæ res pign.oblig. poſſ.tamē ueniunt in tacita hypotheca inducta à lege ſuper bonis inuectis & illatis ut obligen-
* tur pro penſione domus,ſecundū gl.* com.approb.in l.certi iuris.C.de loca.ex hoc ēt infertur,
2 in generali obligatione non contineri bona,† quæ ſine pœna alienari non pñt. Alex.in cōſi.41.

in 6.uol.

in 6.vol.& in consi.218.col.fi.cod.uol.Item in generali dispositione testatoris beneficium cõcedentis non comprehenduntur illi,quos testator odio habebat.Alex.in consi.113.nu.4.eod. 6.vol.& Soc.in consi.37.in 3.vol.citant textum not.in l.Lucius,ultima,§.Lucius.2.ff. de leg.2. & ibi doct.& ad prædicta optimè faciunt tradita per Curt.in consi.73.nu.15.ubi ait,in generali concessione non comprehendi id, quod repugnantiam continet, uel sit inhonestum, neque id quod in specie concedi non posset. sed hic pulchra suboritur difficultas,utrum regula huius legis locum habeat etiam si obligata essent bona omnia,siue quęcunque,ita ut ista uox,uniuersalis,adiecta sit generali bonorum obligationi. Soc.in l.si is qui ducenta.§.utrũ.ff.de reb.dubi. uidetur sentire eo casu obligari etiam ea,quæ uerisi militer aliquis in specie non esset obligaturus; tamen ait uidisse contrarium iudicari. & pro ista opinione possent multa adduci, sed pro nunc sufficiat decisio Alex.in consi.201.in 7.vol.ubi ait,generalem sermonem, cui adiecta sit
3 uox,quicunque, † non recipere restrictionem de habilitate,sed generaliter omnes casus comprehendere. Pro contraria uerò sententia faciunt tradita per Ang. & Alex. in l. cùm res. ff.de leg.1.& per Fel.in c.accedens.2.nu.6.& 7.ut lit.non contest.tradunt enim,si quis obligauit se, ut ubique conueniri possit,eum tamen in loco non tuto conueniri non posse; quia id uerisimiliter in specie non fecisset: & sic pro ratione huius text. & hoc idem confirmatur per text. in d.§.Lucius,ubi legatum erat factum omnibus seruis,& tamen excludunt illi,quos testator odio habebat. Pro solutione huius difficultatis,& de materia huius.l.vide Antoniũ de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis,in 2.membro secundæ par.in princ.nu.34.cum seq. ubi ponitur regula cum ampliationibus & limitationibus,ideò uide omninò.

Summarium in l.si debitor.ff.de pignor.

1 *Si duobus res simul obligatur in solidum, eorum quemlibet contra extraneum uenire.*

Bar.in l.si debitor.ff.de pignor.

1 Bart. in d.l.si debitor, ait,si duobus res simul obligatur † in solidum, eorum quemlibet contra extraneum uincere,inuicem uerò meliorem esse conditionem possidentis. De materia huius.l.vide Antonium de Fano.in d.tract.de pignoribus & hypothecis,in 2.membro quintæ part.num.51.

Summarium in l.si is cui.§.iura prædiorum.ff.de pig.

1 *Seruitus pignori dari non potest.*

Bar.in l.si is cui.§.iura prædiorum.ff.de pignor.

1 Bart. in d.§.iura prædiorum,in princ.inquit,seruitutem † pignori dari non posse;quia tradi non potest. & dum opponit dicens,non ne ego possem pati ut tu mittas tignum uel stillicidium? vide Iaſ.in §.item Seruiana,col.25.& seq.inst.de actio.& dum ibi paulò post in uersi. sed extra glo.quærit an alia iura,ut iurisdictiones,præeminentiæ, & honores, & huiusmodi genus alia obligari possint. vide Feli.in c.ad audientiam,col.2.de præscrip.& Iaſ.in l.si non sortem.§. libertus,col.12.ff.de cond.indeb.

Summarium in l.grege.§.cum pignori.ff.de pigno.

1 *Pignus quomodò detur pignori.*

Bar.in l.grege.§. cùm pignori.ff.de pignor.

1 Bart. in d.§.cùm pignori,quærit quomodò pignus † detur pignori,& quæ actio competat. vide Alex.in consi.47.in 3.vol.& dum subiungit Bar.utrum debitor,cuius nomen est obligatum,soluere possit primo creditori: aitque id fieri posse,nisi ei fuisset denunciatũ:vide Alex. in consi.45.in 3.vol.& in consi.17.in 1.vol.

Summarium in l.quæsitum.ff.de pigno.

1 *Quando debitor est suspectus quomodò fieri possit persecutio pignoris.*

Bar.in l.quæsitum.ff.de pignor.

1 Bart. in d.l.quæsitum,tractat quando debitor † est suspectus,quomodò fieri possit persecutio pignoris ante diem & conditionem: vide Alex.in consi.19.in 3.vol.& Dec. in consi.75. Item suspectus de fuga non habet beneficium iuratoriæ cautionis. & ille qui est forensis,& nõ

possidet

posſidet bona immobilia, dicitur promptus ad fugam. Soc.in conſ.120.col.1.in 1.volu. & in conſi.231.col.1.eod.vol.& ſuſpectus de fuga differt à fugitiuo exiſtente in fuga: & quomodò & quæ ſolennitates requirantur ad eorum detentionem,vide Soci. in conſi.99. in 4. volu. & in conſi.ſeq.& Alex.in conſi.64.in fi.in 3.vol.ubi concludit, utrunque propria creditoris authoritate detineri poſſe. An autem ſuſpectus detineri poſsit à iudice incompetenti. Dec.in l.ij. ff. de iuriſdic.omni.iudic.

Summarium in l.& quæ nondum. §. quod dicitur.ff.de pign.

1 *Si aliquis eodem die rem obligauit,& eam alienauit,& non apparet quid prius factum fuit,poſſeſſorem conuentum hypothecaria præualere.*

Bar.in l.& quæ nondum.§.quod dicitur.ff.de pignor.

1 BART. in d.§.quod dicitur,inquit,ſi aliquis eodem die † rem obligauit,& eam alienauit,& non apparet,quid prius factum fuerit,poſſeſſorem conuentum hypothecaria præualere. vide Iaſ.in §.item Seruiana, col.pe.inſt.de actio. De duobus actibus eodem die confectis, uide multa apud Feli.in c.capitulum.nu.42.cum ſeq.de reſcript.

Summarium in l.ſi fundus. §. ſi neſciente.ff.de pigno.

1 *Ille qui non poteſt facere,non poteſt facienti conſentire.*

2 *Additione ſiue detractione qualitatis circa rem non extingui hypothecam.*

Bar.in l.ſi fundus.§.ſi neſciente.ff.de pignor.

1 BART. in d.l.§.ſi neſciente,colligit ex text.eum, qui non poteſt facere,† non poſſe facienti conſentire. ex hoc infertur ibi in addit.ad minorem,qui ex forma ſtatuti alienare non poteſt ſine conſenſu conſanguineorum, ut non poſsit alienāti conſentire. De hoc uide Bal.in rubrica C.de pact.& in l.ſi liqueat.C.de inoff.donat. ſed contra hoc Bartoli documentum facit, quia ✱ ſecundum * communem ſententiam Papa non poteſt ſibi eligere ſucceſſorem.gl.& Archid. in c.ſi tranſitus,79.diſt.gl.ſummæ 8.q.1.Philip.Franc.in c.ubi periculum,de elect.in 6.Abb.& alij in c.licèt,de elect.Abb.in c.accepimus,de pact.& in c.ſignificaſti, colu.pen.de elect. Firman.in tractatu de Epiſcopo,in 40. quæſt.tertiæ par.primi libri. ubi ſuperaddit hoc,etiam ſi Cardinales id ſtatuant, Pontifici non licere. idem uoluit Mart. Laud.in 2.tract.de Cardi.queſt.39.Ludouic.Bologn.in ſuo commento priuilegij Bononienſis,Feli.in c.1.in 7.fallen.de conſti.& Iaſ. in rubrica.C.qui teſta.facer.poſſ. & quamuis hoc non poſsit, poteſt tamen Cardinalibus conſentire, ut ei ſucceſſorem eligant,ut habetur in d. c.ſi tranſitus. & Cardinales ſi abſque Papæ conſenſu id facere auderent,rei lęſæ maieſtatis efficerentur,ſecundum Bal.in l.quoniam liberi. C.de teſt.citat Innoc.atque ita eſt dare caſum,in quo ille, qui non poteſt facere, poteſt tamen facientibus conſentire. cogita ſolutionem.

2 Bar.in ead.l.§.ſi res,ait,additione, † ſiue detractione qualitatis circa rem,non extingui hypothecam. Limita ut per Iaſ.in l.creditor.ff.ſi cert.pet.

Summarium in d.l.ſi fundus. §. ſi in uendicatione.ff.de pig.

1 *Hypothecariam dari contra poſſeſſorem.*

Bar.in d.l.ſi fundus.§.ſi in uendicatione.ff.de pignor.

1 BART. in ead.l.§.ſi in uendicatione, ait, hypothecariam † dari contra poſſeſſorem. vide Alex.in conſi.108.col.pen.uerſi.alio fundamento,in 5.vol.& Dec.in conſi.2.Adde hypothecariam dari etiam cõtra tertium poſſeſſorem,quamuis non agatur perſonali actione contra principalem. & hoc qñ lite iam cœpta contra principalem ipſe alienat rem hypothecatam, iſte eſt caſus ualde not.quem tradit Bar.in l.perſecutione,uerſi.quid dicemus.C.de pignor.& Ant. de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 1.par.8.par. princ.nu.12. aitque contra tertium poſſeſſorem nunquam agi poſſe hypothecaria,niſi debitor principalis ſit in mora ſoluendi. dicitque in hoc ſæpe cauſidicos errare.& in ſumma quibus hypothecaria cõpetat,& cõtra quos, & pro quibus rebus,uide Antonium de Fano.in d.tract.in 2.par.8.par.prin.nu.66.& dum Bar. in hoc.§.poſteà tradit de libello,uide Iaſ.in §.item Seruiana,inſt.de acti.& Ant. de Fano in eod. tract.in 3.par.8.par.princ.nu.104.

Summa-

Summarium in d.l.ſi fundus. §.poteſt.ff.de pignor.

1 *Pactum ualet ut debito non ſoluto, creditor habeat pignus pro iuſto pretio.*

Bar.in d.l.ſi fundus.§.poteſt.ff.de pign.

1 BART. in ead.l.§.poteſt,inquit,pactum † ualere, ut debito non ſoluto creditor habeat pignus pro iuſto pretio. Pro declaratione huius tex.vide Imol.in l.ſciendum.ff.de uerb.oblig.& dum ſubiungit officio iudicis tanquam boni uiri declarandum eſſe pretium iuſtum,vide Aretinum in conſi.32.col.2.

Summarium in l.in quorum.ff.de pigno.

1 *Alienatio ubicunque eſt prohibita, cenſetur etiam eſſe prohibita pignoris datio.*

2 *Alienatione prohibita contineri dumtaxàt actum illum per quem dominium transfertur, propriè & ſtrictè loquendo.*

3 *Qui prohibitus eſt emere, non prohibetur pignus accipere.*

4 *Forenſis, qui prohibentur à ſtatuto emere in territorio, in eo pignus accipere non prohibetur.*

Bar.in l.in quorum.ff.de pign.

1 BART. in d.l.in quorum,ait,ubicunque prohibita eſt alienatio, † cenſeri prohibitam eſſe etiam pignoris dationem.l.fi.C.de reb.alie.non alien.& hoc ea ratione; quia de uno ad aliud deuenitur.l.Oratio.ff.de ſponſ.& facit ad rem optimus tex. iunctis ibi trad. per Paul.de Caſt.in l. Maritus.C.de procur.& quod uoluit Abb.poſt gl.fi.in c.1.de poſtul.prælat.ubi ait,alienatione prohibita cenſeri prohibitum quemcunque actum, per quem ius alteri acquiritur: quia mediante uno deuenitur ad aliud. De cuius tamen documenti ueritate vide Dec. in c.nam concupiſcentiam,in 2.lectura,de conſt.ſed huic concluſioni reluctantur trad.per Alexan.in conſi.
2 41.in 6.vol.& Soc.in conſi.75.in 1.vol.ubi aiunt.alienatione † prohibita, contineri dumtaxàt actum illum,per quem dominium transfertur propriè & ſtrictè loquendo. Ad prædicta tamẽ omnia uide eundem Alex.in conſi.63.in 7.vol.& Barb.in conſi.66.inter conſilia Curtij. Dec. in conſi.445.nu.24.& in conſi.660.Feli.in c.quæ in eccleſiarum.nu.129.de conſti. & in c.fin. nu.10.de accuſat.Abb.in conſi.40.in 2.volu.& breuiter quicquid cenſeatur prohibitus facere ille,qui alienare non poteſt,pleniſsimè tradidit Fabianus de monte in tract.de empt. & uendit. in 4.quæſt.uerſi.ſecundò & ultimò quæro. & mihi placet ut cenſeatur prohibita datio pignoris per textum. & ibi Paul. de Caſtr. in d.l.maritus, ſalua ueriori ſententia. Subiungit poſteà
3 Bar.eum,qui prohibitus † eſt emere,non prohiberi pignus accipere. declarando & limitando ut ibi per eum. vide Barb.in conſi.119.col.5. in 1.vol. & rubrica de reb.eccl.non alien. maximè col.12.& in c.nulli,col.1.in fi.eodem tit. Aret.in conſi.114.Viſo,col.3.Bal.in c.1.§.ſiue autem libellario,in tit.quib.mod.feud.amit.& in conſi.218.in 1.vol.Anch.in conſi.250.in fin. & Feli.in c.uenerabilis,in fi.de off.deleg.& dum Bart. limitat hoc, ut prohibitus emere poſſet pignus,niſi pro tam magna quantitate acciperet,ut ueriſimile non ſit debitorem luere debere.huius dicti ratio eſt,quia,hæc dicitur magis alienatio, quã pignus,ut tradit Ant. de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis,in primo membro tertiæ par.nu.48.Poſteà Bar.in fi. huius legis,
4 infert ad forenſem, † qui à ſtatuto prohibetur emere in territorio, ut in eo pignus accipere nõ prohibeatur. Adde tu prohibitionem contrahendi intelligi non ſolùm purè,ſed etiam ſub conditione: ita ſentit Imol.& Card.in d.c.nulli,de reb.eccl.non alien.dum reprobant primam opinionem Io.And.& Innoc.ad illum tex.in uoce,conditionis. & hoc idem ſequitur ibi Barb. col. 2.& uide Raph.Cuma.in l.ſi rem,& in l.multum.ff.de uerb.oblig.& Paul.de Caſt. in conſ.344. ubi tradit quid ſi forenſis prohibitus acquirere,erat forenſis tempore contractus, ſed tempore traditionis erat ciuis, an contractus ualeat? de qua re uideas Aret.in l.ſi quis ita.§.ea lege, col. pen.ff.de uerb.oblig.& Paul.de Caſt.qui loquitur de legato facto forenſi, qui poſteà efficitur ciuis.in l.cætera.ff.de leg.1.& in conſi.340.Alex.in conſi.29.in 3.vol. Barb. in rubrica.de reb. eccl.non alien.Bal.in l.Tribunus.§.fi.ff.de teſta.milit.& gl.in c.ſtatutum,in uoce,canonis,de rescrip.in 6.An autem hoc ſtatutum habeat locum in eo,qui conſentit alienanti rem, quæ poteſt eſſe mea,quoniam habeo actionem perſonalem contra te ad rem ipſam? Bart.in l.Gallus.§. uidendum.

dendum.ff.de lib.& posthum.& Paul.de Cast.in l.pen.ff.eod.tit. An hoc statuto non obstante poterit forensis habere dotem inæstimatum saltem matrimonio dissoluto? vide Paul.de Castr. in d.consi.340.& Curt.in consi.207.& quomodò hoc statutum intelligatur, uidere est apud Bal.ī auth.ei qui,col.21.c.de bon.aut.iudic.possiden.& de ualiditate huius statuti, uide Bar. in l.j.C.non licer.habit.metrop.lib.11.Bar.& doct.in l.dudū.C.de contr.empt.& in d.l.si ita quis. §.ea lege.Paul.de Castr.in consi.196.Posset quis dicere. doct.in c.constitutus.de rest.in integ. Bal.in l.fi.§.fi.C.commun.de lega.ubi dicit hoc statutum esse contra ius cōmune. Adde quòd huiusmodi statutum prohibens alienationem,censetur etiam prohibere præscriptionem.Alex. in consi.1.in 4.vol.Quid si forensi domus legaretur sub conditione, ut eam uenderet & pretiū haberet? vide Bal.in l.cùm quæstio.in fi.C.de lega.& Roma.in sing.291.incip.prohibetur.ubi ait,se uidisse Bal.qui hanc mouet difficultatem,sed non recordari in quo loco. & ego eum citaui tibi.& concludit Roma.hoc fieri posse non obstante statuto: quia non durat alienatio. id quod posset multis similibus confirmari. & ad rem faciunt trad.per glo. & doct. in c.1.de stat. regul.in sexto dum agunt de ludęo prohibito emere,an possit accipere in solutum,ut uendere teneatur.uide Ant.de Fano in hac.l.

Summarium in l.lex uectigali.ff.de pignor.

1 *Resoluto iure donationis resoluitur ius acceptionis.*

Bar.in l.lex uectigali.ff.de pign.

1 BART. in d.l.lex uectigali,ait,resoluto iure donationis, † resolui ius acceptionis. iste text. debet intelligi de consensu domini secundum Soc.in consi.19.col.4.in 1.volu. De materia huius.l.vide Imol.in consi.3.col.3.Alex.in consi.180.Consideratis.in libro primi & secundi vol. ubi loquitur in pulchro casu de emphyteota, qui res emphyteoticas pignori dederat.& in consi.11.col.antep.uer.hæc potuit,in 3.uol.& omninò in consi.45.in causa & lite,in 5.vol.Bal. in tit.de feud.alien.in 9.notab.in princ.& in consi.371.in 1.vol.& in consi.479.in 3.vol.& Ias. latè in l.ij.C.de iur.emphy.col.22.quæst.24.

Summarium in l.cum tabernam.ff.de pignor.

1 *An & quando ille qui obligat locum aliquem,uideatur solum obligare ius quod habet in eo.*

2 *Quidam obligauit totam aliquam rem,siue legauit totam aliquam rem,in qua tantum partem habebat, an ista obligatio siue legatum ad omne ius quod habeo in ea re coarctetur,an uerò res integra debeatur.*

3 *Testator in dubio non præsumitur uelle legare inutiliter.*

4 *Testator præsumitur minus uelle grauare hæredem quàm sit possibile.*

5 *Si dominus partis fundi leget fundum,quem per confinia demonstret cohærentia integro fundo, non per hoc censetur uoluisse legare totum fundum,sed solum partem,quam habebat.*

Bar.in l.cum tabernam.ff.de pign.

1 BART. in d.l.cùm tabernam,tradit,an & quando ille,qui obligat † locum aliquem, uideatur solùm obligare ius,quod habet in eo. vide ad hoc Alex.in consi.95.col.fi.in 5.vol & in l.si constante,col.antepen.ff.solut.matri.tradunt doct.in l.serui electione.§.cùm fundus. ff de leg. 1.ubi agunt,an legatum rei restringatur ad ius,quod testator habebat in re. & pro huius inue-
2 stigationis intellectu illustriori ponatur quæstio.Quidam obligauit † siue legauit totam aliquā rem,in qua tantum partem habebat,an istud legatum siue ista obligatio ad omne ius, quod habet in ea re,coarctetur:an uerò res integra debeatur,aut æstimatio partis alienæ? iste casus videtur extra difficultatem esse,quoniā & si doct.prædicti præsertim in d.l.serui electione.§.cùm fundus,uelint legatum simpliciter factum esse restringendum ad ius, quod legans habebat in re,tamen quando adiecta est illa uox,totum,res uidetur clara,ut ibi inquit Bar.citat.l. Iulianus. ff.de leg.3.tamen in contrarium multa uidentur urgere, ut est text. in l. vxor mariti.C.de lega.
3 inducendo eum hoc modo,uidelicèt,primò, præmitto,in dubio testatorem † præsumi nō uelle legare inutiliter.arg.l.quoties.ff.de uerb.oblig.& l.quoties.ff.de reb.dub.præmitto & secundò,ratione coniunctionis sanguinis legatum præsumi pinguius,& ampliari ex præsumpta uoluntate defuncti.l. Aurelius.§.Titius testamento. ff. de liber.legat. idque latè docuit Dec. in

consi.

consi.601.tum sic,casus est in d.l.uxor.cum gl.quòd si mulier habens usumfructum in re,legat illam rem,licèt ususfructus morte illius finiatur,& per consequens legatum reddatur inutile,tamẽ restringitur ad ius solum,quod habebat in re,nec debetur æstimatio, etiam si tale legatum factum fuisset coniuncto,ut per Bal.in l.habitatio.C.de usuf.Corn.in consi.163.in 3.vol. & Soc. in consi.25.col.6.in 1.vol.Si igitur legatum ad ius, quod legans habet in re, restringitur, non obstante hoc quòd inutile reddatur, & non obstante sanguinis coniunctione, pro quibus lex ualde præsumit,igitur longè magis debet restringi ad dictum ius,quod testator habebat in casu nostro: quia prædicta cessant saltem,quòd non est inutile: quia ualet pro dimidia: & tunc
4 succedit legis præsumptio,quæ uult testatorem† minus præsumi uelle grauare hæredem,quàm sit possibile.l.Titia.§.qui inuita.ff.de leg.2.neque plus quàm prædictæ coniecturæ debet operari illa uox,totum,quod potest restringi ad totum ius eidem spectans, salua ratione recti sermonis,immo receditur etiam à proprietate uerborum,ut cõiecturata uoluntas testatoris adiuuetur,quæ est,ut testator minus censeatur grauare hæredem quàm sit possibile. l. unum ex familia.§.si rem. & d. l. Titia.§. qui inuita.ff.de leg.2.non obst. uox, totum, per quod uidebatur dicendum,totam rem deberi; ut per Bar.in d.§.cùm fundus alleg.l.Iulianus.ff.de leg.3.quia respondeo uerba doct.esse intelligenda secundum legem quam allegant,ut per eundem Bart. in l.non solùm.§.liberationis.ff.de liber.lega. Tunc dico.l.Iulianus,probare,non autem destruere intentionem nostram; ibi enim est casus: quidam habebat partem rei, quæ erat sua in totum, in alia uerò parte habebat ius pignoris tantùm: dubitabatur nunquid ille,qui totam dictam rẽ legauerat,uidetur legasse solam partem sibi pleno iure spectantem,an uerò etiam ius pignoris, quod in alia parte habebat. ratio dubitandi poterat esse; quia uerba sunt in potiori significatu intelligenda.l.j.ff.si ager uectigal.item quia testator minus censetur uoluisse grauare hæredem,iuribus prædictis,ideò uidebatur dicendum,tale legatum intelligendum esse de parte tantùm sibi pleno iure spectante: tamẽ contrarium terminatur propter illam uocem uniuersalem, quæ comprehendit omne ius testatoris,qualecunque illud sit,& propterea uenit etiam ius pignoris. ecce ibi est casus pro,non autem contra hanc opinionem: quia illa uox uniuersalis,totum,operatur in legato comprehendi ius,quod aliàs non fuisset comprehensum, non autẽ operatur ut id,quod est alienum in legato contineatur: & ita illum text. intelligit ibi gl. quæ citat pro concordanti textum in d.§. cùm fundus. ubi est casus pro opinione ista. & hoc modo (ut prædixi)declarat illam legem Iulianus,Alex.in consi.47.in 3.vol.Vltimò pro ista opinione urget authoritas Bal.in l.cùm alienam.C.de legat.& in l.j.C.qui test.fac.poss.ubi etiã Ias.& Alex.
5 in consi.54.in 3.vol.in quibus locis habetur,si dominus† partis fundi leget fundum,quem per confinia demonstret cohærentia integro fundo,non per hoc censetur uoluisse legare totũ fundum,sed solùm partem quam habebat: & tamen confines dantur ad designandam rem.l. forma.ff.de censi.vnde paria sunt legare totam rem,uel eam integram per confinia demonstrare, ut inquit Pau.de Cast.in d.§.cùm fundus.cùm igitur sint æquipollentia,& Bal. Alex. & Ias.terminent non obstantibus confinibus,solam partem deberi,quæ erat legantis,igitur ista erit decisio huius controuersiæ.cogita quæ nam istarum opinionum tibi probabilior uideatur.

Summarium in d.l.cum tabernam. §.idem quæsiuit.ff.de pign.

1 *In scriptura priuata an & quando dies exigatur.*

2 *Satis probatam esse intentionem contra aliquem quando ostenduntur literæ ei destinatæ, quas ipse retinuit.*

Bar.in d.l.cùm tabernam.§.idem quæsijt.ff.de pign.

1 BART. in ead.l.§.idem quæsijt,tradit an & quando in scriptura † priuata dies exigatur. vide Alex.in consi.70.in 1.vol.& in consi.327.Lectis,in libro primi & secundi vol.& in cõs.105. Magnifice prætor,in 3.vol.& in consi.130.In causa & lite,in 4.vol.& in consi.42. in 3.volu. & in consi.76.eod.vol.& Paul.de Cast.post Bal.in 1.const.C.Abb.in consi.98.in 2.vol. & in c.2. col.4.de fid.inst. Ias.& alios maximè Ang.in auth.qui sine.C.de testa.vide etiam Barb. in consi. 27.in 3.vol.Attende autem,quia Dec.in consi.615.ait scripturam priuatam nullam fidem facere

cere etiam inter mercatores,quando non est subscripta à partibus, & à tribus testibus. & ita iudicatum fuisse à Cæsareo Senatu in ciuitate Neapolitana,cuius sententiam ait esse sequendã magis quàm alicuius opinionem.dicas tamen à consuetudine tribui posse authoritatem priuatæ scripturæ.Dec.in cons.618.vide omninò Raph.Cuma.in cons.

2 Bar.in eod.§.in fi.ait,satis probatam esse intentionem † contra aliquem,quando ostenduntur literæ ei destinatæ,quas ipse retinuit,licèt acceptatio earum non probetur. vide Matthæsil. in singul.22.incip.Nota mirabilem.& Cæpol.in cautel.9.& in caut.14.& Feli.in proœm.Decret. col.6.Bar.in l.Titius.ff.de const.pecu.ubi ait hoc esse adnotandum pro mercatoribus. Bald.in rubrica.C.de fid.inst.uers.quæro quid de literis. ubi ait recipientem literas uideri contenta in eis confiteri.quem sequitur Alex.in l.non solùm.§.morte,col.8.ff.de oper.no.nunc. & in consi. 78.in 1.vol.Bal.in l.si absentis.C.si cert.pet.Ang.not.in l.si filiusfamilias.ff.ad macedon.Bar.in l.quo enim.ff.rem rat.haber.Iaf.in l.emptor.§.Lucius Titius.ff.de pact.& in l.admonendi.ff.de iureiur.& in l.quæ dotis.ff.sol.matri.& latè Raph.Cuma.in consi.177. Dec. in consi.632.in fi. & Feli.in d.c.2.nu.22.de fid.inst.

Summarium in l.in prædijs.ff.in quib.cau.pig.uel hypoth.tac.contrah.

1 *Fructus intelliguntur tacitè obligati pro pensione.*

Bar.in l.in prædijs.ff.in quib.cau.pig. uel hypo.tacit.cont.

1 BART. in d.l. in prædijs, inquit, fructus † intelligi tacitè obligatos pro pensione. uide utrum fundamentum Iaf.sit contrarium in §.item Seruiana,col.6.inst.de acti.ubi etiam ponit duas fallentias.

Summarium in l.Aristo.ff.quæ res pig.obl.poss.

1 *Secundus creditor in ius primi non succedit.*

Bar.in l.Aristo.ff.quæ res pign.oblig.poss.

1 BAR. in d.l.Aristo.inquit,secundum creditorem † in ius primi non succedere, nisi sit conuentum.de hoc. vide Antonium de Fano in tract.de pignor.& hypot.in tertio membro quintæ par.nu.72.cum seq.

Summarium in l.si Titius.ff.quæ res pig.obli.poss.

1 *Quando in potestate debitoris est ut obligatio perficiatur,illud tempus perfectionis inspicitur,non initiũ.*

Bar.in l.si Titius.ff.eod.tit.

1 BAR. in d.l.si Titius,sic ait in summa. Quando in potestate † debitoris est,ut obligatio perficiatur,illud tempus perfectionis inspicitur,non initium.vide Roma.in cons.24.col.3. & Pau. de Cast.in cons.330.col.1.

Bar.in l.j.ff.qui potior.in pign.habe.

DE intellectu & materia huius.l.& eorum,quæ hic tradidit Bar.uide Fulg.in consi.216.

Summarium in l.creditor.§.post diuisionem.ff.qui pot.in pig.habea.

1 *Facto pacto ut liceat uendere res,intelligitur obligata.*

Bar.in l.creditor.§.post diuisionem.ff.qui pot.in pign.hab.

1 BART. in d.§.post diuisionem,inquit,facto pacto † ut liceat uendere,rem intelligi obligatam.iste tex.est singul.vide Franc.Crem.in sing.2.incip.quid si feci.Ad rem facit tex. in l.Proculus.ff.de usufr.per quem aiunt ibi doct.maximè Bald.& Ang.si alicui legatus est ususfructus alicuius rei, cum hoc ut non possit illam rem alienare, intelligi ex his uerbis etiam legatam ei fuisse proprietatem. de qua re latè egi ibi ad Bar.quæ uideas si placet.

Summarium in l.si debitor.ff.qui pot.in pig.hab.

1 *Jus secundi creditoris confirmari, si ius primi liberatur.*

Bar.

Bar.in l.si debitor.ff.qui poti.in pign.habe.

1 BART. in d.l.si debitor,inquit,ius secundi creditoris † confirmari,si ius primi liberatur.vide quid per hanc.l.ait Alex.in consi.154.Viso Themate,col.pen.in libro primi & secundi vol. & Bal.in consi.155.in 2.vol.

Summarium in l.interdum.ff.qui pot.in pig.hab.

1 *Creditorem posteriorem qui fecit expensas pro conseruanda re obligata,præferri anteriori creditori.*

Bar.in l.interdum.ff.qui pot.in pign.habe.

1 BART. colligit ex hac.l.interdum,creditorem † posteriorem, qui fecit expensas pro conseruãda re obligata,præferri anteriori creditori. De hac re uide Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in tertio membro septimę par.nu.21.& aliquid apud Alex.in l.si nõ sortem.§.si centum.ff.de cond.indeb.& Bar.in l.creditor.1.& ibi Ias.ff.si cert.pet.& dum Bart. oppo.de auth.quo iure.C.eod.tit.& dicit ibi mulierem prę ferri in dote,quia habebat hypothecam priuilegiatam. tu aduerte,quoniam hoc,scilicèt secundum creditorem præferri primo,vt in hac l.constitutum est,uidetur sancitum fauore ipsius primi creditoris,qui hoc modo re seruata facilius cautionem inueniet.igitur hoc idem ac eadem ratione est etiam in dote uel facile cõcedendum. cogita, & ad rem vide Vitalem in tracta.de clausulis,fol.13.uers.& clausula specialiter,col.2.in princ.lib.6.

Summarium in l.qui balneum.ff.qui pot.in pig.habe.

1 *Conditione casuali existente,obligationem retrotrahi si conditio est casualis.*

Bar.in l.qui balneum.ff.qui pot.in pign.habe.

1 BART. in d.l.qui balneum,colligit ex tex.conditione † casuali existente obligationem retrotrahi,si conditio est casualis,alioqui uerò si est potestatiua.De hac re uide plenè in l. si is qui pro emptore.ff.de usucap.Soc.in cons.269.in 1.vol.& Dec.in cons.247.

Summarium in l.si & iure.ff.qui pot.in pig.hab.

1 *Prior in tempore potior in iure.*

Bar.in l.si & iure.ff.qui pot.in pign.habe.

1 BART. in d.l.si & iure,agit de pignore prætorio. & dum ibi,& tunc non habet locum, ait in isto casu regulam illam non habere locum,ut prior† in tempore sit potior in iure:vide Imol. in consi.110.col.3.

Summarium in l.potior.ff.qui pot.in pig.hab.

1 *Obligatio conditionalis si purificetur, non retrotrahitur,quando est potestatiua.*

Bar.in l.potior.ff.qui poti.in pigno.habe.

1 BART. in d.l.potior,ait,obligationem † conditionalem,si purificetur,non retrotrahi quando est potestatiua,alioqui uerò si est casualis. vide Bar.& Ias.in l.si is qui pro emptore.ff.de usucap.col.74.& quæ posui suprà in l.qui balneum,hoc eod.tit.

Summarium in l.insulam.ff.qui pot.in pig.habe.

1 *Conuentio facta super debito inter plures diuidendo porrigitur ad pignora.*

Bar.in l.insulam.ff.qui pot.in pign.habe.

1 BART. in d.l.insulam,inquit,istam.l.legi duobus modis.& ex ea colligi, conuentionem factam super debito inter plures diuidendo porrigi ad pignora,si utrique sufficiunt. vide Feli.in c.cùm dilecta,col.fi.vers.istud est uerum,de rescrip.

Summarium in l.Claudius.ff.qui pot.in pig.habe.

1 *Si primus creditor à tertio superatur,non præiudicatur secundo.*

Bar.in l.Claudius.ff.qui poti.in pign.habe.

1 BART. in d.l.Claudius,ait,si primus creditor † à tertio superatur,non præiudicari secũdo; quia propter hoc non succedit tertius in locum primi. & sententiam inter alios latam,alijs prę iudicium nõ afferre. De tota hac materia hic per Bar.discussa uide Antonium de Fano in trac. de pignoribus & hypothecis,in 3.membro sextæ par.nu.64.

Summa-

Qui potiores in pignore habeantur.

Summarium in l. Lucius. ff. qui pot. in pign. habe.

1 *Qui prior est in tempore in sorte, est etiam prior in usuris.*

Bar. in l. Lucius. ff. qui poti. in pigno. habe.

1 BART. in d. l. Lucius, sic ait in summa. Qui prior est in tempore † in sorte, est etiam prior in usuris. De materia huius. l. vide Soc. in consi. 41. in 4. vol. & omninò Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in quarto membro secundæ par. nu. 47. cum seq. ubi plenissimè hanc materiam uentilauit.

Summarium in l. mulier. ff. qui pot. in pign. habe.

1 *Possessor iustus habet ius offerendi & impetrandi actionem cedendarum.*

Bal. in l. Mulier. ff. qui poti. in pign. habe.

1 BART. in d. l. mulier, sic ait in summa. Possessor † iustus habet ius offerendi, & impetrandi actionem cedendarum. vide ad declarationem huius tex. Bal. in c. cùm contingat, col. 3. de dol. & contum. ubi ait, ius offerendi locum habere quando repetitur dos constante matrimonio. Bal. in cons. 109. in 3. vol. ubi ponit, quanto tempore duret ius offerendi. & in cõs. 84. eod. vol. ubi cessionem iuriũ fieri debere, ut ibi per eum. & an creditor ex delicto possit offerre. Bald. in cons. 40. col. fi. in 1. vol. & in actione hypothecaria quomodò detur ius offerendi, quibus competat, qui sint eius effectus, quo tempore præscribatur, & plenè de hac materia uide apud Antonium de Fano in d. tract. de pignor. & hypoth. in tertio membro quintæ par. per totum, & ibi semper recurre. & dum Bar. in hac. l. oppo. de auth. hoc ita. C. de pign. & soluit dicens, opinionem esse quorundam, ut illa hodie sit correcta. vide Bal. in auth. sed hodie. C. de acti. & oblig.

Summarium in l. Titius. ff. qui pot. in pig. habe.

1 *In pari causa ille qui prior est in tempore, etiam in iure potior est.*

Bar. in l. Titius. ff. qui pot. in pign. habe.

1 BART. ex ista. l. Titius, colligit regulam. in pari † causa eum qui prior est in tempore, etiã in iure potiorẽ esse. ista regula patitur 20. ampliationes, & 20. limitationes, ut uidere est apud Antonium de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in 2. membro secundæ par. nu. 1. cũ seq. & in quibus casibus procedat, & quibus cautelis euitari possit, vide Cæpol. in caut. 124.

Summarium in l. j. ff. de distra. pig.

1 *Mulier pauper quæ dotem dedit marito suo, & eo mortuo relictis quibusdam ouibus, illius frater eas uendidit, si facta excussione nihil reperitur, potest agere contra fratrem uiri ad pretium.*

Bar. in l. j. ff. de distrac. pign.

1 BART. in d. l. j. in fi. sequendo gl. ait, se in facti contingentia dixisse, mulierem † paupe rem, quæ dotem dedit marito suo, & eo mortuo relictis quibusdam ouibus, illius frater eas uendidit, si facta excussione nihil reperitur, posse agere cõtra fratrem uiri ad pretium. Huius gl. meminit etiam Bar. in l. qui à debitore, in fi. ff. de his quæ in fraud. credit. & in l. j §. & si præfatam, col. fi. ff. de iur. deliber. & Angel. in l. si rem & pretium. ff. de petit. hæred. Alex. in consi. 70. Videretur, in fi. & in cons. 308. Viso processu, col. fi. in 5. vol. ubi ait gl. hãc esse singul. & de hac re uide omninò Antoniũ de Fano in d. tract. de pignor. & hypot. in 4. membro secundæ par. nu. 57. cum seq. ubi tenet contra hoc Bartoli documentum. vide omninò.

Summarium in l. si creditor. §. quæritur. ff. de distra. pig.

1 *Pactum de non uendendo ab eo, qui habet ius in re, impedit uenditionem.*

Bar. in l. si creditor. §. quæritur. ff. de distract. pign.

1 BART. in d. §. quæritur, colligit ex tex. pactum de non uendendo † positum ab eo, qui habet ius in re impedire uenditionem. Attende quia ubique dum Bart. facit mentionem huius tex. affirmat in tex. haberi nullam esse uenditionem, idque uisum fuisse Pisis. & huius dicti ratio esse dicitur, ideò dominij translationem impediri, quia ius habebat in re, ut per Bar. in l. ea lege. C. de condit. ob caus. uersi. item opp. de l. si creditor, & in l. qui absenti. §. 1. in fi. ff. de acqu. poss. & in l. si

& in l.si quis ita.§.ea lege,col.1.uers.uenio ultimò.ff.de uerb.oblig.& in l.si filiusfamiliàs.§.Dui.ff.de leg.1.col.3.versi.quæro an per contractum,ubi Ias.col.13.in 1.lectura.& in 2.lect.col.19.uersi.2.fallit,ubi ex hoc infert ad singularem limitationem.l.emptorem. C. loca. & per Ias. in l.quoties,col.8.versi.9.C.de rei uend.& aduerte quia in proposito casu specialis hypotheca exigitur,nec sufficit generalis. Alex.in l.filiofamiliàs.§.si uir.col.2.ff.sol.matr.

Summarium in l.creditoris.ff.distrac.pign.

8 *Creditor potest unum ex pignoribus eligere, quod uoluerit ut uendat.*

Bar. in l.creditoris.ff.de distrac.pignor.

1 BART. in d.l.creditoris,ait creditorem † posse unum ex pignoribus eligere, quod uoluerit,vt uendat. vide addita ad Ana.in consi.103.& dum ibi in fin. Bart.oppo.de l.moschis,ff.de iur.fisc.vide Ias.in §.item si quis in fraudem,col.pe.in fi.inst.de action.

Summarium in l.rescriptum.§. si aliena.ff.de distrac.pign.

1 *Quicquid ex re pignorata uel eius occasione consequitur creditor, pignus diminuere.*

Bar.in l.rescriptum.§.si aliena.ff.de distrac.pignor.

1 BART. in d.§.si aliena,ait,quicquid ex re pignorata, † uel eius occasione consequitur creditor,pignus diminuere,si id irreuocabiliter consequitur; alioqui debitoris liberatio ex futuro pendebit euentu. De intellectu & materia huius.§. vide latè Anto. de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in primo membro sextæ par.nu. 65.

Summarium in l.creditor.ff. de distrac.pign.

1 *Oblatio an & quomodò impediat uenditionem pignoris.*

Bar.in l.creditor.ff.de distrac.pign.

1 BAR. in d.l.creditor,tradit an & quomodò oblatio † impediat uenditionem pignoris. vide ad hæc Alex.in l.si mora.ff.sol.matr.Aret.in consi.143.& Ias.in l.ij.C. de iure emphyt. & dicas oblationem uerbalem sufficere ad impediendam irreuocabilem uenditionē pignoris.l. fundus qui Lucij Titij.ff.de rescind.uendit.Imol.in d.l.si mora,vbi plures alias tradit fallentias. Et an & quando oblatio siue depositio,quam facit debitor,excusetur eum à mora,vide Bar.in l.acceptam.C.de usur.Alex.in consi.148.in lib.primi & secundi uol.nu.27. & in consi.128.col.4.in 4.vol.Fulg.in consi.139.& in consi.201.in fi.& Anto.de Fano in tract.de pignoribus & hypothecis,in 3.membro quintæ par.nu.97. Generaliter autem an & quando oblatio releuet, vide ibidem,& per Mari.Soci.iuni.in consi. 34.

Summarium in l.j.ff.quib.mod.pign.uel hypot.solu.

1 *Is cuius pecunia pignus liberatur, an succedat in ius debitoris.*

Bar.in l.j.ff.quib.mod.pig.uel hyp.solu.

1 BAR. in d.l.j.sic ait in summa.is cuius pecunia pignus† liberatur, non succedit in ius debitoris,quò ad actionē,sed quò ad exceptionē.et opp.de.l.Aristo.vide Pau.de Cast.ī cōs.370.

Summarium in l.si res.ff.quib.mod.pig.uel hypo.solu.

1 *Si ius debitoris obligantis soluitur ex causa antecedenti necessaria, resolui pignus.*

Bar.in l.si res.ff.quib.mod.pig.uel hypot.solu.

1 BAR. in d.l.si res,ait, si ius debitoris † obligantis resoluitur ex causa antecedenti necessaria, resolui pignus.vide ad hoc aliquas remissiones per Alex.in l.si patroni.§.fi.col.1. in fi.ff. ad trebell.et ad ea quæ hic subiungit Bar.uide Alex.in l.sæpe, col.7.in fin.ff.de re iudic.& omninò in consi.40.in 4.uol.

Summarium in l.si debitor.§.si in uenditione.ff.quib.mod.pign.uel hypo.solu.

1 *Qui consentit uenditioni pignoris uidetur ius suum remittere.*

Bar.in l.si debitor.§. si in uenditione.ff.quib.mod.pign.uel hyp.solu.

1 BAR. in d.§.si in uenditione,inquit,eum,qui consentit † uenditioni pignoris,uideri ius suū

remittere,niſi contrarium fuerit proteſtatus. Ad iſtum tex.vide Roma.in conſi.94.col.3.& in conſi.140.Card.in conſi.14.col.3.& Bal.in conſi.123.in 1.uol.

Summarium in l.item liberatur.§.qui paratus.ff.quib.mod.pig.uel hypo.ſolu.

1 *Si pœna pecuniaria à ſtatuto imponitur,& in eius defectu pœna corporalis, utrum reus conſtituens ſe in carcere datis fideiuſſoribus relaxari debeat.*

Bar.in l.item liberatur.§.qui paratus.ff.quib.mod.pig.vel hypot.ſolu.

1 BAR. in d.§.qui paratus, quærit ſi pœna pecuniaria † à ſtatuto imponitur,& in eius defectũ pœna corporalis,vtrum reus ſe conſtituens in carcere,datis fideiuſſoribus relaxari debeat? et diſtinguit,vt ibi per eum.vide Iaſ.in l.ſi uerò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cog.Barb.in cõſ. 15.col.2.in 2.uol.Feli.in c.ad noſtram,col.4.de iureiur.Alex.in l.ſi ſe non obtulit.§.ſi ex conuẽtione.col.1.ff.de re iudic.& in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.& ibi Iaſ.in princ.

Summarium in l.ſicut. §.ſuperuacuum.ff.quib.mod.pig.uel hypot.ſolu.

1 *Judex ſi alicui præcipit ut exeat de poſſeſſione domus,& eam diſcumbret, & iſte exiuit & diſcumbrauit,et de hoc factum eſt inſtrumentum,& poſteà is rediit,utrum dicatur præceptum contempſiſſe.*

2 *Clericus,qui fuit tuſſus ab ordinario ut incederet in habitu & tonſura, iſte ſuſcepit habitum,ſed pro parte diei iterum habitus laicales ſumebat,an dicatur contempſiſſe mandatum,ex quo non perſeuerat.*

3 *Si uenditor conducit rem uenditam ab emptore in eodem inſtrumento,an dicatur continuare poſſeſſionẽ.*

4 *Venditor an poſſit afferre ſimulationem contra emptorem.*

Bar.in l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quib.mod.pig.uel hypot.ſolu.

1 BAR. in d.l.ſicut.§.ſuperuacuum,col.2.uerſ.Redeo ad ordinem,quærit,ſi alicui iudex† præcipit,ut exeat de poſſeſsione domus, & eam diſcumbret, & iſte exiuit,& diſcũbrauit,& de hoc factum eſt inſtrm,& poſteà is redijt,utrum dicatur p̃ceptum contempſiſſe?et decidit, eum contemnere,qui hæc facit.vide in ſimili Alex.& alios in l.ſi fideiuſſor.§.1.ff.de leg.1.et de hac re uide oĩnò Ang.in conſ.24.vbi multa tradit exempla ſcitu digna,& ad rem facientia,quib.probat non ſufficere,ſi conditio exiſtat,niſi ẽt duret.et ita apertè decidit Bar.hic, dicens intelligẽdum
2 eſſe,ut is exeat perpetuò & non redeat. Id quod facit ad qõnem de clerico, qui fuit iuſſus † ab ordinario,ut incederet in habitu & tonſura,iſte ſuſcepit habitũ,ſed pro parte diei iterũ habitus laicales ſumebat,an dicaẽ contempſiſſe mandatum,ex quo nõ perſeuerat? deciſio eſt hic,ut ſit puniendus tanquã tranſgreſſor mandati.et ad rem faciunt trad.per Abb.in conſ.69.in 1.uolu. vbi ait,uerba ſtatuti eſſe intelligenda ut effectum habeant permanentem.Bart.in eo.§.in uerſi. venio ad tertium,agit,ſi uenditor perſeuerat in poſſeſsione rei uenditæ,contractum p̃ſumi fictũ cium.vide Pau.de Caſt.in conſ.90.& in conſ.330.& Dec.in conſ.36. Attende tñ, quia ſi in inſtr̃o rei uenditæ adeſt clauſula conſtituti, qua uenditor conſtituet ſe emptoris noĩe poſsidere, non præſumitur ſimulatio:quia licèt poſsideat,tñ alio titulo poſsidet,& noĩe emptoris. & hoc procedit quò ad ipſum contrahentem,qui ſimulationem adducere non pôt,alioqui uerò quò ad tertiam perſonam.hæc Aret.in conſ.65.vbi latè hanc ſimulationis materiã excuſsit.Ad hoc aũt Bar.documentum adde Soc.in conſ.127.col.4.in 3.uol.Et de hac re uide Rapha. Cuma.in conſ.133.& oĩnò Alex.in conſ.28.in 5.uol.vbi not.limitat iſtud dictum de continuatione poſ-
3 ſeſsionis. Quid ſi uenditor † conducit rem uenditam ab emptore in eodem inſtr̃o ? Dic ex hoc ſimulationem colligi non poſſe,ſecundum Abb.in conſ.49.in 1.uol.et ad præfata oĩa uide Fabianum de Monte in tracta.de emptione & uenditione. Et uide multa in ſimili ad probandam ſimulationem apud Bar.& quæ ibi ponã in l.pacta nouiſsima.C.de pact.& Rom. in conſi.304. Imol.in conſi.55.Alex.in conſ.28.& in conſi.57.in 5.uol.Barb. in conſ.72.col.8.Pau.de Caſt.
4 in conſ.2.& in conſ.7.in fi.& Fulg.in conſi.42.Et dum hic in fi.quærit,an uenditor † poſsit ipſe afferre hanc ſimulationem contra emptorem;vide Aret.in conſi.77.col.2.Soc.in conſ.264. et rurſus Aret.in conſi.65.col.2.& ſeq.& in conſi.160. maximè col.5.quid ſi uenditor conceſſit dilationem ad ſoluendum emptori, & interim locat ei rem uenditam ſub annua penſione, utrum contractus ſit licitus an non ? vide Soc.in cõſi.103.in 4.vol. reliqua uide in tractatibus, qui editi ſunt de ſimulatione contractuum.

Summa-

Summarium in d.l. ſicut. §. uenditionis. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſolu.

1 *Si conſentio ut res mea legetur, contra me paratur exceptio.*

Bar. in d.l. ſicut. §. uenditionis. ff. quib. mo. pign. uel hypo. ſolu.

1 BART. in ead.l.§.venditionis, ait, ſi conſentio† ut res mea legetur, contra me paratur exceptio. Tu uerò an conſentiens ſibi præiudicet, & quomodò, uide aliqua per Bal. in c. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amit. & in c. 1. in princip. de prohib. feud. alie. per Loth.

Summarium in d.l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mod. pig. uel hypot. ſolu.

1 *Præſentem & tacentem non uidetur pignus remiſiſſe.*

Bar. in d.l. ſicut. §. non uidetur. ff. quib. mo. pig. uel hypo. ſolu.

1 BART. in ead.l.§.non uidetur, ait, præſentem † & tacentem non uideri pignus remiſiſſe, alioqui uerò ſi ſe ſubſcriberet. iſte tex. limitatur quinque modis, vt per Ant. de Fano in tract. de pignoribus & hypothecis, in 3. membro ſextæ par. nu. 28. cum ſequ. & quia de præſente & tacente multoties in præcedentibus lucubrationibus egi, non repetam.

Summarium in l. Paulus. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol.

1 *Ille qui conſenſit ut pignus pignori detur, uidetur pignus remiſiſſe.*

Bar. in l. Paulus. ff. quib. mod. pign. uel hyp. ſol.

1 BAR. in d.l. Paulus, ait, eum, qui conſentit ut pignus† pignori detur, uideri pignus remiſiſſe, non alium loco ſui conſtituiſſe. Ad hoc faciunt trad. per Alexan. in conſi. 154. Viſo themate, col. antep. in lib. primi & ſecundi uol. dum vult, per remiſsionē pignoris non intelligi remiſſam eſſe actionem perſonalem. vide Soci. in conſi. 266. in 1. vol.

Summarium in d.l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſol.

1 *Quicunque poſſeſſor habet ius offerendi creditori.*

Bar. in d.l. Paulus. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pig. uel hyp. ſolu.

1 BAR. in ead.l.§.qui pignoris, inquit, quemcunq; poſſeſſorem† hꝛe ius offerendi creditori. vide Alex. in l. mulier. ff. qui poti. in pig. hab. & Paul. de Caſt. in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1.

Summarium in l. cui dens. ff. de ædil. edic.

1 *Senectus per ſe propriè morbum non appellatur.*

Lucubra. in l. cui dens. ff. de ædilit. edic.

1 BART. in hac.l.cui dens, nihil ſcribit, ſed Feli. in c. quoniã frequenter, in princ. nu. 25. vt lit. non conteſt. inquit per iſtum tex. ſenectutem† ex ſe propriè morbum appellari non poſſe. & propterea quorundam opinionem refellit, qui ſentiebant, ſtatutum diſponens de infirmitate locum habere in ſenectute. et ibi Abb. tradit quãdo aliquis dicatur eſſe ſenex. Nam alij dixerunt in 70. annis, alij. in 60. & alij in 50. nam maior hominum pars non attingit quinquaginta annos, tamen quia ſecundum uarietatem complexionum unus eſt uetuſtior altero, quamuis ſit minor natu, hoc eſſe relinquendum arbitrio iudicantis concludit Abb. in d.c. quoniam, & in c. ſi qui teſtium, cum ibi addit. de teſti. De hac re uide tex. cum glo. in l. ij. C. de his qui non imp. ſtipen. lib. 10. Senectutis uerò priuilegia uide remiſsiuè apud Feli. in d.c. ſi qui teſtium. et non eſt ſilentio prætereundum, ſenectutem ita excuſare delinquentem, ſicut ætas pupillaris. Dec. in l. ferè in omnibus pœnalibus. ff. de reg. iur.

Summarium in l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædil. edic.

1 *Nemo pœnitentia nocens eſſe deſinit.*

Bar. in l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædil. edict.

1 BAR. in d.l. quis ſit fugitiuus, in princ. ibi, nemo enim pœnitentia † nocens eſſe deſinit, colligit, uſurarium dici eſſe eum etiam, qui deſijt fœnerari. De hac re uide Soc. in conſi. 127. in 3. vol. vbi tradit, an ille, qui fuit uſurarius ante teſtamentum, ſed non tempore teſtamẽti, teneatur condere teſtamentum ſecundum formam capituli. quanquam de uſur. & an & qñ aliquis dicat. conuictus, vt uſurarius. Item hãc.l. citat Bar. in l. de pupillo. §. ſiquis ipſi prætori, col. 2. quæſt. 6

ff.de oper.nou.nunci. vide latiſsimè Dec.in c.1.col.13.verſ. Ad ſecundum, de probat.Roma. in conſ.404.& Alex.in l.prætor.§.fi.ff.de edend.

Summarium in d.l.quis ſit.§.ſicuti.ff.de ædil.edic.

1 *Fuga quando faciat indicium contra delinquentem.*

Bar.in d.l.quis ſit.§.ſicuti.ff. de ædil.edic.

1 BART. in ead.l.§.ſicuti,tradit an & quando fuga † faciat iudicium contra delinquentem.De hac re uide Raph.Cuma.in conſ.175.Feli.omninò in c.nullus,de præſump. vbi ponit regulam cum fallentijs.Iaſ.in repet.l.admonendi,col.71.ver.ſecundò limita.ff.de iureiur.& Dec.in cõſ. 234.vbi ait,fugam indicium facere ad torturam,quando aliquis fugit,nemine eum accuſante, alioqui uerò ſi fugeret poſt accuſationem,uel inquiſitionem,vel ſuſpicionem accuſationis.Itẽ attende,quia fuga carcerati effracto carcere operatur ut ille pro confeſſo habeatur quò ad illud crimen,quod ei imputabatur.l.in eos,cum glo.ff.de cuſtod.reor.quod limita pluribus modis,vt per Paul.Grillandum in tract.de relaxatione carceratorum in tit.de fuga incarcerati.vbi latè diſtinguit & declarat totam hanc materiam,an & quando fuga faciat indicium, vt non habeat locum quando quis eſt reuerſus incontinenti poſt fugam, vel qñ conſtabat,eum de facto eſſe capiendum,vel quando timuit iudicem ſæuientẽ, multaq; alia ibi recto ordine declarauit.

Summarium in d.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.

1 *Contractus qui uerè eſt uſurarius, ſi tamen communiter licitus exiſtimatur, uſurarius dici non poteſt.*

2 *Praua conſuetudo delinquentem non excuſat.*

Bar.in d.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic.

1 BART. in ead.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonem,ſing.ait,contractum,† qui rei ueritate inſpecta ſapit uſurariam prauitatem,ſi tamen communiter licitus exiſtimatur,uſurariũ dici non poſſe. Hoc Bar.documentum ſequitur Alex.in conſi.39.in 3.vol.Cæpol. in conſi.8. col.fi.& in conſi.13.col.pen.& fi.& in ſuo tract.de contractibus ſimulatis, col.3. Ad rem faciunt trad in l. ignorantia.C.qui admit.glo.in c.cùm uenerabilis,de conſuet.quam ſequitur Franc.Cremen.in ſingul.149.incip.mos puerorum.Roma.in ſing.19.vbi vult conſuetudinem malam excuſare à pœna.Iaſ.in l.non erit.ff.de iureiur.& in l.certi condictio.§.ſi nummis.ff.ſi cert.pet. col.fi. Anchar.in conſi.50.incip.Conſuetudo,in fi.Io.Andr.& Ant.de Butr.in c.2.de fide inſtru. Bal.in c. 2.de feud.cogni.vbi conſuetudinem excuſare ait à pœna falſi. vide glo.in c.denique. 4.diſt. & Roſel.in tract.de conſuetudine,col.12. & hoc Bar.documentũ ualde extollit Io.Baptiſta Caccialupus in tract.de ludo,inter numerum 22.& 23. Attende tamen quia hoc,quòd contractus non cenſeatur uſurarius,dupliciter intelligi poteſt,quò ad forũ fori,& hoc modo poſſent prædicta procedere,ſed quo ad forum poli,& ſic quò ad Deum,* cõis opinio eſt, ut praua conſue-
2 tudo † delinquentem non excuſet,vt per Anch.in conſi.283.vbi ait, cõſuetudinem malam excuſare ſolum à pœna temporali,non autem à gehennali.idem ait Roma.in d.ſingul.19. Alex.in conſi.8.& in conſi.233.in pen.col.in 6.uol.Soci.in conſi.209.in 1.uol.Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari.ff.de iureiur.& in l.de quibus.ff.de legi.& Dec.in conſi.9.Dico amplius,hoc etiam locum habere ſolùm quando ſumus in prohibitis iure poſitiuo, alioqui autem ſi etiam diuini iuris prohibitio concurreret:quia tunc conſuetudo mala non excuſaret etiam à pœna temporali.Feli.in c.ea quæ,de ſimon.ſed uſura ab utroque iure prohibita eſt,Alex.in conſ.45.in 4.vol.& Ang.in conſ.90.igitur hoc Bar.documentum omni caſu dubitabile redditur. et in dubio ubi agitur de periculo peccati,tutior uia eſt eligenda.c.iuuenis.de ſponſal.ideò cogita.

Summarium in l.ſciendum.ff.de ædil.edic.

1 *Si extat conſtitutio diſponens neminem ingredi poſſe monaſterium niſi ſit medicus. quidam erat medicus, ſed doctoratus inſignia non habuit, nunquid is ſit excommunicatus.*

Bar.in l.ſciendum.ff. de ædil. edic.

1 BAR. in d.l.ſciendum,quærit ſi extat conſtitutio diſponens † neminem ingredi poſſe monaſterium S.Franciſci niſi ſit medicus,idq; ſub pœna excõicationis.quidam qui erat medicus,ſed doctoratus inſignia non habuit, nunquid is ſit excõicatus? & dicit eum non eſſe excõicatum:

quia

quia est medicus, licèt non sit adeptus doctoratum. vide Alex.in cons. 15. Viso processu in qui sitionis formatæ.in fi.in 1.uol.

Summarium in l.debet.ff.de ædil.edi.

1 *Si ille qui rem emit ultra pretium dedit aliquid mediatorib.et deinde fit redhibitio, an istud possit repeti.*

Bar.in l.debet.ff.de ædilit.edict.

1 BAR. in d.l.debet,quærit,si ille,qui rem emit † ultra pretium,dedit aliquid mediatoribus, & deinde fit redhibitio,an istud posit repeti ? & distinguit, si ex necessitate datum est, repeti potest; alioqui uerò si spontè. pro hoc facit tex.in l.debet autem, suprà eod.tit.& hæc faciunt contra decisionem Mart.de Laude,quam refert Alberi.in l.j.ff. de condi.cau. dat.de qua dic ut ibi per eum,& per Iaſ.ibi col.2.in 6.notab.

Summarium in l.ædiles.ff.de ædil.edi.

1 *Equo uendito uendita etiam censetur (&) sella,(&) alia ornamenta.*

Bar.in l.ædiles.ff. de ædil.edic.

BAR. in l.ædiles aiunt,nihil scribit,sed per istum tex.dicit Fabianus de mõte in tract.de em-
1 ptione & uenditione,in 6.q.nu.32.equo uendito † & sellam & omnia ornamenta contineri.

Summarium in rub.ff. de euict.

1 *Quandoque res ipsa sibi euincitur.*

2 *Quomodò conueniendi sint hæredes eius, qui de euictione promisit: & an uno non defendente, pœna cõtra omnes committatur.*

3 *Ad hoc ut uenditor semper & omni casu de euictione teneatur, quid requiratur.*

Lucubrat.in rubr.ff. de euictionib.

1 IN materia huius tituli attende,quoniam quandoque res ipsa † sibi euincitur.l. si uen dideris, & l.non tamen,infrà eo.& l.iiij.ff. ad leg.Falci. & quæ sit differentia an se ipsum euincat,an uerò à tertia persona euincatur,vide Paul.de Cast. in l.cùm res.ff.de action.emp.et si euinco rem facto tuo uel authoris tui,non teneor.l.fundum.infrà eod. An aũt in diuisione ueniat euictio.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in ult.q.ff.de uerb.oblig. Et sciens rem alienam non habet euictionem.l.si fundum sciens.C.eod.Et qui pactus est,ut de euictione non teneatur,nihilominus re euicta consequitur pretium rei uenditæ.l. emptorem.§.fi.ff. de a-
2 ction.empt.Et qũo conueniendi sint hęredes † eius,qui de euictione promisit,& an uno non defendente,pœna contra omnes committatur, vide Ruinum in l.iiij.§. Cato, colu.22.ff.de uerb. oblig. Adde etiam quandoque uenditorem de euictione non teneri,vt habetur in l.j.§.si hęres, & ibi Iaſ.in fi.ff.ad trebell. Et quando propriè res dicatur euicta, & quomodò aliquis teneatur de euictione,uide Soc.in cons.199. in 1.vol. Et emptor potest agere de euictione quamuis litem motã non denunciauerit uenditori,quando manifestè constat de iustitia euincentis. Alex.
3 in cons.63.col.fi.in 6.uol.& bonas cautelas † ad faciendum, vt uenditor semper & in omni casu de euictione teneatur, & nulla obstabit exceptio,tradit Cæpol. in cautel.97. Item uenditor de euictione non tenetur,nisi postquam res est ablata emptori; et ideò quamuis condemnatus esset,agere non posset: propterea cautela est,ut is prius non agat.Cæpol.in caut.177. Et quid debeat facere ille,qui agere uult de euictione,uide apud Alex.in cons.117.in 7.uol. & Feli.in c.cùm.M.Ferrar.nu.71.de const.

Summarium in l. si fundus.ff.de euict.

1 *Consuetudo quæ est in loco contractus, est inspicienda.*

Bar.in l.si fundus.ff. de euiction.

1 BAR. in d.l.si fundus,ait,consuetudinem † quæ est in loco contractus,esse inspiciẽdam.vide Barb.in cons.15.col.pen.in 2.uol.cum duobus seq.Imol.in cons.1.col.6. & in cons.8.col.1.

Summarium in l.uendicantem.ff.de euict.

1 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

Bar. in l. vendicantem. ff. de euiction.

1 BART. in d.l. vendicantem, inquit, quem de euictione† tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio. Ad rem facit glo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli. vbi Bar. in 1. q. in fi. & pro declaratione uide Bar. in l. fi. C. eod. & Aret. in consi. 3. vbi limitat. et Soc. in cons. 38. col. pen. in 1. uol. ubi ait, notoriam exceptionem impedire litis ingressum.

Summarium in l. minor. ff. de euict.

1 *Re euicta per restitutionem non committi stipulationem duplæ, sed agi ex empto.*

2 *Si die feriata datur tenuta officio iudicis eodem tempore est restituenda præstita fideiussione.*

Bar. in l. minor. ff. de euiction.

1 BAR. in d.l. minor, ait, re euictа† per restitutionem non committi stipulationem duplæ, sed agi ex empto. vide Rom. in cons. 156. & aliquid in simili casu apud Feli. in c. ecclesia. S. Mariæ, col. 2. vers. sextò not. & col. seq. in ult. notab. de const. & in c. ex parte, col. 2. in ult. not. de testi. & in c. cùm olim, col. 18. de re iudi. Barb. in cons. 51. col. 26. in 1. uol. & in cons. 7. col. 17. in 2. uol.

2 Bar. in ead. l. in 2. notab. ait, si die feriatа† datur tenuta officio iudicis, eodẽ tempore restituendam esse præstita fideiusione. vide in simili casu Roma. in consi. 67. col. fin. & in consi. 158. in princ. & in cons. 220. col. fi. Raph. Cuma. in consi. 146. Alex. omninò in consi. 147. In causa & lite, in lib. primi & secundi uol. col. 2. vers. Item si probatum est, & in l. j. §. nunciatio, col. 6. versi. et inducitur. ff. de oper. nou. nunci. & in l. si pacto quo pœnam, col. 1. C. de pact. Maria. in tracta. de citatione, artic. 7. vers. secundus casus, cum seq. Abb. in consi. 81. col. fi. in 2. uol. & in c. quia clericum, in 2. notab. de iure patro. Imol. in consi. 128. Card. in simili. in consi. 96. in fi. Aretin. in cons. 20. col. fi. Barb. in c. si quis presbyterorum, col. pen. de reb. eccles. non alien. Feli. in c. nihil, col. 2. de præscrip. Bal. in c. ab excommunicato, per illum tex. ibi, col. 12. de rescri. Et limita istã glo. ut per Aret. in c. excommunicata, col. 3. de iudi. vt tenuta data de facto parte non citata reuocari non possit. Soc. in consi. 266. in fi. in 1. vol. Dec. in c. ex ratione, col. fi. de appell. & Alex. in l. de unoquoque, col. pen. ff. de re iudic.

Summarium in l. si per imprudentiam. ff. de euiction.

1 *Sententia lata contra emptorem propter eius imprudentiam, non nocet suo authori.*

Bar. in l. si per imprudentiam. ff. de euict.

1 BART. in d.l. si per imprudentiam, colligit, sententiam † latam contra emptorem propter eius imprudentiam, non nocere suo authori. Ad istam regulam uide Aret. in l. ij. §. fi. in 3. notab. ff. de uerb. oblig. vbi Ias. col. fi. quid si talis sententia lata esset contra sociũ, nunquid alteri socio præiudicabit? Raph. Fulg. in cons. 129. Et ad rem faciunt trad. per Ang. in consi. 176. vbi ponit aliqua ad rem pertinentia, & in consi. seq. & Rom. in sing. 724. incip. In l. si per imprudentiam.

Summarium in l. si idcò. ff. de euictio.

1 *Notarius bannitus & condemnatus de falso non prohibetur conficere instrumentum.*

2 *In dubio semper præsumitur lata sententia ob causam, quæ minus nocet.*

3 *Notarius si uerè fuisset condemnatus, vtrum eius instrumenta prius facta ualeant.*

Bar. in l. si ideò. ff. de euic.

1 BART. in d.l. si ideò, ait, ex isto tex. colligi argumentum, notarium † bannitum & condemnatum de falso, non prohiberi conficere instrumentum, quia magis censetur cõdemnatus propter contumaciam quàm propter falsitatem. et ista. l. adduci solet ad casum, in quo sententia unius nocet alteri, vt intelligatur quando lata esset contra præsentem, alioqui uerò si contra cõtumacem. Alexand. in consi. 84. in 3. uol. concordat tex. in l. qui repudiantis, in fi. vbi Bar. ff. de inoffic. testam. vbi pono ad Bart. vide Feli. in c. ex literis, colu. 9. vers. pro quo facit, de consti. & in c. cùm Bertoldus, col. 8. cum sequ. de re iudic. Barb. in consi. 3. col. 5. in 2. vol. & Ias. in repet. l. admonendi, col. 24. ff. de iureiur. et limita ut per Abb. in c. ex literis, col. fi. de re iudi. vide tex. cum gl. in l. ij. C. de contrar. iudic. tut. & illud quod p̃dictum est. s. sn̄iam p̃sumi latam magis p̃p

2 absentiam q̃ p̃p malam causam, cõfirmatur, quia in dubio semper† p̃sumit̃ lata sn̄ia ob cãm, quę minus

minus nocet. Felin.in c.aduersario.nu.6.de except.ubi infert,cassationem electi magis præsumi ob uitium electionis quàm electi,id quod facit ad rem propositam de notario cõdemnato. Sic etiam Soc.inquit in cons.264.col.pe.in 1.vol.sentẽtiam in dubio censeri esse prolatã, quia non fuit probatum. vide eundem in cons.94.in 3.vol.& Feli.in c.examinata.nu.12.cũ seq. de iudic.Limita prædictam conclusionem de contumace,ut locum non habeat quando tota causa defensa fuisset,quamuis in prolatione sententiæ ille esset contumax.Item limita non procedere quando constaret sententiam secundum iustitiam & ueritatem fuisse promulgatam;quia isto casu uenditor teneretur de euictione.Alex.in l.sæpe,uer.circa secundum.ff.de re iudic. itẽ limita ut per Bal.in l.ij.C.quib.ref.iudic.non noc.col.vltima,uers.præterea.& quoniã Bart. hoc in loco ait,notarium contumacem de falso damnatum non prohiberi conficere instrumenta
3 per rationem in præcedentibus adductam: quæro quid si uerè fuisset condemnatus, † utrum eius instrumenta prius facta ualeant? & nunquid possit publicare instrumenta ante condemnationem confecta? Bal.in l.ij.C.de fide instr.& in l.in exercendis, eo.tit.& in auth.sed nouo iure.C.si cert.pet.ait,ea ualere,quæ ante condemnationem fuerunt solenniter celebrata, alioqui non. vide gl.in §.cum his,in auth.de fide instr.& Bar.in l.Barbarius, col.fin.ff. de off.prætor.& quę ibi posui in lucubrationib.vbi Bar.vult,notarium pendente accusatione,priusquam tamen sit de falso condemnatus,posse conficere instrumenta.quò autem ad instrumentorum publicationem,quæ facta fuerunt ante condemnationem,uolunt Doct.cum etiam post condemnationem illa publicare posse.Paul.de Castr.post.Alex.in l.prætor.§.sed si dominus.ff. de eden.et in l.si arbit.C.de sent.& in l.ad testiũ.§.1.ff.de testa.& quæ ibi posui in lucubrationib. vide quandam apostillam,in uoce circa hoc in c.gratum,de postul.prælat.Bar.Alex.& Ias.in l.si quis ex argentarijs.ff.de eden.& omninò Feli.plenè in c.fraternitatis,de hæret.

Summarium in l. si dictum. §. si compromisero.ff.de euict.

1 *Agi posse de euictione, quando factum est compromissum ex forma statuti.*

Bar.in l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euiction.

1 Bart. in d.§.si compromisero,colligit ex tex.agi posse de euictione † quando factum est cõpromissum ex forma statuti: quia hoc fit ex necessitate,alioqui uerò si spontè id fecisset. vide omninò Aret.in cons.74.vbi subiungit in casu,quo alteri compromissum præiudicat,eũ debere saltem uocari. Et pro declaratione huius documenti uide Alex.in l.si unus,in princi.col.2.de pact.& Franc.Cremen.in sing.30.incip. Tu scis. vbi ait,si emptor etiam spontè in uenditorem compromisit,posse agi de euictione.vide eundem Cremens.in sing.115.Tu scis.vbi ait,emptorem non posse iuramentum deferre.& ideò,istum tex.locum habere in casu illo, & non poterit agere de euictione: nam hoc fit spontè. Et de hac re uide ad præcedentia Orian.in tract.de arbitr.q.7.& 41.& 95.& Alex.in cons.4.in 3.vol. & in l.cũ hæreditas.col.2.vbi latè.ff.ad Trebel. Bal.in l.j.col.2.C.de peric.& commod.rei uẽd.Barb.in cons.39.col.10.in 1.vol. Bar.in l.de pupillo.§.siquis ipsi prætori.ff.de oper.nou.nunc.& Abb.in cons.69. in fi.in 1.uol.& in cons.29. col.fi.in 2.vol.& in cons.31.in 1.dub.eod.uol.& in consi.172. in fi.eod.uol. Ang.Areti.in §.actionum,col.33.in princ.inst.de actio.& Feli.in c.quæ in ecclesiarum,col.16.de const. Aret.in consilijs Barb.in fi.in 1.uol.& Barb.in cons.21.col.7.& in cons.23.col.2.eo. uol.Alex.in l.si patroni,col.6.ad Trebel.Aret.in cons.78.& Feli.c.quamuis.de re iud.col.7.& in c.fi.col.fi.eo.tit. Alex.in l.si domus.§.de euictione.ff.de leg.1.Præpos. in tit.si uasal.de feud.fuer.interpel.Ang. in cons.177.cum seq.& omninò Burg.in repet.capituli si uenditori, col.7.de empt. & uendi.

Summarium in l. Herennius. §. Caia.ff. de euic.

1 *Emptor in causa euictionis an teneatur appellari à sententia contra eum lata.*
2 *Sententia præsumitur fuisse iustè prolata.*
3 *Pro iudice præsumitur.*

Bar.in l.Herennius.§.Caia.ff.de euiction.

1 Bart. in d.§.Caia, quærit utrum emptor † in causa euictionis teneatur appellare à sententia contra eum lata? et distinguit,vt ibi per eum.Tu uerò dicas, emptorem nunquã teneri ap-

pellare quando ſententia fuit lata præſente uenditore,qui eſt obligatus de euictione. iſtud fuit egregium documentum Specul.in tit.de appellat.§.1.verſ.ſed nunquid emptor, ubi teſtatur ſe hoc in facti contingentia obtinuiſſe. quod perpetuò eſſe tenendum menti inquit Firma.in tracta.de Epiſcopo,in 4.par.quarti libri q.7.in fi.

2 Bar.in eod.§.in fi.colligit ex glo.ſententiam† præſumi fuiſſe iuſtè prolatam. Contra hoc uidetur urgere tex.qui iudicio meo eſt memorabilis,in l.furti, in princi.ff. de his qui not.infam.vbi habetur,ſententiam,quæ irrogat infamiam, ſi ab ea fuerit prouocatum, non reddere infamem eum,qui eſt condemnatus. et quamuis ſententia fuerit confirmata tanquam iniuſtè fuerit prouocatum,tamen infamiam non retrotrahi ad tempus ſententiæ, ſed tantum à die confirmationis incipere; igitur non præſumitur pro ſententia prima: quia nullam uidetur habere uim,ſed eam reſidere in ſola confirmatione. & quamuis ibi tex.ſubiungit,ſententiam,à qua non fuit appellatum,retrotrahi,tamen poſſet reſponderi,hoc procedere,quia is,qui nõ appellat, cenſetur conſentire ſententiæ,vt declarat Feli.in c.cùm inter, col.1.de re iudi. & in c.quod conſultationem,eod.tit.cogita.et ad hoc Bar.documentum uide plenè tradita per Feli. in c.quoniam contrà,col.21.cum ſeq.de probat. Barb.in conſi.18.col.3.in 1.uol.& in conſ.47.col.25.eo.uol. & omninò Alex.in conſ.261.Quæritur,in lib.primi & ſecundi uol.vbi ait,neq; pro ſententia præſumi,quando fuit appellatum,neque pro ſententia arbitri quãdo fuit reclamatum,vt uidere eſt ibi in pe.col.& in conſ.265. Viſo proceſſu eod.lib.vbi tradit de ſententia. maximè quando eſt lapſum tempus.& in conſ.266.In cauſa & lite,eod.vol.vbi loquitur de ſententia arbitratoris, à qua fuit reclamatũ.& Bal.in conſi.254.in 2.vol.& in conſ.251.in 4.vol.vbi agit,quid ſit, quando exceptio incompetentiæ opponeretur.& Ant.de Butr.in conſ.14.col.maximè 5. vbi tradit de ſententia arbitri,à qua reclamatum eſt.& Pau.de Caſt.in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iud. Anch.in conſ.73.in fi.Corn.in conſ.243.col.13.in 2.uol.vbi ait,quid in antiquis.& Bal.in cõſ. 2.col.2.in 5.vol.ubi tradit qualis ſit iſta prẽſumptio.quamuis autem ſnïa iuſtè lata eſſe cenſeat, tamen ſi pars,quæ eam obtinuit,confiteatur,illam iniuſtè fuiſſe prolatam,eius executionem petere non poterit,ſi ſumus in ijs,in quibus per confeſsionem poſsit aliquis ſibi ipſi præiudicare. Et ideò iſta eſt bona cautela ne ſnïa exequatur. Cæpol.in caut.8.Item attende,ẽt ſi pro iudice
3 † cõiter prẽſumatur.hoc tñ non habere locum quãdo procedit iuris ordine non ſeruato:qm̃ eo caſu contra eum p̃ſumitur.Corn.in conſ.ult.col.pe.in 4.uol. & Crauet.in conſ.73. poſt nu.10.

Summarium in l.ſi cum uenditor.ff. de euict.

1 *Hypothecam ad ſe aduocare nudam poſſeſſionem.*

Bar.in l.ſi cùm uenditor.ff.de euictio.

1 Bar. in d.l.ſi cùm uenditor,ait,hypothecam† ad ſe aduocare nudam poſſeſsionem.& ideò traditur forma concludendi in libello in hypothecaria. De hac re uide Bal.in auth.contrà rogatus.in fi.C.ad trebell.& practicam Papi.in forma libelli, quo agitur hypothecaria,col.18.in gl. in uoce,relaxandum.& Ant.de Fano in trac.de pignor. & hypothecis in 3.par. 8.par. nu.104.

Summarium in l.j.§.ſocius.ff.de uſur.

1 *Tractum futuri temporis ſpectat ad iudicem.*

Bar.in l.j.§. ſocius.ff.de uſur.

1 Bart. in d.§.ſocius,inquit,tractum† futuri temporis ſpectare ad iudicem.vide Alexand.in conſ.95.in 1.uol.vbi agit,an & quando ius futurum poſsit deduci in iudicio.

Summarium in l.in fideicommiſſi.§.nonnunquam.ff.de uſur.

1 *Dilatio quando gratia fideicommiſſarij apponitur, fructus ſunt reſtituendi.*

Bar.in l.in fideicommiſsi.§.nonnunquam.ff.de uſur.

1 Bart. in d.l.in fideicommiſsi.§.nonnunquã,ait, quando dilatio † gratia fideicommiſſarij apponitur,fructus eſſe reſtituendos.Pro ampliatione huius tex.vide Alex.in l.cũ ex filio,col.2. verſ.item.ff.de vulga.& pupill. & in l.deducta. ff.ad trebell.& in l.cùm filio,col.8.ff.de leg.1.& in l.

in l.fideicommissar.§.fi.in fi.ff.ad Trebell.& de hac re scilicèt quando fructus ueniant in restitutione fideicommissi,vide regulam cum fallentijs apud Ang.in cons.331.

Summarium in l.si stipulatus.ff.de usur.

1 *In stipulatione rem dari,& in stipulatione rem tradi,non ueniunt fructus.*

Bar.in l.si stipulatus.ff.de usur.

1 Bart. in d.l.si stipulatus,inquit,quamuis in stipulatione † rem dari,& in stipulatione rem tradi,non ueniant fructus,tamen si iungantur simul,eo casu habendam esse rationem fructuũ: sed si contractus uenditionis præcessit,secundum eum iudicari.vide Imol.in consi.102.col.4. & 5.Alex.in l.Miles.§.decem.ff.de re iudic.ubi declarat hanc regulam,quomodo stipulatio intelligatur secundum naturam contractus præcedentis.

Summarium in l.cùm de in rem uerso.ff.de usur.

1 *Ex diuturna præstatione usurarum præsumitur contracta obligatio super usuris & quomodo.*
2 *Causa alimentorum,& causa dotis à pari procedunt.*
3 *Ille qui se fundat super solo cursu temporis satis probat,quando adducit tantum tempus, quod excedit memoriam hominum.*
4 *Consuetudo quomodò probari debeat.*
5 *Liberatio inducitur ex solo cursu temporis.*
6 *Ex diuturna præstatione probari titulum legitimum,quem aliquis adducit.*
7 *Ille,qui utitur,debet allegare titulum,& quòd utitur tanquam iure suo,aliàs seruitus nõ probaretur.*
8 *Consuetudo tanti temporis cuius initij non extat memoria,probatur ex cursu decem annorum.*
9 *Rusticus si soluit mihi unum par caponum omni anno,utrum teneatur pro futuro tempore.*

Bar.in l.cùm de in rem uerso.ff.de usur.

Bart. in d.l. cùm de in rem uerso, sic ait in summa. ex diuturna præstatione usurarum
1 † præsumitur contracta obligatio super usuris,& super sorte,quatenus est necesse ad illam præstationem redigendam,importat præstandi necessitatem. circa istam.l.vide Abb.in consi.74. in 1.vol.Ias.& alios in l.si certis annis.C.de pact.Alex.in consi.ultimo in 4. volu. col.5. & Soci. latè in consi.145.in 1.vbi ait etiam hanc.l.non habere locum in rustico. tamen contrarium inquit Alex.in cons.122.in 4.vol.& de materia huius.l.uidę Alex.in consi.78,in fi.in 6.vol.& Ias. in §.præiudiciales,col.15.cum seq.inst.de acti.& aliquid per Dec.in cons.275.vers. sed prædictis non obstantibus.& Feli.in c.ueniens,in 4.notab.de testi.& Soc.regulam 182.

2 Bar.in ead.l.col.2.inquit,causam alimentorum, † & causam dotis à pari procedere,sed dicas immo unam alteri præualere secundum Cyn.in l.non omni.C.de administrat.tut. in fi. & vide Alex.in l.j.col.3.ff.sol.matr.ubi concludit fauorabiliora esse alimenta dote,& ibi Soc. & Ias. & causam dotis fauorabiliorem esse quàm alimentorum,ait Abb.in c.peruenit,in 2.notab. de arbitr.& in c.quintauallis,col.2.de iureiur.

3 Bar.in ead.l.col.3.versi.videamus,tradit eum,qui fundat se super solo cursu temporis, † satis probare,quando adducit tantum tempus,quod excedit memoriam hominũ. vide Abb. in cõs. 7.col.4.in secundo dubio in 2.vol.& in consi.26.eod.vol.& in c.cùm ex officij, col.5.de præscript.& in c.peruenit,de censi.ubi plenè agit de his dictis Bar. Ana.in consi.35.& ibi addita. ista enim consuetudo cuius initij non extat memoria in contrarium habet uim priuilegij concessi à Principe cum clausula ex certa scientia.Ias.in l.de quibus.ff.de legi.& in l.quominùs,nu. 24.ff.de flumin.Alex.in consi.6.in 1.vol.Soc.in consi.181.col.pen.& in consi.187.in 1.uolu. Feli.in c.de quarta,col.15.de præscrip.& in c.cùm nobis,eod.tit.& in c.cùm contingat,nu.15. de for.compet.Dec.in consi.406.hoc tamen limitatur non habere locum in exercente incapace. Abb.in c.quanto,de consuet.Alex.in consi.70.in 4.vol.& Feli. in c.dilecto,de testi. & in c.
4 causam.nu.3.de præscript.Quomodò autem probari † debeat ista consuetudo,uide Alexan.in consi.16.col.4.in 5.vol.& in consi.173.in 6.vol.Raph.Cuma.in consi.76. Dec. in consi.586. & omninò Bertachinum in tract.de gabellis,in 2.par.nu.28.& huius cõsuetudinis tanta est uis & potestas,ut non tollatur à statuto quamcunque consuetudinem excludente,secũdum Alex. in d.

in d.consi. 16.col.antep.in 5.vol.& Feli.in c.dilecti,col.pe.de maior.& obedi. & de hac materia uide Feli.in c.ascendentes nu.12.cum seq.de præscript.Abb.in cons.26.in 2.vol.& Craue. in consi.21.Mari.Soc.iuni.in cons.49.nu.23.& in cons.76.nu.93.ubi ait,consuetudinem hanc non reijci propter clausulam,non obstante lapsu temporis.

5 Bar.in ead.l.& col.subiungit,liberationem † induci ex solo cursu temporis,quando ius commune non resistit: & sic creditor non petendo debitum per decem annos amittit ius suum. vide Alex.in consi.60.Stantibus his.in 4.vol.& in consi.74.Viso titulo quæstionis,in 5.vol.Rom. in consi.117.In casu propositæ consultationis,col.5.vbi decidit pulchrum casum. Attende ta-
* men quia in actionibus personalibus possessor malæfidei non præscribet secundum* com.opi. ut per Antonium de Fano in tract.de pignoribus & hypothec.in secundo membro sextæ part. nu.28.quam tamen limita ut ibi per eum. Contrarium autem scilicèt immo malę fidei possessorem posse præscribere sentit Soc.in consi.40.col.fi.in 1.vol.& ista est materia.c.fi.de præscr. pro cuius intellectu.uide Raph.Cuma.omninò in cons.90. & Thomam Ferratium in caut.38. & Mari.Soc.iuni.in cons.145.nu.64.

6 Bar.in ead.l.& ead.col.ver.veniamus ad tertium passum,dicit ex diuturna † præstatione probari titulum legitimum,quem aliquis adducit.Quomodò ex possessione titulus præsumatur, uide Ias.in l.j.C.qui admit.& in l.fi certis annis.C.de pact.

Bar.ibi paulò post,tradit memorabile illud documentum,ut sufficiat alicui titulum allegare, illumque probare per confessionem decem annorum,in seruitute discontinua: & si ea per tantum tempus usus sit sciente & patiente domino dicatur probasse titulum. & ista opinio Barto
* li est* communis tam canonistarum quàm legistarum.Paul.de Cast. in l.seruitutes, col.fi.ff.de seruit.Pro qua Alex.consuluit in cons.113.in 1.vol.& in consi.50.col.fi.in 3.vol.ubi declarat,
7 necesse esse omninò ut ille,qui utitur † alleget titulum,& utatur tanquam iure suo, alioqui seruitus non probaretur.Dec.in l.fi certis annis,quem uideas omninò. C. de pact. & ibi Alex. & Ias. Feli.in c.de quarta,col.14.& seq.de præscript.& in c.accedentes,eod.tit.& aliquid in c.in causam,eod.tit.Rom.in cons.109.in 2.dub.Aret.in consi.70.col.2.& in cons.108. col.fi. Adde ad
8 præcedentia etiam consuetudinem † tanti temporis,cuius initij non extet memoria,probari ex solo cursu x.annorum,si tamen allegatur,& deducitur,sicut & de titulo prædictum est, nisi contrariũ ab aduersario probaretur.Alex.not.in consi.142.in 6.vol.Cæpol.in tract.de seruit.rusti. prædior.in tit.de aquæductu,inter numerum 55.& 56.& omninò uide Feli.in d.c.de quarta,in ter numerum 50.& 51.de præscri.& ad ea,quę deinde subiungit Bar.in hac.l.col.4.distinguendo ut ibi per eum,vide Barb.in consi.35.col.7.in 2.vol.Alex.in consi.1.in 5.vol. & Abb.in cõs. 6.in 1.dub.in 2.vol.& Alex.in cons.250.in lib.primi & secundi vol.ubi ait hoc Bar. documentum de x.annis,à multis reprehendi,& illud non audet affirmare.

9 Bar.in ead.l.in fi.quærit,si rusticus † soluit mihi omni anno unum par caponum,utrum teneatur pro futuro tempore. & distinguit,aut allegatur titulus,cuius uigore dicatur facta ista solutio, & eo casu ex ista præstatione præsumitur titulus & obligatur etiam pro futuro tempore: aut fuit simpliciter facta solutio,& tunc præsumitur donatio,& de cætero non obligatur. Hoc idem refert & sequitur Alex.in consi.250. in fi.in libro primi & secundi vol. & in l. qui in aliena.col.4.versi.item inferebat hic Angel.ff.de acquiren.hære. ubi tradit nonnulla scitu digna in proposito casu. & Feli.in c.cùm.M.Ferrar.colu.4.de constitu.aliquid in c.ex parte, in princip. de testi.in c.cùm ueniens, col.2.eod.tit.& in c.cùm Bertoldus, de re iudic. & in c.ad apostolicam, de simon.

Summarium in l.mora fieri.ff.de usur.

1 *Si statuto cauetur instantiam quinque mensibus perire,ubi per actorem non stetit,an sufficiat si semel fuit interpellatus,ut perpetuò uideatur stetisse per iudicem.*

Bar.in l.mora fieri.ff.de usur.

Ad istum tex.uide aliquid apud Barb. in consi.7. col.16.in 2.vol. & Curtium in consi.39.
1 col.3.& dum Bar.quærit,si statuto cauetur,instantiam† quinque mensibus perire,ubi per actorem

rem non stetit, an sufficiat, si semel fuit interpellatus, ut perpetuò uideatur stetisse per iudicem? & dic sufficere unicam interpellationem. idem ait Bar. in l. Titia Seio. §. usuras. ff. de legat. 2. & * Ang. in consi. 353. Statutum, colu 2. Tamen * communis opinio uidetur esse in contrarium, ut immo non una tantum interpellatio, sed multæ requirantur. vide Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. & Alexan. in l. de pupillo. §. si quis prætori, col. 2. ff. de oper. nou. nūc. & in consi. 19. in fi. in 1. vol. Phili. Franc. in c. ex ratione, col. 4. de appell. Aret. circa primam oppos. Bar. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uerb. oblig. In dubio autem instantia præsumitur magis culpa iudicis, quàm rei perijsse. Alex. in cons. 42. col. 4. in 3. vol.

Summarium in l. uideamus. §. si actionem. ff. de usur.

1 *Fructus à tempore moræ peti posse, ut interesse, non autem ut fructus.*

Bar. in l. videamus. §. si actionem. ff. de usur.

1 BART. in d. §. si actionem, ait, fructus † à tempore moræ peti posse, ut interesse, non autem ut fructus. vide Alex. in consi. 149. Visis & diligenter, col. 3. vers. ex prædictis, in libro primi & secundi vol. & Curt. in cons. 39. in 2. dub. & an & quando fructus debeantur ex tempore moræ uel litis contestatæ, vide Alex. in cons. 127. in 6. vol.

Summarium in l. cum quidam. §. diuus. ff. de usur.

1 *Taciturnitas longi temporis tollit actionem personalem competentem ad usuras.*

Lucubr. in l. cùm quidam. §. Diuus. ff. de usur.

1 BART. in hoc. §. Diuus, nihil scribit, tamen ex eo colligitur, taciturnitate † longi temporis tolli actionem personalem competentem ad usuras. Declara hunc tex. ut per Alex. in cons. 39. in 6. vol. col. 4. & latius per Ias. in §. fuerat, inst. de acti.

Summarium in l. in pecudum. ff. de usur.

1 *Homo est finis omnium productorum.*

Bar. in l. in pecudum. ff. de usur.

1 BART. in hac. l. nihil dicit, tamen ista est memorabilis lex, ex qua colligitur, hominem † esse finem omnium productorum. vide etiam text. in l. ij. ff. de stat. homi. Hoc autem cōtingit, quia homo est nobilissima creaturarum, cum angelis enim participat respectu animę rationalis, cum brutis uerò respectu corporis, & animæ sensitiuæ, & cum lapidibus habet esse, cum plantis uiuere, sentire cum brutis, & intelligere cum ipsis angelis. Hæc Abb. in c. firmiter, de summ. Trinit. & fid. cat. ubi etiam docuit quare est, quòd Deus creauit bruta, antequam crearet hominem qui eis præest, & affert tres rationes ut ibi per eum. & de dignitate hominis uide bonam gl. in iustissimè. ff. de ædilit. edict. & ideo quia homo cum omnibus creaturis participat, appellatur omnis creatura, cui Dominus prædicandum esse euangelium præcepit, ut ait Greg. in omel. super euangelium pentecost. & in ea attenditur reuerentia cęlestis pulchritudinis, secundū Abb. in c. si quis, de furt. per tex. in l. si quis in metallum. C. de pœn.

Summarium in l. tutor. §. Lucius. ff. de usur.

1 *Creditor non potest cogi accipere particularem solutionem, si debitum est ex una causa tantum.*

Bar. in l. Tutor. §. Lucius. ff. de usur.

1 BART. in d. l. §. Lucius, colligit ex tex. creditorem † non cogi accipere particularem solutionem, si debitum est ex una causa tantùm, alioqui uerò si ex pluribus. Limita hoc nisi debitor promisisset se in pluribus uicibus esse soluturum. text. est & ibi Bar. in l. utique. §. si quid. ff. de eo quod cert. loc.

Summarium in l. j. ff. de probat.

1 *Gentem largius accipi, quàm genus.*

Bar. in l. j ff. de probat.

1 BART. in d. l. j. inquit, gentem † largius accipi, quàm genus: quia genus accipitur pro agnatione, sed gens pro agnatione & cognatione. vide pulchrè Barb. in cons. 57. in 2. volum.

Alex.

Alex.in l.ex facto,§.si quis rogatus,col.19.ff.ad Trebell.& in §.fi.col.2.& tex.in c.eam te,de rescript.Cap.in consi.82.& quomodò probetur aliquem ex descendentibus & agnatione, uide Aret.in consi.37.in 2.dub.

Summarium in l.ab ea parte.ff.de probat.

1 *Negatiua iuris quomodò probari debeat.*

Bar.in l.ab ea parte.ff.de probat.

1 BART. in d.l.Ab ea parte,tradit quomodò aliquis negatiuam † iuris probare teneatur.vide Feli,in c.in præsentia.col.5.de probat.& in c.testimonium,de testi.& Barb.in consi.88.col. maximè 7.& seq.in 3.vol.& an & quomodò quælibet negatiua probari possit, vide Abb.in c. cùm ecclesia,de caus.poss.& propriet.& per Martinum de Fano in tract.de negatiua probãda.

Summarium in l.circa.ff.de probat.

1 *Onus probandi incumbit ei,qui non est in quasi possessione.*

2 *Reus quando suscipit onus probandi ad hæredem pertinet.*

Bar.in l.circa.ff.de probat.

1 BART. in d.l.circa,inquit,ei incumbere † onus probandi,qui non est in quasi possessione. De hac re uide doct.maximè Alex.in l.si prius.col.14.ff.de oper.no.nunc. Soc.in consi.39.col. 1.in 1.vol.vbi loquitur de eo,qui asserit se esse legitimum,& non est in quasi possessione legitimitatis.& Feli.in c.cùm causa,de re iudic.Bar.posteà subiungit,reum,qui probandi onus suscepit,sibi non præiudicare. vide Dec.in l.qui accusare.C.de eden. Limita tamen hoc Bar. documentum non procedere in actore,quia perderet causam eo non probato, ad quod se astrinxerat.Bar.in l.j.§.item quæsitum.ff.de aqu.quot.& æstiu.iunctis ijs,quæ ibi posui.Item limita nisi reus in se onus probandi specialiter suscepisset animo releuandi actorem ab onere probandi, secundum Bal.in d.l.qui accusare,tamen ibi uideas Dec. ut prædixi. Rursus limita nisi actoris intentio esset fundata,& reus astringeret se ad plura probanda,quia eo casu probare omnia teneretur,secundum Bar.in l.diuus,col.fin. ff.de re iudic. ubi declarat quando aliquis dicatur se astringere.& ibi Ias.col.17.uersi.quartò circa prædicta.& circa istam gl.uide Ias. in §. actionũ,
2 col.21.in gl.fi.inst.de acti.Attende tamen quia quamuis quando reus † suscipit onus probandi, hoc modo actor per accidens efficitur,eum tamen rei priuilegia retinere,& in paribus probationibus ipsum debere absolui. Dec.in c.ex literis,col.2.de probat.& Ang.de maleficijs super uoce,De anno præsenti.col.44.quæst.2.col.1.& de illa clausula, non astringens se &c. de qua agit Bar.uide Bar.& Ias.in d.l.diuus.ff.de re iudic.Alex.in cons.121.in 1.vol.& in cons.6.in 3. vol.Feli.in c.licèt causam,col.24.ver.10.limita,de probat.& in c.cùm causa, col.2.de re iudic. Dec.in cons.43.& Ias.in §.pen.col.20.inst.de acti.

Summarium in l.cùm de lege.ff.de probat.

1 *Cùm de lege falcidia quæritur,onus probandi ad hæredem pertinet.*

Bar.in l.cùm de lege.ff.de probat.

1 BART. in hac.l.cùm de lege,nihil dicit:tu uerò ex ea collige,cùm de lege falcidia † quæritur, onus probandi ad hæredem pertinere. De hac re vide Raph.Cuma. in consi.180. col.3. & omninò Ias.in cons.34.in 1.vol.ubi multas attulit limitationes ad hanc.l.quas tamen refellit dicens gl.istam indistinctè procedere.

Summarium in l.si chirographum.ff.de probat.

1 *Quando chirographum reperitur cancellatum apud debitorem, eo casu liberatio præsumitur.*

Bar.in l.si chyrographum.ff.de probat.

BART. in hac.l.si chyrographum,nihil scribit,sed ex ea colligunt doct.quando chyrogra-
1 phum reperitur † cancellatum apud debitorem,eo casu liberationẽ præsumi. Limita præsumptionem hanc non habere locum in persona domestica, apud quam reperitur,ut declarat Feli. inc.coram,col.pe.in fi.de off.deleg.

Summarium in l.cum de indebito.ff.de probat.

1 *Præscriptio in genere tollitur à præscriptione in specie.*

2 *Tutor,*

2 *Tutor, qui in assumptione tutelæ promisit reddere integram rationem administrationis, non censetur renunciare legato ei de prædictis facto.*

3 *Duæ exceptiones contrariæ in eodem iudicio possunt proponi.*

4 *An petens absolutionem ab excommunicatione censeatur fateri se esse excommunicatum.*

5 *Ille qui soluit indebitum, ad duo probanda compellitur.*

Bar. in l. cùm de indebito. ff. de probat.

1 BART. in d.l. cùm de indebito, in princ. sic ait in summa. Præsumptio † in genere tollitur à præsumptione in specie. Adde hoc usque adeò uerum esse, ut etiam per actum contrarium ex interuallo factum non censeatur primo renunciare. Alex. in cons. 27. Attentis narratis, in 3. vol. vide ad hanc. l. Alex. in consi. 111. eod. 3. vol. col. fi. & in cons. 120. col. pe. in 5. vol. & in cõs. 142. col. pe. eod. vol. & in cons. 144. col. 2. eod. 5. vol. ubi ait magis præsumi errorem quàm donationem. & quid magis præsumatur, vide apud eundem Alex. in cons. 80. in 3. volu. & in consi. 114. col. 2. eod. 3. vol. & in cons. 33. in 5. vol. ubi agit, an & quando per actum contrarium censeatur aliquis renunciare priuilegio immunitatis, & in cons. 164. eod. 5. vol. ubi tradit, tutorem
2 † qui in assumptione tutelæ promisit reddere integram rationem administrationis, non censeri renunciare legato ei de prędictis facto, etiam si de eo præsumatur ex aliquo notitiam habuisse. & quòd huiusmodi error uincat præsumptionem scientiæ, uide Abb. in cons. 24. in fin. in 2. vol. Soc. in cons. 195. in fi. in 1. vol. & omninò ad materiam huius. l. & ad ea, quæ hic tradit Bart. de negatiua, uide Alex. in cons. 83. in 1. vol. ubi etiam tradit, an dominus in pœnam incidat propter negationem factam à suo procuratore. Et circa id, de quo hoc in loco agit Bar. s. præsumptionem in genere tolli à speciali prędsumptione, vide Alex. in l. si prius. in fi. ff. de oper. nou. nũc. & in consi. 62. col. pen. uersi. & dicit Bal. in 3. vol. & in consi. 77. col. 2. eod. volu. & in consi. 28. col. 3. in fi. in 5. vol. ubi ponit exemplum. vide tex. & ibi Abb. & alios. in c. literas, de præsumpt.

3 Bar. in hac ead. l. in secundo notabili colligit ex isto tex. duas exceptiones † contrarias in eodem iudicio posse proponi, reprobata opinione Dyn. in c. nullus pluribus, de regul. iur. in 6 Ad de tu Dyn. ibi in specie tenuisse, eum, qui solutionem allegat, censeri tacitè confiteri debitum præcessisse, quamuis Bar. ubique contrarium sentiat per istum tex. qui nihil facit pro eius intentione, immo contrarium probat secundum Ias. in l. Iulianus uerum, col. 6. uers. circa secundum. ff. de cond. indeb. & quamuis Alex. in consi. 183. in 6. vol. col. fi. uideatur ad hanc Bartoli sententiam accedere, scilicèt, eum, qui solutionem allegat, debitum non confiteri, tamen contrarium uidetur sentire in cons. 185. col. pe. eod. 6. vol. de qua re vide Feli. in c. cùm uenerabilis, inter numerum 10. & 11. de except. Ias. in l. decem. nu. 48. ff. de uerb. obli. & in l. j. nu. 4. ff. de oper. nou.
4 nunci. Ad rem facit illa quæstio, an petens † absolutionem ab excommunicatione, censeatur fateri se esse excommunicatum? de qua agunt Abb. & alij in c. cùm dilectus, de ordin. cogni. & Ias. in d.l. decem. Ex prædictis infert Bar. ad quæstionem, si aliquis negauit se hominem occidisse, & si hoc apparet, dixit se hoc ad sui defensionem fecisse, ut audiatur, cùm sibi probandi onus incumbat. De hoc Bar. documento uide aliqua apud Feli. in c. pastoralis, col. 5. de except. vers. circa dicta, & Ias. in l. j. colu. fi. C. de furt. & Abb. in c. is qui de solut. & in simili casu vide Alex. in consi. 83. in 1. vol.

5 Bar. in ead. l. in 3. notab. ait, eum, qui soluit † indebitum, ad duo probanda compelli. s. indebitum esse, & se per errorem soluisse. vide plenè Alex. in cons. 83. in 1. vol. & in cõs. 144. in 5. vol. ubi ait, hoc procedere non solùm in soluente, sed etiam in promittente, & non solum in eo, qui tractat de damno, sed etiam de lucro. & limita ut per Pau. de Cast. in cons. 80.

Summarium in d.l. cùm de indebito. §. sed hoc. ff. de probat.

1 *Promissioni factæ sine causa non statur.*

Bar. in d.l. cum de indebito. §. sed hoc. ff. de probat.

1 BART. in d. l. cùm de indebito. §. sed hoc, sic ait in summa. Promisioni † factæ sine causa non statur. quod intelligunt quidam in promisione simplici non continente stipulationem, alioqui illa promisio uim donationis haberet. hæc ille. uide ad istum tex. Alex. in l. si diuortio.

ff. de

ff.de uerb.oblig.& quæ posui ad Bar.in l.ij.§.circa.ff.de dol.except. & Alex.in consi.4.colu.4. in 1.vol.& in consi.83.eod.vol.ubi multa affert exempla,quando confessio dicatur causam cõ
* tinere. & in consi.9.col.pen.in 5.vol.& in consi.118.col.2.in 4.vol. ubi ait * communem opi. esse ut talis promissio non ualeat etiam in uim donationis. & dicit esse gl.sing.in l.generalem, in uoce,causam.C.de non num.pec.& in consi.13.in 1.vol.& Barb.in consi.27.col.penul.in 3. vol.& an huiusmodi promissio facta sine causa faciat semiplenam probationem? vide Iaſ.in rep. l.admonendi,col.67.ver.quid in confessione.ff.de iureiur.& materiam huius.§.latè & recto ordine tradit Feli.in c.si cautio,col.1.& seq.de fid.inst.ad quem semper est recurrendum.

Summarium in l.Procula.ff.de probat.

1 *Fideicommissi remissio præsumitur tribus concurrentibus.*

Bar.in l.Procula.ff.de probat.

1 Bart. in d.l.Procula,ait,tribus concurrentibus præsumi remissionem† fideicommissi:de quibus ibi per eum habetur. sed an hæc tria debeant semper concurrere,uide Alexan.in l.quæ dotis,col.4.ff.sol.matr.& in consi.46.in fi.in 1.vol.ubi ait, necessariam esse taciturnitatem per longum tempus, crebram rationum redditionem, & coniunctionem sanguinis. vide eundem Alex.in consi.53.in fi.in 4.vol.& Rom.in consi.143.& in consi.517.co.5. Barb. in c.cùm.M. col.12.de const.aliquid per Feli.in c.literas,col.5.de præsump.& Dec.in consi.79.in 2.dub.& doct.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.& declara hanc.l.Procula,ut per Soc.in cõs. 25.col.3.in 4.vol.per Alex.in d.cons.53.in fi.& Mari.Soci.iuni.in cons.128.nu.126.cum seq. uide quæ posui ad Bar.in l.libertis.§.1.de alim.lega.

Summarium in l.qui testamentum.ff.de probat.

1 *Quando aliquis alteri legat ut debitum,ille non capiet ut debitum, sed ut legatum,nisi debitum probet.*

2 *Inter uiuos fraus non præsumitur si aliquis confessus fuisset se habuisse à filio spurio.*

Bar.in l.qui testamentum.ff.de probat.

1 Bart. in d.l.qui testamentum,ait,quando aliquis alteri legat † ut debitum,ille non capiet ut debitum,sed ut legatum,nisi debitum probet. De materia huius.l.uide Bar.in l.si fortè.ff.de castr.pecul.latè Soc.in consi.65.in 1.vol.& in consi.66.col.2. & in consi.96.Alex. in consi.55. in 1.vol.& in cons.18.Consideratis,in 3.vol.& in cons.10.col.2.eod.vol.& in cõs.18.eod. vol. ubi citat hanc.l.& in cons.55.col.2.& in cons.101.in eod.1.vol.& omninò uide Ang.in consi. 341.& Raph.Cuma.in cons.31.& Dec.in cõs.20.Cur autem non ualeat ista confessio,de qua hic agitur,vide Bal.in l.deo nobis.C.de episcop.& cleric.& Alex.in consilijs paulòante citatis. Rom.in cons.216.Card.in cons.144.colu.fin.Aret. in cons.63.Bal.in cons.496.in 2.volu. ubi ponit pulchrum casum,& in cõs.352.in 3.vol.ubi loquitur in confessione facta inter uirum & uxorem constante matrimonio,& in cons.471.in 5.uol.ubi loquitur de protestatione,quam fa cit mulier constante matrimonio etiam cum iuramento:quòd instrumentum factum à marito de dote recepta erat simulatum.Pau.de Cast.in cons.118.& omninò uideas Soci.in d.cons.96. col.4.in 1.vol.& aliquid per Fulg.in cons.42.

2 Bar.in d.l.uersi.& nota,ista gl.inquit,gl.illã reprehendi quatenus ait inter uiuos † fraudem nõ præsumi,si aliquis cõfessus fuisset se habuisse à filio spurio;& rectè,quia immo facilius fraus præ
* sumitur inter uiuos,quàm in ultima uoluntate.Bar.in l.si is qui.ff.de uulg.& pupill. & gl.hanc * communiter esse damnatam testatur Alex. in cons.18.in 3.vol.& Dec.in cons.311.

Summarium in l.si arbiter.ff.de probat.

1 *Quinque testes de auditu fidem faciunt.*

Lucubr.in l.si Arbiter.ff.de probat.

1 Bart. in hac.l.si arbiter,nihil dicit.Tu uerò attende gl.ibi.dum ait,quandoque testes† de auditu fidem facere. & uide Aret.in consi.37.Soc.in cons.39.in 1.uol.ubi ait, testes de auditu probare in antiquis probationibus. & an & quando probent,vide Feli.in c.tam literis,de test. Illud autem in proposita re attende perpetuò,quamuis testis de auditu communiter non probet,tamen præsumptionem facit,quæ transfert onus probandi in aduersarium. Istud fuit dictũ aureum

aureum Archid.ad quem Rom.& Alex.accesserunt, ut refert & sequitur Curt. in consi.69.nu. 4.& Mari.Socin.iuni.in consi.69.num.17.An autem ualeat testimonium illius, qui dicit se audiuisse ab aliquo,quem non uidit,sed cognouit, quia notam illius uocem habebat? vide Cæpol. in cautel. 231.

Summarium in l.testium.ff.de test.

1 *Testi,qui est in dignitate, magis est credendum quàm ei,qui non est in dignitate constitutus.*
2 *Testibus nobilibus magis est credendum,quàm alijs.*
3 *Honorem maiorem censetur habere is,qui maiora habet stipendia.*
4 *Usque adeò creditur honestæ personæ,ut eius crimen magis errori quàm dolo imputetur.*
5 *Testimonium clerici uel sacerdotis prævalet testimonio secularis & laici.*
6 *Testis inimicus repellitur à testimonio,& quando.(ff) nu.7.*
8 *Inimicus meus esse præsumitur,qui cohabitat cum inimico meo.*
9 *Quis præsumitur esse inimicus illius,contra quem testimonium tulit in causa capitali.*
10 *Legatum per superuenientes inimicitias an intelligatur revocatum.*
11 *In materia testium non potest dari certum & invariabile documentum.*
12 *Testis dicens non verisimilia,non probat.*
13 *Quod distat à verisimili habet imaginem falsitatis.*
14 *Probationes & conjecturæ verisimiliores cæteris præferuntur.*
15 *Testes,qui dicunt per eundem præmeditatumque sermonem,an probent.*

Bar.in l.testium.ff.de testi.

1 BART. in d.l.testium,in principio inquit,testi,qui est in dignitate,† magis esse credendum quàm ei,qui non est in dignitate constitutus. nam in tex.habetur, in primis explorandam esse conditionem cuiusque eorum, utrum quis Decurio, an plebeus sit. Hæc ibi.dignitati enim leges multùm deferunt,ut per Feli.latè in c.pastoralis,de offic.deleg. & multa esse priuilegia dignitatis,docuit Cæpol.in tract.de Imperatore militum deligendo.§. Ratione dignitatis. & ideò dignitas semper solet prodesse,non obesse. gl.in l.si longius.§.filius.ff. de iudic.Salic.in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.& dignitatis ea est uis & potestas,ut regulæ iuris frangantur,ut est tex.in l.dignitates.C.de dignit.lib.12.& in l.desertorem.§.1. cum gl.ff. de re milit.& in c.fi.cum gl.in uoce,nobilitati,de pœn.& testibus nobilibus† magis esse credendū, quàm alijs,tradit Bal.in l.testium,col.fi.C.de testi.& glo.in c.illud,40.dist.& Crauet.in consi.6. nu.28.quæ autem sint personæ constitutæ in dignitate, uide apud Aret. in consi.23. & aliquid apud Barb.in consi.8.col.17.in 2.vol.& attende quia dignior est ille, qui habuit dignitatem à Principe,quàm sit ille,qui prius eam fuit adeptus ab inferiore.Abb.in c.1.de maior.& obed. & habetur in l.fi.ff.de alb.scriben.similiter dignior est ille cæteris paribus qui habet filios,non habente: & ideò est præferendus. tex.est not.in l.in albo,& ibi Bar.C.de Decurion.lib.10.tradit
2 Abb.in d.c.1. & honorem † maiorem censetur habere is,qui maiora habet stipendia, uel quem labor prolixior fecit anteire,ut est tex.not.in l.nemo.C.de offic.mag. off. quem citat Abb.in c. clerici,de iudic.& homo uilis dicitur esse quilibet dignitate carens. Bart.in l.tutor.§.tutores.ff. de suspect.tutor.Et dum ex tex.colligitur etiam attendendum esse in primis, an testis sit honestæ & inculpatæ uitæ,vide Alex.in consi.237.in 6.vol.Ratio enim uitæ bene actæ multùm operatur,ut est tex.not.cum gl.in c.in primis,uers.si uerò.2.q.1.Et facit,ut etiam assertioni huiusce modi personæ in facto proprio fides habeatur.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.cũ con-
4 cord.ibi adductis per gl.& usque adeò creditur honestæ † personæ,ut eius crimen magis errori quàm dolo imputetur,Ant.de Butr.in c.sacro, de sent. excommunic.& Innoc.in c.1.in gl.1.in fi.de schismat.id quod tamen intelligẽdum est pro prima uice tantum, alioqui uerò si perseueraret.Franc.Squillacensis in tract.de fide cathol.cap.5.& integritas uitæ etiam præsumpta multùm ualet.Feli.in c.literis de test. Similiter & cõtrà,si testis est uitæ inhonestæ & reprehensibilis,non

lis,non est idoneus testis. Alex.in cons.150.vers.Accedit,in 5.vol.tanta uerò est uis integritatis,& honestatis, ut ab exuberantia fidei, quæ huiusmodi testi habetur, dictum testis non integri suppleatur. Dec.in consi.133.col.3.& Soc.in cons.130.col.pen.in 1.volu.Ias.& alij in l.admonendi.ff.de iureiur.& ad omnia,quæ prædiximus tam de dignitate,quàm de honestate personæ optimè faciunt quæ ait sanctus Hieronymus hæc ad Rusticum scribens,Non est facile de perfecta ætate credendum, quam uita præterita defendit,& honorat uocabulum dignitatis.
5 hæc ille.Et ad id,quod ait Bar.de testimonio Sacristæ & Prioris,adde testimonium † clerici,uel sacerdotis prævalere testimonio secularis & laici. & ideo inquit gl.in c.monachus,in uoce, cõpendia.77.dist.tanti esse ponderis testimonium quatuor clericorum sicut sex laicorum. sequitur Soc.in consi.28.in 3.vol.& dum posteà tex.progreditur tradendo inspiciendum esse etiam in teste an locuples sit,an egens,vide ad hoc quando testis ut pauper reijci possit,uel ei fides minui. Alex.in cons.40.& cons.151.in 5.vol.& in cons.15.in 3.uol.& in cons.131.& in cõs.237. in 6.vol.& ad hoc ut testis tanquam pauper repellatur,necesse est eum habere tantum in bonis
* quantum ualet causa,de qua agitur.gl.est * comm.approbata in §.si uerò absunt,in uoce,substãtiam,in auth.de hæred.& Falc.ut tradit Ias.in l.si constante.nu.153.cum seq.ff.sol.matr.tamen durum esset hoc in facti contingentia obtinere,quando alioqui persona testis esset honesta, & fidedigna.vide de hac re Alex.in d.cons.15.in 3.vol.

6 Bar.posteà in secundo notabili subiungit,inimicitiam † testem repellere, & quandoque etiã non. Hoc idem uoluit Innoc.in c.cùm oporteat,de accusat.& Archid.in c.accusatores.3.q.5. Cyn.Bal.& Alberic.in auth.si dicatur.C.eod.ubi Bal.inquit non solùm inimicitiam,sed etiam suspicionem inimicitiæ ad repellendum testem sufficere. vide Feli.in c.quoties,col.2.in 4.not. de testi.Cæpoll.in consi.32.col.4.gl.& doct.in c.cùm oporteat, de accusat. & in d.c. accusatores,3.q.5.& Barb.in consi.69.in fi.in 4.vol.& testem repelli propter inimicitiã,& quæ sit causa sufficiens ad repellendum testem tanquam inimicum,docuit Alex.in consi.99.in 1.volu.ubi inter cætera inquit,iniuriam fratri illatam sufficere ad reijciendam sororem à ferendo testimo
7 nio.l.lex Cornelia.& ibi Bar.ff.de iniur.& in re proposita dicas inimicitiam † capitalem ex toto repellere,etiam si is de recenti corpus Christi susceperisset. De hoc uide omninò Alex.in cõs. 91.in 7.vol.ac etiam si de recenti esset reconciliatus. idem si non esset apparens inimicus, sed iustam haberet causam inimicitiæ. Idem si esset magnus amicus inimici. idem si esset de sanguine inimicorum etiam in quarto gradu.quæ omnia intellige quando inimicitia est capitalis. leuis autem inimicitia minuit fidem,sed non ex toto repellit testem. An autem inimicitia sit capitalis an non,relinquitur arbitrio iudicantis. tamen multæ coniecturæ afferuntur, ex quibus conijci debet quomodò iudex debeat arbitrari. vide hæc omnia apud Feli.in d.c. quoties, de testi.& omninò eundem latissimè in d.c.cùm oporteat,de accusat.& ad id quod prædictum est
8 de amico inimici,attende,inimicum † meum esse præsumi,qui cohabitat cum inimico meo.Io. de Ana.in cons.7.citat.Innoc.in c.repellentur,de accusat.& Archid.in c.quamuis, de procurat. in 6.& gl.in c.si inimicus,93.dist.& ideò si uasallus contrahit amicitiam cum inimico domini potest priuari feudo. gl.in l.j.§.cùm patronus.ff.de offi.præfec. urb. & ad id quod prædictum est de inimico reconciliato,vide gl.in c.per tuas.j.de simon. & inimicitia capitalis præsumitur
9 ex minis de occidendo. Alex.in consi.14.in 3.vol.item quis præsumitur esse inimicus † illius, contra quem testimonium tulit in causa criminali. & ideò neque in alia causa potest esse testis contra illum.c.meminimus,de accusat.tradit Io.Monac.in tract. suo nuncupato defensorium iuris.in §.contra interrogatoria.nu.3.Item inimicitia probatur ex eo quòd aliquis alium non salutat, ac etiam multis alijs modis,ut per Decium in consi.64.col.4.vide etiam Feli.in d.c. repellentur,de accusat.probatur etiam inimicitia quãdo unus non uult alium admittere ad oscu lum pacis. Abb.in c.cùm super,de offic.deleg.Et ideò nõnulli cautelam tradiderunt, ut detur alapa ei,qui adduci potest in testem. de qua re tradit Bar. in l.j.§. cùm quis.ff. de quæstion.tamen ista cautela reprobatur: quia non repellitur aliquis à testimonio ferendo propter inimicitiam superuenientem facto illius,contra quem est testis producendus,ut ibi per Bar.& idem

habetur

habetur in tracta. Alberic.de testibus, in 3.par. princip.nu.18.et hoc idem uidemus in legato,
10 † quod per superuenientes inimicitias non intelligitur reuocatum,nisi quando culpa ipsius legatarij superuenerunt,tex.est sing.in l.cum in tabulis.§.1.ff.de ijs quib.vt indig.Rom.in singu. 196.& Aret.in cons.92.et hoc ratione ualida confirmatur,nam affectatio usque adeò abhominabilis est,ut ille,qui aliquid affectauit & procurauit, omni prorsus commoditate careat, quæ rei affectatæ tributa est,vt plenè habetur per Feli.in c.fi. de testi. vbi in re proposita multas attulit decisiones scitu dignas.& Rom.in singu.591. & Thom.Ferrat.in cautel.18.vide omninò Ang.in consi.245.col.5.& tex.& ibi Bar.in l.scire oportet.§.fin.ff.de tutor.& curat.dat.ab his. Illud autem quod prædictum est de inimicitia,locum habet siue ab una,siue ab altera parte cau sę inimicitiæ præcesserint,vt per Ias.in l.hæreditas.C.de his quib.ut indign. quamuis reluctantur trad.per Bar.in l.cùm in tabulis.§. quoniam.ff.de his quib.vt indign. et ad rem uide Ias.in l. sororem.C.de his quib.vt indign.& Alber.de Ros.in d.tract.de testibus, in c.quando testes repellantur ratione domesticitatis.

11 In hac l.in uers.Tu magis scire potes, colligitur, in tota testium † materia dari non posse certum & inuariabile documentum, sed totum id in arbitrio iudicis residere. Ad idem est tex.& ibi Abb.& alij in c.præterea,& in c.in nostra, de testi. Abb.in c.quoniam contrà,de probat. & in c.causam quæ,col.2.de re iudic. Dec.in c.ex literis, in 3.notab.de probat.& ideò quamuis testes plenè probarent,tamen iudex potest eis non credere, secundum Bart.in l.Lucius.ff.de his
12 qui not.infam.& Soc.in consi.98.in 4.uol.Ex ijs infertur,testem,qui dicit non uerisimilia † aut naturæ contraria,non probare. Aret.in consi.28.col.3.& in consi.44.in fi.Alexan.in consi.91. Circa primum,col.pen.uers.et diligenter.in 4.vol.& in consi.2.col.pen.in 7.vol.Abb. in cons. 11.in 2.dubio.& in consi.52.in primo uol.Præpos.in c.quod dicitis.16.dist.Feli.in c.licèt causam,in 10.notab.de probat.& in d.c.in nostra,col.2.uers.præferuntur autem.& in c.quia uerisimile,col.2.uers.et per istum tex.de præsumpt.Cæpoll.in consi.3.& in consi.23.col.5.& in multis alijs consilijs.immo testem dicentem non uerisimilia,non modò fidem non facere,sed ut falsum esse puniendum,docuit Ang.in consi.164.pro quo faciunt tradita per Bald.in l.si creditores,in antiqua lectura.C.de fideicomm.vbi secundum Philos.in 1.Ethic.ait, uera omnia consonant,falsa autem citò dissonant. et idem Bal.in l.j.C. de seru.fugit.inquit,ea,quæ distant à ueri-
13 simili † habent imaginem falsitatis. & hæc omnia sequitur Soci.in consi.149.col.pen.in 1.uolu. Et contrà dici solet,testibus uerisimilia dicentibus fidem esse habẽdam,quamuis alioqui illi testes non sufficerent: quia sicut maior probatio exigitur ad probandum illud, quod non est uerisimile,ita minor sufficit ad probanda uerisimilia. Dec.in consi.596.col.7.et ideò etiam traditum est,paucioribus testibus uerisimilia dicentibus maiorem fidem habendam esse,quàm pluribus contrarium asserentibus.Alex.in cons.169. In causa & lite,col.fi.vers.deniq;, in lib.primi & secundi uol.& in consi.228. Visis dubitationibus,in fi.in eod.lib. & in consi.169.col.pe.in 5. vol.Et testibus uerisimiliora dicentibus magis esse credendum,ait Felin.in c.auditis.nu.76.de
14 præscrip.vbi etiam docuit,quid sit uerisimile. Quare autem probationes † & coniecturæ uerisimiliores cæteris præferantur,ea est ratio; quia uerisimilitudo dicitur esse cognata naturæ,secundum Bal.in consi.180.Mortuo filio,in 3.uol.quem sequitur Crauet.in consi.8.nu.5.& ideò una uerisimilitudo addita alijs uerisimilitudinibus plenæ sufficit probationi,secundum Bald.in d.l.si creditoris,in antiqua lectura.C.de fideicom.& Soci.in consi.149.col.pen. in primo uolu. faciunt trad.per Soc.in consi.37.in 3.uol.& Crauet.in cons.158.nu.11.& Imol.in cons.139.Et præsumptio plenè probat in ijs,quæ sunt uerisimilia & consona ueritati,Bar.in l.ij.in princ.col. 2.ff.de excusat.tutor. Denique scias probationem uerisimilem,quicquid alioqui sit,concludere apud bonum uirum,ut ait Aret.in cons.127.citat Bal.in l.solam.C.de testi.

15 Bar.hoc in loco subiungit de testibus † dicentibus per eundem præmeditatumq; sermonem. De qua re uide Alex.in consi.149.& in consi.150.in 3.uol.& Soci.in consi.274.col.11. in 1.uol. & in consi.103.col.fi.in 4.uol.& Dec.in consi.310.& Soc.omninò in consi.244.col.1.& in cõs. 253.col.1.in 1.uol. Et hoc Bar.documentum limita singulariter ut per Franc.Cur. in suo tract.

de testib. conclusione 14. in 1. lib. Ad illud autem, quod postremò inquit Bar. de teste, qui dicit, ego eum cognoscerem, si uiderem: dicas illum, de quo agitur, esse exhibendum in eodem habitu, vt tradit Paul. de Cast. in l. fi. §. 1. C. de iure deliber.

Summarium in d. l. testium. §. eiusdem quoque. ff. de testi.

1 *Maior numerus testium probat.*
2 *Probationem quam faciat fama.*
3 *An & quando factum dicatur esse antiquum.*
4 *In probando communi usu loquendi hominum, sola fama plenam facit probationem.*
5 *Quando iudex est excommunicatus, & tamen non habetur pro excommunicato, tunc fama probat, & eius sententia ualida est.*
6 *Fama plenè probat in his, in quibus lex expressè disponit.*
7 *Si fama publica probata est contra reum facit indicium sufficiens ad torturam.*
8 *Fama an & quando probet.*
9 *Testis an exprimere debeat à quibus dicti audiuerit.*

Bar. in d. l. testium. §. eiusdem quoque. ff. de testib.

1 IN eadem l. in §. eius quoque, habetur, maiorem † numerum testium quandoque prodesse. Dicas immo eum semper prodesse cæteris paribus. De qua re uide hic Floria. de S. Petro, & Alex. in consi. 149. & in consi. 150. in 5. uol. & in consi. 237. in 6. uol.

2 Bar. in hoc eod. §. duo tractat, primum est, quam probationem † faciat fama. Aliud est, quo-
* modò fama probetur. Circa primum * cõiter dicendum est, plenæ famam non sufficere probationi. casus est hic, & in §. item sæpe. 4. q. 3. Fallit ista conclusio in antiquis, hoc est in excedentibus centum annos, in quibus fama plenè probat. Alex. in consi. 83. in 3. vol. immo secundum aliquos ea sufficit ẽt in factis excedentibus xl. annos, uel saltem quinquaginta: quia hodie uita hominis breuior est quàm solebat. & ideò cessat nunc illa præsumptio, hominem usq; ad centũ annos uiuere censeri. Hæc Alex. in cons. 90. in 6. uol. vbi tandem concludit, an & quando factũ
3 dicatur † esse antiquum, id arbitrio iudicis esse relinquendum. Et de hac re quando fama probet in antiquis, vide Dec. in cons. 428. & famam in antiquissimis probare dominium & iurisdictionem ait Soc. in cons. 187. in 1. uol. & Alex. in consi. 101. in 7. uol. Ant. de Butr. in c. veniens, de testi. quamuis hoc displiceat Abb. ibi n. 37. sed pro hac conclusione est gl. memorabilis. in l. at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. vbi Ang. per illam gl. tenuit, dominium alicuius probari posse per famam in antiquis, & ita dicit se in facti contingentia obtinuisse Paduæ. vide eundem Ang. sing. in l. Titius. ff. quib. mod. pig. uel hypot. solu. Bar. in l. de minore. §. torm ẽta. ff. de qõ. & in l. quidam in suo. ff. de condi. inst. Abb. in c. veniens, de testi. & in c. inter dilectos, de fide instr. uers. secundò perpetuò nota q; fama. Item fallit in probando cõi usu loquendi homi-
4 num, † vt puta uolo probare, talia uerba in hac ciuitate ita communiter intelligi: nam tunc sola fama plenam faceret probationem. Bar. in l. Labeo. ff. de supellec. lega. vers. quæro utrum. Abb. in d. c. ueniens. j. de testi. uers. Bar. dicit. vide Feli. ibidem, uer. prima conclusio. Item fama plenæ sufficit probationi in casibus, in quibus à communiter accidẽtibus probatio est difficilis. Dec. in cons. 652. de qua re uide Bar. in l. siquis. §. an uerò. ff. de eden. uers. quidam sunt casus, & Feli.
5 in d. c. ueniens, uers. fallit in casibus. Item fallit ubi uersatur publicus fauor, vt quia iudex † est excommunicatus, tamen non habetur pro excommunicato: nam fama probat, & eius sententia ualida est. Bar. in l. si arbiter. C. de senten. Felin. in d. cap. ueniens, uers. fallit etiam ista regula. Rursus fallit ista conclusio, quoniam fama, quòd aliquis erat in possessione alicuius rei, probat malam fidem noui possessoris, ita ut præscriptio interrumpatur. Soci. in cons. 187. col. fi. in 1. vol. Rursus fama plenè probat, ubi agitur de modico præiudicio, vt not. in c. super eo, de con
6 sanguinit. & affinit. vide Anton. de Butr. Abb. & Feli. & alios in d. c. ueniens. Rursus fama † plenè probat in ijs, in quibus lex expressè disponit, vt est in casu. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. de qua re uide Bal. in l. excusare. C. de excusat. tutor. & in suis singularib. in litera, F. capitalis de fama. Rursus fama bona alicuius rei accusati uel inquisiti elidit & infringit suspiciones contra

eum

eum existentes. Crauet. in consi. 99. et huiusmodi fama debilitat dicta contra eum, ita ut ex eis torqueri non possit. Crauet. in consi. 151. nu. 21. & in cons. 145. nu. 24. Quid autem si fama esset probata ab utraque parte? dicas standum esse bonæ ad fauorem ipsius rei. Feli. in c. cùm cõ
7 tingat. nu. 3. de rescrip. et Barb. in d. c. veniens. Item si fama † publica probata est contra reum, facit indicium sufficiens ad torturã, scđm Soc. in cons. 54. col. pe. in 3. uol. De qua re uide Feli. in c. cùm oporteat. nu. 20. de accus. & Crauet. in consi. 41. vbi ait, famam non facere indiciũ ad torturam, sed dumtaxàt ad inquirendum. et an & quando fama semiplenã faciat probationem, ita ut iurm deferri possit in supplementum probationis, vide Fulg. in cons. 145. Doc. in l. admo
8 nendi. ff. de iureiuran. Et an & qñ † fama probet, vide plenissimè Feli. post Abb. in d. c. ueniens. Curt. in cons. 82. & Crauet. in d. cons. 41. & tractatus editos de testib. Qũo autem fama probetur, vide Soc. in consi. 54. in 4. uol. Alex. in cons. 83. in 3. uol. & in consi. 19. in 1. uol. & cons. 115. in 4. uol. & in cons. 101. in 6. uol. Aret. in cons. 73. & oĩnò Feli. in c. cũ oporteat. nu. 18. de accus. Et in hac re attende unum memoratu dignum, quamuis fama originem habere debeat à perso nis honestis & non suspectis, vt per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. tamen si non cõ stat à quib. originem traxerit, & pro fama extet aliqua uerisimilis coniectura, in dubio propter hanc uerisimilem coniecturã famæ annexam, iuris interpretatione censetur à personis honestis originem habuisse: ita inquit Aret. in consi. 73. col. pe. citat Bal. in l. ea quidem. C. de accus. et ibi
9 tradit ẽt not. Aret. in d. cons. quãuis testis † exprimere debeat à quibus dici audiuit, hoc tamen non habere locum, nisi de hoc interrogetur, alioqui autem eius testimonium sustinetur. et qũo fama probetur, vide Feli. plenè in d. c. veniens, & Cæpol. in cons. 34. & in consi. 42. Barb. in cõs. 8. col. 2. in 1. uol. & in cons. 41. col. 3. eo. uol. & in consi. 70. col. 11. in 2. uol. & in c. prudentiam. §. sexta, de off. deleg. Rom. in cons. 76. in 4. dub. & in consi. 127. Aret. in consi. 61. & in cons. 82. et tractatus editos de testibus, & Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur.

Summarium in d. l. testium. §. idem diuus. ff. de test.

1 *Maleficia non probantur instrumentis.*

Bar. in d. l. testium. §. idem diuus. ff. de testib.

1 BART. in ead. l. §. idem diuus, ait, instrumentis † maleficia non probari, huius tex. ibi, nam ipsos interrogare soleo, meminit Feli. in c. cùm causam, col. 14. de testi.

Summarium in d. l. testium. §. lege Julia. ff. de test.

1 *An aliquis possit testimonium ferre de his, quæ uidit dum esset pupillus.*

Bar. in d. l. testium. §. lege Iulia. ff. de testib.

1 BAR. in ead. l. §. lege Iulia quærit, an aliquis † possit testimonium ferre de ijs, quæ uidit dũ esset pupillus? vide de hac re Aret. not. in consi. 102. col. 2. & omninò Raph. Cuma. in cons. 91. vbi tradit etiam quæ requirantur, vt is incidat in falsum. et Feli. in c. quoties, de præscrip. Subiungit posteà Bar. in eodem loco, quid dicendum sit de teste, qui aliàs periurauit? vel est homi cida? & cui opponi possunt huiusmodi genus alia? vide Feli. in c. ex parte, in 5. notab. de testi. Barb. in consi. 11. col. 5. in 4. uol. Alex. in consi. 149. col. 2. & in consi. 150. col. 3. in 5. uol. vbi lo quitur in causa matrimoniali. Doct. in c. testium, de testi. Corn. in consi. 21. col. 3. in 3. uol. et uide aliquid ad hanc l. per Alex. in l. ait prætor. §. fi. ff. de eden. & omninò Io. Monach. in suo tract. nuncupato, Defensorium iuris, in §. contra testes, & in §. seq. & Innoc. in tract. exceptionum, in tit. de exceptionibus contra testes. Et pro quo peccato & crimine testis à ferendo testimonio sit reijciendus, vide latè Abb. in c. testimonium, de testi. Dicas etiam iudicem propter peccata nescire soluere dubia legum. Bal. in c. quia procurator, col. 6. de elect. & Crauet. in cons. 15.

Summarium in d. l. testium. §. testes. ff. de testi.

1 *Quæ respiciunt litis ordinationem, in his inspicienda est consuetudo loci.*

Bar. in d. l. testium. §. testes. ff. de testib.

1 BART. in ead. l. §. testes, ait, in ijs quæ respiciunt † litis ordinationem, inspiciendã esse con-

ſuetudinem loci, ubi agitur. Adde iudicem ex officio de huiuſcemodi conſuetudine debere ſuſcipere informationes. Alex. in conſi. 82. col. 2. in fin. in 3. volu. Dec. in conſ. 402. & omninò Soc. in conſi. 36. in 4. vol.

Summarium in l. lege Julia. ff. de testi.

1 *Quæ perſonæ cogi non poſſunt ad dicendum teſtimonium.*
2 *Veritas eſt finis omnis iuſtitiæ.*
3 *Subditus non poteſt produci ut teſtis.*

Bar. in l. lege Iulia. ff. de testi.

1 BAR. in d. l. lege Iulia, inquit, perſonas † ibi enarratas, quæ cogi non poſſunt ad dicendum teſtimonium, poſſe tamen admitti ſi uolunt. vide Bar. hoc idem affirmantem in l. qui teſtamẽto. §. quæcunque. ff. de teſtam. & Alex. in conſi. 18. col. 2. in 1. vol. Limita tamen hunc tex. ut cogi poſsint quando ueritas aliter haberi non poteſt. Abb. poſt gl. in c. 1. de teſti. cogen. & Feli. in c. dilectorum, eod. tit. & in c. propoſuiſti, col. 3. de probat. & an & quando conſtare debeat, ueritatem aliter haberi non poſſe, vide Alex. in conſ. 64. in 1. vol. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. col. 17. ff. ad Trebell. Barb. in conſi. 45. col. 4. in 1. vol. & in c. 1. col. 4. de off. deleg. Rom. in conſi. 186. in ſecundo quæſito. Aret. in conſ. 13. col. 5. & col. 10. & in conſ. 143. col. 10. & Soci. latè in conſi. 17. & Feli. in c. 2. de teſti. cogen. quæ autem ſit ratio huius limitationis, dicas eam
2 eſſe, quia ueritas † eſt finis omnis iuſtitiæ. l. eos. §. 1. C. de appell. et ideò iudex debet omnia facere ut inquirat ueritatem. l. ij. cum ibi tradit. per Dec. C. de eden. vbi ponit multa ad rem pertinentia de dignitate ueritatis. vide Alberic. in l. cùm ita legatum. ff. de condi. & demon. & Soc. in conſi. 8. in 1. vol. Ad quæ accedant, quæ dixit Dominus Moyſi: Prouide de omni plebe uiros ſapientes, in quibus ſit ueritas. Exod. 18. Et ideò ad eruendam ueritatem admittuntur etiã teſtes inhabiles, & qui alioqui non ſunt integri. Alex. in conſi. 320. in lib. primi & ſecundi uol. ubi etiam hoc declarat. Aret. omninò in conſi. 13. Soc. in conſi. 17. in primo uol. Feli. in c. veniens, de teſt. & in c. tertio loco, de probat. & Alberic. in tracta. de teſtib.

3 Bar. in ead. l. colligit ex tex. aliquem non poſſe ſubditum † ſuum, ut teſtem producere. Contrarium ait Alex. in conſi. 88. col. 4. in 5. uol. et de hac re uide eundẽ Alex. not. in l. j. col. 2. C. ut quę deſu. aduoc. Ang. Aret. in §. ex non ſcripto, inſt. de iur. natur. & ad aliud notabile Bar. uide Alex. in l. iiij. §. hoc autem iudicium, col. antepe. uerſ. item iudex. ff. de damn. infec.

Summarium in l. in legibus. ff. de testi.

1 *An perſonæ priuilegiatæ cogantur teſtimonium proferre.*

Bar. in l. in legibus. ff. de testi.

1 BART. in d. l. in legibus, quærit an perſonæ † priuilegiatæ, de quibus prædictum eſt, ut nõ cogantur teſtimonium proferre, poſsint tamen eſſe teſtes, ſi uolunt. De hac re ſatis dictum eſt ſuprà in l. lege Iulia. vide etiam Alex. in conſi. 78. in 1. uolu. vbi in ſpecie tangit de genero contra ſocerum.

Summarium in l. idonei. ff. de testi.

1 *Subditi ratione patriæ poteſtatis uel dominij an poſſint eſſe teſtes pro eo, cui debent obedientiam.*

Bar. in l. idonei. ff. de testi.

1 BAR. in d. l. idonei, tradit an ſubditi † ratione patriæ poteſtatis, uel dominij poſsint eſſe teſtes pro eo, cui debent obedientiam. vide Felin. in c. in literis, uerſ. ſecunda concluſio, de teſti. Imol. in conſi. 35. Corn. in conſi. 123. col. pen. & fi. in 1. uol. & de hac re uide in tractatibus editis de teſtibus, quorum ſuprà mentionem fecimus. ſimiliter etiam ibi uideas de materia. l. inuiti. & uide aliqua per Feli. in c. 1. col. 3. de teſti. cogen. in l. autem ſequ. an filius patri ſit idoneus teſtis, vide Bart. in l. qui teſtamento. §. quæcunque. ff. de teſtam. & Bald. in conſi. 391. in 1. uol. vbi tradit etiam de fideiuſſore. et quid de fratre, uide Alberic. in d. tracta. de teſtibus, & Alex. in conſi. 18. in 1.

Summarium in l. nullus. ff. de teſt.

1 *Venditor an poſſit eſſe teſtis in cauſa euictionis.*

Bar.

Bar.in l.nullus.ff.de testi.

1 BART. in d.l.nullus,quærit cum glo. nunquid uenditor † possit esse testis in causa euictionis. vide Feli.in c.insuper, colu.6.uers.tertiò quæritur. de testi. vbi multa cumulat. et ad l.hanc uide Barb.in consi.54.col.15.in 1.uol.Imol.in consi.58.et uenditorem in isto casu testem esse ullo pacto non posse,docuit Roma.in consi.282. et uide pulchrum exemplum apud Alexan.in cons.109.in 5.vol.Adde Doct. in l.omnibus.C.eod.tit.

Summarium in l.quæsitum.ff. de test.

1 *Extensio fieri debet causa uitandæ absurditatis.*

Bar.in l.quæsitum.ff.de testi.

1 BART. in d.l.quæsitum,tradit, extensionem † fieri debere causa uitandę absurditatis.vide Alexand.in consi.52.& in consi.54. in 4.uolu. & quia ista conclusio est satis trita, tempus non conteram circa eam.

Summarium in l.ob carmen.§.si testes.ff.de test.

1 *Textus iste sæpe occurrit in interdicto turbatæ possessionis.*
2 *Varietas temporis in testium dictis non attenditur.*
3 *Testis singularis admittitur ad probandum aliquid in genere.*

Bar.in l.ob carmen.§.si testes.ff.de testi.

1 BAR. in d.§.si testes,ait,hunc tex. esse solennem, & sæpe occurrere in interdicto † turbatæ possessionis.De materia huius.§.cum gl.vide Alex.in cõs.18. Consideratis,in fi.in 3.vol.vbi ait sufficere,si probem.200.libras ad te peruenisse de bonis meis,quamuis in specie non probem ex quib.bonis.& Ang.in consi.233.& Bal.in cons.405.in 1.uol.& in cons.145.in 2.uol.

2 Bar.in eod.§.ex mente gl.concludit,uarietatem† tẽporis in testium dictis non attendi, quando testes non inducuntur ad probandum aliquod certum & limitatum tempus,sed ad probandum aliquid in genere,vt ibi per eum. Ad hæc uide Alex.in consi.3.Super processu,col.4.in 4. vol.& in consi.42.eo.uol.& in cons.112.col.2.eod.uol.& in consi.53.col.fi. in 1.vol. & omninò in cons.319.Inspecto diligenter,col.2.in lib.primi & secundi uol.& in consi.212. Viso consilio col.pen.in eod.lib.& in cons.259.Viso processu,in lib.primi & secundi uol.vbi in specie sequitur hanc gl.& in cons.276.Qm̃ eod.lib.vbi agit de duobus testibus, quorum unus deponit de uisu,& alius de auditu.& in consi.73.non puto,in 1.uol.& in cons.100.col.3.& seq.eo. uol. & in consi.18.in fi.eod.uol.Abb.in consi.42.in 1.uol. & in consi.71.col.2.in 2.uol.& in consi. 113.col.3.in 1.dub.in eod.uol.Feder.in consi.64.col.fi.Roma.in consi. 30.aliquid per Feli.in c.licèt causam,col.5.in 7.notab.de probat.& in c.licèt ex causa,de testi.& in c.auditis,colu.10. de præscrip.Barb.in consi.29.col.4.in 1.uol.& in consi. 30.eod.uol.col.6.& in multis alijs consilijs.& in simili casu Imol.in consi.19.& in consi.102.& in consi.105. in fi.Cardin. in consi.9. Abb.& ibi plenè addita in c.licèt ex quadam,de testi.Capr.in cons.75.col.9.Aret.in cõs.122.

3 & omninò uide Crauet.in consi.73.nu.37.usque ad fi.vbi ait testes singulares † admitti ad probandum aliquid in genere,ut aliquem esse usurarium,licèt multi doctores contrarium affirmarint. et multos alios casus enarrat in quibus singularitas testium non nocet. Et ibi tradit etiam testes esse contestes,quamuis se inuicem non uocent, quando in eandem sententiam conueniunt. Sed hic pulchra suboritur quæstio,An admittãtur ut testes illi, qui ad probandum aliquẽ esse usurarium dicunt,se ei soluisse usuras? Crauet.in d.consi.nu.29.ait eos admitti non debere, si putant se posse consequi restitutionem usurarum: alioqui uerò si huic commoditati renunciassent. citat Decium in consi.443. Alex.in consi.74.in 2.uol.& Ias.in cõsi.78.in 3.uol.immo uidetur eis esse magis credendum cùm de proprio facto sine eorum interesse testimonium ferant. Innoc.in c.inquisitione,de accusat.& Aret.in consi.71.Diligenter & maturè. & latius ut per Crauet.habetur in d.consi.Immo amplius ait ibi nu.31.huiusmodi testes esse idoneos quãuis de aliquo eorum interesse ageretur: quia cùm hoc principaliter non tractetur, sed in quandam consequentiam,non videtur dicta eorum posse infringi, per ea quæ not.docuit Angel.de Castillione,in consi.405.inter consilia Bald.in primo uolu.incip. Ego Angelus, & per alios ibi

per Crauet.memoratos, ad quem me refero, vt breuior sim. Et de singularitate testium uide eundem Crauet.in consi.35.

Summarium in l. mandatis.ff.de testib.

1 *Procurator an possit esse testis.*

Bar.in l.mandatis.ff.de testi.

1 BAR. in d.l.mandatis,quærit an procurator† possit esse testis. De hac re tradit idem Bart. latè in l.deferre,in uersi.idem decreuerunt.ff.de iur.fisc. Et dum concludit, procuratorem,prosenetam,& aduocatum,testes esse non posse. Huic sententiæ reluctatur, quoniam ille est testis idoneus,ad quem principaliter causa non spectat, sed accessoriè, ut per Iaſ.in l.dictantib.C.de testam.& in l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.col.3.& Crauet.in consi.73.nu.31. et ad rem faciunt quæ posui suprà in præcedenti lucubratione. quamuis autē communiter ille non sit idoneus testis,qui de se exonerando pertractat; tamen limita hoc non procedere ubi aliquis testimonium dicit in facto ad se ratione officij sui pertinente; quoniam ei creditur, ut in portatore uini,ita Curt.in tract.de testib.conclusione 38.in 1.lib. vide practicam Papi.in forma libelli publicationis testium,in uoce,facto eorum proprio. attende quoniam dicendum uidetur,procuratorem cogi posse ad ferendum testimonium,quando ueritas aliter haberi non potest,per ea, quæ docuit Dec.in c.1.col.18.versi.quartò principaliter limitatur,de probat. & Alex.in consi. 102.in fi.in 7.vol.vbi vult propter inopiam probationum uxorem cogi posse testimonium dicere contra maritum. & idem esse in quacunque alia persona priuilegium habente.

Summarium in l.regula.§.siquis.ff.de iur.& fac.igno.

1 *Lex quamuis sit specialis, est generaliter intelligenda quando eius præfatio est generalis.*

2 *Constitutio quando est clara & specifica, tunc præfatio nihil operari debet.*

Bar.in l.regula.§.siquis.ff.de iur.& fact.ignor.

1 BART. in d.§.siquis,inquit legem† quamuis sit specialis,esse generaliter intelligendā, quando eius præfatio est generalis. De hac re uide aliqua apud Iaſ.in l.filiusfamil.§. Diui,in 2.lectura,col.25.versi.istam limit.ff.de leg.1.& latè in l.non dubium,in 1.notab.col.6.C.de legi.& in l.quamuis,in primo notab.C.de in ius uoc. vbi multa hincinde in hac re sibi ipsis repugnantia memorauit.sed prædictę conclusioni refragatur: nam & si ratio legis sit anima legis,ut iam anteà in præcedentibus lucubrationib.quandoque plenè tradidimus, tñ vbi habemus legis sanctionem expressam,de ratione non esse curandum,colligitur in l.Gallus. §.si eius,& ibi Iaſ.col.4.in 5.notab.ff.de libe.& posthu. & illum tex. ad hoc putat esse singularē Dec.in c.at si clerici.§.de adulterijs, colu.12.versi.sed ad hoc,de iudic.& in c.cùm sit Romana,
2 col.11.de appellat.Et quando constitutio† est clara & specifica, tunc præfationē nihil operari debere docuit Imol.in clem.1.de elect.& not.Soc.in consi.24.in 4.uol.sed ubi non est adeò specifica,tunc præfationes declarant uoluntatem disponentis.Angel.in l.si seruus.§.si numerus.ff. de leg.1.& est tex.& ibi Bar.in l.fi.ff.de hæred.inst.& in l.si ita quis.§.idem respōdit.ff. de uerb. oblig.& ideò ait Bald.in l.j.ff.ad Macedon.ex præfatione legis conijci quæ sit condentis mens & intellectus. idem ait Ant.de Butr.in d.clem.1.

Summarium in l.oratio.ff. de sponsal.

1 *Quando aliquid prohibetur, omnia censentur prohibita per quæ deuenitur ad illud.*

2 *Ubicunque duo ita se habent, vt de uno ad aliud deueniatur, statutum in uno locum habet in alio.*

Bar.in l.oratio.ff.de sponsal.

1 BART. in d.l.oratio,colligit regulam illam,quando aliquid† prohibetur,omnia censentur prohibita,per quæ deuenitur ad illud. Adde singul. tex. & ibi Paul. de Castr.in l.maritus.C.de procur. vbi habetur, idem esse iudicandum de princip. quod de ijs,quæ ab eo sequuntur.facit lex fi.C.de reb.alien. non alien. Ista regula multas patitur limitationes, ut per Dec.in cap.nam concupiscentiam,de constitu.& in c.ad hæc,de postul.prælat.contra regulam huius l.uidentur

urgere

urgere trad.per Alex.in consi.41.in 6.vol.& Soc.in consi.75.in 1.vol.ubi traditum est, prohibita alienatione, intelligi esse prohibitum dumtaxàt illum actum per quem dominium transfertur,non autem illum quo mediante ad dominij translationem deuenitur. sed contrarium dixit Bar.in l.in quorum.ff.de pignor.ubi uult,alienatione prohibita, etiam pignus esse prohibitum; quia de uno deuenitur ad aliud & ibi posui. Ad idem est decisio Abb.post gl.in c.fin.de
2 postul.præl.ubi ait, ubicunque duo † ita se habent, ut de uno ad aliud deueniatur, statutum in uno,locum habere in alio etiam in materia pœnali. de cuius dicti ueritate.vide Dec.in d.c.nam concupiscentiam. & ad prædicta uide Alex.in consi.63.in 7.vol. Dec. in consi.445.nu.24. & in consi.660.Barb.in consi.66.inter consilia Curtij.Feli.in c.quæ in ecclesiarum.num.129.de const. & in c.fi.nu.10. de accusat. Abb. in consi.40.in 2.volu.& plenè Fabianum de Monte in tract.de emptione & uenditione,in 4. quæst.versi. secundò & ultimò quæro. & ad istam l.uide in simili Abb.in consi.62.col.2.& in consi.65.col.3.in 2.volu.Barb.in consi.12. & in consi. 17.in 1.uol.Abb.& alios in c.translato,de const.& in c.1.in glo.pe. de postul.prælat. Iaſ.in l.ij. col.pen.& fi.ff.de iurisd.omni.iudic.

Summarium in l.j.ff.de ritu nupt.

1 *Ea quæ requiruntur in confectione alicuius actus, requiruntur etiam in eius refectione.*

Bar.in l.j.ff.de ritu nupt.

1 BART. in d.l.j.inquit,ea,quæ requiruntur † in confectione alicuius actus,requiri etiã in eius refectione.vide Feli.in c.cùm accesisset,col.fi.de const.& in c.consuluit,de iudic. Attende tamen, eum non prohiberi reficere,qui facere prohibetur. Dec.in l. domum.ff.de regul. iur.

Summarium in l.qui liberos ff.de ritu nupt.

1 *Pater potest cogi à filia officio iudicis ut eam dotet.*

Bar.in l.qui liberos.ff.de ritu nupt.

1 BAR. in d.l.qui liberos,inquit,patrem † posse cogi à filia officio iudicis,ut eam dotet. vide Alex.in l.j.col.13.ff.sol.matr. Scias tamen patrem non cogi dotare filiam nisi prius deducto ne egeat ipse,& ministri necessarij eius dignitati. Aret.in consi.17. quomodò autem hoc dotandi onus ad hæredes patris transmittatur, vide Soci. in consi.57.in 4.uol.An pater teneatur etiam dotare filiam nuptam? vide Bar.& alios post glo. in l.obligamur.§.lege.ff.de action.& obliga. & Paul.de Castr.in l.si socer.ff.sol.matr.

Summarium in l.palàm.§.non solum.ff.de ritu nupt.

2 *Constitutio disponens de usurarijs an locum habeat in eo, qui desijt usuras exercere.*

Bar.in l.palàm.§.non solùm.ff.de ritu nupt.

1 BAR. in d.§.non solùm,quærit nunquid constitutio † de usurarijs disponens locum habeat in eo,qui desijt usurariam prauitatem exercere.Iaſ.in l.j.col.13.in 2.limit.ff.de eden.ait,usurarium dici eum non posse,qui desinit dare ad usurã,& exactas restituit. pro quo facit illud euangelicum de Zacheo,qui dixit Domino nostro:Si aliquem defraudaui,reddo quadruplum.& ueniam fuit consecutus. Et an usurarius, qui tempore testamenti usuras amplius non exercet, teneatur facere testamentũ secundum formam capituli quanquam, de usur.in 6.vide Soc.in cõs. 127.in 3.uol.vbi etiam tradit,quando aliquis dicatur conuictus ut usurarius.

Summarium in l.qui in prouincia.§.diuus.ff. de ritu nup.

1 *Imperator potest legitimare filium suum etiam incestuosum.*

Bar.in l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nupt.

1 BART. in d.§.diuus, inquit, Imperarorem † posse legitimare filium suum etiam incestuosum,& declarat ut ibi per eum habetur.vide Alex.in consi.67.col.pen.in 1.uol.& in l.ij.§.patro num.2.ff.de in ius uocan.& in consi.3.in princ.in 5.vol.& Barb.in cons.58.col.13.& seq.in 2. uol.& omninò uideas semper Ang.in consi.351.vbi not.& subtiliter loquitur.vtrum legitima-

tio facta à Comite Palatino habente potestatem à Cæsare locũ habeat quò ad bona sita in terris ecclesiæ? Mari.Soc.iuni.in consi.142. Et an filius clerici legitimari possit à Cæsare? Socin. latè in cons.47.in 4.uol.vide etiam eundem in consi.65.in 3.vol.et ea quæ posui ad Bar.in l.filium.ff.de his,qui sunt sui uel ali.iur.

Summarium in l.non solum.ff.de ritu nupt.

1 *Inter personas coniunctas facilè præsumitur fraus.*

Bar.in l.non solùm.ff.de ritu nupt.

1 BART. in d.l.non solùm, in princ. inquit, inter personas † coniunctas facilè præsumi fraudem.ad rem facit tex.in l.data.C.de donat.vide Alex.in l.apud Iulianũ.§.si pupillari.ff.ex quib. caus.in poss.eat.& in cons.29.in 3.uol.

Summarium in d.l.non solum. §.de uno.ff.de ritu nupt.

1 *Testis non admittitur pro coniuncta persona.*

Bar.in d.l.non solùm.§.de uno.ff.de ritu nupt.

1 BART. in ead.l.§.de uno,ait,testem† non admitti pro coniuncta persona. De hac re uidimus supra in prȩcedẽtibus,in tit.de testi.vide Feli.in c.insuper,de testi.col.3.& in c.literas,col. 4.de præsumpt.Cæpol.in cons.31.col.antepe.Barb.in consi.3.col.15. cum seq.in 2.uol.Et generalis in hac potest afferri conclusio,ubicũque contra testem adest suspicio, semper eius fidei detrahendum esse,nisi ista suspicio contraria præsumptione tollatur,vt per Barbat.in c.causam quæ de off.deleg.& in consi.80.col.8.in 4.uol.

Summarium in l.iuregentium.ff.de ritu nupt.

1 *Quomodò aliquid dicatur fieri clam.*

Bar.in l.iuregentium.ff.de ritu nupt.

1 BAR. in d.l.iuregentium. quærit,quomodò † aliquid dicatur fieri clam.vide Rom.in cons. 54.col.2.& Dec.in l.quo tutela.§. clam quod.ff.de reg.iur.

Lucubrat.in l.si proprietati.ff.de iure doti.

PRO declaratione huius tex.vide Soc.in cons.91.in 1.uol.

Summarium in l. si ego.ff.de iur.dot.

1 *Causa dotis continet actum pium.*

2 *Uxor per scripturam priuatam mariti probare potest bona esse sua.*

Bar.in l.si ego.ff.de iure dotium.

1 BAR. in d.l.si ego, ait, causam † dotis continere actum pium. An causa dotis sit causa pia, vide Alex.in l.si constante,in princ.col.13.ff.solu.matri. & in l.si certis annis.C.de pact.colu.4. Dec.in cons.72.vbi tradit etiam de causa alimentorum,viarum & portarum publicarum. & in consi.120.& causam dotis esse causam piam ait Soci.in cons.291.col.6.in 1.uol. tamen hoc uidetur esse largè & impropriè, vt per Dec. in d.consi. 72. nisi quando datur dos pro paupere puella,uel pro ea,quæ quamuis non sit pauper,tamen inspecta eius dignitate non potest nubere pari: ita eleg.docuit Bal.nouell.in tract.de dote in 5.par.& Io.Campegius in suo tract.de dote,in 9.quæst.primæ par.Tamen Io.Baptista à S.Blasio in tracta.de priuilegijs dotalibus,in ducentesimo sexto priuilegio,inquit,dotis causam esse piam uerè & propriè,& simpliciter,& propterea infert de legato dotis falcidiam detrahi non debere tanquam de legato ad piam causam,secundum auth.similiter.C.ad leg.Falc.

Tex.in hac ead.l.in uers.dotis,est adnotandus secundum Bal.in l.ij.C.ne ux.pro mari.ad hoc,
2 quia uxor † per scripturam priuatam mariti probare potest bona esse sua,ut ibi uidere est.Item iste tex.in fi.uidetur probare,si ego depono rem aliquam in domo tua te tacente, non propterea tu censeris depositum accipere. vide Alex.in l.quæ dotis,col.fi.ff.sol.matr.

Lucubr.in l.si res æstimata.§.si mulier.ff.de iure dot.

AD istum.§.si mulier,uide Paul.de Castr.in cons.275.in 2.uol.

Summarium in l.stipulationem.ff.de iure dot.

1 *Stipulatio de dote tacitam habet conditionem, si nuptiæ subsequantur.*

Bar.

Bar.in l.stipulationem.ff.de iur.dot.

1 BART. in d.l.Stipulationem,ait,stipulationem † de dote habere in se tacitam conditionē, si nuptiæ subsequantur. vide Alex.in consi.145.& in consi.147.in 5.vol.sic etiam legatum dotis est conditionale: & ideò nuptijs non secutis expirat.Ang.in consi.392.cum seq.Bal.nouel. in tract.de dote,in 76.priuilegio. Io.Campegius in tract. de dote in 29.quæst. primæ par.doc. in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de uend.& demonst.& Crauet.in consi.101.

Summarium in l.quod autem.ff. de iur.dot.

1 *Mulier nubendo cum bonis suis an censeatur ea dare nomine dotis, quamuis id non dicat.*
2 *Si statuto cautum est, mulierem dotatam patri succedere non posse, & si ei simpliciter leget centum,in dubio intelligi ea dotis causa reliquisse.*
3 *Nemo in necessitatibus liberalis existit.*
4 *Testator filio suo impubere hærede instituto legat filiæ pupillæ duo mille pro dote. Itē si filius quandocunque decesserit sine liberis legat mille ultra prædictum legatum eidem filiæ, utrū hoc secundum legatum censeatur similiter factum pro dote.*
5 *Dictio item,quid significet.*
6 *Dictio prædictum,quid significet.*
7 *Legatum simpliciter factum,simpliciter quoque est intelligendum.*
8 *Argumentum à speciali ualidum est.*
9 *Qualitas posita in institutione censetur repetita in legato.*
10 *Licèt clausula posita in principio uel in medio uel in fine ad præcedentia referatur, tamen non est porrigenda ad aliam,in qua facta sit promissio specialis.*
11 *Solutio præsumitur in diem dilata.*
12 *Qualitas in uno capitulo adiecta,nunquam censetur in alio repetita.*
13 *Dictio igitur,item,& ultra,quid significet.*

Bar.in l.quod autem.ff.de iur.doti.

1 BART. in hac.l.ait,tex.hunc facere ad quæstionem, utrum mulier † nubendo cum bonis suis censeatur ea dare nomine dotis,quamuis id non dica? vide Ang.in cons.335.ubi ponit cō iecturas,ex quibus præsumitur ea dedisse in dotem.& Alex.in cons.144.in 5.vol.Dec.in consi. 501.& in auth.præterea.C.vnd.uir.& ux.Iaſ.in l.si constante.nu.219.ff.solut.matr.& in d.auth. præterea,col.5.Curt.iuni.in cons.168.nu.4.& Mari.Soc. iuni.in cons.29.nu.15. cum seq. ubi concludit,mulierem non præsumi dare bona sua in dotem,sed uiuere sine dote,nisi prius alteri uiro nupsisset,& ei omnia bona sua in dotem tradidisset.

1 Bar.in hac ead.l.subiungit,si statuto† cautum est,mulierem dotatam patri succedere non posse,& si ei simpliciter leget centum, in dubio intelligi ea dotis causa reliquisse, quamuis id non expresserit. & hanc decisionem putat esse singularem Franc.Cremen.in suo singul.3.incip.Statuto cauetur.quæro quæ sit ratio huius decisionis, ut pater legando simpliciter filiæ, ex causa dotis legare uideatur? Resp. patrem teneri ad dotandam filiam, & ad id posse officio iudicis coerceri,ut dixi in l.qui liberos,suprà de rit.nupt.& habetur in l.fi.C.de dot.promiss.ideò legatum simpliciter factum à patre,censetur factum animo compensandi cum hoc debito necessa-
3 rio,ideſt à necesitate legis proueniente.l.creditorē.ff.de leg.2.idque quia nemo †in necesitatibus liberalis existit: ita communiter aiunt doct.in l.si cum dotem.§.si pater.ff.sol.matr.in l.hu iusmodi.§.cùm pater.ff.de leg.1.& in auth.præterea,ubi Doct.maximè Iaſ.C.und.vir.& uxo.& ex hoc consequenter infertur,legatum huiusmodi quamuis simpliciter factum,habere in se tacitam conditionem, ut nuptus tempore debeatur, ex quo censetur factum ex causa dotis: ita
* enim * frequentioribus uotis traditum esse testatur Roma.in consi.134.& Paul.de Cast.in cōs. 16.in 2.vol.ut dixi in l.præcedenti. ijs hunc in modum expositis,circa hoc Bart. documentū se
4 se offert pulcherrima difficultas. Quid si pater † in eodem testamento filiæ duo fecisset legata? pone casum. Testator filio suo impubere hærede instituto legat filiæ pupillæ duo mille pro dote. Item si filius quandocunque decesserit sine liberis, legat mille ultra prædictum legatum

eidem

eidem filiæ. vtrum hoc ſecundum legatum cenſeatur ſimiliter factum pro dote, & in eo intelligatur repetita qualitas poſita in præcedenti legato, ut ex cauſa dotis & nuptus tempore debeatur? an uerò ſimplex eſſe legatum exiſtimetur? Duo enim ſunt effectus huius inueſtigationis, quorum alter eſt, quia legatum ſimplex tranſmittitur ad hæredes, alioqui uerò ſi eſt conditionale. Alter eſt, quia ſi eſt factum nomine dotis, peti poteſt intereſſe ratione dotis retardatæ, alioqui autem ſi eſt ſimplex. Iſta quæſtio prima fronte uidetur decidi ab hoc Barto. documento, in quo ſimpliciter continetur, legatum factum filiæ à patre cenſeri factum ex cauſa
5 dotis. idque in caſu propoſito confirmatur propter illam uocem, item, † cuius ea eſt uis, ut qualitatem poſitam in legato præcedenti repetat, ut habetur in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & quam uis ibi Bar. ſentiat hoc tantum in perfecta oratione procedere, tamen Paul. de Caſt. in conſ. 88. in 1. vol. inquit, Bartolum eſſe locutum contra illum tex. ubi oratio erat perfecta, cùm ibi dictũ fuiſſet: item dare damnas eſto, & tamen repetitio facta exiſtimatur. Prætereà magis uidetur urgere illa uox, ultra, quæ eiuſdem uidetur eſſe potentiæ, cuius ex uox hoc amplius, ſecundum Bar. in l. ſi legatarius. ff. de leg. 3. in §. 1. & in l. ſi pure. ff. eod. tit. & in l. cùm ita. ff. de aur. & argen. lega. ſed uox, hoc amplius, repetit qualitatem legati præcedentis, ut per glo. in d. l. ſi purè, & in d. l. in repetendis, & Bar. ibi, & in alijs locis, igitur &c. Denique hæc eadem concluſio compro-
6 batur propter illam uocem, prædictum, † legat enim teſtator hæc mille ultra prædictum legatum, quæ quidem uox, cùm ſit relatiua præcedentis legati, conſequens eſt, ut omnia ſint in termino referente, quæ ſunt in termino relato. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſt. Proinde ex ijs omnibus uidetur dicendum, non eſſe ab iſta deciſione Bartoli in caſu propoſito diſcedendum: ſed hoc ſecundum legatum ex cauſa dotis factum eſſe cenſeri. Verum tamen ijs non obſtantibus ueriot eſt (ut mea fert opinio) diuerſa ſententia, ſcilicèt in caſu, de quo agitur, legatũ eſſe purum, non autem factum nomine dotis. idque multis comprobatur ualidiſsimis argumentis. Primò enim animaduertendum eſt, patrem in iſto caſu non eſſe legis neceſsitate coactum ad dotandam filiam, quæ iam in præcedenti legato dotata fuerat. atque ita à ceſſante ratione huius deciſionis
7 fatendum eſt, hoc legatum † ſimpliciter factum, ſimpliciter quoque eſſe intelligendum. argumento. l. adigere. ff. de iur. patr. & c. cum ceſſante, de appell. nam in legato non ſubintelligitur conditio niſi exprimatur. l. j. ff. de condit. & demonſtr. & argumento. l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. oblig. per quæ iura ita concludit Raph. Cuma. in conſi. 22. Prætereà non eſt facienda uis in qualitate poſita in præcedenti legato, quoniam conditio illa repetita non intelligitur in hoc ſequenti legato, & perfecto, ſecundum gl. in l. ſi quis à filio, in 2. reſpon. ff. de leg. 1. cuius meminit Io. de Ana. in conſi. 8. in fi. neque huic concluſioni refragantur uoces illæ repeti tiuæ, quas paulò anteà memoraui, ut inferius loco dicam opportuniore. ſed immo hoc ipſum
8 corroboratur ſumendo argumentum † à ſpeciali in l. Iulius Paulus, & in l. cùm ſeruus, & in l. Iulianus noſter. ff. de cond. & demonſtr. per quæ iura tradit Bar. in l. Seio. §. Caio. ff. de fund. inſtr. Ideò in illis legibus repetitionem fieri, quamuis orationes ſint perfectæ quoniam alioqui legatum inutile redderetur. igitur à ceſſante ratione contrarium ſenſit, ubi legatum non eſt inutile, pro ut eſt in re propoſita, in qua legatũ nulla facta repetitione utile eſt, & fortè utilius cũ ſit purum & non conditionale, ut dicam paulòpoſt: igitur nulla fieri debet repetitio. & ita in terminis arguit Soc. in conſi. 22. in 3. vol. ubi ſimilem decidit ambiguitatem. Quinimmo iſta con-
9 cluſio magis clara oſtenditur ita colligendo argumentum à fortiori. Qualitas † poſita in inſtitutione cenſetur repetita in legato. l. auia. ff. de cond. & demonſt. & huiuſmodi repetitio ualidior eſt, & facilius inducitur, quàm ea, quæ uocibus repetitiuis innititur, ut not. decidit Paul. de Caſt. in conſi. 276. in fi. in 1. vol. tamen explorati iuris eſt, qualitatem poſitam in inſtitutione nũ quam in legato relicto à diuerſo gradu hæredis repetitam eſſe cenſeri, ut eſt text. in l. ab omnibus. §. cùm quidam. ff. de leg. 1. per quem ita docuit Bar. ibi, & in d. l. auia. ſed hic legatum eſt relictum à diuerſo gradu hæredis, ſcilicèt à ſubſtituto, igitur &c. arg. auth. multòmagis. C. de epiſc. & cleric. Ad hæc accedit ualidiſsima ratio: nam legatum primum quamuis nomine dotis factum non fuiſſet, tamen hoc tacitè ſubintelligebatur, ut in hac. l. decidit Bar. & ſuperius ex multis

tis confirmatum est. sed ubicunque qualitas uel conditio, quæ tacitè subintel.igitur, fuit expressa,nunquam ea in sequenti oratione intelligitur repetita. de hoc est tex.mirabilis in l. si in diem.§.1.ff.de condit.& demonstr. quem ad hoc citat Aret.in consi.1.& ita in specie quæstionem nostram terminat.Rom.in sing.234.& in consi.134.& Iaſ.in l.in illa.ff.de uerb.oblig. igitur extra quæstionem est, legatum hoc esse purum & simplex. Non est silentio prætereundum ad prædictorum corroborationem,in hoc secundo legato appositam esse specialem prouisionem & conditionem,cum relictum fuerit sub cõditione,si filius testatoris sine filius decesserit, igitur conditio siue qualitas posita in præcedenti legato,non censetur repetita, ut in simili casu
10 traditum est,quamuis clausula in principio † uel in medio,uel in fine posita ad præcedentia referatur.l.iij.§.filius.ff.de liber.& posth.& l.talis scriptura,in fi.ff.de leg.1.eam tamen nõ esse porrigendam ad aliam,in qua facta sit prouisio specialis,secundum Bar.& doct.in d.l.talis, per tex. in l.sed & si per prætorem.§.deinde adiecit.ff.ex quib.cau.maio. & ita ex ijs concludit Soci.in terminis in d.consi.22.in 3.vol.& Alex.in consi.66.in 3.volu.Vlteriùs pro hac opinione urget aliud argumentum; nam legatum factum nomine dotis,est conditionale, ut iam anteà demonstratum est.tum sic: Nos agimus de coniecturanda patris legantis uoluntate, scilicèt, an filiæ noluerit legare purè,legando simpliciter ut fecit,an uerò legare uoluerit nomine dotis, atque ita sub conditione. vnde proculdubio credendum est,eum purè legare uoluisse ratione sanguinis.l.Aurelius.§.Titius testamento.ff.de liber.lega. cum concord. ibi adductis per gl. ista enim est benignior & fauorabilior interpretatio,ut in terminis ait Paul.de Cast.in d.consi.16.in fi.in 2.vol.Dico amplius,si legatum non esset purè & simpliciter factum,ut hic,sed sui natura condi tionem haberet annexam,ut si factum esset alicui cùm erit 16.annorum,nam communiter con ditionale est.l.si cui legetur,in princ.cum ibi trad.per doct.ff.de leg.1.tamen quando huiusmodi legatum factum est filiæ,ratione coniunctionis purum existimatur, ita quòd uinculum sanguinis prædominatur naturæ ipsius legati,faciendo illud de conditionali purum & simplex, &
11 præsumitur † in diem dilata solutio.l.Seius Saturninus.& ibi Bar.ff.ad Trebell.& habetur apud Bal.post gl.in l.ex his.C.quan.di.leg.ced.& Soc.in cõs.92.in 1.vol.si igitur quando legatum est conditionale,interpretatur ut sit purum ratione sanguinis,& fauore filiæ,multòmagis legatum quod ex se apparet purum,eadem ratione interpretandum non est,ut sub conditione relictum esse intelligatur. ad quod omninò uideas Decium in consi.601.ubi ex multis docuit,legatum ratione coniunctionis sanguinis latius esse interpretandum. Postremò alia ratio magno huic
12 opinioni est adiumento: nam qualitas † in uno capitulo adiecta nunquam censetur in alio repetita,quando in eo repetitio uniformiter fieri non potest: ita inquit Bar. in d.l.in repetendis, uer.item aduerte,quem ita declarat Paul.de Cast.in consi.88.in 1.vol.& hoc putat esse memoratu dignum Castill.in addit.ad Roma.in sing.234. sed in casu proposito qualitas posita in primo legato uniformiter huic secundo non congruit,igitur &c.quòd autem ei non conueniat,sic apertè ostẽditur: nam qualitas dotis apposita in primo legato, facit ut legatum illud nuptus tẽpore debeatur,ut superius fuit ostensum. sed ista qualitas conuenire non potest huic secundo legato,quod relictum est sub conditione si filius hæres sine filijs decesserit, id quod & ante nuptum filiæ,& post contingere potest,& cedere dies legati non potest donec filius uiuit.l.cedere diem.ff.de uerb.signif.Et ex ijs remanet clara conclusio in re proposita,legatum non censeri factum pro dote. Illud unum superest, ut obiecta sigillatim confutentur. Ad uocem igitur,
13 † item,& vltra,quæ recidunt in idem teste Aret.in consi.67.respondetur, eas repetitionem nõ facere quando oratio est perfecta.l.fundum.ff.de cõtrah.empt.per quem tex.ita inquit Bar. in d.l.in repetendis,& in d.l.Seio.§.Caio, & in l.j.ff.de public.& uectigal.in l.a sententia. C.de ap-
* pellat.& in consi.27.& ad Bar.* communiter alij accesserunt,ut Raph.in consi.22.Alex.in cõs. 117.col.3.in 1.vol.& in consi.66.in 3.vol.Anch.in c.Ioannes,de testamen.Corn.in cons.129. in 2.vol.Soc.in consi.10.& in consi.92.col.7.in 1.vol.& in cõs.22.in 3.vol.Dec. in consi.317. Iaſ.in §. æquè, inst.de action. & ferè omnes alij consenserunt,excepto Paul.de Cast.in d.consi. 88.qui dicit Bartolum loquutum fuisse contra tex.in d.l.in repetendis,ubi oratio erat perfecta,

& nihi-

& nihilominus fit repetitio. ſed opinor ego eum malè Bartolum intellexiſſe: nam in illa.l. quã uis oratio ſit perfecta reſpectu uerborum,eſt tamen imperfecta reſpectu rei. & ita ſe ipſum declarat Bar.in 2.col.ubi inducit illam.l.in argumentum,dicens ſicut ibi inducitur repetitio, ubi oratio eſt imperfecta reſpectu rei,idem eſſe debet etiam ubi eſſet imperfecta reſpectu uerbi. Et propterea Paul.de Caſt.ſentiens errorem ſuum,mutauit ſententiam,& ſequutus eſt Bart. ut uidere eſt in eius conſi.275.in 1.vol.& in conſi.11.& in conſ.16.in 2.vol.& quod diximus de uoce item,habet locum etiam in uoce,ultrà,quia ſunt eiuſdem naturæ ſecundum Aret. in conſ. 67.& in ſpecie,uocem,ultrà,non repetere quãdo oratio eſt perfecta,clarè docuit Pau.de Caſt. in d.conſi.275.& eſtò quòd una eſſet maioris potentiæ quàm alia,tamen ſtantibus alijs argumentis ſuperius allatis, in hoc non eſt uis facienda. Hoc eodem modo refellitur illa relatio, quæ ſumebatur ab illis uerbis,prædictum legatum: quia repetitio impeditur. Et profectò iſta magis poſita fuere ad declarandum,uoluiſſe teſtatorem legare,nõ ut unum legatum per aliud impediretur,neque ut propter unum ab alio recederetur, ſed ideò id feciſſe, ut utrunque filia conſequi poſſet. Et ex ijs conſtat hanc Bartoli deciſionem non habere locum niſi in legato ſimpliciter facto,non autem quando aliud legatum ex dotis cauſa præceſsiſſet: id quod obliuioni tradendum non eſſe cenſeo.

Summarium in l.diuus.ff.de iur.dot.

1 *Dos data in primo matrimonio intelligitur in ſecundo repetita.*

Bar.in l.Diuus.ff.de iur.dot.

1 Bart. in d.l.diuus,ait,dotem † datam in primo matrimonio intelligi in ſecundo repetitã. vide quæ de hac re poſui ſuprà in l.quod autem,hoc eod. tit. ubi concluſum fuit, omnia bona mulieris ad ſecunda uota tranſeuntis cenſeri data in dotẽ,quando etiam in primo matrimonio data fuere,ut late tradidit Bar.in quæſt.incip.Mulier habens magnum patrimonium.ubi etiam hoc limitat,niſi iſta mulier eſſet minor 25.annis,& ex ſe nuberet.Secundò fortè limitari poſſet quando mulier nuberet forenſi,& uigore ſtatuti priuaretur: nam tunc iſta præſumptio ceſſare deberet,ne mulier incidat in pœnam priuationis. Tertiò limita niſi adeſſent liberi ex primo matrimonio,ut per Bar.in d.quæſtio.& Ang.in conſi.78.nu.5. & de hac re uideas Alex. in l.ſi mulier. in fi. & doct.in l.pe.§.ſi uxor.ff.ſol.matr.& iſta dos dicitur preſumpta,& ideò in ſtatuto nõ contineretur,ſecundum Curt.in d.conſi.78.col.pe.& fi.tamen contrarium decidit Soc.in cõſ. 80.in 4.vol.dicens hanc eſſe dotem ueram,quæ præſumptione probatur.vide Raph. Cuma.in conſ.109.ubi in aliquibus diſſentit. & Io.Crotum in rep.c.Raynutius,de teſta.ubi idem tenet. & ad hanc.l.vide Alex.in conſ.144.in 5.vol.

Summarium in l.promittendo.ff.de iur.dot.

1 *Clerici etiam obligantur.*

Lucubr.in l.promittendo.ff.de iur.dot.

1 Glo. in d.l.promittendo, in uoce,conditionis,ait,etiam clericos † obligari. Tu uerò intellige iſtam gl.quando deponens habet poteſtatem etiam in clericos,& non aliter: quia eo caſu gl.eſſet falſa.Alex.in conſ.121.col.3.in 4.vol.

Summarium in l.res in dotem.ff.de iur.dot.

1 *Reſtitutio pecuniæ datæ in dotem quomodò fieri debeat quando uariata eſt moneta.*

Bar.in l.res in dotem.ff.de iur.dot.

1 Bart. in d.l.res in dotem,tradit quomodò fieri debeat reſtitutio † pecuniæ datæ in dotẽ, quando uariata eſt moneta in materia uel in forma, uel quando eſt eadem, ſed ualor floreni creuiſſet,uel decreuiſſet. De hac re vide Soc.in conſi.6.& in cõſi.298.in 1.vol.Roma.in ſing. 513.incip.quod temporis,& ibi addita per Caſtill.& omninò Aret.in conſi.11.vbi tradit etiã quid ſi in ciuitate uiget aliqua lex limitans ualorem floreni: ſed contrarium ſeruatur. Vtrum ſolutio fieri debeat ſecundum legem,an uerò ſecundum communem uſum.vide eundẽ in cõſ. 84.& in conſ.111.& ad prædicta uide Abb.in conſ.56.in 2. vol. & omninò Curtium in tract. monetarum,& Albertum Brunum ſimiliter in tract.monetarum,ubi pleniſsimè hanc materiã uentilauit,

uentilauit,& ibi uide quoddam annexum consilium Collegij Papien.& Crauet.in consi.47. & Mari.Soc.iuni.in cons. 145.col.fi.& ad rem faciunt trad.per Abb.in c.quanto,de iureiur.

Summarium in l.nuptura.ff.de iur.dot.

1 *Dos legata uel promissa quando referri potest ad illud, quod est plus, & quod est minus, in dubio refertur ad plus.*

2 *Legatum fauore piæ causæ refertur semper ad id, quod est plus.*

Lucubr.in l.nuptura.ff.de iur.doti.

1 BART. in hac.l.nuptura,nil dicit,tamen est tex.memorabilis,ex quo colligitur,dotem† legatam uel promissam,quando referri potest ad illud,quod est plus,& ad illud, quod est minus, in dubio fauore dotis esse referendam ad plus, quamuis alioqui regula sit in contrarium: ita Dec.in l.semper in obscuris.ff.de reg.iur.Ias.in l.si ita scriptum.ff.de leg. 1.nu. 31.Bal. nouel. in tract.de dote, in 73. priuilegio. & Baptista à sancto Blasio in tract. de priuilegijs dotalibus, in 140.priuilegio. Ex quo rectè potest inferri ad quæstionem, quæ multoties in dominio Venetorum contingit: Vtrum promisio siue legatum mille ducatorum ex causa dotis, intelligatur de ducatis more ueneto,qui sunt minoris ualoris,an uerò de alijs,qui sunt maioris ualoris,ut ad id quod est plus fauore dotis referatur. Ad rem faciunt tradita per Bar.& alios in l.Titia.§.fi.ff.
2 de aur.& arg.lega.ubi colligunt ex illo tex.legatum fauore † piæ causæ ad id quod est plus esse referendum. idem ait Bal.in l.si quis ad declinandam.C.de episc.& cleric.Abb.in c.indicante,
* de testi.Rom.in sing. 515.& Soc.in consi. 147.col.pen.in 1.vol.& ista est * communis opinio, à qua in iudicando recedere non liceret. Attende tamen,quia ego puto contrarium colligi ex d.§.fi.nam ibi testatrix legat signum centum librarum ecclesiæ, in qua erant dumtaxàt statuæ aureæ & argenteæ,& hoc non sine ministerio tex.ille commemorauit,quia non est credendum testatricem uoluisse ut in templo ænea dona ponerentur,in quo solùm aurea & argentea poni consueuerunt: nam ex more regionis conijcitur legatum non esse referendum ad illud, quod minimum est. Soc.in consi. 247.col. 4. in 1.volu. ista enim fuit ratio decisionis, non autem fauor piæ causæ:quoniam si hac ratione id,quod est plus,legatum intelligeretur,signum aureum debebatur. sed argenteum deberi deciditur,id quod est minus inter metalla, quæ ibi ex more regionis ponebantur; igitur nullum est speciale.

Summarium in l.si mulier. §.ex asse.ff.de iur.dot.

1 *Per restitutionem hæreditatis actiones non transferri.*

Bar.in l.si mulier.§.ex asse.ff.de iur.dot.

1 BART. in d.§.ex asse,inquit,per restitutionem † hæreditatis nõ transferri actiones:& ideò talis debitor delegari non potest. vide aliquid per Bal.in consi. 119.in 2.vol.& Corn.in consi. 254.in 4.vol.& dum ibi Bar.subiungit oppositionem dicens, quæ sunt transibilia, sunt etiam cessibilia. sed fideicommissum est transibile,igitur & cessibile. vide pro solutione huius obiectionis Ias.in l.iij.C.de fideicomm. Alex.in l.si ita stipulatus fuerim, in princ.ff. de uerb.oblig. quorum solutio uidetur infringi ex dictis Bart.in l.j.§.fin. ff.de oper. nou.nunci. dum citat.l. si eius.C.ad Trebel.& in l.si minoris.in fi.ff.de administ.tut.& uide Abb.in c.fi.in 2.not.de rescr.

Summarium in l.quæro.ff.de iur.dot.

1 *Si aliquis promittit dotem arbitrio boni uiri, intelligitur certa quãtitas promissa uel relicta, quam bonus arbiter debet arbitrari.*

2 *Dos congrua, quam arbitrari debet bonus uir, quæ dicatur.*

Bar.in l.quæro.ff.de iur.dot.

1 BART. in hac l.quæro, inquit, si aliquis promittit † dotem arbitrio boni uiri, intelligitur certa quantitas promissa uel relicta, quam bonus arbiter debet arbitrari, etiam si nunquam arbitratus fuisset. & ex ijs infert ad statuta Italiæ,quibus cautum est, mulierem esse dotandam arbitrio boni uiri. vide Alex.in consi. 149.in libro primi & secundi vol. Barb. in consi. 80.col. pen.& fi.in 3.vol.Dec.in consi. 26.Bal.in consi. 328.in 3.vol.& in consi. 323.& 377.eod.volu. Curt.in cons. 73.& Ias.in auth.nouissima.C.de inoff.testa.sed quæro quænam est ista dos congrua,

2 grua, † quam arbitrari debet bonus uir? Resp. uideri dicendum eam esse non debere minorem legitima. Soc. in consi. 207. col. 1. in 1. vol. sed uide omninò eundem Soc. in consi. 288. col. 6. in 1. vol. vbi contrarium asserit. vide tamen Alex. in consi. 82. in 4. vol. & in consi. 88. in 6. volum. Dec. in consi. 276. & Bal. nouel. in tract. de dote, in 17. priuilegio, & Crauet. in consi. 11. Dico amplius, ubi dos arbitrio boni uiri est constituenda, potest excedere legitimam; immo si mulier condigno uiro nubere nõ posset, nisi totam hæreditatem ei traderet, uniuersa hęreditas alijs nõ extantibus liberis debet ei constitui pro dote. ita egregiè docuit Alex. in cons. 149. Visis, colu. 2. in libro primi & secundi vol. Limita tamen prædicta omnia ut non procedant in dote data à patre, quia illa dicitur esse cõgrua dos, quæ ab ipso patre fuit constituta. Dec. in cons. 26. & Bal. nouel. in d. tract. in 17. priuilegio. & ista dos deducitur tanquam æs alienum ante legitimam filiorum. Alex. in cons. 30. in 3. vol. Pau. de Cast. in cons. 250. Ang. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoff. testa. & Soc. in cons. 213. col. pen. in 1. vol.

Summarium in l. dotis. ff. de iur. dot.

1 *Sermo simpliciter prolatus intelligi debet pro prima uice tantum.*

Bar. in l. dotis. ff. de iur. dot.

1 Bart. in d. l. dotis, inquit, sermonem † simpliciter prolatum intelligi debere pro prima uice tantum. l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signific. De hac re vide Alex. in consi. 15. & in cõs. 43. in 4. vol. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. sol. matr. Felin. in c. 2. de treg. & pac. & in c. licet tertio, col. 2. in fi. de const. Bar. in l. cùm quidam. ff. de ann. lega. Dec. omninò in cons. 562. Soci. in tabula regularum cum fallent. in uoce, Actus in quacunque materia. Limita prædictam cõclusionem ut per Bar. in l. placet. ff. de liber. & posthum. Limita etiam in dote hoc non habere locum; quia si fiat legatum uel promissio mulieri de centum donec nubat, intelligitur de centum annuis, licèt communiter contrarium sit dicẽdum: & hoc per tex. in l. legatum. ff. de annu. lega. ita Iac. de Rau. & Petrus dicebant in scholis, ut refert Baptista à sancto Blasio in tract. de priuilegijs dotalibus, in 218. priuilegio.

Summarium in l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot.

1 *Dos pacto nudo promissa ad arbitrium alterius non ualet.*

2 *Si factum est pactum de emendo & uendendo cum traditione rei uenditæ hoc addito, quod ex nunc faciebat datum & uenditionem pretio declarando ab æstimatoribus eligendis, utrum uenditio dicatur perfecta, an uerò conditionalis.*

3 *Venditio fundi facta certo pretio pro qualibet pertica cum pacto ut mensurari debeat, est conditionalis.*

4 *Illud dicitur esse certum per relationem ad aliud, quando id ad quod fit relatio, certum est, non autem incertum.*

Bar. in l. cùm post. §. Gener. ff. de iur. dot.

1 Bar. in d. §. gener, ait, dotem † pacto nudo promissam ad arbitrium alterius non ualere, ne duo specialia circa idem concurrant. Pro declaratione huius. §. vide Bar. in l. j. colu. 1. ff. de leg. 2. ubi dicit promissionem ualere, etiam certa summa non expressa, quando arbitrium non confertur conditionaliter; alioqui uerò si aliter fiant. sed aduerte, quoniam ista distinctio uidetur esse contra istum tex. in quo dos erat promissa arbitrio siue arbitratu soceri, & ualet, legatum autem non, & tamen illa uerba, arbitrio alterius, non faciunt conditionem, ut ibi sentit Bar. ideo vide quæ ibi latè pono in lucubrationibus. Alium intellectum ad hunc tex. & ad illam. l. primã. uide apud Soc. in l. j. col. 9. & 10. ff. solu. matrim. & Ias. in l. si quis arbitratu, col. 2. in 3. limit. ff. de
2 uerb. obligat. Hic opportunè dubitari potest, si factum est pactum de emendo † & uendendo cum traditione rei uenditæ, hoc addito, quòd ex nunc faciebat datum & uenditionem pretio declarando ab æstimatoribus eligendis, utrum uenditio dicatur perfecta an uerò conditionalis, ita ut ad uenditorem pertineat periculum cõtingens in re uendita, secundum trad. per doc. in l. ij. C. de peric. & commod. rei uend. & in l. necessariò. ff. eod. tit. idque ea ratione, quia pretiũ est incertum. Ioan. de Ana. quem refert & sequitur Dec. in cons. 648. tenet pretium satis dici posse certum, & perfectum esse negocium per relationem ad æstimationem futuram ab æstimatoribus

* matoribus eligendis. sed huic sententiæ reluctatur * communis in simili casu doctorum senten-
3 tia. Aiunt enim uenditionem † fundi factã certo pretio pro qualibet pertica, cum pacto ut mẽ surari debeant, esse conditionalem, scilicèt, si mensura subsequatur: & ideò ante mensurationem contractum dici imperfectum, & damnum contingens ad uenditorem, non autem ad emptorem pertinere. l. quod sæpe. §. in his. & ibi Bal. ff. de contr. empt. Bar. in cons. 121. In quæstione. Alex. in cons. 24. Viso processu, col. 2. in 6. vol. Aret. in cons. 11. Procedendum est. Soci. in cons. ultimo in 3. vol. & latissimè Curtius iunior in duobus suis consilijs pro D. Mattheo fratre suo, quibus se subscripsit Mari. Soc. iun. in cons. 26. ubi præcisè & copiosè ista sentẽtia confirmatur. Si igitur relatio ad mensuram facit contractum conditionalẽ, igitur eadem ratione ac etiam maiori idem est concedendum & in relatione pretij facta ad declarationem æstimandorum eligendorum; quia minus in certa est relatio mensuræ quàm pretij: quia ibi res est certa in se, quamuis non appareat, non enim potest fundus augeri uel minui, sed pretium poterit
4 esse & maius & minus, prout uisum fuerit æstimatoribus. Prætereà illud dicitur † esse certum per relationem ad aliud, quando id, ad quod fit relatio, certum est, non autem incertum, ut hic. l. certum, & ibi doct. ff. si cert. pet. l. ij. & ibi doct. plenè. C. de senten. quæ sine cert. quan. & gl. & Bar. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. tradit Aret. in cons. 28. col. 2. & in specie quantitatem, quæ pendet à futura declaratione amicorum esse incertam, & de illa fieri nõ debere idẽ iudiciũ quod de certa quantitate fieri solet, docuit Alex. in cons. 48. in 3. vol. & de hac materia incertitudinis uide latè Bar. Alex. & Ias. in l. si ita stipulatus. ff. de uerb. oblig.

Summarium in l. mulier. ff. de iur. dot.

1 *Mulier nubendo simpliciter, utrum uideatur omnia bona sua dedisse in dotem.*

Bar. in l. mulier. ff. de iur. dot.

1 BART. in d. l. mulier, quærit utrum mulier † nubendo simpliciter, uideatur omnia bona sua dedisse in dotem. De hac re dixi suprà in l. diuus, & in l. quod autem. hoc eod. tit. & vide Bald. in l. fi. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. & Abb. in cons. 46. in 2. dub. in 1. vol.

Summarium in l. si de dote. ff. de iur. dot.

1 *Ille qui ab initio promisit, quod dare non poterat, ad quid teneatur.*

Bar. in l. si de dote. ff. de iur. dot.

1 BART. in d. l. si de dote, ait, casum huius. l. esse singularem pro eo, qui ab initio † promisit, quod dare non poterat. vide Pau. de Cast. in l. etiam. ff. sol. matr. & Alex. in l. ij. col. 11. eod. tit.

Summarium in l. Attilicinus. ff. de pac. dot.

1 *Mulier in dote potest facere suam conditionem meliorem, non autem deteriorem.*

Bar. in l. Attilicinus. ff. de pact. dotal.

1 BART. in hac. l. Attilicinus, ait tex. istum esse diligenter attendendum, quia fortè contrarium sensisset. ex eo enim colligitur, mulierem † in dote posse facere meliorem conditionem suam, non deteriorem. Pro declaratione huius. l. vide Alex. in l. de fidei commisso. C. de transact. ubi refert Imol. declarantem. Et dum Bar. oppo. mulierem conqueri non posse propter incertum euentum, & relinquit cogitandum pro solutione. Dicas solutionem haberi apud Ias. in d. l. de fideicõmisso, col. 1. versi. fallit in dote. ubi dicit fauore dotis speciale esse, quando propter huiusmodi pactum retardatæ dotis posset contingere, ut mulier tardius nuberet, alioqui uerò non. Attende, quia istam. l. & l. de die, præcedentem, intelligit Dec. in cons. 636. ut procedant solùm constante matrimonio, quoniam eo casu mulier conditionem suam deteriorem facere non potest, alioqui uerò eo soluto. citat gl. pen. in l. cùm dos, suprà eod. titulo.

Summarium in l. pater. ff. de pac. dot.

1 *Conditio existens in uita stipulatoris uel post mortem purificat stipulationem.*

Bar.

De pactis dotalibus.

Bar.in l.pater.ff.de pact.dotal.

1 BART. in d.l.pater,sic ait in summa. Conditio existens † in uita stipulatoris,uel post mortem,purificat stipulationem. Ad istum tex.vide Ias.in l.eum qui ita.§.qui sibi.col.2.ver.quintò. ff.de uerb.oblig.ubi per istam.l.limitat regulam illius tex.

Summarium in l.cum maritus.§.mulier.ff.de pac.dot.

1 *Lex ista est singularis.*

Lucubr.in l.cùm maritus.§.mulier.ff.de pact.dotal.

BAR. in hac,l.nihil scribit.tamen iste tex.in d.§.mulier,est singul.secundum Aret.in cõs.74. intelligendo eum ut facit Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.matr.

Summarium in l.Bebius.ff.de pac.dot.

1 *Agens ex una causa,debet succumbere,quamuis ex alia causa melius agere potuisset.*

Lucubr.in l.Bebius.ff.de pact.dotal.

1 BART. in hac.l.nihil dicit,tamen aurea putatur,& eam sæpe Bal.habebat in ore ad probãdum,quod agens † ex una causa,debet succumbere,quamuis ex alia causa melius agere potuisset: ita inquit Curtius in cons.82.post numerum 8.

Summarium in rub.ff.de fund.dot.

1 *Fundus dotalis alienari non potest.*

2 *Mulier agere non potest contra emptorem fundi dotalis, & quando.*

3 *Si dotis promissio sine certa quantitate præcesserat,& posteà datur pro dote fundus non facta mentione illius quantitatis,an dicatur dotalis.*

4 *Æstimatio facit emptionem.*

5 *Fundus dotalis quomodò tacitè emi possit.*

Lucubr.in rubricam.ff.de fund.dota.

1 CIRCA istam rubricam in qua traditum est,fundũ † dotalem alienari non posse, quæro in primis an maritus qui rem dotalem alienauit, possit eam constante matrimonio redimere,& agere ad restitutionem? & an teneatur de euictione? & quid si emptor sciebat rem illam dotalem esse? vide Alex.in consi.107.in 4.vol. Prætereà scias fundum dotalem alienari posse quando renunciatum est beneficio.l.Iuliæ de fundo dotali. Iacob.Butr. in tract.de renunciatione legum,in §.de beneficio.l.Iuliæ. item alienatio rei dotalis ualida est, quando mulier simul cum eius uiro pretium recepit: quia illud dotis loco uidetur habere. glo. est not.in l.fi.& in l.ita constante.ff.de iur.dot.secundum Bar.in consi.incip.Domine.& Cępol.
2 in caute.174.Item mulier † agere non potest contra emptorẽ fundi dotalis,quando sciuit rem esse dotalem tempore alienationis,& tacuit: quoniam dolo & calliditate censetur tacuisse, ut ait Alex.in cons.107.col.pe.in 4.vol.Rursus si fundus fuit datus in dotem æstimatus,tenet alienatio; quia æstimatio facit emptionem. & siue iusta siue iniusta fuerit æstimatio, mulier agere
* non potest contra emptorem,secundum gl.*commu.approb.in l.si inter uirum.C. de iur. dot. & Soc.latè in cons.56.uel 57.Stantibus suprascriptis,in 1.vol.& in consi.289.eod.vol.& quando pretium est iniustum,datur actio mulieri ad supplementum iusti pretij. tex.est not.in l.si res § si mulier.ff.de iur.dot.per quem ita in terminis decidit Paul. de Cast. in consi.275.incip.Ad
3 primum,ver.venio ad tertium,in 2.vol.Quid si dotis † promissio sine certa quantitate præcesserat,& posteà datur pro dote,non facta mentione ullius quantitatis? Dicas prædium nihilominus dici æstimatum pro illa quantitate,& dos non in prædio,sed in quantitate consistit.Soc. in cons.69.Viso laudo,col.3.vers.Circa secundam difficultatem,in 4.vol.& Mari. Soc.iuni.in cõs. 141.nu.4.cum seq. Quid modò si fundus æstimatus non fuit tempore contracti matrimonij, sed postea? Dic fundum non desinere esse dotalem propter huiusmodi æstimationem,etiam si partes uellent eum non esse amplius dotalem,secundum Mari.Soc.iuni.in d.consi.141.nu.14. Tu uerò attende hoc non esse uerum, quando mulier non est inops,sed habet bona & nupsit

sine

sine dotis commemoratione: nam eo casu ad dotem constituendam potest iure compelli, secundum Bal.in l.fi.C.de sent.quæ sin.cert.quant.& Ias.in l.si donaturus. §. si quis indebitam.ff. de cond.cau.dat.ubi ait,mulierem hac de causa posse à marito expelli,sed ubicunque aliquis ad contrahendum coerceri potest,semper ualet contractus ea de re celebratus,quamuis in eo decretum & alia requisita solemnitas non intercessisset. Rom.in cons.394.& Soc.in consi.80. in
4 4.vol.Attende quia id quod prędixi de æstimatione,†quæ facit emptionem,non enim hoc semper uerum est; sed ista est regula,quæ multas patitur limitationes,ut per Ias.in l. ex conuentione.C.de pact.& omninò uide quæ pono ad Bar.in l.si æstimatis.ff.sol.matr. Rursus,dotalis fundus alienari potest pro emenda alia re stabili,quæ mulieri utilior sit. Bal.nouell.in tract.de dote, in 7.par.in 1.priuilegio,in 3.limit.citat trad.in l.quamuis.ff.sol.matr.& in l.si pecunia.C.de iur. dot.& in l.Mutius.§.manente.ff.de iur.dot.valet etiam huiusmodi alienatio ab uxore facta marito consentiente pro soluendis debitis ipsius mulieris.tex.est in l.fi.ff.de iur.dot. per quem ita dicunt Bal.& Imol.in l.si æstimatis.ff.sol.matr.idem ait Bal.nouell.in d.tract.in 7.par.in 1.priui legio in 4.limit.& Io.Campegius in tract.de dote,in 4.priuilegio.nu.2.& Fabianus de monte
5 in tract.de emptione & uenditione,quæst.4.nu.18.& quomodò fundus† dotalis tutè emi possit docuit Matthæus de Afflictis in tract.prothomiseos.§.3.nu.12. Attende etiam in proposita re quia mulier in re dotali quãuis æstimata præfertur creditoribus anterioribus habentibus ex pressam hypothecam secundum Aret.in cons.32.& circa prędicta attende unum,quod est memorabile,fundum dotalem æstimatum,si maritus non est soluendo,dotalem esse non desinere, nec per maritum obligari posse.hoc fuit dictum Bal.in l.interest,in fin.C.de usuf. quod extollit Franc.Cremen.in sing.18.incip.Habebis milies.

Summarium in l.j.ff.de fund.dot.

1 *Quædam transire titulo uniuersali, quæ titulo singulari transire non possunt.*

Bar.in l.j.ff.de fund.dot.

1 Bart. in d.l.j.colligit,quædam transire titulo † uniuersali,quæ titulo singulari transire nõ possunt.vide dominos de Rota in decis.3.in fi.de pact.in antiquis.

Summarium in l.si fundum.ff.de fund.dot.

1 *Ea præscribi non possunt, quæ alienari non possunt.*

Bar.in l.si fundum.ff.de fund.dotal.

1 Bart. in d.l.si fundum,ait,ea præscribi † non posse, quæ alienari non possunt. De hac re uide Fulg.in cons.8.& in cons.123.Alex.in cons.101.col.6.& pe.in 7.vol.Felin.in c.cùm non liceat.nu.8.cum seq.de præscri. & an præscribi possint ea,quæ priuilegio acquiri non possunt, vide Feli.in c.accedens.nu.12.cum seq.de præscrip.Dicit posteà Bar.in hac ead.l. causam prohibitionis alienationis non interrumpere prędescriptionem iam incœptam.sed an ista.l. procedat in dote ecclesiæ,vide Feli.in c.ad aures,de rescript.

Summarium in rub.ff.de dona.inter uir.& uxo.

1 *Quare donatio inter uirum & uxorem sit prohibita.*
2 *Confessio facta à marito an sit ualida, & nu.8.*
3 *Vbicunque alia coniectura quàm donationis sumi potest, illa semper est accipienda.*
4 *Dos propriè sine matrimonio esse non potest.*
5 *Taciti & expressi idem est iudicium.*
6 *Actus ultra intentionem agentis non debet operari.*
7 *Indulgentia legis potest infra decennium opponi exceptio, de qua ibi.*
9 *Confessio mariti an noceat creditoribus anterioribus.*
10 *Confessio facta à marito, non ipsi uxori, sed alijs personis ualida est.*
11 *Mulieribus saluum, est ius suum super bonis maritorum fugitiuorum pro dotibus constitutis infra biennium à die traditionis.*
12 *Si maritus confessionem, quam fecit, dicat esse falsam, an ualeat.*
13 *Confessio mariti est inualida, etiam si eius effectus post mortem differatur.*

14 *Donatio inter uirum & uxorem firmata iuramento ualet.*
15 *Donatio inter uirum & uxorem ualida est quando est mutua.*
16 *Donatio inter uirum & uxorem ualida est, quando præiudicium non infertur.*
17 *Si rusticus accipiat uxorem nobilem, & dotem confitetur, quam re uera non accepit, ita ut sit pura donatio, ualet.*
18 *Statutum disponens de donatione inter uiuos, uel de ultima uoluntate, huiusmodi donationem non continet.*
19 *Donationem ualere semper quando facta est ante contractum matrimonium.*

Lucubr. in rub. ff. de don. int. uir. & uxo.

1 CIRCA istam rubricam quæro in primis, quæ sit ratio † huius prohibitionis donationis inter uirum & uxorem? Aret. in consi. 74. tres attulit rationes; de qua re agit etiã Soc. in l. j. ff. sol. matr. & quia Soc. in d. l. j. latissimè & acerrimè instat contra ualiditatem confessionis receptæ dotis, quæ fieri solet à marito cõstante matrimonio, ea ratione, quia
* uidetur sapere donationem, quæ hoc titulo prohibetur, contra quam etiam ait Alex.* communem esse sententiam in cons. 165. in 6. vol. iccircò decreui non illotis (ut ita dixerim) manibus, inuestigationẽ hanc pertransire, quæ ualde utilis & necessaria est pp frequentiam hmõi con-
2 fessionũ: nimis. n. graue esset, si nullius essent roboris & momẽti. Dico igitur confessionẽ † hanc cõiter ualidam esse, qñ sunt lapsa tempora. x. annorum, quia omnis querela excluditur, ut hĩ in l. fi. iuncta auth. quod locum. C. de dot. caut. non numer. ex hoc enim inferri potest, impossibile esse, confessionem hanc uim donationis habere, quæ traditione interueniente sola morte confirmatur: si uerò sine traditione fiat, nec morte confirmari solet. l. Papinianus, infrà hoc eod. tit. sed ista confessio lapsu decennij omnem querelam prorsus excludit, ut prædictũ est: igitur donatio esse non põt, quæ non lapsu decẽnii, sed sola morte (ut diximus) confirmatur. & hoc rõne
3 comprobatur: nam ubicunque alia coniectura quàm donationis † sumi potest, illam esse semper accipiendam, traditum est in l. cùm de indebito. ff. de probat. item actus qui licitè sub uno nomine fieri potest, & sub alio non, semper sub eo nomine, & eo iure, quo fieri potuit, factus esse censetur. l. Lucius. §. tutorem. ff. de admin ist. tut. tradit Bar. in l. Titium & Mæuium. §. altero, uersi. si uerò dubitatur. ff. eod. titu. & Aret. in consi. 23. ubi egregiè loquitur. sed ista confessio potest fieri uel in uim præambulæ numerationis, de qua habetur in l. Publia. ff. depos it. uel sub spe futuræ numerationis, quæ quidem exceptio etiam si infra decennium obijci possit, tamen eo elapso inuiolabilis est ista confessio, ut ait Bartol. ad quem alij accesserunt in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habe. Anchar. in consi. 307. Felin. in c. si cautio, de fide instrum. & Soc. in consi.
* 82. in 3. vol. vbi in hanc sententiam ait * communiter itum esse, quamuis ipse disputando contrarium senserit in d. l. j. ff. solut. matrim. & idem prius dixerat Fulgos. in consi. 133. igitur ista præsumptio, per quam actus ualet, est accipienda, non autem præsumptio donationis, quàm nunquam sumi solet quando alia capi potest, & per eam actus confessionis infringitur, ut supra fuit iure conclusum. Nec huic sententiæ refragatur, si diceretur, titulum de dot. caut. intelligendum esse, quando huiusmodi confessio matrimonium præcederet: quia hoc modo ille titu
4 lus destrueretur: tum quia loquitur de dote, & dos † propriè sine matrimonio esse non põt. l. fin. C. de don. ant. nupt. igitur de cõfessione facta cõstante matrimonio est intelligẽdus. arg. l. fi. C. de ijs qui uen. ætat. impetr. & eo magis, quia uerba sunt in potiori significatu accipiẽda. l. j. ff. si ag. uectig. tum ẽt quia ea solent æquiparari, quæ fiunt constante matrimonio, & quę ante matrimonium fiunt, sed in tempus contracti matrimonij differuntur. l. quod sponsæ. C. de donat. ant. nup. proinde consequens est, ut nullum inter istos casus sit discrimen constituendum. l. j. cum ibi trad. ff. de leg. 1. Et ideò concludendum uidetur, confessionem non uim donationis habere, sed in uim præambulæ numerationis, uel sub spe futuræ numerationis fuisse confectam, quæ deinceps elapso decennio nulla potest exceptione subuerti. d. l. fi. Et ista conclusio potissimũ

uidetur

uidetur esse ueritati subnixa, quando renunciatum fuit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ut plerunque fieri solet. quæ quidem renunciatio operatur, vt etiam non expectato decennio illa exceptio submoueatur,& paratam habeat executionem: ita Bart. & alij in d.l. assiduis, & Alexand. in consi. 90. in 3. volu. & in consi. 133. in 6. uolu. Et propterea non est mirandum si nonnulli quandoque tradiderunt, expressam hanc renunciationem operari, vt donatio facta esse intelligatur,cùm elidat coniecturam ut sub spe futuræ numerationis facta sit, ut sensit Soc. in d.l.j.sed secundum naturam impossibile est, vt unum & idem sit causa generationis & corruptionis. Et quòd ista renunciatio ad ualidandam confessionem multùm afferat adiumenti,
5 vltra prædicta probatur; quia taciti † & expressi idem solet esse iudicium. l. cùm quid. ff. si cert. peta. immo si inter tacitum & expressum est differentia, ideò est, quia expressum potentiores effectus operatur, quàm tacitum, ut docuit Alexan. in consi. 59. col. 5. in 3. uol. sed sic est, quòd maritus tacendo per x. annos censetur huic exceptioni tacitè renunciare. glo. in l. si ego. ff. de negoc. gest. & est text. in l. si ea. C. qui accus. non poss. et huiusmodi tacita renunciatio, quæ per lapsum temporis fit, ualde coadiuuat confessionem, vt prædictum est: igitur idem & de expressa est uel facilè concedendum est. Præterea, si alioqui diceretur, multa ex eodem fonte speCialia prouenirent, contra. l. primam. C. de dot. promiss. primum quia tacita renunciatio poten-
6 tior esset expressa, contra prædicta: aliud, quia actus † ultra intentionem agentis operaretur, contra. l. non omnis. ff. si cert. pet. nam intentio renunciantis est exceptionem excludere, & donatio sequeretur. Item quilibet in eius dispositione censetur uelle illam uiam eligere, qua mediante actus non fiat irritus & inanis. l. si miles qui destinauerat. ff. de milit. testa. idque in præcedentibus probatum est, sed si maritus renuncians, donare uxori intelligeretur, actus fieret inualidus, cùm donatio inter uirum & uxorem cõmuniter prohibeatur, toto hoc titulo, igitur &c. Neque urget illa collectio quam facit Soc. in d.l.j. scilicet confessionem hanc non nisi altero de duobus modis fieri posse, uel in uim donationis, uel sub spe futuræ numerationis; sed sub spe futuræ numerationis, ait ipse, fieri non potuit: quia renunciatum est exceptioni non numeratæ pecuniæ, igitur reliquum est, ut uim habeat donationis. Respondeo enim, in re proposita dari tertium casum, scilicèt, ut facta esse in uim præambulæ numerationis, censeatur, ut habetur in l.
7 Publia. ff. depos. & in l. Modestinus. ff. de solut. † et quamuis indulgentia legis posit infra decennium opponi exceptio, tamen uel per lapsum huius temporis, uel per expressam renunciationem tollitur, & confessio firma remanet & inuiolabilis. Et prædicta multò magis procederent, si simul cum ipsa confessione concurrerent etiam solutæ dotis inditia, vt est exhibitio alimentorum facta uxori tanquam dotatæ, & huiusmodi genus alia: nam tunc confessio extra quæstionem est, secundum Bal. in l. j. C. de priuileg. dot. citat in argm̃. l. cùm ultra. C. de non num. pecu. & l. cùm de in rem uerso. ff. de usur. & ad rem facit eleg. tex. in l. fi. §. si socero. ff. quæ in frau. credit. ibi, cùm is indotatam uxorem ducturus non fuisset. et hoc sequitur Dec. in cons. 536. nu. 10. & Curt. in consi. 70. vbit ait, leues etiam coniecturas plenæ sufficere probationi. & multi ad hoc accesserunt in d.l.j. ff. sol. matr. & quamuis ibi Soci. disputando contrarium senserit, tamen ipse idem in d. cons. 82. in 3. uol. ait, à doctissimis uiris, ita (ut prædiximus) fuisse consultum. & quamuis ipse contrarium disputando senserit in d.l.j. tamen in iudicando non esse discedendũ
8 ab eorum sententia. Præterea magno huiuscemodi confessioni † esset adiumento, quando confessio in aliqua parte uera esse ostenderetur, fortè propter aliquam numerationem interuenientem: quia in totum uera esse existimatur, ne diuerso iure censeatur: ita in simili casu dotis arguit Soci. in d. consi. 82. in 3. uol. & Dec. in d. consi. 536. nu. 10. Vehemens quoque probatio est ad ualidandam huiusmodi confessionem, quando promissio dotis præcesserat instrumentum confessionis: ita inquit Paul. de Castr. in d.l.j. ff. solu. matrim. citat. l. in contractibus. §. 1. C. de non numer. pecun. idem Paul. in l. penul. §. si uir. ff. solu. matrimo. ad quam opinionem
* Doct.* communiter accesserunt, ut uidere est apud Soci. in d.l.j. colu. 14. versic. octauò limita, ubi ipse quoque in hac fuit sn̄ia, et quamuis dubitet, vtrum creditoribus anterioribus noceat, tñ de posterioribus nõ dubitauit. Et ex hoc alia colligitur ratio: nã si doct. acerrimè disputarũt,

9 utrum confeſsio † noceat creditoribus anterioribus, vt per Bar. & alios in d.l. aſsiduis, & Alex. in conſi. 90. in 3. uol. & in conſi. 123. in 6. uol. de qua re latiſsimè egit Anton. de Fano in tract. de pignoribus & hypothe. in 4. membro ſecundæ par. quem ſemper uideas, & Angel. in §. fuerat, inſtit. de action. & in l. ſi ſuperatus, in fi. ff. de pign. & Bart. in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. igitur omnes uno animo ſentiunt ualiditatem confeſsionis huiuſmodi, alioqui fruſtrà diſputatum eſſet & concluſum, eam ſaltem poſterioribus præiudicare. Præterea inquit Alex. in conſi. 86. in 7. uol. huiuſmodi confeſsionem ſuſpicione fraudis non carere, quãdo quantitas excedit qualitatem ipſorum iugalium: ideò ea ceſſante ſentit contrarium. Sic etiam Dec. in conſ. 96. ait, mulierem in dote confeſſa præferri alijs creditoribus probantibus debitum per ſolam confeſsionem, alioqui uerò ſi illud efficaciter probarent. Ex hoc igitur omnes ſentiunt ualiditatem huius confeſsionis: quia ſi foret inualida, nihil operaretur. Attendendum etiam
10 eſt in hac inueſtigatione, ſi fortè confeſsio † facta eſſet à marito non ipſi uxori, ſed alijs perſonis; quia ualida eſt. Bal. in l. j. uerſ. Hæc duplicata priuilegia. C. de priuileg. dot. Salic. in d. auth. ſed cùm neceſſe. & Dec. in d. conſ. 536. num. 10. Poſtremò etiam ſi caſus dubius eſſet, fauendum eſt inſtrumento dotis. l. cùm hic ſtatus. §. pœnitentiam, infrà hoc eodem titu. ibi, quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior debet eſſe iudex ad comprobandam donationem. nam ſi lex fauet donationi, quæ de ſe prohibita eſt, igitur multò magis confeſsioni, quæ à iure non improbatur, & uetuſtiſsima uniuerſaliq́ue conſuetudine confirmatur. ita enim communiter ſeruari docuit glo. in l. j. C. de dot. cau. non num. et Bart. cui alij conſenſerunt in d. l. aſsiduis, vbi teſtatur hanc eſſe totius orbis conſuetudinem. & ideò ſeſe offert ille tex. ſcitu dignus in l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. ff. de fund. inſtru. ibi, quam ſententiam quotidie creſcere & inualeſcere uidemus. Poſſent etiam huiuſmodi confeſsiones à ſtatutis ciuitatum coadiuuari, exempli cauſa: Extat ſta-
11 tutum in ciuitate Bergomi diſponens, mulieribus † ſaluum eſſe ius ſuum ſuper bonis maritorum fugitiuorum pro dotibus conſtitutis infra biennium à die traductionis. Nam hoc uerificari non poteſt niſi in dotibus conſtitutis per confeſsionem dotis receptæ: quia ſi de uera numeratione conſtaret, ſaluum eſſet ius mulierum, etiam ultra biennium, & quandocunque. & propterea diligenter ſunt aduertenda locorum ſtatuta, quoniam ex eis ualida ſolent colligi argumenta. Ad omnia præcedentia non prætermittas uidere Ange. in conſi. 5. Fulgoſ. in conſi. 133. & in conſi. 207. & melius quàm alibi in conſi. 216. Ancha. in conſi. 307. Alexan. in conſi. 45. in ſecundo dub. in 1. uolu. & in conſi. 165. in 6. uol. vbi loquitur contra Bart. in d. l. aſsiduis. vide tamen eundem Alexand. in conſ. 42. in 5. uolu. Aret. in d. conſ. 74. Dec. in conſi. 526. om-
12 ninò Feli. in cap. ſi cautio, de fide inſtrumen. & Crauet. in conſi. 40. Quid ſi maritus † confeſsionem, quam fecit, dicat eſſe falſam? vide Roma. in ſingul. 593. Quid ſi confeſsio dotis fuit de mille, & appareat aliud inſtrumentum eodem die confectum, in quo pater mulieris promittit quinque centum, aſſerens hanc eſſe ueram dotem, vtrum in caſu reſtitutionis dotis poſsit mulier exigere dicta mille, an uerò ſola quinque centum? & hoc uerius ut per Curtium in conſi. 54. Quid ſi gener confiteatur habuiſſe dotem à ſocero, & nihilominus hac præambula confeſsione non obſtante ſocer promittit genero mille nomine dotis, utrum talis promiſsio noceat mulieri? Ange. in conſi. 145. Redeundo autem ad donationem ipſam inter uirum & uxorem,
13 de qua hoc in loco potiſsimùm agitur, attende eam eſſe inualidam † etiam ſi eius effectus poſt mortem differatur. Areti. in d. conſ. 74. Item huiuſmodi donatio excedens ſummam quingentorum aureorum morte non confirmatur, ẽt uſque ad illam ſummam. tex. eſt ſing. vbi Sali. in l. donationes. C. de donat. int. uir. & uxor. Item animaduertendum eſt, donationẽ hanc prohibitam eſſe tantum quando mulier ex ea fieret locupletior, & non aliter. et ideò, ſi donatio fit cum pacto, ut id totum dari debeat pauperibus, ualida eſt. text. eſt not. in l. ſi ſponſus. §. conceſſa, infrà eod. tit. Bar. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid. & de hac re uide Alexand. in conſi. 152.
14 colu. 3. in ſexto uolu. Valet etiam iſta donatio † quando firmata eſt iuramento, quamuis Bart. in l. j. hoc eod. titu. contrarium ſentiat, & multi hanc partem tenuerint. Sed Bart. in d. l. Seius & Augerius tenuit eius ualiditatem, & Alexan. in conſi. 7. in 6. uolu. vbi ait propter iuramentum dona-

donationem non dici esse contra bonos mores,& in consi. 150. Visis & consideratis, col. 1. in
* lib. primi & secundi uol. vbi testatur hanc esse * communem opinionem, ut iuramẽto firmetur.
idem dicit in d. cõns. 152. col. 2. in 6. uol. & in consi. 54. in 7. uol. & eam esse cõmunem testatur
etiam Aret. in d. cons. 74. & Soci. in specie idem ait in consi. 65. col. 5. in 1. uol. & Crauet. in cõs.
81. ij enim omnes hanc sententiam uotis esse frequentioribus approbatam concorditer affir-
marunt. et de hac re uide Barb. in consi. 66. inter consilia Curtij. Abb. in consi. 95. in 2. volu. o-
mninò Cæpol. in caut. 112. Ias. & Dec. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Bald. in consi. 397. in 1.
uol. Paul. de Cast. in consi. 88. Rom. in consi. 43. in 4. dubio. & in consi. 293. Curt. in consi. 66.
15 col. 5. & seq. Item huiusmodi † donatio ualida est quando est mutua. text. est not. in l. quod au-
tem. §. si uir & uxor, infrà hoc eod. tit. per quem istam partem sustinet Io. Pyrrh. in tract. de do-
natione mutua. idem tenuit Ias. in l. si pater puellæ, uers. secundò. C. de inoff. testa. dicens quan-
do donatio est æqualis,& pariter contineat lucrum & damnum, vt si alterum præmori contin-
16 gat, alter habeat bona, eo casu ualidam esse donationem. Item donatio † ualida est quando
præiudicium non infertur. Ias. in l. j. §. si uir. col. 4. in 4. notab. & col. 8. vers. ex prædictis. ff. de ac-
quiren. possess. Item donatio rei alienæ ualida est. l. si uir uxori. ff. pro donat. Rursus ista dona-
tio ualida est quando fit in remunerationem meritorum, nisi merita excedat. Bart. & alij in l. si
donatione. C. de collat. Ang. in terminis in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. Abb. in c.
cùm ecclesiæ. de simon. facit tex. in c. si quos. 12. distinct. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 55. ff. de iust. &
iur. vide Roma. in consi. 66. Barb. in d. consi. 66. inter consilia Curtij. & Soci. in consi. 65. & in
consi. 66. in 1. vol. & Crauet. in consi. 51. Et ex ijs infert Bar. eleg. in l. si uoluntate, per glo. ibi.
17 C. de dot. promiss. Si rusticus † acciperet uxorem nobilem,& dotem confiteretur, quam re ue-
ra non accepit, ita ut sit pura donatio, ualeret, quia est remuneratoria, propter eorum inæqua-
litatem. Feli. in cap. super eo. nu. 5. de testi. & Ias. in d. l. ex hoc iure, vbi idem ait esse etiã quan-
do senex acciperet iuuenculam. et ibi subiungit, quamuis donatio huiusmodi exigat probatio-
nem meritorum, tamen illis non probatis morte confirmatur, vt singul. dixit Ange. in d. l. si do-
natione. Quid autem si in huiusmodi donatione fuit appositum iuramentum, utrum statim ua-
leat absque ulla probatione meritorum? vide Marcum Antonium Bauerium in tract. de uirtu-
te iuramenti. nu. 142. Vlteriùs attende in hac materia, quia hæc donatio, quæ morte confirma-
tur, dicitur esse tertia species separata à donatione inter uiuos, & ab ultima uoluntate. et ideò
18 statutum disponens † de donatione inter uiuos, vel de ultima uoluntate, huiuscemodi donatio-
nem non contineret. Alex. in consi. 168. in lib. primi & secundi uol. & in consi. 143. in 5. uolu.
Limita tamen hoc nisi donatio quingentorum aureorum summam excederet, quia silentio nõ
confirmatur, sed expressa exigitur confirmatio in morte. casus est singul. in l. donationes, ubi
Salice. C. de donat. inter uirum & uxor. Scias etiam huiusmodi donationem habere in se taci-
tam conditionem, si mulier superuiuat. Dec. in consi. 240. & Soc. in consi. 65. in 1. vol. et do-
19 nationem hanc † ualere semper quando facta est ante contractum matrimonium, docuit Cæ-
pol. in cautel. 62. De hoc tamen uide tradita in l. quod sponsæ. C. de donati. ante nupt. Et qui-
bus cautelis utendum sit, vt hæc donatio ualeat, tradit idem Cæpol. in cautel. 112. In hac ma-
teria non est silentio prætereundum, si donatio facta est à marito uxori de aliqua re, quæ qui-
dem donatio, ut uidimus, morte cõfirmatur, censetur reuocata si maritus specialiter illam rem
alteri obligaret. l. iij. C. de lega. habetur. in l. cum hic status. §. si maritus, infrà hoc eod. tit. alioqui
uerò est si maritus bona sua generaliter obligaret. Ant. de Fano. in tract. de pignor. & hypoth.
in 4. membro secundæ par. princip. nu. 4.

Summarium in l. j. ff. de donat. inter uir. & uxor.

1 *Vtrum donatio inter uirum & uxorem sit ualida quando fuit iuramento firmata.*

Bar. in l. j. ff. de donat. inter uir. & uxor.

1 BART. in hac. l. j. tradit utrum donatio † inter uirum & uxorem sit ualida quando fuit iu-

ramento firmata. Vide quæ posui suprà in rubrica circa confessionem dotis receptæ factam à marito cum iuramento. et uide Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Soc. in regula 104. in 2. fall. & quæ ponam in. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.

Summarium in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de don. inter uir. & uxo.

1 *Vtile per inutile uitiari non debet, & quando.*

Bar. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de donat. inter uir. & uxo.

1 BART. in d. l. ſi ſponſus. §. generaliter, colligit ex tex. vtile † per inutile non uitiari, quando ſumus in ſeparabilibus. Vide pulchra argumenta ad utranque partem apud Laurentiũ de Rodulphis in tract. de uſuris, quæſt. 135. & de hac re uide Feli. in c. cùm ſuper, de off. deleg. Bar. in l. grege. §. 1. ff. de fideiuſſ. & glo. ordin. in l. pecuniæ. ff. de uſur. Alex. & Aret. poſt alios in l. j. §. ſed & ſi mihi. ff. de uerb. oblig. Alex. & Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam, in princip. ff. ſi cert. pet. Abb. in c. cùm tempore, & in c. Meſſana, in fi. poſt glo. de elect. & utile per inutile non uitiari in ſeparabilibus, ut ait Bar. hic, docuit Iaſ. in l. Titiæ textores. §. nihil differt. ff. de lega. 1. & in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. & latè in l. ſtipulat. §. & ſi mihi. ff. de uerb. oblig. & in l. in pupillari. ff. de uulg. & pupill. in indiuiduis autem & inſeparabilibus uitiatur. idem Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obligat. & ad iſtum tex. uide Bar. in l. ſi is qui duos reos. ff. de liber. lega. & ad aliud propoſitum Paul. de Caſt. in l. j. §. pen. col. fi. ff. de uerb. oblig. Prætereà attende hunc tex. qui uidetur refragari. §. ſi maritus, præceden. ibi enim in obligatione indiuidua duorum reorum, liberatio reſpectu extranei ualet, non autẽ mulieris, hic uerò adiecta extranea perſona ſuſtinetur. cogita.

Summarium in d. l. ſi ſponſus. §. ſi uxor. ff. de don. inter uir. & uxo.

1 *Paria ſunt aliquid fieri tempore permiſſo, uel prohibito, & differri in tempus permiſſum.*

Bar. in d. l. ſi ſponſus. §. ſi uxor. ff. de dona. int. uir. & uxo.

1 BART. in ead. l. ſi ſponſus. §. ſi uxor, ait, paria eſſe aliquid fieri † tempore permiſſo uel prohibito, & differri in tempus permiſſum. Et dicit hunc tex. adnotandum eſſe contra multas fraudes, quæ fiunt. De hoc tex. uide Iaſ. in l. properandum, in princ. C. de iudi. colu. 5. uerſ. in ea ibi, item, & Aret. in l. ex duobus, quæſt. 4. ff. de duob. rei. Bal. in l. cùm allegas, in 4. oppoſ. C. de uſur. De quo uide Imol. in l. ſtipulatio iſta. §. aliter. ff. de uerb. oblig. Feli. in c. lator. col. 8. in fi. de iudi. & facit hic tex. ad not. per Bar. in l. hæreditaria. ff. de bon. auto. iud. poſsid. & uide multa ſcitu digna ad hunc. §. per Alex. in conſi. 82. col. j. in 3. uolu. An autem paria ſint aliquid fieri tempore permiſſo uel prohibito, ſi differtur in tempus permiſſum, dicemus (Deo fauente) in l. in tẽpus. ff. de hæred. inſt. ubi eſt locus proprius.

Summarium in l. ſed ſi mors. ff. de don. inter uir. & uxo.

1 *Teſtamentum ab eo confectum, qui ingreſſus eſt religionem, reuocari poteſt, quamuis teſtator pro mortuo habeatur.*

2 *Is, qui religionem incapacem ingreditur, ita ut teſtari non poſſit, an de licentia Papæ teſtari poſſit.*

3 *Mors ciuilis non eſt ſimilis morti naturali.*

4 *Dominium bonorum ex apprehenſione corporali acquiritur.*

5 *Pro facto ſuperioris eſt præſumendum.*

6 *Papa poteſt ſolo uerbo dominium auferre.*

7 *Princeps reſtituendo aliquem ad priſtinum ſtatum, poteſt ius alteri acquiſitum auferre, & reſtituto reddere.*

8 *In quacunque conceſſione omnia cenſentur appoſita, ſine quibus ea uel nihil uel parum operaretur.*

9 *Papa committendo cauſam appellatione remota, ſi narrat bis fuiſſe iudicatum, intelligitur derogare titulo, ne liceat crebrò prouocare.*

10 *Religioſus, qui profeſſus eſt religionem ſi efficitur Cardinalis, an poſſit conficere teſtamentum.*

Bar.

Bar. in l. sed si mors. ff. de donat. inter uir. & uxo.

1 BART. in d.l.sed si mors, colligit ex tex. testamentum † ab eo confectum, qui ingressus est religionem, reuocari posse quamuis testator pro mortuo habeatur'. De hac re plenè habetur in auth.si qua mulier. C. de sacros. eccles. vbi Ias. col. 7. uers. item adde, tenet contrarium, nisi in casu, in quo religiosus testari possit. Sed hoc idem sentit Bar. dum præsupponit, eum donec naturaliter uiuit, posse reuocare testamentum, atque ita testari. Sed hic pulchra suboritur
2 inuestigatio, quid si is religionem incapacem ingreditur, † ita ut testari non possit, an de licentia Papæ testari possit, & testamentum conditum & ingressu religionis confirmatum, reuocare? Prima fronte dicendum uideretur quòd non: quia ex quo primum testamentum iam habuit effectum, & hæres ista bona apprehendit, & ex ista apprehensione dominium acquisiuit de iure gentium, princeps non potest suprema sua authoritate auferre ius alteri acquisitum de iure gentium, vt tradunt doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. dum ista ratione sentiunt, filium naturalem post mortem patris à principe legitimari non posse, quando bona fuerunt corporaliter apprehensa ab illis, quibus hæreditas debebatur. Et istam opinionem multis argumentis conatur sustinere Gozadinus in consi. 41. Veriorem tamen ego puto esse diuersam sententiam. pro cuius robore in primis attendendum esse arbitror, licentiam testandi & mutandi primum testamentum à summo Pont. concessam, qui eam concedere potest quibuscunque & in quacunque religione professis, vt tradit Soc. in consi. 13. in 1. uol. Alex. in cons. 157. Reuerendiss. domine, in lib. primi & secũdi vol. Ias. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. Doct. in c. cùm ad monasteriũ, de statu monac. ex hoc enim tolluntur ferè oĩa fundamenta Gozadini, dũ uim facit an monasterium sit capax uel incapax: quia ex quo is est ad testandum habilitatus à Papa, consequens est ut possit testari, & aliud reuocare testm̃. maximè, cùm dictum fuit eum condidisse aliud testamentum, alioqui ista licentia eluſoria redderetur. Neque obstat argumentum suprà adductum in contrarium: quia multis tollitur solutionibus. Nam ista mors
3 † ciuilis non est similis morti naturali, quæ irreuocabilis est, ut latè docuit Alex. in consi. 182. in lib. primi & secundi vol. meritò ibi possunt procedere ea, quæ dicunt doct. in d. §. & quid si tantùm, sed ista mors ciuilis est reuocabilis nutu superioris: quia sæpe illis professis istæ gratię conceduntur; immo multoties eis conceditur, ut de ipsa religione exeant, ut docet experientia rerum magistra. c. quam sit, de elect. & ideò cùm ista mors ciuilis sit reuocabilis, reuocantur etiam ea quæ in eius consequentiam, & ab ea tanquam à sua causa peruenerunt, ne alioqui cautum sit potentius sua causa, contra. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. & c. cùm cessante, de appell. & habetur in auth. multò magis. C. de sacrosanc. eccles. & in l. si pater, in princip. ff. de a-
4 dopt. & in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. ad leg. 2. & ideò quamuis dominium bonorum † ex apprehensione corporali fuerit acquisitum, hoc uerum est, sed reuocabiliter, nutu scilicèt superioris. et iste est casus, qui potuit & debuit præcogitari, cùm frequenter contingat, ut in simili habetur in l. si quis. §. hic subiungi. ff. loca. ibi, quia hoc euenire posse prospicere debuit. alioqui sequeretur etiam dominium acquisitum donatario ex traditione, per quam acquiritur de iure gentium. l. traditionibus. C. de pact. reuocari non posse per superuenientiam filiorum, contra. l. si unquam. C. de reuocan. donat. vel per ingratitudinem, contra. l. fi. eod. tit. Et si diceretur ibi illud fieri ex causa, respondeas licet, etiam istas gratias iustis de causis concedi, quæ cùm ab ipso principe tanquam legitimæ admittuntur, non licet eas in dubium reuocare. §. quod prin-
5 cipi, inst. de iur. natur. gent. & ciuil. & habetur. in l. fi. C. de legi. Pro facto enim superioris † usque adeò est præsumendum, ut nulla in contrarium probatio admittatur, etiam si contra ea, quæ sunt iuris gentium, rescriberetur, vt per Abb. post Innoc. in c. quæ in ecclesiarum, colu. 5. de const. faciunt trad. per Bar. post glo. in l. relegati. ff. de pœn. & per Innoc. in c. cùm ad monasterium, de stat. mon. Card. in c. perpendimus, de senten. excomm. & per Ana. & Abb. in c. fraternitatis, de schism. & hoc maximè procedit in Papa. Secundò principaliter respondetur, ubicunque fuit ius alteri quæsitum de iure naturali, sed illud ius uenit tanquam accessorium ad

6 ius eccleſiaſticum,in quo Papa pleniſsimam habet poteſtatem,eo caſu Papa † poteſt ſolo uerbo,ſublato principali dominium huiuſcemodi auferre: ita Innoc. & Ant. de Butr.& Abb in c. 2.de uoto, vbi Papa tollit ius quæſitum laico diſpenſando uoueri; idque latè confirmat Felin. in d.c.quæ in eccleſiarum, nu.66. ſed iſtud ius fuit cauſatum à uoto paupertatis facto tempore profeſsionis, igitur diſpenſato uoto propter huiuſmodi gratiam, vt fieri poteſt. idque docuit Soci.in d.conſ.13.in 1.volu. & alij per nos anteà memorati. potuit etiam hoc ius acceſſorium auferri: ad quod optimè facit deciſio Anch.in conſi.409.vbi ait, Papam poſſe legitimare prolem illegitimam ob impedimentum iuris canonici mortuo patre. & auferre ius acquiſitum legitimis hæredibus diſpenſando etiam prout ex tunc ſuper illo canonici iuris impedimento. Tertiò dico amplius,etiam ſi eſſemus in effectibus iam conſumatis & ſeparatis, nullamque habentibus neceſſariam conſequentiam à ſuis cauſis,quoniam adhuc iſtud dominium reuocaretur per condictionem ſine cauſa.l.j.l.ſi fullo,& l.nihil.ff.de cond.ſin.cau. Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uerb.oblig. & Alexan. in conſi.199. in 6.vol. quæ quidem condictio huic hæredi inſtituto in ſecundo teſtamento competeret,ne alioqui iſta conceſsio mutandi teſtamentum foret inanis. Tamen nos ſumus in effectibus trahentibus conſequentiam à cauſis, vt ſuprà fuit clarè concluſum. & ab hoc fundamento non eſt diſcedendum. Quartò dico & notabilius, vbicunque ius ad aliquem alia ratione non pertinet,niſi ob alterius impedimentum,qui factus
7 eſt incapax & inhabilis, vt hic, tunc princeps † ſi eum ad primum ſtatum reſtituit, non ſolùm princeps poteſt ei auferre hoc ius quæſitum ob iſtius inhabilitatem abſque aliqua cauſa,ſed ex libito uoluntatis; verum etiam ob id nullam dicitur ei iniuriam facere. iſta memorabilis deciſio probatur in l.quæris.ff.de natal.reſt.& in c.ab exordio,cum glo.35. diſtin. cum multis alijs, quæ ad rem hanc adducuntur per Albert.Brun.in conſi.1.colu.7.uerſ.tertiò per prædicta. vbi
* inquit, hanc eſſe ueram * & indubitatam ſcriptorum ſententiam. Ad quam acceſsit etiam Io. Campegius in conſi.2.inter conſilia eiuſdem Bruni. & Soc.in conſil.10.inter conſilia eiuſdem Bruni. col.8.vbi ait, de hoc eſſe glo.not.in c.ſtatutum, in uoce numerandum, de præbend.in ſexto. & hoc confirmari poteſt ex trad. per Felin. in c.cùm omnes.nu.6. de conſtitu.vbi multa attulit exempla probantia ſolennitatem, quæ alioqui exigeretur, non eſſe neceſſariam, vbi ad primum ſtatum ſit reditus. Et huiuſmodi eſt propoſita res, quia profeſſus habilitatur ad primum ſtatum,ut mutare poſsit teſtamentum, quemadmodum de iure communi facere poterat ante profeſsionis impedimentum. Neque prædictæ concluſioni illud Gozadini argumentum reluctatur,ſcilicèt,quòd ſtante regula Cancellariæ,qua cautum eſt,per aliquod reſcriptum nõ intelligi derogatum eſſe iuri tertij, erat neceſſe huic regulæ derogare. Reſpon.enim cùm iſta conceſsio ad alium finem non dirigatur niſi ut condendo ſecundum teſtamentum, poſsit hæredi primo bona auferre & dare alteri,non erat opus aliqua ſpeciali derogatione, cùm directè contra ius tertij reſcribatur. c.quamuis,de reſcrip.in 6.c.ſuper eo, de off.delega.cum alijs allatis
8 per Albert.Brunum in conſi.13. Ad rem facit,quia in quacunque conceſsione † omnia cenſentur appoſita, ſine quibus ea uel nihil uel parum operaretur. l.j.§.1.ff. ſi uſufruc.peta.l.is qui binas.ff.de uſufr.cum multis alijs adductis per Angel. in conſil.290. Verùm in propoſito caſu niſi dominium ex primo teſtamento acquiſitum per confectionem ſecundi teſtamenti auferri poſſet, iſta conceſsio foret inanis & eluſoria. Idem uidemus quotidie in reſtitutionibus quæ fiunt aduerſus ſententiam uel contractum, quia bona ea ratione alteri quæſita auferuntur abſque ulla ſpeciali derogatione, vt per Felin. latè in d.c.quæ in eccleſiarum. idque aliquando in præcedentibus lucubrationibus latè probaui: vt uidere eſt ad Bart.in l.ſi qua.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.Et ex quo Papa ſciuit aliud teſtamentum conditum fuiſſe,ut ex reſcripto concedente licentiam mutandi teſtamentum,clarè dignoſcitur, dico hanc certam ſcientiam,quæ ex
* tenore ipſius reſcripti colligitur,ſufficere ſecundum ueriorem * & crebriorem doctorũ ſententiam,vt per Abb.& Feli.in c.cum inter,de except.Archid.in c.in præſentium.7.q.1.& Abb.in c.quia diuerſitatẽ,de conceſ.p̃ben.Butr.in c.porrecta,de cõſtr.vti.vel inuti.Anch.in conſ.288.
9 incip.Vltra alia. & Alex.in conſ.77.In cauſa & lite.in 3.vol.ubi ait, Papã † committẽdo cauſam appel-

appellatione remota, si narrat bis fuisse iudicatũ, intelligi derogare titulo ne lic. tertio prouoc. & Card. Alex. in c. naturales, si de feudo fuer. controuers. testatur hanc esse communem opinionem. Ad quam faciunt trad. per Feli. in c. nonnulli, uersi. fallit quartò, cum seq. de rescript. & per doct. in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. dum aiunt, commemorationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam ad sequentia, sufficere ad illud irritandum, non obstante d. clausula derogatoria: quia satis esse inquiunt, si ex narratis colligitur, eam fuisse testatoris intentionem. Postremò ad prædictorum omnium firmamentum & robur, adduco ineuitabile argumentum. Nam mortuo Lazaro uerè & naturaliter delata fuit hæreditas ijs, quibus debebatur, & eis fuit quæsitum ius irreuocabiliter: quia secundum naturam de priuatione ad habitum nõ datur regressus, & tamen iste talis miseratione diuina resuscitatus, bona sua iure potuisset recuperare, secundum gl. Bar. & alios in l. ex his. ff. de legi. & Bartol. Brixien. in suo tract. quæstionũ
* dominicalium, quæst. 54. & ista est * communis opinio teste Imola in l. si marito. ff. sol. matr. igitur hoc est facilius in re proposita concedendum, ubi ista mors ciuilis reuocabilis est, & sæpe (ut diximus) reuocatur. uel saltem idem est concludendum, cùm de morte naturali ad ciuilem colligi soleant argumenta, licèt potentius operetur mors naturalis. Alex. in consi. 182. in libro primi & secũdi vol. & quia reliqua per Gozadinum adducta, ex prædictis tolli possunt, ulterius
10 non progredior, ut breuior sim. Vnum adhuc superest in hac materia, nunquid religiosus † qui professus est religionem, si efficitur Cardinalis possit conficere testamẽtum? Respondeo quicquid acquirit, acquirit ecclesiæ. Abb. in c. 1. de testa. in fi. & ita præcisè in Cardinali ait Paul. de Cast. post Sali. in auth. licentiam. C. de episc. & cleric. is tamen de Papæ licentia testari poterit. Bal. in l. fi. C. und. legit. & in auth. Nisi rogati. C. ad Trebell. & in l. si quando, in fi. princip. C. de inoffi. testam. quem sequitur Alex. in d. consi. 51. 7. volu. & Soc. in consi. 99. in 3. volu. ubi citat Angel. & Imol. in l. si seruus communis. ff. de stipulat. seruor. iunctis ijs, quæ de hac re iam anteà numeraui.

Summarium in l. Papinianus. ff. de don. int. uir. & uxo.

1 *Donatio inter uirum & uxorem nisi sequatur traditio uera uel ficta, morte non confirmatur.*

Bar. in l. Papinianus. ff. de donat. inter uir. & vxo.

1 BART. in d. l. Papinianus, ait, donationem † inter uirum & vxorem, nisi sequatur traditio uera uel ficta, morte non confirmari. vide Soci. in tabula regularum cum fallen. in regul. 103. & requiritur insinuatio, alioqui non ualeret. l. donationes quas. C. eod. tit. & dixi suprà in rubrica. Amplia regulam huius. l. scilicèt donatione non confimari, nisi traditione secuta, ut procedat non solùm quò ad consequendam rem donatam, sed neque quò ad retinendam si reperiatur in possessione secundum Paul. de Cast. in cons. 138. in 1. vol. ubi subtiliter disputat ponendo rationem huius. l. & ad ea, quæ hic tradit Bar. uide Alexan. in consi. 168. in libro primi & secundi vol. & in consi. 45. in 2. dub. in 1. vol. & in consi. 143. in 5. vol. & Feli. in c. si cautio, de fid. instru. col. 26. Corn. in consi. 41. in 3. vol. & in consi. 224. eod. vol. & in consi. 257. in fi. eod. volu. & in consi. 37. in 4. vol. Pau. de Cast. in consi. 206. & in consi. 65. & in l. j. §. si uir, in fi. & ibi Soc. in fin. ff. de acquir. poss. Bal. in consi. 29. in 1. vol. & in consi. 341. & in cons. 397. eod. volu. & in consi. 243. in 3. vol. & in cons. 362. eod. vol. & in cons. 67. in 5. vol. & Raph. Cuma. in consi. 40. Bald. nouel. in tract. de dote. in 10. par. Curt. in cons. 66. col. 6. & aliquid per Fulg. in cons. 5. & omninò uide quæ posui supra in rubrica huius tituli.

Summarium in l. cùm in status. ff. de don. int. uir. & uxo.

1 *Mutatio uoluntatis in aliquo non præsumitur nisi appareat.*
2 *Si quis mutauit statum, utrum in eo præsumatur mutatio uoluntatis.*

Bar. in l. cùm hic status. ff. de donat. inter uir. & uxo.

1 BART. in d. l. cùm hic status, in quit, mutationem † uoluntatis in aliquo non præsumi, nisi appareat.

appareat. vide Alex. qui hoc idem sequitur in cons. 162. visis narratis, & in cons. 169. Viso the mate, col. 2. in 5. vol. & in consi. 171. Accuratè perspectis, propè fin. eod. vol. & in cons. 146. In causa & lite, col. 4. eod. vol. Dec. in consi. 35. col. fi. Soc. in cons. 162. col. 3. & in cons. 195. in fi. in 1. vol. & Anch. in cons. 90. & quòd perseuerantia uoluntatis præsumatur, vide rursus Alex. in consi. 44. in 7. vol. Mari. Soc. iuni. in consi. 106. nu. 38. ubi ait, mutationem uoluntatis non præ-
2 sumi, & qui eam allegat, probare debet. Quid si is mutauit † statum, utrum in eo præsumatur mutatio uoluntatis? Bar. in l. si quis filio. §. quatenus. ff. de iniust. rup. testa. distinguit, aut is mutauit statum inuitus, aut non: primo casu non præsumitur mutatio uoluntatis, alioqui verò in secundo casu. & ibi tradit etiam Bar. quorsum hæc inuestigatio fiat. quid si testator aliquid relinquit Titio, & posteà Titius illi iniuriam infert, utrum ex hoc præsumatur mutatio uoluntatis? vide Socin. in consi. 153. in 1. volu. Hoc idem est in legato, quod reuocatur quando culpa legatarij inimicitia superuenit. l. cùm in tabulis. §. 1. ff. de his quib. ut indign. Rom. in sing. 196.

Summarium in l. si seruus communis. ff. de donat. int. uir. & uxo.

1 *An propter coniunctionem sanguinis donatio præsumatur.*

Bar. in l. si seruus communis. ff. de don. int. vir. & vxor.

1 Bart. in d. l. si seruus communis, tradit, an propter coniunctionem † sanguinis donatio præsumatur. vide aliquid apud Bar. in cons. 16. col. 6. in 1. vol. & in cons. 9. col. 1. & in cons. 22. col. 3. & 5. & in cons. 51. col. 26. eod. vol. & in cons. 16. col. 10. & seq. in 2. volu. & Imol. in consi. 117. col. pe. & Alex. in cons. 1. col. 5. in 3. vol. & quæ ponam in l. quæ dotis. ff. sol. matr. in pen. & ultima colum. Bart. & multa quæ ratione coniunctionis sanguinis præsumuntur, tradit Dec. in consi. 601.

Summarium in l. quintus. ff. de donat. int. uir. & uxo.

1 *Quicquid mulier acquirit, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.*
2 *Vidua an quicquid acquisiuerit, præsumatur acquisiuisse de bonis mariti præmortui.*
3 *Clericus habens beneficia an censeatur bona acquisiuisse uirtute ecclesiæ an propria.*
4 *Facultates non præsumuntur.*
5 *Glossa appellatur idolus.*
6 *Bona prælati mortui quæ per eius consanguineos ante prolatam ipsius mortem ad eorum domum transferuntur ecclesiæ interpretatione iuris esse existimari.*
7 *Quod ad fauorem ecclesiæ prolatum est, alteri deseruire non potest.*
8 *Vna legis præsumptio ab alia potentiori destruitur.*
9 *Qui altari seruit, de altari uiuere debet.*
10 *Clericus qui patrimonium habet, de ecclesiæ prouentibus uiuere debet.*
11 *Clericus ex industria uiuere tenetur.*

Bar. in l. quintus. ff. de donat. int. uir. & vxor.

1 Bart. in d. l. quintus, sic ait in summa. Quicquid mulier † acquirit, præsumitur acquisiuisse de bonis mariti. Ad istam. l. vide Ang. in consi. 285. & Dec. in cons. 287. & de huius legis intellectu uide Franc. Cremensem in consi. 59. col. fi. inter consilia Alexandri in 4. vol. & Alex. in consi. 131. eod. vol. & attende quoniam coniectura huius. l. locum non habet nisi quando esset contentio cum marito, uel hærede mariti, alioqui uerò si cum extraneo controuersia foret: ita egregiè docuit Alex. in consi. 101. in 7. volu. secutus Bald. in l. si uxorem. C. de cond. insti. Item ista præsumptio locum habet tantum in bonis post matrimonium acquisitis, alioqui uerò ante matrimonium: ita Alex. in consi. 42. in 5. vol. secutus Bal. in d. l. si uxorem. Item ista præsumptio locum habet in bonis quæsitis à muliere ante adulterium commissum, alioqui uerò post. Bal. in l. cùm oportet, col. 4. C. de bon. quæ lib. & in l. j. C. de natur. lib. & in l. etiam. C. de donat.

inter

inter uirum & vxorem,& qua cautela utendum ſit à muliere ad euitãdam huius.l. coniecturam, vide Cæpoll.in cautel. 149.& de materia huius.l.vide Aretin. in conſi. 31. & Alexand. in conſi. 40.col.penult.in 3.vol.& in l.qui iure familiaritatis.ff. de acquir.poſſeſs. & omninò Franc. Cremenſ.in ſing. 6.incip.Tu ſcis quòd quicquid . ubi tradit quid in uidua.† & diſtinguit an acquiſi-
2 uerit incontinenti poſt mortem mariti,& habeat locũ iſta prę ſumptio:alioqui verò ex interuallo . de qua re vide Alber.in l. etiam,& Ang.in conſi. 61.& Firma. in tract. de epiſcopo in 4.part. quarti libri quæſt. 3.verſ.idem & in uidua. Tradit etiam Cremenſ.quid in concubina,& quid in tutore uel curatore paupere,pendente adminiſtratione,ut in d.ſingul.per eum habetur. & uide Bal.in d.l.ſi uxorem.C.de condit.inſert.& de filio & uxore,uide Alex.in conſi. 23.in 4.vol.& de vxore,Alex.in conſi. 62.col.fi.eod. 4.vol.ubi tradit quid in uidua tutrice filiorum. & in conſ. 133.eod.vol.& de filio uide Feder.in conſi. 57.Abb.in conſi. 36. in 2.volu.ubi ponit de vxore & filio.Bar.in l.iij.C.de fid.inſt.& iur.haſt.fiſc.lib. 10.& Barb.in conſi. 22.in 1.vol.Rom.in cõſi. 159.col.2.Capr.in coſi. 13.ubi etiam ipſe tradit,quid in uidua tutrice filiorum, & omninò vide Alex.in conſ. 224.Perſpectis his.col.pe.& fi.in libro primi & ſecundi vol. ubi loquitur multùm eruditè in materia huius legis . vide omninò Ang.in conſi. 141. ubi loquitur in uidua. Socin. in conſi. 131.col.3.in 1.vol.ubi declarat . & non prætereas Bald. in conſi. 66.in fi.ubi loquitur in uidua,& in conſi.ſeq.in 5.vol.& in conſ. 137.eod.vol.& in l.cùm oportet,colu. 3.verſic. inſuper quæro.C.de liber.præterit.& Signorel.in conſi. 122.& Alex.in l.quod ait.ff.de diuort. Barb. in conſi. 39. ubi tradit etiam de filiofamiliàs ſocio & beneficiato . & Bal.in conſ. 139.in 4. vol. & quia ſuperius dixi.l.hanc locum habere in bonis acquiſitis poſt contractum matrimonium,alio qui verò ante : ſed quid in dubio,an bona præſumantur acquiſita ante matrimonium an poſt? Dic ut ſtatim ſubijciam de clerico habente beneficia. Opportunè igitur quærendum eſt, an
3 clericus † habens beneficia,cenſeatur bona acquiſiuiſſe intuitu eccleſiæ, an proprio? Reſpondeo,duplex hac in re dubium oriri poſſe,unum reſpectu temporis, ſcilicèt, vtrum prælatus illa bona ante ſiue poſt adeptionem prælaturæ acquiſiuiſſe cenſeatur, alterum eſt reſpectu rerũ,an .ſ. bona, de quibus agitur,ex proprijs,an ex eccleſiaſticis rebus acquiſita eſſe iudicentur. Circa primum,quod à tempore inſurgit,duæ difficultates excitantur,quarum una eſt,an leges prę latum ſuæ promotionis tempore quicquam habuiſſe opinentur: altera eſt, an bona, de quibus agitur,ante aſſumptionem ad prælaturam,uel poſt quæſita intelligantur.quò ad primam,dico,
4 prælatum nil habuiſſe cenſeri;quia facultates † non præſumuntur.l.ſi verò.§.j.ff. qui ſatiſd.cog. & ita Alber.in auth.licentiam.C. de epiſc. & cleri. ait ſe in facti contingentia reſpondiſſe, dum quæſtio eſſet ſuper magna quadam bonorum donatione,quam Cardinalis de Bergomo Iacobo nepoti ſuo fecerat . idem ſentit Abb.in c. 3. in ultimis uerbis. de pecul. eleric. ubi ait, ſi, an prælatus promotionis ſuæ tempore quicquam habuerit,dubitetur,eo caſu legiſlatorum conie cturas ei aduerſari: citat Io. And.Quò autem ad ſecundam difficultatem, in qua prælatum ſuſceptæ tempore prælaturæ habuiſſe bona extra quæſtionem eſt. ſed an res, de quibus agitur, ante uel poſt prælaturam adeptam partæ fuerint,dubium eſt. & in hoc concludit Abb.interpretationem iuris fauere poſſeſſori . idem uoluit ibi Ant. de But. Contrarium indiſtinctè tradidit Io.And.cuius opinionem communem eſſe ait Aret.in conſ. 35.Sed in hoc ſecundo membro,in
✶ quo dictum eſt iura poſſeſſoribus fauere,ego ueriorem* & crebiorem ſententiam contra Ioan. Andr.& Aret.eſſe arbitror,ſcilicèt ut omninò ei,qui poſsidet,fauendum ſit . pro qua opinione tex.eſt iunc.gl.in c.1.in fin.12.q.5.idem ſenſit.glo. per illum tex.in c.ſint manifeſtæ.ead.cau. & quæſt.& ab opinione gl.non uidetur eſſe recedendum, iuribus uulgar. ad quæ accedit dictum
5 illud Cyn.in l.non moriturum.C.de cont.& committ.ſtipul. Aduocate,audi idolum † tuũ,ideſt gl.cum his faciunt not.per Alex.in cõſi.70.col.pe.in 4.vol.hanc eãdem concluſionem pro poſſeſſore approbauit etiam Alex.in conſi. 140.in 5.vol.Iacob.But.quem retulit Alb.in d. auth. licentiam. Firm.in tract.de epiſc.in 4.par.4.libri in 3.q. & Soc. in conſ.216.in 1. vol. quod quidem & rationi conſonum eſt . agenti enim ſemper onus probandi incumbere cõſueuit.l.actor. C.de probati.nam poſſeſsio probandi onus exonerat.c.ex literis,de probat. & ſi ex documentis

tis fidedignis probari posset, bona, de quibus quæstio esset, post prælaturam acquisita fuisse, ecclesia ex hoc satis fundatam intentionem dicereretur habere. Animaduertendum etiam est, quia distinctio hæc, quam de possessore fecimus, ad ea quoque, quæ de tempore prædicta sunt, adaptari posset; ut per Sali. in dicta auth. licentiam. Circa secundum principale dubium, scilicèt quando prælatus bona propria, & ecclesiastica simul possidet. & an res, de quibus quæstio est, magis de proprijs, quàm de ecclesiasticis quæsitæ sint, dubitatur. In proposito casu coniecturis standum esse iuris interpretes docuere. idcircò dicere consueuerunt, si hæc bona prælato ab agnatis infra quartum gradum relicta sunt, ipsius prælati potius quàm ecclesiæ intuitu relicta censeri. & ideò ad eum pleno iure pertinere, alioqui uerò si ab agnatis remotioribus relinquuntur: nam eo casu leges id ecclesiæ intuitu factum esse arbitrantur. adducitur text. memoratam faciens distinctionem in d. auth. licentiam, ubi Alb. & alij tradiderunt. Similiter pro ecclesia præsumendum esse dici solitum est, quando prælatus bona propria ecclesiasticaque possidendo, simul permiscuit, absque eo, quòd separatim suorum bonorum rationem confecerit: quia eo casu prælatum culpa non carere iura senserunt: & propterea aduersus eum in fauorem ecclesiæ iudicium faciunt. arg. c. sint manifestæ. 12. q. 1. ita Imol. in c. ut unusquisque, de pecul. cleric. & Bal. in d. auth. licentiam, licèt contrarium ibi sentiat Paul. de Cast. Addo aliud pulchrũ, & in hac materia notabile documentum, & quod in dies contingere cernimus, uidelicèt bona
6 prælati mortui, † quæ per eius consanguineos ante prolatã ipsius mortem, ad eorum domum transferuntur, ecclesiæ interpretatione iuris esse existimari: ita Iaco. Butr. in d. auth. licentiam, & Bar. Cæpol. in c. 1. de testa. quos refert & approbat. Firm. in d. trac. de episc. in 4. par. 4. libri in 3. q. Pro ecclesia quoque præsumendum esse aiunt, quando ea in possessione reperitur, ut in c. 1. de pecul. cleri. habetur per Io. And. & alios in c. 3. eo. tit. & per Bal. in d. auth. licentiam, qui huius dicti rationem esse inquit: quia ad prælati officium pertinet, ecclesiæ semper acquirere. Et ex hoc subtiliter Innoc. dixisse ait in c. cùm in officijs, de testam. Si ille, cui prælatus possessionem hanc ẽt iure institutionis reliquit, eam occupat, eum pœna teneri, de qua in l. si quis in tantam, quia cum ciuilis possessio penès ecclesiam sit, nec testatori, neq; hæredi eam interuertere licitum est, econtrà uero, si ecclesia possessionem habeat, quæ re uera ad hæredem pertineat, ecclesia non propterea à dictam pœnam incurrit; quia ratione præsumptionis iuris, quæ ei fauet, non modò in proprietate, sed etiam in ciuili possessione à dolo, & à culpa, consequenterq; à pœna dictæ constitutionis excusatur. hæc ille. & hæ sunt coniecturæ, quæ potissimum in ecclesiæ fauorem afferuntur. Quibus ego dictum notatu dignum adiungo, scilicèt eas omnes uigere, & tantummodò locum habere, quando cum ecclesia esset quæstio, alioqui si cum alio disceptaretur. nam tunc dictæ præsumptiones adduci non possent: quia cùm ad solius ecclesiæ
7 † fauorem prolatæ sint, alteri deseruire non possunt: ita egregiè Alex. in cons. 101. in 7. vol. cui cui accedit similis declaratio. de qua per Felin. in d. c. dilectus. 2. nu. 13. de rescrip. Adde similẽ considerationem Fulg. in l. ij. C. de iur. emphy. quam sequitur Soc. in consi. 78. col. fi. in 4. volu. ubi ait, si sine debita solennitate mihi bona ecclesiæ alienata essent, licèt ob id contractus irritus sit, hanc tamen nullitatis exceptionem non nisi ab ecclesia mihi obijci posse. & ad hæc faciunt, quæ suprà dixi de muliere. Quando autem etiam cum ecclesia lis esset, quamuis ei iuriũ conditores plurimùm faueant, non tamen usque adeò pro ea præsumere uoluerunt, quin contrarium non modò ex ueris, uerùm etiam ex coniecturatis probationibus doceri possit. una
8 enim legis præsumptio † ab alia potentiori destruitur. l. Diuus. ff. de rel. in integ. ita not. uoluit Io. And. in d. c. cùm in officijs. idcircò hæc iudicis arbitrio relinquuntur, quod ex coniecturis, quando aliter ueritas haberi nõ potest, moderandum est, ut per Inn. Ant. & alios. in d. c. cùm in officijs. & per ea quæ legistę tam in d. auth. licentiam, quàm in alijs locis ordinarijs tradiderũt. Et in hoc dubio potissimùm à iudice considerandum est, an prælatus ex bona ex pecunijs propijs acquirere potuerit, an potius ex bonis ecclesiæ, quantitate, lucrorum, reddituum & expẽsarum iuxta ipsius dignitatem diligenter examinata: ita Bal. in d. auth. Alex. in d. cõsi. 101. Cor. in consi. 79. in 4. volu. in quibus locis hæc materia notanter & copiosè pertractatur. Socin. in consi.

consi. 216. in 1. vol. & in consi. 91. in 3. vol. ubi elegantissimè loquitur dicendo notabiles coniecturas, præ oculis iudicis semper habendæ sunt. & inter cætera iudicem ante omnia considerare debere ait, clericum, qui proprium habet patrimonium, & qui aliunde lucratur, de redditibus ecclesiæ uiuere posse, & quæ ipsius propria sunt, consanguineis, alijsuè ad sui libitum referuare non prohiberi: quia, qui altari † seruit, de altari uiuere debet, ut habetur per Apostolum, 9 * & in c. cùm secundum, de præben. idem scripserat Inn. in c. episcopus eod. tit. cui * crebior accedit scribentium sententia, ut ibi per Abb. & alios, qui à Soc. in d. consi. memorantur. hoc idem placuit Alex. in consi. 26. in 7. vol. & Abb. in q. 1. & in 4. incip. Titius, in 3. dubio. & Sali. in d. authen. licentiam, ac Feli. in c. postulasti. nu. 30. de rescrip. licèt Dec. ibi in fin. contrarium sentiat. propterea inquit Soci. omnes expensas secundum prælati dignitatem in primis de redditibus ecclesiæ detrahendas esse. qui quidem redditus non pluris æstimandi sunt, quàm his operibus deductis reperiuntur, & si præsumptiones hinc, & inde repugnantes se se offerrent: quia & bona propria & ecclesiastica comperiantur, pro rata diuidenda sunt, prius tamen deductis, & à iudice rectè consideratis, quæ prædiximus. Et hoc quod de diuisione pro rata dixi, probatur per tex. secundum lecturam Host. in c. sacerdotes. 12. q. 4. quem ad hoc singul. esse ait Rom. in sing. 267. ubi per illum tex. se pluries ita consuluisse affirmat. accedit Firm. in tract. de episcopo, in 4. par. 4. libri in 3. q. ubi etiam subiungit, hoc eodem modo diuisionem fieri debere, quãdo clericus plures haberet ecclesias, & de cuius ecclesiæ fructibus bona, quæ disputantur, quæsita essent, ambigeretur, ut etiam not. dixit Imol. in c. relatum. 2. de testam. & Socin. in d. consi. 216.

10 Animaduertendum tamen est, quia quatenus superius dictum est, clericum, † qui patrimoniũ habet, de ecclesiæ prouentibus uiuere debere, & ante omnia tales expensas à iudice deducendas esse: hoc sine scrupulo pertranseundum non uideri: nam Abb. in c. ex præsentium, de pig. ait hoc non esse simpliciter uerum, sed distingui oportere, an ecclesia impotens esset, uel potẽs ad huiusmodi expensas, quando clericus eius administrationem suscepit. Si enim impotens, tunc clerico imputandum esse ait, qui eam accepit. & ideò secundum eum clericus tenetur de proprio suo patrimonio uiuere. arguit à fortiori hoc modo: is de propria industria uiuere tenetur. c. 1. cum gl. 21. q. 1. ergo multò magis de patrimonialibus bonis. si uerò potens erat, tunc secus. tradit etiam ibi Abb. quid si ecclesia, quæ à principio potens erat, deinde impotens fiat? & inquit hæc oĩa notatu digna esse cùm ab alijs discussa non sint. intelligo tamen Abb. ut clericus in antedicto casu de fructibus, donec durant, uiuere non prohibeatur, non autem ut ære alieno beneficium pergrauare possit, si patrimonium haberet, unde ali posset: ita enim rectè intuenti loquitur Abb. Ego autem uereor, an Abb. sententia uera sit, dum arguit, si clericus 4 † ex industria uiuere tenetur, ergo fortius ex patrimonio, quasi ut patrimoniũ clerici ecclesiæ necessitatibus magis debitum sit, quàm eius industria: nam contra hoc uidetur facere eiusdem Abb. documentum in c. de multa, de præb. & in c. fi. in 2. not. de pec. cleric. dum ait, expensas à prælato in re ecclesiastica factas, ab eo seu eius hæredibus repeti posse; secus si ex eius industria facta fuissent. & idem iuris est, si dicti sumptus de pecunia ex industria prælati quæsita facti essent, ut per Pet. de Anch. & Imol. in d. c. fi. ecce, quæ de patrimonio in re ecclesiastica impensa sunt, repetuntur, quæ uerò ex industria, non: & sic contrà argumentum Abb. vide omninò ad præcedentia Ioan. de Ana. in consi. 82. cum ibi plenius additis per Ludouic. Bologni. Et ex ijs omnibus, quæ prædixi, multa colligi possunt facientia ad bona uxoris, an & ex quibus bonis, & quo tempore acquisita esse iuris interpretatione censeantur, quæ non erant hoc in loco præter mittenda. nunc pergamus.

Summarium in l. uir usuras. ff. de don. int. uir. & uxo.

1 *Usuras dotis si maritus uiuens non petit, donare uidetur, & periculo uiri sunt, & morte confirmatur.*

Bar. in l. vir usuras. ff. de donat. int. uir. & vxo.

1 BART. in d. l. vir usuras, sic ait in summa. si usuras † dotis vir uiuens non petit, donare uidetur, &

tur,& periculo uiri ſunt,& morte confirmatur. De intellectu huius. l. vide Alex. in conſi. 60. col. 5. in 4. vol. in conſ. 141. in 5. vol. & in conſ. 39. col. 2. in 6. vol. & in conſ. 208. in fi. in 7. vol. Dec. in conſi. 571. in fi. & omninò Iaſ. poſt Ang. de Aret. in §. fuerat, inſt. de acti. & in l. quæ dotis, ubi etiam Alex. ff. ſolut. matr. & Franciſcum Cremenſem in ſingu. 5. incip. ſi maritus, cum ibi addit. ubi extollit hoc Bar. documentum, ut ſingulare, & alibi non repertum. & Iaſ. in l. ſi donaturus. §. ſi quis indebitum, col. 2. ff. de cond. ob cauſ. Roma. in conſ. 517. col. 4. & ſeq. Cor. in conſ. 145. in 2. vol. & in conſ. 164. in 3. vol. An mariti hæredes poſsint agere contra uxorem de adulterio quando maritus ſciuit? & dicas quod non; quia cenſetur remiſiſſe. vide addita ad Dec. in l. ſem per in contractibus. ff. de reg. iur. & quæ plenè pono in l. rei iudicatæ. §. morum. ff. ſol. matr.

Summarium in l. uir mulieri. ff. de don. int. uir. & uxo.

1 *Ex longinquitate temporis dignoſcitur utrum famulus fuerat expulſus à domino, ut eum produceret in teſtem.*

Bar. in l. uir mulieri. ff. de donat. int. uir. & vxo.

1 Bar. ex hac. l. vir mulieri, colligit, ex longinquitate † temporis dignoſci, vtrum famulus fuerat expulſus à domino, ut eum produceret in teſtem. vide in ſimili caſu Bal. in l. dictantibus. C. de teſta. ubi loquitur de procuratore. An autem talis famulus expulſus poſsit contra dominum ferre teſtimonium? vide Oldr. in conſ. 145. in princ. & ad. l. hanc uide omninò Alex. in cóſ. 5. col. 3. ver. poteſt etiam reſponderi, in 1. vol. & in conſ. 78. & in conſ. 149. col. 2. in 5. vol. & in conſ. 100. in 6. vol. aliquid per Feli. in c. in literis, col. 2. & 4. de teſti. & in ſeq. col. ver. fallit quintò. & Barb. in conſ. 6. col. 17. in 1. vol. & in conſ. 3. col. 17. in 2. vol. & in conſ. 47. col. 5. eod. vol. & Bal. in c. inſuper, de teſti. & in d. c. in literis. ubi ponit quid in uxore expulſa. Barb. in c. cauſam quæ, in fi. de off. deleg. & in conſ. 72. col. 9. & in conſ. 80. col. fi. in 4. vol. & Cor. in conſi. 170. in 2. vol. & in conſi. 4. in 3. vol.

Finis. ff. Vet.

Laus Deo Opt. Max.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ
SS RR TT VV XX YY.

Omnes ſunt quaterniones.






Inches
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black